Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
D
24
NAPOLI

XXI.
D.
24

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS DE CAVSIS EXECVTIVIS

Liber Primus.

IN QVO DE IVDICII ASSECVRATIONE, AC DE SVSPECTO, & fugitiuo debitore, ac alijs in Iudicio Executiuo occurrentibus, dilucidè pertractatur.

Opus omnibus iuris profeſſoribus tàm in foro verſantibus, quàm Scolaſticis perutile, & neceſſarium,

CVI POSTREMO ACCESSIT OPVSCVLVM Criminale de Contrabandis.

AVTHORE

FLORIDO MAVSONIO I. C. AQVILANO, ET IN DICTA CIVITATE CAVSARVM PATRONO.

CVIVS INDICEM MATERIARVM VNIVERSALIVM IN FINE OPERIS, & particularium in principio copioſiſſimum reperies.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.



VENETIIS, MDCXXVI.

APVD MARCVM ANTONIVM BROIOLVM.

Superiorum permiſſu, & Priuilegijs.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO DOMINO,
D. EMMANVELI DE ZVNICA, ET AZEBEDO
COMITI DE MONTEREI, ET FVENTES.
Supremi Status, & belli præſtantiſsimo CONSILIARIO;
ITALIÆ Summo Præfecto Prætorio;
CATHOLICAEQ; MAIESTATIS meritiſsimo CVBICVLARIO;
Domino domorum de Viezma, Vlloa, & Ribera;
Compoſtellanæ Metropolitanæ Eccleſiæ, eiuſque Terræ
Pertiguerio maiori;
Nec non Perinſignis vtriuſque Collegij Maioris, tam
D. IACOBI ZEBEDEI, quā Archiepiſcopi Toletani, &
Salmanticæ Accademiæ Patrono, & Protectori, &c.
Sapientiæ Vindici, Diſciplinarū Hoſpiti, Muſarū Domicilio,
Verſo nimirum in Parnaſſum MONTE;
In Aganippem FONTE
Cui REGIVM MONTIS agnomen, ni Auita Ducum,
Principumque feciſſet virtus,
Feciſſet ſua, nil cum deſit Regium.
Qui NATALI licèt ex FONTE tot Ducum Regnorūq; Pręſidum
Pura honoris hauſerit incrementa,
Purius, vberiuſque creuit proprijs,
Qui ditior MENTIS, quam MONTIS opibus
Nulla fortunæ timet decrementa,
Nullis fortunæ cretus incrementis.
Cuius REGIO in MONTE hoſtili fecunda cruore,

Et docto irrigata ſudore
Viget laurus.
Hinc FLORIDVS liber, tutelari inhiat Vmbræ,
REGIO aſpirat MONTI,
Irriguo anhelat FONTI,
Semper vt FLOREAT,
Occidat nunquam,
Atteratur nunquam:
Aquilanis nimirum ortus in montibus FLOS
Erat non niſi REGIO inſerendus MONTI
Multum cum ſapiat AQVILA REGII.

FLORIDVS MAVSONIVS Aquilanus V. I. D.
Animo lubentiſsimo deuoti animi
MONVMENTVM.

D. D. Q.

Digitized by Google

AD HVMANISSIMVM LECTOREM.

ABLEGATVRVS *otium, benigne Lector, non ingenij tui benignitate dignum texturus opus libellum hunc, quo Dei potiùs, ac proximi quàm meam ſpectaui vel gloriam, vel vtilitatem, ſum exorſus. Et quidem rationi valde conſentaneum eſt, vt cui verſatur ob oculos poſtrema illa ſententia non vltiorem admiſſura appellationem, is, dum per tempus licet, Iudicis gratiam demereri ſtudeat, penes quem erit vt vel cruciatuum, vel deliciarum nos addicat æternitati; Quàmobrem cum me inter illos numeratum putem, qui non parum tantæ rei cogitatione commouentur, ne in tantum incidam diſcrimen, meritis verò mecum mitiùs agatur, ac occupatione putaui aditum menti occludendum ad ea, quæ ſolet dum ceſſat increta* OMNIPOTENTI DEO *reuoluere; Itaque ſiue iucunda, ſiue iniucunda legeris, occaſionem, quæſo te, arripias, vt pro me Deo gratias agas immortales, cum eius mihi beneficio contigerit, ſuæ quidem non meæ moremgerere voluntati, ocium ſcilicet propulſare, tibi aliquid elaborando, vnde poſſes oblectationem aliquam capere, quod & ſi me non aſſecutum perſpiciam, voluiſſe tamen erit ſatis, Et quoniam tam amanti munus eſt oblatam animo, accidet ſpero, ſin minus intellectui, at ſaltem manibus non ingratum. Vale.*

IOSEPHO, LAVRETO, FEDERICO, HIERONYMO, ET ANGELO FILIIS,

IOANNIBAPTISTÆ, FRANCISCO, CAROLO, EQVITIO, Bernardino, & Maximo, Nepotibus ſalutem.

CVM tanta ſit rerum humanarum inconſtantia, tanta leuitas (Iucundiſſimi Filij) vt vix orta concidant omnia, vix nata corruant; Cumque mortalis hæc vita nil, niſi fumus, auraque ſit leuis, quæ vel citiſſima euaneſcit; Illud vnum ſtatui, firmumque duxi à temporum edacitate, quæ nunc exiſtunt omnia rodenda; noſtrum omnium memoriam obliuione delendam, noſtroque ipſo caſu opprimendos omnes. Verum cum aliquos ex his, quos profectò libros duraturos ſaltem, noſque aliqua ex parte vindicaturos ſperem; hæc vobis mandare volui, quæ hæreditario adeunda iure putetis; hæc dum librum tractatis mente tractetis. Mutuam inter vos beneuolentiam, amoremque fouete, huic alimenta ſufficite, vt eo flagretis ſemper, quo extincto dignitatis omnia extinguuntur ornamenta. Neminem contemnite, ne ab omnibus contemnamini; nec plurimum vobis arrogetis, ne derogetis nimium; Et quam è Chriſtiana pictate ſuſcepimus animi demiſſionem præferte; Ex qua vberrimo tanquam ex fonte virtutes manabunt cæteræ, plurimaque honoris deducentur inſignia. Nè ad immoderatas humanæ laudis cupiditates effreni curratis; dum enim laude digna egeritis, vel inuiti laudabimini, illamque ſolum vobis quærendam ſciatis laudem, quæ à rectè, pièque inſtituta vita deriuat, quam ſi tenueritis, ſummus ille rerum Conditor DEVS (cui ſunt omnia referenda) non patietur & laude vos carere; Illudque denique pro viribus contemnatis opto, vt otium malorum omnium parentem, & corporis, animique labem, ne dicam à mente, ſed parietibus, ac domo prohibeatis, verum ad aliqua honeſta, & cum dignitate coniuncta ſtudia, illaque maximè, ad quæ ducitur quiſque incumbat, dum enim fugabitis otium, & quæ oriuntur ex otio mala fugabitis. Quæ omnia, ſi pietati ſtudueritis, ac religioni, executuros vos confido. Itaque tranquilliſſimam ducetis vitam, & mortalis vitæ procelloſum hoc mare feliciter tranabitis, nec ad eius ſyrtes, ac ſcopulos offendetis. Deum mihi precibus propitium reddite dum vixero, vt qualis velim occumbere, talis viuam; Defuncto verò, quæ filiorum, ac nepotum ſunt officia ne prætermittatis, cum nec ipſe, quæ Patris, ac Patrui fuere prætermiſerim. Ac omnibus, vt Iacob filio, vberrimam de rore Cœli, & de pinguedine Terræ fælicitatem precor. Valete.

SE-

SEPTIMII CESVRÆ CANONICI POENITENTIARII, ET GENERALIS VICARII AQVILANI

In laudem Authoris.

*F*LORIBVS *intextum varijs quod mente coruſcans*
Regis in excelſo nobile ſtemma vides
Mira ex arte opus eſt, inſignis gemma Coronæ,
Qua redit Aſtræa nunc redimita caput ;
Si quis cauſidicus ; ſi quis percurrere iuſtus
Exoptat Iudex litigioſa fora:
Hoc ſæpè attrectet, ſæpè hoc ſtudioſus odoret,
Spargit odore ſolum, ſpargit odore polum;
FLORIDVS *eſt author, toto qui floret in orbe*
Legum doctrina, moribus, ingenio

IOANNIS CAROLI PICÆ
SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS AQVILANI, AC PROTHONOTARII APOSTOLICI.

FLORIDE quod vernat tua pagina floribus, alto
Iudicis ambiguum dum ore reſoluis iter.
Lilia ferte, ſacris date florida tempora ſertis
Præmia iure ferunt Iudice iudicij.

HORATII VGOLINI
DE SIMEONIBVS IVRISCONSVLTI AQVILANI.
Ad Authorem.

FLORIBVS in nitidis perſtringit FLORIDVS omnes
Iuridicos Flores iura per innumera;
Dum cauſas promptas, faciles, celereſque recenſet
Doctrina, methodo, & fœdere abundè parat,
Et quem diuinum folijs ſeruabat odorem,
Floridus hic toto ſparget in orbe Liber.

TI-

Digitized by Google

TITVLI SVPER QVIBVS ARGVMENTA HVIVS PRIMI LIBRI

DE CAVSIS EXECVTIVIS COMPLECTVNTVR, POSITI ad magis releuandum benigniſſimum Lectorem à reuolutione cartarum.

De cauſis executiuis, Prælud. 1. pag. 2
De iudicij aſſecuratione, & fuga debitoris, Prælud. 2. pag. 9
De pacto capiendi propria authoritate, Quæſt. 1. pag. 15
De pacto capiendi Iudicis authoritate, Quæſt. 2. pag. 20
De conſuetudine capiendi debitorem fugitiuum, Quæſt. 3. pag. 28
De teſtibus examinandis parte non citata, Quæſt. 4. pag. 38
De ſcripturæ priuatæ efficacia, Quæſt. 5. pag. 41
De libro rationum Mercatorum, & Artificum, Quæſt. 6. pag. 53
De feriis, Ampliat. 1. pag. 62
De foro competenti, Ampl. 2. pag. 66
Vbi Ciuitas, & Vniuerſitas conueniri debeat, Ampl. 3. pag. 70
De procuratoribus, Ampl. 4. pag. 77
De priuilegiis creditorum, Ampl. 5. p. 82
De tertio poſſeſſore conueniendo, Ampliat. 6. pag. 93
De conſanguineis, & affinibus, Ampl. 7. pag. 109
De priuilegiis Fiſci, Ampl. 8. pag. 113
De debitore debitoris conueniendo, Ampliat. 9. pag. 120
De filijsfamilias conueniendis, Ampl. 10. pag. 125
De calculis, ſiue ſignificatoriis, & eorum vigore, Ampl. 11. pag. 142
De legatariis, & eorum priuilegiis, Ampliat. 12. pag. 146
De cautione iudicio ſiſtendi, & ſoluendi iudicatum, Ampliat. 13. pag. 151
De hæredibus conueniendis, Ampl. 14. pag. 160
De executione reali, & perſonali, Ampliat. 15. pag. 170
De hæredibus cum beneficio legis, & inuentarii, Ampl. 16. pag. 173
De fideiuſſoribus conueniendis, Ampliat. 17. pag. 175
De ſemiplena probatione, Ampliat. 18. pag. 183
De litis pendentia, Ampl. 19. pag. 184
De Iudicis incompetentia, Ampliat. 20. pag. 187
De ceſſionario creditore, Ampliat. 21. pag. 100
De debitore ante diem conueniendo, Ampliat. 22. pag. 193
De ſocijs, & ſocietate, Ampl. 23. pag. 194
De captura inualida ratione loci, Ampliat. 24. pag. 197
De cuſtodibus carcerum, & eorum pœna, Ampl. 25. pag. 200
De retentione, Ampl. 26. pag. 206
De recomendatione, Ampl. 27. pag. 210
De ſindicatu officialium, Ampliat. 28. pag. 213
De Collectis, Ampl. 29. pag. 221
De Vectigalibus, ſeu Gabellis, Ampl. 30. pag 244
De Alimentis, Ampl. 31. pag. 253

De

De Mercede, & ſalarijs, Ampliat.32. pag.259
De Repræſalijs, Ampl.33. pag.264
De Decimis, Ampl.34. pag.271
De executione rei iudicatæ, Ampl.35. pag.282
De confeſſis, Ampl.36. pag.290
De ſequeſtris, Ampl.37. pag.299
De noui operis nunciatione, Ampl.38. pag.305
De depoſiti executione, Ampliatio.39. pag.313
De iactatione, Ampliat.40. pag.319
De conſtituto in mortis articulo, Limit.1. pag.323
De ſepulturis, Limit.2. pag.325
De pignoris oblatione, Limitatio.3. pag.328
De priuilegijs clericorum, Limitatio.4. pag.335
De ceſſione bonorum, Limit.5. pag.341
De moratoriis, Limit.6. pag.351
De creditoris electione, Limit.7. pag.362
De militibus, & eorum priuilegiis, Limitat.8. pag.364
De Doctoribus, & medicis, Limit.9. pag.368
De mulierum priuilegiis, Limitatio.10. pag.372
De pupillorum, & minorum priuilegijs, Limit.11. pag.381
De priuilegijs paupertatis, Limitatio.12. pag.393
De priuilegijs ſenectutis, Limitat.13. pag.395
De debitore tempore contractus ſuſpecto, Limit.14. pag.398
De agricolis, bobus, & eorum priuilegijs, Limit.15. pag.400
De patriæ poteſtatis priuilegijs, Limit.16. pag.400
De ruſticorum priuilegiis, Limitatio.17. pag.402
De debitore idoneo non conueniendo, Limit.18. pag.404
De decurionibus, & Magiſtratibus, Limit.19. pag.405
De Ambaſciatoribus, Limitatione 20. pag.407

AR-

ARGVMENTVM HVIVS PRIMI LIBRI.

PRIMVM PRÆLVDIVM.

QVID, & quotuplex ſit cauſa? pag.2

Secundum Præludium.

Quid ſit aſſecuratio iudicij, debitor ſuſpectus de fuga vel fugitiuus? pag.9

Quæſtio Prima.

An valeat pactum quod debitor poſſit propria authoritate creditoris detineri, vel in domo eiuſdem creditoris, ſeu in carceribus officialium detrudi, accedente maximè creditoris iuramento, & pœna adiectione? pag.15

Quæſtio II.

An valeat pactum in inſtrumento adiectum, quod debitor in caſu moræ poſſit per famulos Curiæ, abſque Iudicis mandato ad publicos detrudi carceres, & in eiſdem detineri ad ſimplicem creditoris requiſitionem? pag.20

Quæſtio III.

Vtrum de ſtilo, vel de conſuetudine introduci poſſit, quod debitor in caſu moræ per famulos Curiæ abſque Iudicis mandato ad publicos carceres detineatur ad ſimplicem creditoris inſtantiam? pag.28

Quæſtio IV.

An debitor pro iudicij aſſecuratione ſiſti permiſſum ſit, quando per teſtes tantum non citata parte examinatos, nec didicitis teſtificatis conſtat de debito? pag.38

Quæſtio V.

An ex apoca, ſeu aliqua priuata ſcriptura debitor de fuga ſuſpectus detineatur, & an compelli poſſit ad fideiubendum, ſoluere iudicatum, & ſtare iuri? pag.41

Quæſtio VI.

An ex libro rationum mercatorum, artificum, ſiue aliorum priuatorum debitor pro iudicij aſſecuratione arreſtari permittatur? pag.53

Summarium concluſionum, quæ in ſupradictis quæſtionibus declarantur, ex quibus apparet, tam ex pacto in caſu moræ, quàm etiam introducente conſuetudine, & ex teſtibus non citata parte examinatis, & ex productione ſcripturarum priuatarum eſſe permiſſum ſiſtere debitorem pro iudicij aſſecuratione. pag.60

Ampliationes Concluſionum.

PRIMO *amplia etiam in die feriata.* pag.62

An debitor ſuſpectus de fuga poſſit arreſtari

Digitized by Google

ſtari in die feriata, vel tempore feriarum? pag.62

Ampliat. II. Etiam in Clerico.

An Clericus poſſit arreſtari ad creditoris laici inſtantiam, ſi ſuſpectus de fuga appareat. pag.66

Ampl. III. Etiam in Ciuitatibus.

An Ciuitas, Communitas, Caſtrum, Vniuerſitas, vel Villa, ſiue eorum Ciues pro debito detineri permittantur? pag.70

Ampl. IV. Etiam ad inſtantiam procuratoris.

An Procurator cum generali, vel ſpeciali mandato inſtare poſſit, vt debitor ſui principalis pro debito detineatur, vel idem arreſtari, & conueniri poſſit? pag.77

Ampl. V. Etiam propria creditoris authoritate.

An debitor ſuſpectus de fuga propria creditoris authoritate capi, & arreſtari poſſit? pag.82

Ampl. VI. Etiam contra tertium poſſeſſorem.

An tertius poſſeſſor poſſit via executiua conueniri, vel arreſtari, ſeu carcerari? p.93.

Ampl. VII. Ad inſtantiam perſonæ coniunctæ.

An debitor poſſit arreſtari pro iudicij aſſecuratione ad inſtantiam conſanguinei, vel affinis creditoris? pag.109

Ampl. VIII. Etiam in debitis fiſcalibus.

An debitores ex cauſa fiſcali detineantur, vel carcerentur pro iudicij aſſecuratione. 113

Ampl. IX. Etiam contra debitores debitoris.

An debitor debitoris poſſit conueniri, vel aliter arreſtari, vt fideiubeat de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo? pag.120

Ampl. X. Etiam in filiofamilias.

An filiusfam. poſſit carcerari pro debito? pag.125

Ampl. XI. Etiam vigore ſignificatoriæ.

An ſignificatus vigore ſignificatoriæ poſſit arreſtari ex condemnatione per calculatores ab vniuerſitate, vel alijs deputatis emanata? pag.142

Ampl. XII. Ad inſtantiam legatarij contra hæredes.

An legatarius poſſit hæredem arreſtare, vel bona defuncti, & rem ſibi legatam propria authoritate apprehendere, & executiuè pro conſequutione legati procedere? p.146

Ampl. XIII. Vt debitor teneatur præſtare vtramque cautionem.

An debitor carceratus teneatur præſtare tantum cautionem de iudicio ſiſti, vel alteram etiam de iudicatum ſoluendo, vel ad iuratoriam debeat, & poſſit admitti? p.151

Ampl. XIV. Etiam contra hæredem.

An hæres poſſit de perſona carcerari, vel bona detineri valeant? pag.160

Ampl. XV. In bonis, & in perſona.

An vno, eodemque tempore ad creditoris inſtantiam poſſit fieri exequutio in bonis, & in perſona? pag.170
Ampl.

Ampl. XVI. In hærede cum beneficio legis.

An hæres pendente beneficio inuentarij, poſſit agere contra debitorem de fuga ſuſpectum? pag. 173

Ampl. XVII. Etiam contra fideiuſſorem.

An Fideiuſſor poſſit carcerari nulla facta principalis debitoris deſcuſione? pag. 175

Ampliat. XVIII. Etiam ex ſemiplena probatione.

An ex ſemiplena probatione creditori ſit permiſſum arreſtare debitorem de fuga ſuſpectum? pag. 183

Ampl. XIX. Etiam lite pendente.

An debitor lite pendente poſſit vti ſuſpectus in carceribus detineri? pag. 184

Ampl. XX. Etiam coram iudice incompetenti.

An debitores arreſtentur coram Iudice incompetenti? pag. 187

Ampl. XXI. Ad inſtantiam ceſſionarij.

An ceſſionario ſit permiſſum arreſtare debitorem de fuga ſuſpectum? pag. 190

Ampl. XXII. Etiam in debito incerto.

An debitor ante diem ſolutionis, & ex quantitate incerta, vel ſub conditione obligatus carcerari poſſit? pag. 193

Ampl. XXIII. Etiam in ſocio.

An ſocius ad inſtantiam ſocij arreſtari debeat? pag. 194

Ampl. XXIV. In loco incongruo.

An captura debitoris poſſit fieri in loco incongruo, vel aliàs de iure prohibito? pag. 197

Ampl. XXV. In cuſtodibus carcerum.

An ſi debitor carceratus aufugiat, cuſtos ad debiti ſolutionem teneatur? pag. 200

Ampl. XXVI. Etiam in alijs cuſtodibus.

An detur de iure retentio, & an animalia in alieno territorio damnum dantia poſſint detineri? pag. 206

Ampl. XXVII. Vt poſſit recommendari.

An ex vna cauſa carceratus valeat pro alia recommendari, ſeu emparari? pag. 210

Ampl. XXVIII. In officialibus ſindicandis.

An officialis poſt finem officij parens ſindicatui, poſſit carcerari? pag. 213

Ampl. XXIX. Etiam in exactione collectarum.

An pro collectis poſſit executiuè procedi? pag. 221

Ampl. XXX. In exactione vectigalium.

An in exactione vectigalium, ſeu gabellarum poſſit executiuè procedi? pag. 244

Ampl. XXXI. In alimentis.

An in cauſa alimentorum, ſit executiuè procedendum? pag. 253

Ampl. XXXII. Etiam in mercede.

An in mercede, & ſalarijs ſit executiuè procedendum? pag. 259

Ampl. XXXIII. In repræſalijs.

An repræſaliæ concedendæ ſint? pag. 264

Ampl.

Digitized by Google

Ampl. XXXIV. In exactione decimarum.

An in exactione decimarum ſit executiuè procedendum? pag. 271

Ampl. XXXV. In re iudicata.

An res iudicata habeat executionem paratam? pag. 282

Ampl. XXXVI. In confeſſis.

An confeſſus ſtatim carcerari poſſit? pag. 290

Ampl. XXXVII. Etiam in ſequeſtribus.

An ſequeſtrationes de iure ſint permiſſæ? pag. 299

Ampl. XXXVIII. In noui operis nunciatione.

An noui operis nunciatio habeat exequutionem paratam? pag. 305

Ampl. XXXIX. In depoſito.

An depoſitum habeat executionem paratam? pag. 313

Ampl. XL. In diffamante.

An remedium legis diffamari ſit executiuum? pag. 319

Limitationes Concluſionum.
Limit. Prima.

AN conſtitutus in articulo mortis, vel periculo poſſit carcerari? pag. 323

Limit. II.

An cadauer debitoris pro debito poſſit ſequeſtrari, vel eius ſepultura impediri? p. 325

Limit. III.

An ſi debitor offerat pignora eius creditori, debeat à carceribus liberari? pag. 328

Limit. IV.

An clericus pro debito poſsit carcerari, ſi vult gaudere beneficio c. Odoardus? 335

Limit. V.

An debitor, qui vult cedere bonis, poſsit carceratus detineri? pag. 341

Limit. VI.

An debitor, cui fuit conceſſa moratoria, poſſit carcerari? pag. 351

Limit. VII.

An creditor poſſit arreſtare debitorem, quando in inſtrumento habet eumdem debitorem, ac fideiuſſorem deuictos? pag. 362

Limit. VIII.

An miles pro debito poſſit carcerari? p. 364

Limit. IX.

An Doctores, Aduocati, & aliæ perſonæ priuilegiatæ poſsint carcerari? pag. 368

Limit. X.

An mulier pro debito poſſit in vinculis detrudi? pag. 372

Limit. XI.

An pupillus, vel minor poſsint carcerari? pag. 381

Limit.

Limit. XII.

An pauper debitor carceratus, cui alimenta per creditorem denegantur, poſſit impunè à carceribus dimitti? pag.393

Limit. XIII.

An ſenex pro debito poſſit carcerari? pagina 395

Limit. XIV.

An debitor, qui erat ſuſpectus etiam tempore celebrati contractus, poſſit etiam ſi noua cauſa non ſuperuenit, à carceribus detrudi? pag.398

Limit. XV.

An boues, aliaque agriculturæ inſtrumenta neceſſaria, poſſint pignorari, & detineri? vide in ampl.15. principal. pag.400

Limit. XVI.

An Pater ad inſtantiam filij, Socer ad inſtantiam Generi, & Frater ad inſtantiam Fratris, poſſint carcerari? pag.400

Limit. XVII.

Ruſtici an poſſint pro debito in carceribus mancipari? pag.402

Limit. XVIII.

An debitor idoneus carcerari poſſit? pag.404

Limit. XIX.

An decuriones, Officiales, Magiſtratus, Electi, Conſeruatores, & alij adminiſtratores Ciuitatum, & Terrarum, poſſint pro debito carcerari? pag.405

Limit. XX.

An ambaſciatores detineri poſſint? pag.407

Opuſculum de Contrabandis in fine cum Indice particularium reperies.

PRÆMISSA.

POnam in Primo,& Secundo Præludio quid, & quotuplex ſit cauſa, quid, & quotuplex ſit iudicij aſſecuratio, ac debitor fugitiuus; deinde formabo ſex Quæſtiones, ex quibus eligendo Concluſiones eas ampliabo,& limitabo, prout in ſummario huius Primi Libri fol.60. reperies.

Digitized by Google

TRACTATVS DE CAVSIS EXECVTIVIS

Liber Primus.

FLORIDO MAVSONIO I. C. AQVILANO PRÆCLARISSIMO AVTHORE.

SVMMARIVM PRIMI PRAELVDII.

1 *Cauſa nomen comprehendit cauſam, & litem.*
2 *Capitalia, & ciuilia iudicia continet.*
3 *Continere dicitur obligationem.*
4 *Iudicium eſt quando diſcutitur, poſt litem conteſtatam cauſa dicitur.*
5 *Appellatio illa, quæ controuerſiam habet.*
6 *Et dicitur res in dicendo poſita cum interpoſitione actoris Iudicis & rei.*
7 *Chaos fuit principium omnium, quæ in mundo ſunt.*
8 *Cauſa eſt principium, & materia ipſius iudicij.*
9 *Et dicta à caſu quo venit.*
10 *Differt à controuerſia.*
11 *Quatuor modis in iure ſumitur; Aut eſt ciuilis, aut criminalis, vel capitalis aut mixta, aut ſpiritualis.*
12 *Ciuilis eſt quando de commodo partium agitur.*
Criminalis quando de publico intereſſe tractatur, num. 13. vbi etiam de capitali cauſa.
14 *Mixta quando vtramque complectitur.*
15 *Mixta etiā dicitur reſpectu modi agēdi.*
16 *Ciuilis dicitur quando parti læſæ pœna conceditur, Criminalis quando Fiſco applicatur.*
17 *Ciuilis ardua criminali comparatur.*
18 *Criminalis dicitur, quando pro crimine ad pœnam agitur.*
19 *In Regno omnes, in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut mutilationis membri, ſunt criminales.*
20 *Quæ pœnam non recipiunt, ſunt ciuiles.*
21 *Author declarat quæ dicatur in Regno cauſa criminalis, & quæ ciuilis.*
22 *Reg. Prag. 2. ſub tit. de iuriſd. omn. iud. interpretatur.*
23 *Cauſa ſpiritualis quæ dicatur.*
24 *Spirituales aliquæ non poſſunt miniſtrari per Laicos.*
25 *Matrimonij, ſacrilegij, periurij, vſurarum poſſunt eſſe capaces Laici.*

26 *Dicitur aliquando minima, magna, & maxima.*
27 *Magnæ, vel paucæ dicuntur inſpecta perſonarum qualitate.*
28 *Vilis, vel modica etiam quando ſit, relinquitur arbitrio Iudicis.*
29 *In vili, vel modica non poteſt vt ſuſpectus reputari.*
Et an ſit ſummaria ſtatur arbitrio Iudicis, & cauſa ſummaria dicitur executiua, eod. num. 29.
30 *In Regno omnes ſunt ſummariæ.*
31 *Et quomodo hoc intelligatur.*
32 *Summaria in Regno dicitur infra duos Auguſtales.*
33 *Auguſtalis valet quindecim carolenis.*
34 *Cauſarum quædam ſunt leues, quædam graues, & grauiſſima ex Iudicis arbitrio.*
35 *Fauorabiles ſunt quatuor, libertatis, matrimonij, dotis, & teſtamenti.*
36 *Aliquæ ſunt infimæ.*
37 *Aliquæ humiliores.*
38 *Aliæ mediæ.*
39 *Aliæ maximæ.*
40 *Executionis verbum definitur,*
41 *Eſt immiſſio in poſſeſſionem bonorum debitoris.*
42 *Executio publica & priuata quæ dicatur.*
43 *Executiua cauſa etiã ſummaria dicitur.*
44 *Tractatus Authoris diuiſus in quatuor Libros.*

PRIMVM PRÆLVDIVM.

Quid & quotuplex ſit cauſa?

1 CAVSA, vt inquit *Bartol. in l. cauſas 16. num. 2. verſic. ego puto C. de tranſact.* generale nomen eſt, ꝙ comprehendit cauſam, & litem, & ab ea cauſam ſeparare videtur Imperator in dicta l. cauſas; Etenim cauſa & capitalia, & ciuilia iudicia continet. Litis verò appellatione ciuiles tantum actiones includuntur *l. litis 36. ff. de verbor. ſignificat.* 2

3 Propriè verò negocium cõtractum, ipſamque obligationẽ denotat *l. certi condictio. 9. in princip. ff. ſi cert. petat. l. obligari 9 §. pupillus. ff. de authorit. tutor. l. & vno 18. ff. de acceptilation., & l. quod. 9. §. 1. ff. de tributor. Bald. conſilio 106.* Proponitur, quòd quidam *num. 2. verſic. quandoque cauſa ſumitur. lib. 2.*

4 Quando diſcutitur iudicium eſt, & poſt litẽ conteſtatam cauſa dicitur, vt fusè explicat *Alciat. lib. 2. diſputation. cap. 24. ver. Cæterum fol. m. 132.* licèt etiam ante litem iudicium appellari poſſit, vt inquit idem *Alciat. ibidem,* vbi impugnat Iſidorũ, qui aſſerit cauſam eſſe dum proponitur, dum diſcutitur iudicium, dum finitur iuſtitiam.

5 Et dicitur illa, quæ in ſe controuerſiam cum certarum perſonarũ interpoſitione in dicendo cõtinet, *Glo. in l. 1. ff. de militari teſtamen., & in d. l. cauſas,* quam ſequitur ibi *Bart. Bald. Caſtrenſ. Salicet.*, ceterique Scribentes, *Oldrad. conſ. 316. in fine num. 3. verſic. vnde Tullius, Natta in repetitione Clem. ſæpè gloſ. 1. nu. 14. in tex. ibi cauſas fol. m. 11. Maranta in Spec. in 5. part. principal. num. 26. verſ. quartus terminus, Lancell. de attent. in Præfat. num. 26. verſ. cauſa etiam.*

6 Et cauſa dicitur res in dicendo poſita cum interpoſitione certarum perſonarũ, ſcilicet actoris, Iudicis, & rei, *Gloſ. in c. forus 10. de verbor. ſignificat., Carauit. in prag. 4. de falſ. num. 30. verſ. eò quia fol. m. 60. à tergo.*

7 Et quemadmodũ Chaos fuit principium omnium, quæ in mundo ſunt, ita etiã cauſa poteſt dici principium, &

& materia ipſius iudicij, *Cardinal. in clem. 1. §. ab olim in 3. oppoſit. de ſepulc. viol.*, eum refert *Marant. vbi ſupra nu. 67. verſic. Vnde autem, Viu.* decus, & ſplendor Prouinciarum Aprutij *in deciſ. 136. num. 4. verſic. & ne ignoretur lib. 1. fol. m. 205.*

9 Et eſt dicta à caſu † quo venit, vt inquit *tex. in cap. forus 10. de verborum ſignificat. Viu. vbi ſupra*, quia præter hominum voluntatem caſualiter, vt plurimum occurrit, vt inquit *Gloſ. in dicto cap. forus, in verbo cauſa in fine. Alciat. dicto cap. 24.* vel à Chaos, *vt per Marant., & Cardinal. in locis præcitatis*, & dictam eſſe vel à Chaos, vel à caſu, vt inquit *Mirabell. in Polyant. in verbo Cauſa.*

10 Et differt à † controuerſia ſecundum eundem *Marant. ibidem num. 68. verſic. quo autem;* Cauſa enim in iudicio tantum deducitur, *d. l. cauſas Marcel. à Cal. de mod. articul. in princip. num. 17. verſic. cauſa folio mihi 5.*

Controuerſia verò, & in iudicio, & extra iudicium eſſe poteſt, ſiue agendo, ſiue defendendo, ſiue de iure, ſiue de facto, ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam agatur, vt eſt communis Scribentium ſententia * de qua *Lancellot. de attent. in dicta præfat. num. 33. verſic. Controuerſia Aſin. in pract. iudiciaria §. 1. cap. 1. & per tot. relatus ibidem per Lancell. Marcell. à Cal. vbi ſupra nu. 18. verſic. Controuerſia*, de cuius etiam nominis ſignificatione adeundus eſt, *Aſin. in pract. iudic. cap. 1. nu. 1. & ſeq.* cuius dictis lectorem remitto, cum ſat ſit in re, de qua habendus eſt ſermo ſupradicta tantum in medium poſuiſſe.

11 Et cauſa, de qua agimus † quatuor modis in iure ſumitur, ſiquidem aut dicitur ciuilis, aut criminalis, aut capitalis mixtà, aut ſpiritualis *Gloſ. in capitulo 1. in litera G. in verbo, gratiam, de colluſion. detegen. Viu. dicta deciſione 136. numero 5. verſicu. & cauſarum, Gothofred. prax. ciuil. lib. 2. tit. 5. de in ius vocand. vbi Tancred. in titulo de contumacibus folio mihi 1062. verſic. Nunc qualiter, Speculat. in titulo de pœn. contumac. libro ſecundo, parte prima §. 3. verſic. Ad huius, relatus* per eundem Gothofred. vbi ſupra folio mihi 1078. vbi ibidem Speculator addit, & matrimonialem, & appellationis, ſed matrimonialis complectitur in ſpirituali, & appellationis cauſa ſub vna ſupradictarum, vt ita etiam annuunt *addentes ad Speculatorem, vbi ſupra in litera A.*

12 Cauſa ciuilis nuncupatur, † quando de commodo, ſiue emolumento partium agitur, & de priuatorum intereſſe tractatur, *Cartar. deciſ. Gen. 130. numero 18. verſic. Quod eget, & num. ſequenti folio mihi 325. Marcell. à Cal. de mod. articul. gloſ. 2. numero 1. verſic. Hic videndum folio mihi 15.* vbi ponit multa exempla, quando cauſa dicatur
13 ciuilis; Criminalis † dicitur quando de publico intereſſe quæſtio habetur, vt quando publicè intereſt, ne delicta impunita remaneat, *l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquiliam, cap. vt famæ, de ſentent. excommunicat. Marant. de ord. iudic. parte 4. diſtinctione 1. numero 2. verſic. Sed breuiter.*

Capitalis cauſa, vel iudicium capitale, ſeu melius pœna capitalis dicitur, quando pro crimine mors, aut exilium, hoc eſt aquæ, & ignis interdictio imponitur *l. 2. ff. de public. iudic. l. ſeruum quoque 33. §. publicè de procurat. Scard. in ſuo Theſaur. in verb. Capitalis pœna*, & iudicium, ſiue cauſa capitalis dicitur quādo de aliquo crimine capitali agitur, vt quando imponitur pœna mortis, vel pœna in metallum, hodie triremium,

Digitized by Google

remium, vel deportationis, vel exilij, de quibus plenè *Felin. in cap. qualiter, & quando 2. de accuſat. vbi Ioann. de Anan. in §. ad corrigendos, columna ſexta*, quem refert *Marant. in ſua prax. in dicta parte 4. diſtinctione 2. numero primo, & ibi addentes*, de quibus habemus text. clarum *in §. primo ibi Capitalia dicimus, inſtitut. de public. iudic. ibi plenè Scribentes declarant, & in l. capitalium ff. de pœn.* de quibus etiam plenè per *Tuſc. pract. concluſ. in verb. Pœnarum capitalium concluſ. 223. per totam, & in concluſ. 43. Capitalis cauſa, Clar. in prax. crimin. quæſtione 64. in principio*, vbi pœna capitalis propriè loquendo accipitur pro pœna ſanguinis.

Et differt à criminali, quandoquidem criminalis cauſa dicitur etiam, quando pœna pecuniaria Fiſco applicatur, vt proximè diximus, capitalis verò cauſa pœnam pecuniariam continere nequit, hæc enim ad æſtimationem, non autem ad capitis periculum pertinet, vt inquit *Caliſtratus in d. l. Capitalium*.

14 Mixta verò appellatur, † quando vtramque complectitur, ſcilicet ciuilem, & criminalem, vt refert *Iacob. Butr. in dicta l. cauſas C. de tranſact.*, eumdem ſatis commendat *Ioannes Anton. de Nigr. in cap. Regni poſt cap. 235. ſuper pragmat. 1. de cauſ. crimin. & ciuilibus ſub num. 7. verſic. Dixit etiam Iacob.* vbi à num. 1. vſque ad 7. recenſet ſex diuerſas Doctorum opiniones aduerſantium ad inuicem, quando dicatur cauſa ciuilis, & quando criminalis, ſic etiam eſſe mixtam ex Speculatore refert *Marcell. à Cal. de mod. art. gloſ. 2. nu. 12. verſic. nunc congruenter*, vt in actione iniuriarum exemplum ponit, in qua ex conſtitut. Regni varietates pœnarum pœna æſtimationis iniuriæ pro duabus partibus Fiſco applicatur, & pro alia tertia parte applicatur parti.

15 Secundo modo † mixtam *idem Marcell. Cal. ibidem num. 13. verſic. alio modo*, appellat reſpectu modi agendi, vt ſi pro delicto ciuiliter agatur, etenim cum non poſſit dici merè ciuilis ex delicto deſcendens, nec criminalis, cum ciuiliter propoſita ſit actio; mixta per conſequens debet appellari, *vt per cap. tua in fine extr. de procurator. & Abb. in rubr. extra de iudic. num. 2. verſic. Quoddam eſt mixtum*, & de alijs cauſis mixtis exemplum ibi ponit.

16 Sed ſecundum communem ab omnibus receptam, cauſa † ciuilis dicitur * quando parti læſæ pœna conceditur, criminalis quando fiſco pœna applicatur; *Gloſ. in l. 3. ff. de ſepulcr. violat. vbi Bartol.* & hanc * magis receptam appellat *Blanc. prax. criminali parte 5. incipiens viſis indicijs per eum num. 58. Decius in rubr. extra de iudicijs, num. 9. Gomez. inſtitut. de actio. in principio numero 19. Boer. deciſione 394. num. 2.* & hanc ſequitur *Duar. libro primo diſceptat. anniuerſ. capit. 35.* quos cum alijs commemorat *Menoch. de arbitr. caſu 265. numero quarto, verſic. criminalis*, quibus addo *Viu. opin. 172. numero 3. volumine 1. Marant. de ordine iudicij parte 4. diſtinctione prima, numero 2. verſic. vbi dicit, Vincent. de Franc. deciſione 162. numero 15. & 16. verſic. Nec obſtat, Maſcardus de probat. concluſione 464. Marcel. Cal. de de mod. artic. dicta gloſ. 2. num. 2. verſic. notandum, Carau. in pragmat. 1. numero 185. verſiculo vbi quod cauſa de falſ.*

17 Et cauſa ciuilis ardua † criminali æquiparatur *cap. 1. de reſtitutione ſpoliator. in 6. l. propter litem §. 1. ff. de excuſat.*

excuſat.tutor. Marſ. ſing.109.cum alijs allegat. per Boer.conſ.40.num.64. folio mihi 145.

18 Primò declara † dictam cõmunem, & magis communem ſentẽtiam,quod licèt cauſa criminalis dicatur quando pœna fiſco applicatur, tamen procedit quoties pro crimine ad pęnam agitur, vel à lege ipſa pœna eſt impoſita, ſecus verò quando non ex conuentione, ſed ex cauſa ciuili agitur ad pœnam, vt ex promiſſione, vel ſimili, vel ab homine eſt impoſita, ſiquidem etiam ſi fiſco applicatur,dicitur ciuilis, *Grat. conſil.136.num.9. libro* 1. & ita declarando conciliat *Cartar. deciſ.Rot. Gen.130. à num.18. verſic. quod autem vſque ad numerum 26. folio mihi 328. ex Riminaldo iun. conſilio 336. num.33.*

Secundò declara in Regno Neapo-
19 litano † eſſe hoc diffinitum per dictam Regiam Prag. vt ſupra relatam, quæ eſt prag.2. *ſub tit. de iuriſd.inuic. non turband.*, per quam omnes cauſæ, in quibus principaliter venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut mutilationis membri ſunt criminales, & ad iuriſdictionem criminalem pertinere dicuntur. Cauſæ verò, in
20 quibus dictæ pœnæ † non imponuntur ad iuriſdictionem ciuilem ſpectant, vt etiam firmat *Ioannes Antonius de Nigr. in dicta Reg.Prag.num.6.verſ.Et ſupradicta, Baiard. ad Clar. quæſt.1. num.4. verſic. Item adde quod hodie, folio mihi 77.à tergo. Carauit. ſuper Pragmat.1. num.184.verſic. Breuiter folio mihi 65. à tergo. & in Pragmat. de Senatuſconſ. Maced.§.3.num.2.verſic. ſed quia folio mihi 68.*

Sed hæc declaratio non videtur mi-
21 hi † iure probata, nec recipienda, inſpecto enim tenore d.Regiæ Prag.2., habetur expreſsè ex ea,crimina,ac culpas, pro quibus pœna mortis naturalis, ſeu ciuilis, vel membri mutilatio principaliter inſligenda nõ venit, pertinere ad iuriſdictionem ciuilem; delicta verò, in quibus mortis naturalis, aut ciuilis, ſeu membri mutilatio principaliter imponenda venit, ad iuriſdictionem criminalem ſpectare; ſiquidem non tenet hæc ſequela, pertinet ad iuriſdictionem ciuilem, ergo eſt ciuilis, ſed è conuerſo ſequela procederet, cauſa eſt ciuilis, ergo ad iuriſdictionem ciuilem ſpectat, Aliud enim eſt cauſam eſſe ciuilem, aliud verò pertinere ad iuriſdictionem ciuilem, vel criminalem, In primo enim, iure eſt determinatum, quæ dicatur cauſa ciuilis, & quæ criminalis ſecundum dictam communem ſententiam relatam, In ſecundo eſt determinatum per dictam Regiam Pragmat., quæ ſint cauſæ ſpectantes ad vtramque iuriſdictionem, ſed non eſt prouiſum per ean-
22 dem Prag. quæ † cauſa dicatur ciuilis, & quę criminalis, ergo remanet in diſpoſitione iuris communis, quia ex mente diſponentis non conſtat debere fieri extenſionem *l. Gallus,§.& quid ſi tantum*, vbi ex magiſtrali diſtinctione, *Bartol. ſub num.7.* hoc colligitur. *ff. de liber. & poſthum.*, & propterea in hoc non recederem à determinatione dictę communis opinionis ſupra relatę, vt videtur etiam hoc firmare *Carauit. in dicta Pragmat de Senatuſ. conſult.Maced.§.3.num.4. verſic. Cogita tamen folio mihi 68.*, aliàs ſi hõc eſſet ſequeretur abſurdum, in quampluribus cauſis permiſſum eſſe per procuratorem comparere, quod de iure non conceditur, *argum. l. nam abſurdum, ff. de bon.libert. Cagnol.in l.1. num.113. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. cap. cum inter, vbi Decius in 7.not. de except.*

23 Spiritualis cauſa † dicitur quando agirur de ordinibus, gradibus, ſacramenris, obſeruationibus, aliiſque eccleſiaſticis rebus,& quando de aliqua re ad quoſcunque Chriſtianos ratione Eccleſiæ pertinente cõtrouertitur, *Couar. Pract. Quæſt. cap.31. num.2. relatus per Farinac. in prax.criminal.quæſt. 8. in tit.de inquiſit. num.20. verſic.Cauſa autem.*

24 Hæc autem ſpiritualis † ſubdiuiditur,quædam enim ſunt merè ſpirituales,quæ ad laicos nullo modo ſpectare poſſunt, vt cauſæ excommunicationis hæreſis,& ſimoniæ, ſed earum tantum eccleſiaſtici ſunt capaces, prout etiam eſt ad dignitatem, ſeu ad beneficia eccleſiaſtica eligere, ordinem conferre, poſſidere eccleſias, illis ordinare,& ſimilium, Laici verò eas cognoſcere non poſſunt, etiam quòd quæſtio incidat ſuper facto.

25 Aliæ verò ſpirituales † etiam ſunt, quarum laicus capax eſſe poteſt,vt eſt cauſa matrimonij, ſacrilegij, periurij, vſurarum,& ſimilium,etiam ſi quæſtio ſuper facto incidat, *vt per Emanuel. Albert.in tract.de agnoſcend.aſſert.cath.,& hæret.quæſt.25.num.54. relatus per Farinac. in pract.criminal. in tit. de inquiſit.d.quæſt.8.d.num.20.verſic. Limitando,& latius num.25. verſ.amplia vndecimo, fol.m.51.*

26 Cauſarũ etiam aliqua † dicitur minima, aliqua magna, aliqua verò maxima, *vt per Viu. d.deciſ.136. num.6. verſic. & conſequenter.*

Et iudicis arbitrio ſtandum eſt,an dicatur minima, magna, vel maxima, vt latè *per Menoch. de arbitr. caſu 27. nu.*10. * Et hanc etiã eſſe crebriori Doctorum ſententia receptam teſtatur *Guttier.Canon. quæſt. lib.1.cap.11. num.62.verſic. ſic etiam fol.72. Muſcatell. in praxi ciuili par.1. Gloſ. petitur. num.28. verſ. cum verò,& nu.29. verſ. Et hæc eſt veritas.*

27 Quia cauſæ † magnæ,vel paruæ, dicuntur inſpecta perſonarum qualitate, *Curt.iun. in l.3.num.18. ff.ſi certum petatur relatus per Guttier. vbi ſupra ſub num.64. verſ.& ponit, Muſcatell. vbi ſupra d.nu.29.* & exemplificat *Caroc. de loc. quæſt.7.num.57. verſic.cauſa parte* 1.

28 Sic etiam an dicatur vilis,† vel modica relinquitur iudicis arbitrio, qui perſonarum qualitate cõſiderata arbitrabitur,an ſit vilis, idem etiam quando cauſa eſt inrer viles perſonas,quoniam,& ſi cauſæ non ſint viles,tamen reſpectu perſonarum viles debent reputari, de quibus plenè *Panor. in c.*1. *num.17. per totum verſ. Item fallit,& verſ. Item ſi eſt,& verſ. Et quæ dicatur de libell.oblat.* vbi etiam addentes alios allegant *fol. m.119. par.1. ſup. 3. plenius Oldendorp. in tract. de formand. libell. relat. per Gothofred. prax.ciuil. lib. 2. tit.13. de edend., & libell. fol. mihi 1361. verſ.Cauſas,& verſ. Quæ autem Burg. in tract. de mod. proced. ex abrupt. quæſt.5. num.37. centur.*1. Et in cauſa
29 † vili,vel modica non poteſt iudex vt ſuſpectus recuſari, *Ang. & Dec. in l. qui iuriſdictionem de iuriſd.omn.iudic.vt per Gothofred. prax.ciuil. lib.2. tit.4. de in ius vocãd. fol.m.467.verſ. Vbi cauſa eſt.* Et ſic etiam an cauſa ſit ſummaria,vel ordinaria ſtatur arbitrio iudicis, *Boer. conſ.8.nu.18. verſ. & non reperitur fol. m.*31. & cauſa executiua dicirur ſummaria *Marant.in Specul.p.4. 5.diſtinct. princip. num.175. verſ.Decimotertiò*, vt dicemus infra,& ſemel ſummaria effecta ſemper eſt ſummaria in quacunque inſtantia,& coram quocunque iudice, *Caualc. de Brach. Reg. par.1. num.252. Burg. vbi ſupra num.52.*

30 Et in Regno Neapolitano, † licèt omnes

omnes cauſæ ſint ſummariæ,vt habetur *in cap.deteſtantes Carauit.in rit.*288. *num.*4. *relatus cum alijs per Muſcatell. in d.prax.ciuil. par.*1. *gloſ.*1. *nu.*4. *verſ. Et ex prædictis fol.m.*1.

Tamen hoc eſt intelligẽdum,vt ſint
31 ſublatæ † per dictũ capitulum ſolemnitates libellorum, & ſophiſticæ verſutię Aduocatorum,& Procuratorum, nõ autem ſolemnitates,quæ circa ſubſtantialia iudicij ſeruari debent,vt benè declarat *Muſcatell. in d.gloſ.*1.*nu.*6. *poſt Marant. Parid.& Carauit.ab eodem commemoratos*, Quia etiam in cauſis ſummarijs opus eſt litis conteſtatione, & alijs ſubſtãtialibus iudiciorum, *Bartol. ad reprimend. in verbo, ſummariè,& in verbo,& figura num.*10. *Socin.in cap. quoniam frequenter num.*26.*vt lite non conteſt.cum alijs relat. per Gail.in libro de pignor. obſeruat.*22. Et ideo ordo iudiciarius in Regno debet ſeruari etiam per Clericos tam in Curia Epiſcopali, quàm laicorum , quia ſtatutum præcipiens modum procedendi , non reſpicit perſonas, ſed cauſam, quæ foro illo ſubijcitur, *Graſſ.de except.in prælud.nu.*91. vbi de communi ✻ quem refert, & ſequitur *Burg.de mod.proced. cent.*1.*q.*5.*num.*48.& 49.

32 Et propriè in Regno cauſa † ſummaria dicitur infra duos auguſtales,vt habetur *in conſtitutione Regn. dilationes in iudicijs in tit. de dilation.* per quam diſponitur in cauſa ſupra duos auguſtales porrigendum eſſe libellum, *Anton.de Nigr. in cap.Regni ad hoc quod noſtrum num.*8. *fol.m.*52. *Grammat. conſ.* 50. *fol.m.*129.

33 Et auguſtalis valet carolenis † quindecim, & ſexaginta caroleni vnciam conficiunt,*vt per dictum de Nigr. vbi ſupra num.*130. *folio mihi* 61.

34 Et cauſæ, ſeu debita quędam † dici poſſunt leues, ſiue leuia, quædam atroces, ſiue graues, aliquæ grauiores, & atrociores,ſiue grauiſſimæ,& atrociſſimæ,quę vt tales ſint arbitrio iudicis relinquendum,aſſerit *Menoch. de arbitr. caſu* 266., magis explicitè hoc iudicis arbitrio relinqui ſcripſit *Clar. in prax. criminali* §.1.*verſ.ſunt etiam debitor,vbi Baiardus plenè Farinac.prax.crim. in tit. de delict.quæſt.*18.*nu.*61. *verſ.ſeptima, & num.*62. *verſ.Prima ſit*, vbi innumeros allegat,cui lectorẽ remitto,cum nulli locus ſit relictus additionis, Addo etiam *Caualc. de Brach. Reg. part.*1. *num.*85. *verſ. quæ autem fol.m.*16. vbi remiſſiuè cum alijs allegatis, *& Card. Tuſcum in concluſ.*1077. *Crimina leuia, vel grauia quando, & ex quibus dicantur, & in concluſ.*161. *delict. quæ mag. grau. eſſe dicantur.*

35 Fauorabiles verò cauſæ † ſunt quatuor, ſcilicet libertatis, matrimonij, dotis, & Teſtamenti *cap.final. de ſent.& re iudicat.*

36 Cauſarum etiam aliquæ † ſunt infimæ, & ſunt illæ, quæ infra ſummam 300. ſolidorum exiſtunt, *auth. de defenſ.ciuit.* §.*iudicare, &* §.*audient,& l.* 1. *ff.de offic.eius, cui mand.eſt iuriſd.*

37 Aliæ humiliores, † quæ trecentos aureos non excedunt, §.*audient auth. de iudic. Gothofred.prax.ciuil.lib.*2.*tit.*1. *de iuriſd.omn.iudic.vbi Longoual. fol.mihi* 131. *verſ. humiliora.*

38 Aliæ etiam dicuntur † mediæ, quæ prædictam ſummam infimarum excedunt *l.placet in princ. C.de pedan. iudic.*

39 Aliæ verò maximæ † appellantur, quæ ad merum pertinent imperium *d.l.placet* §. *non ita*, relatæ per eundem *Gothofred. d.lib.*2. *tit.*1. *de iuriſd.omn. iudic. fol.m.*258. ex *Speculator. lib.*1. *par.*1. *rubr. de iuriſd.nu.*8.

40 Executionis verbum † diffiniri poteſt,vt ſit ſatisfactio quædam, quæ ſit per condemnatum opera,& miniſterio

publici

publici executoris pro ſententiæ latæ obſeruatione, vt videtur probari *in l. 4. §. ut Prætor, ff. de re iudic. & in l. 2. & fin. C. de cuſtod. reor.* Vel ſecundum *Salicet. in Auth. vt qui iurant num. 20. C. de bon. auth. iudic. poſſid. relatū per Coler. de proceſſ. execut. in præfat. num. 31.*

41 *verſ. Hinc eſt,* Executio † eſt immiſſio in bonis debitoris, Et de re iudicata propriè dicitur, *l. qui pro tribunali ff. de re iudicat.* Et in vtroque caſu publica

42 executio appellatur, *Coler. vbi ſupra num. 30. verſ. Eſt autem.* Priuata verò executio ea dicitur, quæ à proprio creditore abſque Iudicis authoritate fit, ſiſtendo ex iuſta, & legitima cauſa perſonā, vel bona creditoris, procedendo via facti, vel leuato velo, vt per eundē *Coler. ibidem nu. 32. verſ. Alia dicitur.*

43 Et cauſa executiua etiam ſummaria dicitur, *Maranta in Speculo par. 4. diſtinct. 8. num. 41. & diſtinct. 9. num. 10. Abb. in cap. 1. num. 18. de libell. edit. Caſtrenſ. conſil. 48. In cauſa quæ vertitur num. 2. volum. 2. alleg. per Coler. de proceſſ. execut. parte 2. cap. 2. num. 52. verſ. Ac ſi aliquis, & par 3. cap. 1. nu. 59. verſ. Quod autem cum alijs allegatis,* & quæ ſint priuilegia cauſæ ſummariæ vide infra 34. *ampliat. princ. nu. 9. verſ. Et cauſæ,* & in ea procedi poteſt ſine ſtrepitu, & figura iudicij, *Burg. in tract. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 5. nu. 99. verſ. Decimus octauus cent. 1.*

Ego verò, ſi cauſa cauſarum, prout eſt rerum omniū opifex, & à quo cuncta bona procedunt; vitam vires, & opem præſtabit in hoc tractatu de cauſis executiuis, hoc ordine procedam.

In hoc primo libro verba faciam de cauſis executiuis Iudicialibus, & ſignāter de iudicij aſſecuratione, & de ſuſpecto, ac fugitiuo debitore, & de alijs cauſis in iudicio executiuo occurrentibus.

In ſecundo libro, Deo annuente, de cauſis, & pactis executiuis.

In tertio libro de vltimis voluntatibus executiuis.

In quarto, & vltimo de criminalibus cauſis executiuis.

SVMMARIVM

PRAELVDII II.

1 *Aſſecuratio iudicij eſt vox barbara, prout arreſtum.*

2 *Ingenium humanum imbecillitatem habet, & exiguum eſt.*

3 *Aſſecuratio iudicij ab Authore deſcribitur, & eſt illa ſatiſdatio, quæ à carcerato de fuga ſuſpecto debitore præſtatur.*

4 *Propriè apud Luſitanos dicitur Apoſte, quod eſt aſſecuratio ſiue per mare, ſiue per terram. Eſt affinis fideiuſſioni, nu. 5. Dicitur contractus innominatus, nu. 6.*

7 *Satiſdare aliud eſt, aliud verò fideiuſſionem præſtare.*

8 *Fideiuſſores dare coactus non ſatiſfacit pignora præſtando.*

9 *Lex Longobarda dicitur fex, & non lex, & vocatur ius aſininum.*

10 *Aſſecuratio iudicij à Maranta commemoratur, & dicitur illa ſatiſdatio, quæ à debitore præſtatur, ne ſit locus fugæ. Et fuit inuenta propter fugæ ſuſpicionem, num. 11.*

12 *Iudicia eluſoria non debent reddi.*

13 *Fideiuſſor dicitur principalis ad cauſam, & vſque ad ſententiam obligatur.*

14 *Satiſdatio dicitur prout ſatiſfactio, quæ præſtatur, vt ſecurus creditor reddatur.*

15 *Fideiuſſio de ſtando iuri, vel de iudicio ſiſti paria ſunt inter ſe.*

16 *Debitor dicitur ille, cui nulla competit exceptio, à quo inuito exigere poſſumus.*

17 *Suſpicio dicitur actus, per quem in dubitationem trahimur, & eſt triplex, & magnum afferre ſolet reipublica præiudicium, num. 18.*

Digitized by Google

Et dicitur illa, quæ opponitur contra Iudicem, vel ordinarium vel delegatum numero 19.

20 *Suſpecta perſona dicitur quatuor modis, Primò quando non poſſidet immobilia, Secundò quando poſſidet pauca, Tertiò dicitur ſuſpecta propter malos mores, Quartò quando malè adminiſtrauit.*

21 *Suſpicio debitoris eſt Iudicis arbitraria.*

22 *Fugitiuus debitor vario modo in iure intelligitur.*

23 *Qui animum redeundi amplius non habet appellatur:*

Et ſufficit, quòd mentis vitium declarauerit vnum amouendo pedem num. 24.

Exiſtens in fuga dicitur fugitiuus nu. 25.

à proprio creditore, & à quocumque Iudice incompetenti poteſt capi, & arreſtari num. 26.

27 *Aliud eſt dicere de fuga ſuſpectum, Aliud fugitiuum appellare.*

28 *Fugæ ſuſpicio eſt probanda coniecturis, & illa eſt præcipua quando debitor immobilia non poſſidet.*

Relinquitur arbitrio Iudicis, vel creditoris iuramento num. 29.

30 *Debitor ratione contractus ſortitur forum, vt poſſit in eodem loco conueniri.*

Et ratione deſtinatæ ſolutionis num. 31.

32 *Moram incurrit qui in termino non implet.*

33 *Doloſus dicitur, qui promiſſa non obſeruat.*

34 *Mora vt committatur tria requiruntur.*

Et de iure canonico etiam vbi adeſt iuramentum poteſt purgari num. 35.

36 *Dolus ex mora dicitur reſultare.*

37 *Debitor ſuſpectus de fuga dicitur, quando in domicilio creditoris ſolutionem deſtinauit.*

Contrarium tenet Bartolus num. 38. *ſed declaratur num.* 39.

40 *Suſpectus de fuga alio modo dicitur ciuis, alio modo dicitur aduena.*

SECVNDVM PRÆLVDIVM.

Quid ſit aſſecuratio iudicij, fugitiuus, & debitor ſuſpectus de fuga.

CAVSAE, quæ inter alios in his partibus exequutionem paratam habere videntur eſt manus iniectio, quam noſtrates finem, & non principium ſumendo, iu-
1 dicij aſſecuratioñe † quaſi barbaro appellant vocabulo, prout arreſtum barbara voce vocant *ſecundum Andr. Gail. in tract. de arreſt. num.* 1. *fol. mihi* 370. & ea tam paſſim in his partibus vtimur, quod mihi in mentem venerit primam eandem iudicij aſſecurationem in hac prima parte proponere, in qua ſi nil boni benigniſſime Lector inuenias ingenij imbecillitati adſcribas iux. *tex. in l.* 1. *§. nam qui C. de veter. iure enuclean.*,
2 ex quo ingenium mortale † exiguum eſt, vt inquit ibi text., Et ne ignoremus quod per nomen dicitur, cōtra *l.* 1. *ff. de*
3 *iuſt., & iur.* dico † iudicij aſſecurationem eſſe illam ſatiſdationem, quæ à carcerato debitore vti de fuga ſuſpecto in iudicio præſtatur, ex qua cum fideiuſſore de ſtãdo iuri, & iudicatum ſoluendo deuincitur; Propriè enim ſumpto vocabulo aſſecuratio dicitur
4 illa, quam † Luſitani Apoſte vulgariter appellant, quando ſcilicet quis ſiue per mare, ſiue per terram aſportare res ſuo riſico, & periculo ſuſcipit, de qua plenè *Petr. Santer. in tract. de aſſecuration. & ſponſion. part.* 1. *in princ. & per totum inter tract. de aſſecurat. & caut. diuerſorum, fol. mihi* 379. & *Benuen. Strac. in tract. de aſſecurat. in Præfatio. nu.* 45. & *nouiſs. per Monac. in deciſ. Florentin.* 9. *per totam fol. mihi* 3.

Dictaque maris, & terræ aſſecuratio
5 † affinis eſt fideiuſſionis cōtractui, vt ex multis commemorat *Anton. Hering. in tract.*

tract.de fideiuſſ. cap.18.num.152.verſ.
decimo quinto fol.mibi 361. qui tunc di-
6 citur innominatus † facio, vt des, & do,
vt facias, *Rota Ian. in deciſ.3.num.28.*
verſ.eſt enim fol.m.21. & deciſ.25.num.
1.verſ.Nam fol.m.89. Petrus Morla in
empor.iuris part.1.tit.8.quaeſt.25.num.
25.cum allegatis per dictum Hering. d.c.
18.in fine. Petrus Santer. vbi ſupra d.
part.1.num.7.verſ.ſicut ergo.

Quemadmodum enim vocamus aſ-
ſecurationis contractum, quando aſſe-
curator conducit res ſuo riſico, & peri-
culo, ita etiam nuncupamus iudicij aſ-
ſecurationem, illam ſatiſdationē, quam
de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo
debitores deuicti præſtare tenentur, per
quam creditor ad ſimilitudinem ſupra-
dictæ aſſecurationis contractus, ſecurus
etiam de ſuo credito redditur. Dixi ſa-
tiſdationem, & non fideiuſſionem, quia
7 aliud eſt † ſatiſdare, aliud fideiuſſores
præſtare; ſatiſdare enim eſt ſecuritatem
per fideiuſſores dare *l.1.ff.qui ſatiſdar.*
cogant. Vnde ſi ſatiſdare conceditur,
tunc vel pignora, vel fideiuſſores præ-
ſtare ſufficit *l.promiſſor §.vltimo ff.de*
conſt.pecun. l.1.§.iubet ff.de collat.bonor.
vt etiam infra dicemus. ſed vbi quis fi-
8 deiuſſores dare † cogitur dando pigno-
ra non ſatisfacit, niſi aliud fuerit con-
uentum *l.ſoluitur §.2.l.item liberatur.ff.*
quibus modis pign. vel hipot. ſoluat. vt
bene diſtinguit *Ant. Hering. in d.tract.*
de fideiuſſor. d.cap.18.num.75. verſic.
Non aduerſatur fol.mihi 352.

Quemadmodum legimus in iure
Longobardo *lib.1.tit.15.* vbi guadia, &
fideiuſſio tanquam diuerſæ ponuntur.
Ant.Hering.vbi ſupra nu.81.verſ.Hinc
etiam, Licèt illa lex *ex Luca de Pen. in l.*
vnica num.2.C.de gladiat.lib.12. nuncu-
9 patur potius fex, † quàm lex, & apud
nos in Regno magis ius aſininū, quàm
ſecundum iuris prudentiam diuinum
vocemus, vt *ex Fab.de Ann. conſ.28.nu.*
11.Intrigliol.de feud.cent.9.quaeſt.96.n.
52.& 53.& Marant.in diſput.2.nu...
firmat dictus Ant.Hering.vbi ſupra num.
81.& num,87.Marant.in Polimant.lib.
8.cap.2. in fine folio mihi 172.
10 Propterea *Marant.in ſuo Specul.8.*
membr.in tit.de ſatiſdat. ſub nu.1. dum
verba fecit de ſatiſdatione, dixit illam
præſtari pro iudicij aſſecuratione, &
partis, nec alibi inter Scribentes inue-
nire potui fuiſſe nominatim poſitam
ſatiſdationem pro iudicij aſſecuratio-
ne, niſi apud *Marant.vbi ſupra,* & apud
Mart. vot.182. fol.m.152. illic enim
primam ſatiſdationem eam appellauit,
quæ de ſtando iuri præſtatur, illaque
11 principaliter fuit inuenta † vt ipſe, in-
quit, propter fugæ ſuſpicionem, ad fi-
nem vt reus iudicium aſſecuret, ne ſit
locus fugę iudicium eludendo, eum re-
fert, & ſequitur *Ant.Hering. in d.tract.*
de fideiuſſor. cap.16.nu.23. verſ.Nam
12 *vt Maranta,* non enim licet † iudicia
eluſoria, & inania reddere *l.ſi prætor*
ff.de iudic. Hering.vbi ſupra num.25. Et
ideo dicta ſatiſdatio ſemper cum fide-
iuſſore intelligitur, *l.ſancimus C.de ver-*
bor.ſignificat., qui obligatur non ſo-
13 lum pro principali, † verùm etiam
principalis dicitur ad cauſam, & tene-
tur vſque ad ſententiam, *Scribent. in*
rubric. ff.qui ſatiſd. cogant. vbi Bartol.
& Iaſon in fine, & magis dicitur prin-
cipalis, quàm fideiuſſor, *Luc. de Pen. in*
l.ſi quis decurio n.15.C.de decur.lib.10.
Alex. in l 2.§.ſi quis ff.qui ſatiſd, cogant.

Satiſdatio dicitur, prout ſatisfactio,
14 † ſatisfit quidem creditor, cum eius
voluntas impletur, ita ſatiſdare dici-
mus creditori, cum ita cauemus, vt is
datis fideiuſſoribus ſecurus reddatur.
l.1. ff.qui ſatiſd.cogant., ſatisfit autem
qualitercumque id fiat, *l.item liberatur*
ff.quib. mod.pign. vel hipot.ſoluat, l.ſi in

rem,

Digitized by Google

rem, §. ſi ſatisfactum ff. de pign. act. & l. penult. ff. de verbor. ſignific. Hæc ſatiſdatio in facto, de quo agitur, præſtatur
15 † tam de ſtãdo iuri, vel de iudicio ſiſti, quæ paria ſunt inter ſe, *Bart. in l. 1. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. Marant. in dicto Specul. par. 6. tit. de ſatiſd. in princip.* quam etiam de ſoluendo iudicatum, vt dicemus infra *Ampl. 13. princip.* & per *Marant. in dicto 8. memb. num. 11. verſ. Tertia ſpecies*, vbi tertio loco hanc poſuit ſatiſdationem.

16 Debitor autem propriè dicitur † ille, cui nulla competit exceptio, ſtrictè aut, à quo inuito exigere, ſeu melius extorquere poſſumus, vt rectè interpretatus eſt, *Accurſ. in l. debitor ff. de verbor. ſignific. vbi etiam Alciat. & Rebuſ. l. 1. vbi omnes ff. ſi certum petatur. l. fideiuſſor obligari §. fideiuſſor accipi ff. de fideiuſſor. Ber. conſ. 31. num. 12. vol. 3. Caroc. de excuſſ. bonorum q. 1. 2. par. num. 58. verſ. & ratio videtur fol. mihi 136. cum d. allegatis*, & tam ex contractu quàm etiam ex delicto, ita appellatur. *l. Neratius 14. ff. de petit. hæredit.*

17 Suſpicio dicitur † actus, per quem in dubitationem trahimur, timentes ne læſionem afferat, quæ triplex eſt. Primò dicitur illa, per quam debitores noſtri alieno aere obnoxij abitionem meditantur, ne carceribus mancipentur, quia vel ſoluendo non ſunt, vel quòd omnia bona diſtrahere, & dilapidare incipiunt, quæ propriè fugæ ſuſpicio nuncupatur, & tã publicè, quàm
18 priuatim magnum affert præiudicium, *vt tot. tit. de priuileg. creditor. & l. ait prætor §. ſi debitorem ff. quæ in fraud. creditor.* vbi omnes, *& l. fin. C. de ſeruis vbi Bart.* de qua in præſenti tractatu diſſerendum eſt.

19 Alia dicitur ſuſpicio, † quæ aduerſus Iudicem tam ordinarium, quàm delegatum defertur, vt de delegato *in l. apertiſſimi, & in l. vltima C. de iudicijs*, & de ordinario *in nouell. vt præſid. qui interpell. §. quod ſi vſu veniat.*

Tertia ſuſpicionis ſpecies eſt illa, quæ ad lædendum, vel publicè, vel priuatim parata reperitur, quæ ad actionem de poſtulatione ſuſpecta pertinere dicitur, *vt ff. & C. de poſtuland.*

20 Suſpecta perſona † ſecundum *Gothofred. in prax. ciuil. lib. 1. tit. 5. de ſuſpect. perſon. ſub tit. de ſtat. homin. folio mihi 385. vol. 1.* dicitur quatuor modis, Primò quando immobilia non poſſidet, accedat *Crauet. conſ. 847. num. 4. verſic. ſed in fuga, Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 87. num. 9. folio mihi 245. allegat Iaſ. in l. ſi fideiuſſor §. vltimo in verbo officium num. 26. qui ſatiſdare cogantur.*

Secundò dicitur ſuſpecta, quamuis poſſideat immobilia, ſed adeo pauca, vt quaſi non poſſidere dicatur, quibus addo *Crauet. vbi ſupra verſic. ſed, & idem Menoch. dicto caſu 87. num. 11. folio mihi 246.*

Tertiò dicitur ſuſpecta propter malos mores, *Menoch. vbi ſupra num. 19. verſic. Nam hæc ipſa folio mihi 247.*

Quartò appellari poteſt ſuſpectus, quando malè adminiſtrauit, *Bart. in d. l. ſi fideiuſſor § vltimo ff. qui ſatiſdare cogant.* de quibus omnibus etiam verba facit *Pract. Papienſ. in form. ſequeſtr. num. 2. verſic. ſed hic quæritur.*

21 Quæ omnia † relinquenda eſſe iudicij arbitrio dicit *Menoch. vbi ſupra d. caſu 87. num. 13. verſ. Animaduertat.*

Fuga triplex eſt alia voluntaria, alia caſualis, & tertia ignominioſa, *Bald. in l. 3. C. de ædilic. act. & in l. 1. C. de ſeru. fugit. Thier. de fug. Lacon. num. 3. verſic. Vnde eſt.*

22 Fugitiuus debitor, † quamuis vario modo in iure intelligatur, *vt in l. quid ſit fugitiuus 17. ff. de ædilit. edict. & in l. fugi-*

l. fugitiuus 225. ff. de verbor. ſignificat. plenè Caccialup. in tract. de debitore ſuſpecto, & fugit. quæſt. 1. per tot. Bald. in conſil. 250. In quæſt. D. Milani, nu. 8. verſic. Eſt autem fugitiuus lib. 1. & conſ. 382. num. 9. verſic. Et primò videndum lib. 5. Boer. deciſ. 215. Et antequam veniam ad deciſionem num. 2. verſic. ſecundo præſuppono, Natt. conſil. 240. per tot.

Tamen in materia, de qua haben-
23 dus eſt ſermo, fugitiuum † ab animi affectu illũ exiſtimamus, qui animum redeundi amplius non habet, & ſic non dicimus quem fugitiuum à ſola fuga, nam eum, qui hoſtem, aut latronem incendium, ruinamve fugeret, quamuis fugiſſe verum ſit, non tamen fugitiuum eſſe, inquit *tex. in d. l. quid ſit fugitiuus §. Item apud Viuianum ff. de ædil. edict.* cuius verba etiam recenſet *Scard. in eius Theſaur. in verbo, Fugitiuus quid ſit fol. mihi 392. Bald. in dicto conſil. 250. num. 8. lib. 1. & conſil. 382. num. 9. lib. 5.*

24 Sed, & ſi aliquis † actus fugæ acceſſerit, & vitium mentis in ipſo facto fugæ deduxerit, fugitiuus appellatur, vt inquit *tex. in d. l. fugitiuus 225. ff. de verborum ſignificat. vbi Alciat. in verbo fugitiuus verſ. ſanè oſtendit;* Voluntas enim non tantum verbis, ſed etiam factis declaratur, *l. Paulus reſpondit ff. rem ratam haberi cum ſimilibus, Tiraq. de nobilit. cap. 6. num. 9. Imol. conſil. 73. cum alijs allegatis per Giurb. deciſ. 43. nu. 34. verſic. Nam voluntas.*

Et ſufficit, quod in actu fugæ vnum amouerit pedem, vt dicatur exiſtere in fuga, Bald. & Boer. in locis præcitatis.

25 Et exiſtens in fuga † dicitur fugitiuus, & poteſt non ſolum nullo iuris ordine ſeruato *Ioan. de Anan. in conſ. 53. num. 4. vbi Bologn. fol. 1.* Sed etiam ab ipſo creditore, vel eius propria autho-
26 ritate, & à quocunque Iudice etiam incompetenti capi, & arreſtari, vt dicemus *infra 20. ampliat. principali.*

27 Debitor verò ſuſpectus de fuga † aliter in iure exiſtimatur, quem præclarè deſcripſit *Menoch. de arbitr. iudic. caſu 87. per tot. folio mihi 245.* Vbi ſcriptum
28 reliquit hanc fugæ † ſuſpicionem eſſe coniecturis probandam, illamque eſſe præcipuam, quando debitor immobilia non poſſidet, quod eſſe relinquendum Iudicis arbitrio affirmauit, vt di-
29 ximus etiam ſupra, vel iuraméto † creditoris eſſe probandam, vt in delatione iuraméti dicit eſſe communem opinionem ex * duabus rationibus fundatam, prima quod ſit modici præiudicij, altera propter moræ periculum, de quibus infra plenius dicemus; Vel etiam quando debitor clauſit apotecam, vel quando alienauit totum ferè capitale, vel quando exercuit ludos prohibitos, vel pignora dedit ſoluendo vſuras, de quibus latius *per Pariſ. conſ. 99. num. 18. 19. 20. 21. & 22. volum. 3. folio mihi 165.* Quæ omnia procedere mihi videntur, quando agitur cum debitore incola, ſeu cõciue creditoris, cum quo & coniecturæ, & probationes debent apparere ad hoc, vt vti ſuſpectus poſſit arreſtari, & carcerari, ſed in forenſe aliud dicendum eſt, vt infra latius dicemus *in 3. ampliat. principali.*

Sed ſe offert dubium, quando creditor cum aduena, ſeu forenſe contraxit, & is promiſit ſoluere certo loco, & certa die, qua adueniente, & debito non ſoluto, quomodo iſte debitor poſſit vti ſuſpectus in vinculis detrudi.

Circa hãc reſolutionem præmitten-
30 dum eſſe arbitror, quod ratione † contractus quis forum ſortitur, ex quo in eodem loco poteſt conueniri, *cap. 1. §. contrahentes de foro compet. in 6. l. hæres abſens §. Proinde. vbi etiam Curt. iun.*

&

Digitized by Google

& §. *ſi quis tutelam, vbi Angel. nu.* 1. *ff. de iudicijs*, & hāc vti communem ✱ ex *Bartol. Alex. Socin. & alijs*, commemorat *Andreas Gail. practicar. obſeruat. libro* 2. *obſeruat.* 36. *numero* 14. *verſic. Quo ad contractus folio mihi* 153. & *obſeruat.* 14. *numero* 4. *in libro ſingulari de pignoration. folio mihi* 360. quibus addo cumulata *per Gothofred. in prax. ciuil. libro* 2. *tit.* 1. *folio mihi* 272. ſtante maximè clauſula, qua vtimur in omnibus contractibus, quod quis poſſit vbique conueniri, capi, & arreſtari, *l. contraxiſſe ff. de actiõ. & obligat. & in l.* 3. *ff. de bon. auctorit. iudic. poſſiden. Andreas Gail. vbi ſupra dicta obſeruat.* 36. *numero* 16. *in fin. eod. libro* 2. & dicemus infra..

31 Item quis etiam forum ſortitur † ratione deſtinatæ ſolutionis, adeo quod ſi debitor in loco contractus domicilium habeat, adhuc in creditoris eſt electione, vbi malit debitorem conuenire, *Rota Ianuenſ. in deciſ.* 161. *Petyt Gaiatius num.* 5. 6. 7. *verſic. Verum ſiue folio mihi* 216.

32 Præmitto etiam, quod † nō implens in termino præfixo conſtituitur in mora, ex qua dolus reſultat, Salicet. *in l. ſi quis maior numero* 3. *in fine. Alexand. numero ſexto, verſic. In textu ibi non ſeruando, Iacobin. num.* 19. *Cagnol. numero* 94. *verſic. ſecundo limita C. de tranſact. allegat Manc. in tractatu de iurament. parte quinta effect.* 14. *numero* 9. *verſic. fruſtraneaque dubitatio folio mihi* 524.

33 Et doloſus dicitur quicumque † promiſſa non ſeruat, *Roland. conſilio* 57. *Viſo proceſſu numero nono, libro primo folio mihi* 289. *Alexand. conſilio* 41. *numero* 7. *verſic. Cum ergo lib.* 3. *folio* 42. *Aymon. conſilio* 192. *numero* 15. *cum alijs congeſtis per Mancin. vbi ſupra numero* 10.

34 Et licèt ad conſtituendum † in mora tria copulatiuè requirantur. Quod debitor fuerit interpellatus, Quod poſt interpellationem habeat dandi facultatem, vel dolo deſinat habere, Quod poſt interpellationem ſciat, vel ſcire, & intelligere debeat ſe debere, de quibus *Mareſcott. variar. reſolut. libro* 2. *cap.* 124. *num.* 1. & *ſequentibus folio mihi* 269.

35 Et mora de iure canonico † etiam vbi adeſt iuramentum poteſt purgari, maximè quando ius partis non eſt deterius factum *cap. ſuam de præbend. cap. apud miſericordiam* 32. *quæſt.* 1. *vbi Gloſ. Caputaquenſ. deciſ.* 230. *lib.* 2. *Rota deciſ.* 277. *num.* 5. *par.* 2. *in nouiter nouiſſ. cum alijs allegat. per Mareſcott. Variar. reſolut. cap.* 126. *num.* 16. *verſic. De iure tamen folio mihi* 275. *Mancin. in d. tract. de iuram. effect.* 13. *num.* 4. & *num.* 16. *folio mihi* 240. & magis in *ſpecie Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.* 84. *nu.* 8. *verſ. Ego tamen arbitror fol. m.* 233. *Addentes ad Afflict. in deciſ.* 174. & *præcipuè Vrſill. num.* 3. vbi ſic obſeruari in Magna Curia Vicariæ, & in Sac. Reg. Conſil. contra Afflict. Et dicemus, Deo dante, *in noſtris curialibus obſeruat. in tit. de emphit.*

Nihilominus quemadmodum nega-
36 ri non poteſt dolum † ex mora reſultare, ita etiam fugę ſuſpicionem, maximè in extero, & foreſè ex eadem mora cauſari dicendum eſt, ex qua non ſolum ſuſpectus de fuga, ſed etiam fugitiuus debitor appellari, & cēſeri poteſt, quia ſi de quo magis, ergo & de quo minus per ea, quæ tradit *Euerard. in loco à maiori in ſua centuria folio mihi* 145.

His ſuppoſitis circa dubium præmiſſum, & pro infra dicendis, conclu-
37 dendum eſt, ſuſpectū † de fuga nuncupari debitorem forenſem, qui in domicilio creditoris ſolutionem deſtinauit;

Digitized by Google

Creditor enim, qui aduenæ fidem ſecutus eſt, quem non fugitiuum exiſtimabat, ſed illum ſuo loco,& tempore iuxta promiſſa ſoluturum; poterit obtinere ſequeſtrum,& perſonalem prehenſionem, quia licet ex prouiſo, & non ex improuiſo in periculum dicatur incidiſſe, tamen ne materia fugiendi præbeatur, abſque aliqua ſuſpicionis probatione poterit ſuſpectus cenſeri, & vti fugitiuus, & aduena carcerari, hoc tenet Baldus originaliter contra *Bartol. in Rubr. C. de reuocand. quæ in fraud. creditor, num. 5. verſic. ſed vlterius quæritur*, cuius dicta ſequendo, refert *Iaſ. in l. ſi ab arbitro nu. 5. verſ. Quartò limita ff. qui ſatiſdare cogant.* quos refert,& ſequitur *Menoch. de arbitrar. iudic. dicto caſu 87. num. 19. verſic. Illud vnum nunc corollariè*, quibus addo *Roman. Bald. ſequent. in l. 2. ff. ſolut. matrimonio, & Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 41. Fuerunt capti num. 8. verſic. & tunc dicit folio mihi 145. volum. 1. deciſ. diuerſ.*

38 Et licèt Bartol. contrarium † affirmet *in l. ait prætor, la ſeconda num. 5. verſic. Quærit Dinus ff. quæ in fraud. creditorum*, motus, quia poſt debitum contractum, noua timoris cauſa non ſuperuenit, & idem Bart. melioribus rationibus hoc ſuſtineat *in l. hæres abſens 19. §. proinde & ſi merces numero 1. ff. de iudic.* vltra reſponſionem Menoch. vbi ſupra nos dicimus, Bartolum loqui, quando creditor ſciebat verè non eſſe nec ſoluturum, & neceſſa-
39 riò debitorem † receſſurum, Quando verò creditor hoc annuebat diſtinguendo *Bartol. in dicto §. proinde* concludit, quòd aut debitor tabernam, vel officinam exercebat, & præſumptio eſt non eſſe receſſurum, aut verò tabernam non habebat, ſed ibi tamquam aduena permanebat, tunc exiſtimandum eſt receſſurum fuiſſe, & vti ſuſpectum iudicandum, & capiendum eſſe, vt ſic firmat expreſsè *Petr. Pecc. de iur. ſiſtend.* quæ refert *Gothofred. prax. ciuil. tit. de in ius vocand. libro 2. tit. 4. ſub capit. 4. folio mihi 600. verſic. Quando, & verſic. Ego autem ex Iaſon. in dicta l. ſi ab arbitro in quarta limitatione.*

Ex quibus apparet, quod alio mo-
40 do † dicitur ſuſpectus de fuga debitor ciuis, & incola cum eodem creditore, alio modo dicitur ſuſpectus de fuga aduena, qui contraxit, ſiue aliquid recepit ab incola creditore, Primus enim non dicitur ſuſpectus de fuga, niſi probatis probandis, de quibus infra dicemus.

Secũdus verò dicitur ſuſpectus, tum propter moram, tum propter dolum præſumptum, tum etiam propter prætenſam fugam, & plenius dicemus *infra quæſt. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Lege permittente idem permiſſum cenſetur, quod per pactum conceditur.*

2 *Debitor propria creditoris authoritate ſiſti poteſt.*

3 *Maritus vxorem, Dominus ſeruum, Pater filium, Abbas monachum, conſanguineus furioſum conſanguineum, in priuatis carceribus detinere poſſunt.*

4 *Nemo debet ad imparia iudicari.*

5 *Creditor debitorem fugiẽtem propria eius authoritate in vinculis detrudere poteſt.*

6 *Pacta ſunt de Iure gentium.*

7 *Pactum cum ſcriptore, quod in euentum moræ teneatur ad compedes, & vincula tenet. nu. 9.*

8 *Debitor in caſu moræ poteſt ad carceres obligari, maximè ſi iuramentum interuenerit num. 10.*

Pri-

11 *Priuata perſona etiam ex pacto iuriſdi-ctionem habere nequit.*

12 *Captura perſonæ eſt citatio realis.*

13 *Nemo eſt Dominus membrorum ſuorum.*

14 *Carcer eſt ſpecies ſeruitutis.*

15 *Debitor non poteſt ſpeciem ſeruitutis ſibi conſtituere.*

16 *Inconueniens eſt vbique euitandum.*

17 *Occaſio tumultus eſt ſedanda, & per tumultum quis dicitur incurrere crimen læſæ Maieſtatis.*

18 *Pacta contra bonos mores non ſunt ſeruanda, nec ex huiuſmodi pactis quis obligatur, etiam ſi iuramentum fuerit adiectum num. 19.*

20 *Pacto non poteſt quis carceribus ſe ſubmittere.*

21 *Genus remouetur, à quo remouetur & ſpecies.*

22 *Debitor prohibetur pro debito ſeruum fieri.*

23 *Carceratus promittens cum iuramento ad eaſdem carceres redire, non tenetur.*

24 *Si de quo magis videtur ineſſe, & non ineſt, nec de quo minus.*

25 *Pactum non valet vt quis ad carceres priuatos detrudi poſſit, propria creditoris authoritate, Etiam ſi fuerit iuramento vallatum num. 26.*

27 *Maior poteſtas requiritur in adiectione pœnæ, quàm in diſpoſitione principali.*

28 *Qui non poteſt ciuiliter diſponere, nec pœnaliter ei permiſſum cenſetur.*

29 *Pactum de non carcerãdo non valet etiam ſi Iudici præſentetur.*

30 *Debitor fugitiuus ſtante pacto ſupradicto poteſt carcerari propria creditoris authoritate.*

31 *Multa poſſunt per legem fieri, quæ per pactum non conceduntur.*

32 *Quando eſt electa perſonæ induſtria, quis præciſè ad factum tenetur.*

QVÆSTIO PRIMA.

ARGVMENTVM.

An valeat pactum quod debitor poſſit propria creditoris authoritate capi, & detineri, vel in eius domo, ſeu carceribus officialium detrudi, accedente maximè iuramento debitoris, & pœnæ adiectione.

PRo affirmatiua quod valeat pactum ſupradictum apparere videbatur ex infraſcriptis iuribus, & rationibus in medium afferendis.

1 Quod poteſt fieri per legem † etiam per pactum permittendum cenſetur, *l. final. vbi DD. C. de fideiuſſoribus, Gloſ. in l. non ſolum §. final. in verbo, Etiam, hæredis in principio ff de nou. oper. nunc. Gloſ. in rubric. C. de decret. decur. lib. 10. Euerard. in loco à pacto ad legem, folio mihi 741. cum allegatis;* quibus addo *Minſinger. ſingul. obſeruat. centur. 6. obſeruat. 51. num. 1. verſic. Primò conſtat folio mihi 563. Bartol. in l. alia §. eleganter num. 8. verſic. Item oppono ff. ſolut. matrimonio, Vital. de clauſ. in tit. An poſſit renunciari ceſſ. bonorum numero 8. & numero 9. verſic. Præterea folio mihi 528.*

Sed per legem permittitur aliquem poſſe carcerari etiam propria carce-
2 rantis authoritate, † vt in marito, qui ex correctione poteſt vxorem in carcerem detrudere, quod ei permittitur tam de iure canonico *capit. placuit 24. quæſtione 2. cap. quemadmodum in fine, vbi Gloſ. vltim. extra de iureiurand.* quam etiam de iure ciuili, *Gigas de crimin. læſæ maieſtatis libro 1. quæſt. 35. num. 8. Franc. Aretin. in l. maritum §. eleganter num. 7. verſic. Et ad materiam fol. m. 23. à tergo ff. ſolut. matrim.* Et in domi-
3 no, qui in priuatum carcerem † ſeruum

 conij-

conijcere, In Patre cui permittitur filium carcerare, In Monacho, ſeu Abbate, qui poteſtatem habet Monachum carcerandi, Et in conſanguineo, cui conceditur furioſum conſanguineum carcerare, firmat *Farinac. in tract. de carceribus quæſt.27. limit.3. nu.25. 26. 27.28. & 29. folio mihi* 4. vt etiam in filio exemplificat *Ioſeph. de Ruſtic.* gloria, & decus totius Aprutinæ Prouinc. & huius fideliſſimæ Ciuitatis in Comment. *l.cum auus cap.1. num.42. verſic. Nec prohibetur de condit. & demonſtrat.* Ergo etiam & per pactum permittenda eſt carceratio propria creditoris poteſtate.

4 Secundò nemo debet † ad imparia iudicari, *l. fin. C.de fruct. & litis expenſ. Calder. in l.ſi curatorem in Gloſ. Vel aduerſarij dolo num.22. C.de in integr.reſtitut. Marius Giurb. deciſ.49. nu.16. folio mihi* 239.

Sed ſi cõtra pactum appoſitum non concederetur, debitorem poſſe carcerari ad imparia quis iudicaretur, quia
5 creditori † permittitur propria authoritate debitorem fugiẽtem carcerare, *d. l.ait prætor §. ſi debitorem vbi Bart. cæterique Scribentes ff.quæ in fraud. creditor. Alex. in l.2. ff.de iuriſd.omn.iud. Canoniſt. in cap.vt famæ de ſentent. excommunicat. Minſinger. in d.obſeruat.51. num.4. verſic. Deinde cuilibet*. Ergo nemo debet vt ſupra iudicari, *Speculator in tit. de renunciat. & concluſion.nu.29. verſic. Et pro eis par.2. folio mihi* 623.

Tertiò, Pacta ſunt de iure gentium
6 † introducta, *l.ex hoc iure ff.de iuſtit. & iure*. Sed de iure gentium non ſolum permittitur captura, ſed etiam detentio *l.4. ff.de ſtatu hominum, inſtit. de iur. perſon. §.1.* Ergo & carceratio, & dententio per pactum.

Quartò, & vltimò, Ex pacto cum
7 ſcriptore alicuius † libri inito, quod in euentum moræ teneatur ad compedes, & vincula tradi, donec librum ſcripſerit, ſcriptor efficaciter obligatur, adeo quod ex tali pacto poteſt in compedibus, & vinculis detineri, *Gloſ. in l.ſtipulatio §.opus verſic. ſiue autem*, vbi eadem Gloſ. teſtatur hanc ſententiam firmatam fuiſſe per omnes Doctores Bononienſ. *ff.de nou.oper.nunciat. Speculat. in d.rubr.de renunciat. & concluſ.in principio num.29. verſic. in ſcriptoribus parte 2. folio mihi 623. cum alijs allegatis per Coler. de proceſſ. execut. parte prima cap.6. num.15. verſic. Et ſi verò folio mihi* 187.

Ergo etiam ex pacto debitor in ca-
8 ſu moræ † poteſt ad carceres obligari, argumento *l.illud ff.ad leg. Aquiliam, & in l.à Titio ff.de verbor.obligat.*

Et hanc opinionem, quòd pactum
9 ſupraſcriptum cum creditore initum valeat, tenet *Bartol. in tract. de carceribus num.23. verſic. Quæ dixi folio mihi* 158. *Innocent. in cap.ex ſcripto in Gloſ. in verbo, Obſides extra de iureiurand. cum alijs allegatis pro hac parte per Farinac. in tract. de carceribus quæſtione 27. ſub num.20. verſic. Et licèt contra folio mihi* 3.

10 Maximè ſi iuramentum † fuerit adiectum *Abb. in conſilio 42. num.1. parte 2. poſt Federic. de Sen. in conſilio 60. Ioan.Faber. inſtitut.de iur.perſon. §.finali in fine, Guid. Pap. deciſione 61. & deciſione 211. cum alijs allegatis per Seraphin. in tract. de priuileg.iuram. priuileg.91. num.3. verſic. Tamen ſi, folio mihi* 478.

Contrarium de iure ſubſiſtit ex alijs argumentis, & rationibus fortioribus
11 adducendis, Primò priuatæ † perſonæ, nec etiam ex pacto poſſunt iuriſdictionem conferre, *vulgat. l.priuatorum C.de iuriſd.omn.iudic. Muſcat. in ſua prax. par.1. Gloſ. poteſt num.179. folio m.11.*

Coler.

Coler. de proceſſ.execut. parte 1. cap.6. num. 10. folio mihi 186. Farinac. de carcer. quæſtione 27. num.20. quia quod magiſtratibus conceditur, priuatæ perſonæ denegatur, *Cagnol. in l.non eſt ſingulis 137. num.4. ff.de regul.iuris.*

12 Sed captura perſonæ † eſt citatio realis, & ſpecies iuriſdictionis, *Alex. in dicta l. alia §.eleganter num.6. verſic. Octauo quod non poſſit, vbi etiam Bartol. num.7. ff.ſolut.matrimon. motus per text. in §. ſi verò authent. de exhibend. reis, & ibi Gloſ. verbo Iudex, collat. 5. idem Alexand. in l. Imperium num.22. vbi Bartol. num.8. verſic. Aut miſſio ff. de iuriſd.omn.iudic. cum allegat. per Coler. de proceſſ.execut. parte 1.cap.6. numero 11. verſic. Cum enim captura folio mihi 186.* quibus addo allegata *per Farinac. de carceribus dicta quæſtione 27. num.20. ampliat.6. verſic. idcirco folio mihi 3.*

Ergo non poſſunt priuatæ perſonæ iuriſdictionem conferre, & per conſequens non permittitur captura debitoris ratione ſupradicti pacti.

Secundò, ſi aliquis poſſet ad carceres priuatos obligari, ſequeretur etiam quod quilibet eſſet dominus membro-
13 rum ſuorum, † ſed conſequens eſt falſum *l.liber. homo, la prima, ff.ad leg. Aquiliam, Cagnol. in dicta l.non eſt ſingulis 137. num.4. folio mihi 139. Guid.Pap. deciſ.278. An homo poſſit num.2. folio mihi 414.*

14 Et carcer eſt ſpecies ſeruitutis † *l.3. ff.de lib.hom.exhib. l. Titio centum §.2. ff. de cond. & demonſtrat. Gloſ. & Doctor. in l.antiquitas C. de vſufruct. Caſtrenſ. in conſil.52. in fine, quos allegat Seraphin. de priuileg.iuram. Priuileg.91. num.2. folio mihi 478.* & dicitur ignominia facti grauans, cum irretractabili præiudicio, & magis ex carceratione infamatur nobilis, quàm plebeius, *Monach.deciſ.Bonon.68.num.68.& nu.69. verſic. Reſpondetur, & deciſ.ſeq. nu.25. & num.27. verſic. Hæc verò.* Ergo, & antecedens, argumento eorum, quę adducit *Bald. in l. conuenticula C. de Epiſcop.& cleric.* cũ alijs allegatis *per Euerad. in loco à deſtruct.anteced.ad deſtruct. conſequent. num.1. folio mihi 804.* quia
15 debitor † non poteſt ſpeciem ſeruitutis ſibi conſtituere, *l.nec ſi volens, & l. interrogata C.de liber.cauſ. Franc.Aret.in d.l. maritum §. eleganter num.7. verſic. Et illa ratio ff.ſolut.matrimon. Roder.de ann.reddit. par.2. quæſt.10.num.6. verſic. ſecundo.*

Tertiò inconueniens eſt vbique eui-
16 tandum † *l.nam abſurdum ff.de bon.libert. Cagnol. in l.1. num.113. ff.de offic. eius, cap.cum inter, vbi Decius in ſeptimo notando de except. l.1. §. vnde quærebatur ff.de public. Facit. l.fin.in principio. C.de vſur.rei iudicat. & l.donatio ff.ſolut. matrim.*

Sed ſi permitteretur carceratio propria creditoris authoritate ſequeretur
17 inconueniens, quia præberetur † occaſio tumultus, & rixæ, maximè ſi creditor inueniret debitorem cum armis reſiſtentem, argumento *l.non eſt ſingulis 137. vbi Cagnol. & Decius ff.de regul. iur. Alex.in l.iuſtè num.77. vbi etiam cæteri Doctores de acquir.poſſ. ff. Afflict. in conſtit.Regni rubr.8. num.16. de cultur. pac. lib.1. Coler. vbi ſupra dicto capit.6. num.13. verſic.accedit.*

Ergo eſt euitandum *tex. in l.penultima ff.de ſicar. Dec. in d.l.non eſt ſingulis num.3. verſic. & nota folio mihi 240.* aſſerens per tumultum quis incidere in crimen læſæ maieſtatis.

Quartò pacta contra bonos mores
18 non ſunt † ſeruanda, nec quis ex huiuſmodi pactis obligatur *l.fin. & l. pacta quæ C.de pact. l.2. §.illud non eſt ff.depoſit. l.ſi vnus §.illud ff.de pact. l.ſtipula-*

Digitized by Google

tio hoc modo concepta, & l.Titia §.1. *ff.
de verbor, obligat. Guid.Pap, in dicta de-
ciſione* 278. *An homo poſſit num.*2. *ver-
ſic. Credo quod non, folio mihi* 414.

19 Etiam ſi iuramento firmentur. † *c.
non eſt obligatorium de reg.iur. in* 6. *Bar-
tol. in dicta l. ſtipulatio hoc modo concepta
num.*3. *Addentes ad Papam in dicta de-
ciſione* 278.

. Ergo ſeruari non debent, quia per
20 pactum † non poteſt quis carceribus
ſe ſubijcere *l.nec volens, & l.nec libe-
ros C.de liber.cauſ.*

Quintò à quo remouetur genus, &
21 quælibet ſpecies † remoueri debet, *l.ſi
quid earum.* §.*interemptum ff.de legat.*3.
Thobias Non. in §.1. *gloſ.*1. *numero* 23.
*inſtitut. de teſtam. Iaſon in l.*1. *num.*20.
*ff. de acquir. poſſeſſ. facit tex. in l. iuriſ
gentium* §. *ſed ſi fraudandi ff. de pact.
Paul.Caſtrenſ. conſilio* 1. *in principio vo-
lum.*1.

Sed genus prohibetur, ſcilicet pro
22 debito ſeruum fieri † *l.obæs C. de act.
& obligat. Alber. in dicta l.alia cauſa* §.
*eleganter nu.*5. *verſic. ſed genus ff. ſolut.
matrim.* Ergo cenſetur prohibita etiam
ſpecies.

Sextò, & vltimò. ſi carceratus in
carceribus detẽtus promittens cum iu-
ramento ad eoſdem redire carceres, ſi
non rediuit, non poteſt dici periurus
23 † propter pacti inualiditatem, *Bald.
conſ.*247. *Proponitur quod Ioannes lib.*2.
*ſequitur Natt, conſil.*451. *num.*32. *&*
33. *lib.*2. *Farinac. eos allegat dicta quæ-
ſtione* 27. *ſub num.*20. *de carcer. dicto fo-
lio mihi* 3.

Ergo à maiori non licet ex pacto
etiam iurato debitorem in publicos
carceres propria creditoris authorita-
te detrudere, quia, ſi de quo magis vi-
detur in eſſe, & non ineſt, nec de quo
24 minus, *l. nec eſt vera C. de acquir. poſ-
ſeſſ. l.*1. *C. de negot. geſt. cum ſimilibus*
iuribus, & rationibus commemoratis
per Euerard. in ſua centuria in loco à
maiori.

PRIMA CONCLVSIO

PRIMAE QVAESTIONIS.

25 VEra, ac recepta om-
nium opinio * eſt, de-
bitori non eſſe permiſ-
ſum per pactũ obligari
ad priuatos carceres, &
ad illos deduci propria creditoris au-
tem, teſtatur *Cagnol. in dicta l.non eſt
ſingulis* 137. *num.*4. *verſic. Et an per
pactum de regul. iuris folio mihi* 139. *à
tergo. Guid.Pap. deciſ.*61. *Aliquis pro
debito num.*1. *verſic. Et notanter ſupra
dixi folio mihi* 91. Bald. in additioni-
bus ad Speculatorem, quem citant ad-
dentes ad Papam, *in dicta deciſione* 61.
*in verbo, partis priuatæ, Alber. in l.alia
cauſa* §. *eleganter num.*5. *verſic. Vltra
Gloſ. ff. ſolut. matrimon. vbi refert, & ſe-
quitur Dinum hanc eandem communem
ſequentem, Alex. ibidem num.*6. *Bartol.
nu.*11. *Bald. num.*1. *Imol. nu.*5. & de
hac communi * teſtatur *ibidem Franc.
Aretin. num.*7. *verſic. His præmiſſis fo-
lio mihi* 23. *à tergo*; de hac etiam
communi teſtatur * *Farinac. de car-
cer. dicta quæſt.*27. *num.*20. *verſic. am-
plia ſexto*, Vbi communem * appel-
lat, & ſequitur *Mancin. in tract. de iu-
ramento effect.*224. *numero* 1. *parte* 4.
folio mihi 460. Ab hac non recedit *Vi-
nius opin.* 183. Eandem amplectitur
*Seraphin. d.priuileg.*91. *ſub num.*3. *fo-
lio mihi* 478. vbi contrariam refellit,
*Gaſpar. Roder. de ann. reddit. quæſt.*10.
*num.*4.5.6.7. & 8. *folio mihi* 408. *Vaſq.
de ſucceſſ. creat. lib.*3. §.22. *limit.*17.
*num.*81. *verſic. Infertur folio* 36. *Aſin.
in tract. de execut.* §.2. *capit.*4. *num.*5.
verſic. Illud tamen folio mihi 29. *Galleſ.*
ad

ad formul. oblig. camer. quæſt. 5. num.2.

Primò ampliatur procedere etiam ſi
25 tale pactum † ſit iuramento vallatum, *Farinac. d.quæſt.27. num.20. Riminald. ſen. conſil.61.num.20. lib.1.* eum refert, & ſequitur *Mancinus d.effect.224.nu.2. Seraphin.d.priuileg.91. nu.3. & 4. Galleſ. ad formulam camer.obligat. quæſt.5. num.2. verſic. Quod procedit.*

Secundò amplia etiam ſi pœna fue-
27 rit † adiecta, quia ea non obſtante, non valet pactum de capiendo perſonam, vt ſupra; maior enim poteſtas requiritur in adiectione pœnæ, quàm in diſpoſitione principali *l.2. §.is datur ff. de iudic.* quia qui non poteſt ciuiliter
28 diſponere, † nec pœnaliter ei permiſſum videtur, *Bald. in l.omnes populi col 6.verſ.ſed quid ſi ſtatutum inualidum ff. de iuſtitia, & iure, Farinac. vbi ſupra d. quæſt.27. num.20. circa medium.*

29 Amplia tertiò etiam ſi Iudici † præſentetur, *Couar. Var. reſol.cap.6.par.1.nu. 24.fol.m.186.* ſed quomodo hoc procedat, dicemus infra *ampliat. 5.nu.1.& 2.*

Limita ſupradictam concluſionem in
30 debitore fugitiuo, † vel de fuga ſuſpecto, vt per *Farinac. vbi ſupra d.quæſt.27. num.21.& 22.*

Sed declara *vt infra quæſt.3. nu.34. & ſequent. & in d.ampliat.5.*

Limita ſecundò in obligationibus momentaneis, non autem in obligationibus perpetuis, & ſucceſſiuis, & ſignanter in cōtractibus annui redditus, quia in illis non tenet pactum propter ipſius cōtractus odium, *Couar. lib.2.variar.reſolut.cap.1.num.7.* quem commemorat *Gaſpar. Roder. de ann.reddit.q.10. num.11. verſic. ſed illa fol.mihi 409.*

Non obſtant modò in contrarium adducta, quia ad primum argumentum pro contraria parte reſpondetur, non ſemper eſſe veram propoſitionem, quia
31 multa poſſunt fieri per † legē, quæ per pactum fieri nequeunt, *l.neque pignus §. priuatorum, & l.nec ex prætorio ff.de reg. iur.* vt ſic etiam reſpondit *Bart. in d.§. eleganter nu.10.verſ.Item oppono fol.mihi 11.* Et in vxore filio, ſeruo, & Monacho adeſt ratio diuerſitatis, quia ſunt in poteſtate Patris, Domini, Mariti, & Abbatis, & ex diuerſis non fit illatio vulg. iur.

Non obſtat ſecundum, quia procedere videtur in debitore ſuſpecto de fuga, vel fugitiuo, vt diximus ſupra.

Non obſtat tertium, quia loquitur etiam in ſeruo, qui eſt in domini poteſtate.

Ad quartum argumentum reſpondetur in eo caſu eſſe electam perſonæ induſtriam, ex qua tenetur præcisè ad
32 factum *l.nemo eſt, qui neſciat ff.de duob. reis l.inter artifices ff.de ſolution.* Secundò, caſus procedere videtur ratione publicæ vtilitatis, vt ſic reſpondit *Coler. de proceſs.exequut. d.par.1. cap.6. verſic. tamen iſtud eſt ſpeciale fol.mihi 187.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum habitandi in certo loco non valet, quia contra libertatem, ſed vide infra num.19.*

Nec valet vt in caſu moræ debitor carcerari poſſit num.2.

3 *Carceratio eſt ſpecies exequutionis.*

4 *Debitore non ſoluendo prius fit excuſſio, & poſtea ad capturam deuenitur.*

5 *Fideiuſſoris bona dicuntur aggregata bonis debitoris.*

6 *Pactum de carcerando pœnam importat.*

7 *Carcer non ad pœnam, ſed ad cuſtodiam eſt paratus.*

8 *Carceratio eſt ſpecies torturæ, & in carcere mortuus reputatur in cruciatu interfectus.*

9 *Pactum, verberandi inuentum in aliqua vinea, non tenet.*

Pœna

10 *Pœna carceris eſt maior pœna verberibus.*

11 *Carcer, quamuis non ſit ſeruitus, eſt tamen ſpecies ſeruitutis.*

12 *Homo liber non recipit æſtimationem.*

13 *Pactum contra libertatem non debet ſeruari.*

14 *Carceratio pro debito eſt detentio.*

15 *Poteſt quis obligari, vt ſub obſide detineatur,*

16 *Fauori ſuo quiſque renunciare poteſt.*

17 *Homo liber ex pacto detineri poteſt.*
Et dictæ detentioni renunciari poteſt numero 18.

19 *Pactum habitandi in certo loco, quando reſpicit commodum alterius, valet.*
Niſi honeſtati, vel nomini bono inſidietur num. 20.

21 *Volenti non fit iniuria.*

22 *Creditor poteſt debitorē volentem in proprijs carceribus detinere.*
Nec propterea priuatum carcerem committit num. 23.

24 *Ceſſioni bonorum renunciari poteſt.*

25 *Velleiano Senatuſconſ. renunciari poteſt.*

26 *Argumentum de ſtatuto ad pactū valet.*

27 *Vbi extat ſtatutum poteſt fieri pactum de carcerando debitorem.*

28 *Debitor ex pacto in caſu moræ ad publicos carceres obligari poteſt.*
Maximè quando per debitorem renunciatur eius foro num. 29.
Multò fortius, vbi iuramentū fuerit adiectum, & renunciatum l. ſi conuenerit ff. de iuriſd. omn. iud. num. 30. & num. 31.
Et virtute pacti de capiendo bona, & perſonæ executiuè comprehēduntur ibid. num. 31.

32 *Præuentio tollit executionem vigore ritus.*
Procedit etiam in contractu cenſuali numero 33.
Dummodo præſtetur fideiuſſio, ſi à parte tamen petatur num. 35.
Non procedit quando præuentioni cum iuramento eſt renunciatum num. 36.

37 *Renunciatio præuentioni continetur ſub pacto de non opponendo.*
Procedit de iure Regni Siciliæ num. 38.

39 *Falſitatis exceptio impedit carcerationem.*

40 *Falſitas dicitur mutatio veritatis.*
Debet concludenter probari num. 41.
Procedit in criminalibus num. 42.
Debet habere tria requiſita num. 43.

44 *Falſitatis ſuſpicio in ciuilibus pro veritate habetur.*

45 *Falſitas probatur per raſuram ſcripturæ.*
Per diuerſitatem atramenti num. 46. Per interlineaturas num. 47.

48 *Pactum habitandi in certo loco reſpectu alterius perſonæ tenet.*

49 *Excuſſio bonorum de conſuetudine non ſeruatur.*

50 *Carceratio eſt introducta, vt debitor ſoluat, & creditor ſecurus reddatur.*

QVÆSTIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

An valeat pactum in inſtrumento adiectum, quod debitor in caſu moræ poſſit per Miniſtros officialium, vel eorum mandato capi, & detineri?

PRimò videbatur dicendum, non valere † pactum
1 in certo loco habitandi, quoniam contra libertatem initum dicitur, *l. Titio centum §. Titio centum il ſecondo ff. de condit. & demonſtrat. Capell. Tholoſ. deciſ. 87. fuit quæſitum fol. m. 397. inter deciſ. diuerſ. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 307. Concludit hic num. 3. folio 290. Capic. deciſ. 135. In cauſa nu. 4. verſic. Romanus. Polid. Rip. obſeruat. 304. Sed quid tum fol m. 239.*

Ergo à fortiori non valet pactum,
2 vt debitor † in caſu moræ poſſit carcerari per miniſtros, & officiales, quaſi de quo minus, ergo & de quo magis, vt ſupra.

Secun-

Digitized by Google

Secundò, ſi hoc eſſet, ſequeretur, quod debitor, qui habet in ære lueret in corpore contra vulg. regulam *in l.* 1. *§.fin. ff. de pæn. l.fin. ff.de in ius voc.* &
3 carceratio eſſet ſpecies † executionis *Bart. in l.is, qui Reipublicæ num.3. ff.ex quibus cauſ.maior. Alex. in l.à Diuo Pio §. in venditione, num.6. de re iudicat.*

Sed conſequens eſt falſum, quia hoc de iure non permittitur, nunquam enim ad capturam deueniẽdum eſt, niſi
4 prius † excuſſo, & non ſoluendo debitore, *l.3. §.Tutores, vbi Gloſ. verbo, Vinculis, ff. de ſuſpect.Tutor. vbi Bald.* ☞ * eam commendat, & hæc eſt vera, & communis omnium opinio, à qua in practica non eſſe recedendum, dicit *Alex. in d.l. à Diuo Pio §. in venditione ſub num.º. vbi Iaſ. ff.de re iudic.* de qua teſtatur *Caroc. in tract. de excuſ. Bonor. p.2. quæſt.24.nu.2. & 3. verſ. Et hæc eſt vera fol.m.259.cum allegat.* Quibus addo *Coler. de proceſſib.execut. d.par.1.c.6. num.20.verſ. Pro qua parte eum alijs ab eo allegatis fol.m.188.*

Imò etiam bona fideiuſſoris excuti debent, quia bonis debitoris dicuntur
5 aggregata, † *vt per Caroc. vbi ſupra nu.4. & Coler. d.cap.6.num.22. & dicemus infra ampliat.princip. Ergo &c.*

Tertiò, ſi valeret pactum de carcerando, etiam Iudicis authoritate, pœ-
6 nam importaret † *Brun.ead.quæſt.21.d. nu.2. vbi ſupra, Coler.de proceſ.execut.d. p.1.d.c.6.nu.23. verſ. Deinde regulariter fol. mihi 188.*

Sed carcer non ad pœnam, ſed ad
7 cuſtodiam † dicitur eſſe paratus, *l.aut damnum §.ſolent de pænis. not. Gloſ. in c. quamuis extra eodem de pæn. in 6. Brun. in tract. de ceſſ. bonorum d.q.21. princ. ſub nu.2. verſ. Primo quia fol.mihi 123. à tergo.* Ergo non dicitur valere *Brun. vbi ſupra.*

Quartò carceratio eſt ſpecies tor-tu-
8 ræ, & mortuus † in carcere dicitur in cruciatu interfectus, *Bald.in d.l.1.num. 6. Gloſ. in clem. 1. in verbo tormentis de hæretic.* Tollit libertatem, cruciat, & mala manſio dicitur, & magnum tormentum nuncupatur, *Monach. in deciſ. Bonon.69. Alterum verò nu.26. & 27. fol mihi 157.*

Ergo quemadmodum non valet pa-
9 ctum verberandi † aliquem inuentum in aliqua vinea, *Angel. in l.ſi vnus § pacta, quæ turpem nu.1. de pact.* Ita etiam
10 nõ dicitur valere pactum carceris, † cuius pœna maior eſt ipſis verberibus, vt ſupra diximus, & firmat *Caſſan. in conſuet. Burg. rubr.5. des rentes §.3. nu. 10. verſ. & vtrum fol.mihi 829. Caſtr.in prax. interrog. reorum lib.2. cap.1. num. 60. & 61.*

Quintò, & vltimò debitor in carceribus detruditur, vel vt ſoluat, vel vt perpetuò detineatur, Et quamuis car-
11 cer non † ſit ſeruitus *ſecundum Gloſ.fin. in l.1.C.de ceſſion. bonor.* Tamen eſt ſpecies ſeruitutis, ad quã debitor carceratus dicitur deuictus, *l.2 ff.de lib. homin. exhibend. Alex.conſ.133.circa exequutionem in princ. vol.6. fol.mihi 68. à tergo.*
12 Sed homo liber nullam † recipit æſtimationem, quia libertas nullo pretio eſt æſtimabilis, *l.libertas, & d.l.non eſt ſingulis §. & infinita ff. de regulis iuris.*
13 Ergo tale pactum † contra libertatem non debet admitti *d.l.Titio centum §.Titio centum ff. de condit.& demonſtr. Brun.d.quæſt.21.princ. nu.3. verſ.tertio quia fol.m.124.*

In contrarium facere videatur infraſcripta in medio afferenda, quæ vti veriora, & fortiora magis ſubſiſtant.

Primò, Carceratio pro debito eſt
14 quædam † detentio in aperta, & libera cuſtodia, *l.nemo C.de exact. libertor. lib. 10.* ex qua nec inhumanitas, nec ſęuitia reſultat, *Rota Rom. in deciſ.31.num.4. verſ.*

verſ. Item quare ſub tit. de ſent. & re iudic. in antiq. fol. m. 304. & de Iure carcer eſt permiſſus, & licitus *Monach. deciſ. Bonon.* 69. *Alterum verò num.* 27. *verſ. Et corporis cruciatio.*

15 Et carceratus dicitur eſſe † ſub obſide, ad quem poteſt quis obligari, *cap. ex reſcripto cum ibi notatis extra de iure iurand. Rota Rom. d. deciſ.* 21. *d. num.* 4. *verſ. Item quia talis, Mynſing. ſingul. obſeruat. cent.* 6. *obſeruat.* 51. *Valde inter Doctores num.* 8. *verſ. vbi communiter fol. m.* 563. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 69. *num.* 3. & 4. *verſ. eſt enim.* Ergo tale pactum dicitur valere.

Secundò vnuſquiſque poteſt renun-
16 ciare † fauori ſuo, *vulg. l. pen. C. de pactis, l. ſi iudex ff. de minor. l. fin. §. fin. ff. ad Vellei. l. pactum ff. de pactis, d. l. ſi quis in conſcribendo C. de Epiſcop. & cleric. cap. ad Apoſtolicam de reg. iur. Dec. in l.* 1. *nu.* 18. *ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdictio.*

Et licèt homo liber non poſſit inuitus detineri, tamen ex cauſa pacti po-
17 teſt arreſtari, & detineri *Couar. var. reſolut. cap.* 1. *ſub num.* 1. *verſ. cui accedere videtur lib.* 2. *fol.* 114. *ex Gloſ. in c. ex reſcripto in vltima reſponſ. de iureiur.* quam ſequuntur *Abbas, & Imol. vt ex Gloſ. inſigni in c. vt quidem* 23. *q.* 8. *& in c. expoſita de arbitr. Caſſan. in conſuet. Burg. rubr.* 5. *des rentes* § 3. *num.* 9. *verſ. Aduerte tamen fol. mihi* 829. *Guid. Papa d. deciſ.* 61. *num.* 1. *vbi addentes, Andr. Gail. pract. obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 45. *nu.* 4. *verſ. Neque.*

18 Ergo dictæ detentioni poteſt † renunciari, *Coler. de proceſſ. execut. d. par.* 1. *d. cap.* 6. *num.* 42. *verſ. Didacus cum prædictis, & alijs allegatis.*

Tertiò, Conditio, vt quis habitet in certo loco, quamuis ſit contra liberta-
19 tem, vt diximus, tamen quando commodum alterius reſpicit, tam in vltimis voluntatibus, quàm etiam per pactum inter viuos, valere dicitur *l. qui concubinam* 29 *§. vxori meæ ff. de leg.* 3. *l. ſi quis ita ff. de condit. & demonſtrat. Ruinus conſ.* 43. *num.* 4. *&* 5. *vol.* 2. & ita fuit concluſum * per ſacr. conſ. Neapolit. *teſte Capic. in deciſ.* 135. *per tot. fol. mihi* 102. *Vrſil. ad Afflict. deciſ.* 307. *num.* 7. *verſ. & quod valeat pactum,* Niſi ſuſpi-
20 cioni † honeſtatis, vel boni nominis inſidietur *Polidor. Ripa ol. ſ. ru.* 304. *per tot. ſed quid ſi tum fol. mihi* 239. Sed pactum, de quo agitur, commodum creditoris reſpicit, vt patet ad ſenſum nec inſidiatur, nec honeſtatis, vel boni nominis ſuſpicioni.

Ergo dicitur valere, quamuis eſſet contra libertatem, vt ſupra.

21 Quartò volenti nō fit iniuria † *vulg. l. in diem §. nullam ff. de aqua pluu. arcend. cum ſimilibus,* & qui iure vtitur ſuo, prout eſt creditor, nemini iniuriam facit, vt in caſu, de quo agitur, firmat *Monach. in deciſ. Bonon.* 68. *num.* 64. *verſic. Quia qui iure, cum allegatis.*

22 Ergo quemadmodum † creditor poteſt debitorem volentem, & rogantem in proprios carceres detinere, ne in publicos carceres ductus ære alieno grauatus recommendetur. *Alber. in l. vnica num.* 2. *verſic. Quæro de quæſtione C. de priuat. carcer.* vbi ſic fuiſſe deciſum Bergomi, eum refert, & ſequitur *Farinac. de carceribus d. quæſt.* 27. *num.* 30. *verſ.*
23 *limita tertio folio mihi* 4. nec propterea dicitur priuatum carcerem committere, vt ibi per eum, ita etiam ex pacto in inſtrumento adiecto.

Quintò, Valet renunciatio ceſſioni
24 bonorum, ſi eidem renunciationi iuramentum accedat, *Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.* 90. *num.* 3. *Manc. de Iuram. d. par.* 4. *effect.* 123. *num.* 4. *verſic. Mihi verò ſolio mihi* 460. *cum allegatis,* ſed vide quæ dicemus *in limitat.* 5. *principali.*

Valet

25 Valet etiam, iure communis inſpecto, renunciatio Velleiani, quando iuramentum interuenit, *Mancin. vbi ſupra parte 4. effect. 25. num. 1. folio mihi* 273. & dicemus latius *in ampliat.* 10. *principali.*

Ergo multò magis valet pactum debitoris, qui ad publicos carceres obligatur, maximè ſi iure iurando fuit firmatum, *Didac. variar. reſolut. dicto cap.* 1. *ſub num.* 1. *verſic. Quod ſi Iuramentum lib.* 2. *folio mihi* 114. *Gail. dicta obſeruat.* 45. *num.* 4. *par.* 2.

26 Sextò, & vltimò. Valet argumentum de ſtatuto ad pactum *Euerard. in loco à pacto ad legem folio mihi* 742.

Sed vbi extat ſtatutum poteſt fieri
27 † tale pactum, *not. Angel. Imol. & Alex.*
in l. ſi ſic ff. de legat. 1. *quos refert Marant. de ordin iudic. in* 6. *par. tit. de citat. num.* 11. *verſic. quinto limita fol.* 308.

Ergo poteſt fieri per pactum *l. non tantum poſſibile ff. de pact. Marant. dicto num.* 11.

SECVNDA CONCLVSIO SECVNDAE QVAESTIONIS.

DEBITOR ex pacto in caſu
28 moræ † ad publicos carce-
res obligari poteſt, & ad eoſ-
dem detrudi, & hæc eſt ve-
* rior, & magis communis opinio * de
qua *Minſing. ſingul. obſer. centur.* 6. *obſeruat.* 51. *nu.* 3. & 4. *folio mihi* 163. *Hen. Goden. conſ.* 2. *lib.* 9. *à num.* 59. *vſque ad num.* 69. *Guid. Pap. deciſ.* 61. *Aliquis pro debito vbi Banchin. & omnes alij addentes, Marant. de ordine iudicior. par.* 5. *tit. de cit. num.* 11. *verſic. quinto limita folio mihi* 308. *Afflict. in conſtitut. pacis cultum rubr. ... num. ... par. ... fol. ... Ariſmin. Tepat. Variar. ſentent. tit.* 280. *cap.* 2. *verſic. quando debitor.*

Antonius à Canar. in tract. de execut. inſtrument. inter tract. Marini Frecc. q. 32. *num.* 68. & *num.* 70. *folio mihi* 331. *Brun. in tract. de ceſs. bonorum.* 21. *q. princ. ſub nu.* 14. *ibi,* ſed bene valet quod quis ſe obliget ad carceres Iudicis, *ſcilicet folio mihi* 128. *Vrſill. ad Afflict. in deciſ.* 326. *num.* 3. & 4. *verſ. Imo plus quod f. m.* 312. *Petr. Pecc. de iur. ſiſten. & man. iniect. lib.* 1. *cap.* 15. *relatus per Gothofred. prax. ciuil. lib.* 2. *tit.* 4. *de in ius vocand. vol.* 2. *fol. m.* 323. *Anton. Hering. in tract. de fideiuſſor. cap.* 20. § 9. *num.* 57. & 58. *verſ. Nec alienum fol. mihi* 405. *Abbas in conſil.* 42. *in princ. verſ. Primo virtute conuentionis par.* 2. *fol. m.* 127. *Andr. Gail. practic. obſer. lib.* 2. *obſer.* 45. *nu.* 3. & 4. *plenè Graſſ. de except. in prælud. num.* 128. & 129. *verſ. ſic etiam,* vbi aſſerit procedere, etiam quòd debitor habeat multa bona.

Primò, Amplia ſupradictam concluſionẽ, vt multò fortius procedat, quan-
29 do ex pacto † in inſtrumento adiecto,
fuit renunciatum per eundem debitorem eius foro, & quod poſſit conueniri, capi, & arreſtari, vt fieri cõſueuit, *Caualcan. deciſ.* 1. *num.* 7. & eſt communis opinio * de qua *Angel. in l. ſi conuenerit num.* 3. & *nu.* 27. *ff. de iuriſdict. omnium iudic.* vbi alij Scribentes, *Decius in cap.* 1. *num.* 22. *de iudic. vbi Rip. num.* 55. *quos recenſet Guttier. de iuram. confirmat. p.* 1. *cap.* 28. *num.* 4. *fol. m.* 118.

Amplia ſecundò, vt multò fortius
30 procedat ſi fuerit † renunciatum *d. l. ſi*
conuenerit * ſecundum aliam communem ſententiam relatam per *Gutier. vbi ſupra num.* 6. Sed videas quæ inferius latius retulimus *ampliat.* 21. *princip. num.* 5. 6. & 7.

Amplia tertiò, vt multò magis ha-
31 beat locum, quando † in obligatione
appoſitum fuit * iuramentum, vt eſt receptiſſima omnium opinio *in cap. primo de iudic.* quam ſequitur *Guttier. vbi*

ſupra

Digitized by Google

ſupra num.9. verſ. Potiſſima fol.m. 118.

Amplia quartò vigore eiuſdem pacti licitum eſſe citationem concedere contra debitorem ad dicendum cauſam, quare non debeat exequi realiter, & perſonaliter pro ſumma in inſtrumento contenta, etiam quod inſtrumentum non ſit reaſſumptum in publicam formam ſecundum *conſtit. Regni inſtrumentorum robur*, quia expedita, & notificata eadem citatione cum debita nuncij relatione, incuſatiſque debitis contumacijs, relaxantur literæ executoriales realiter, & perſonaliter vigore pacti executiui pro ſumma petita,& expenſis, nec poteſt opponi exceptio cõtra dictum pactum, niſi realis ſolutionis, & ſic obſeruat Magn. Cur. Vicariæ & Reg. Auditoria Aprutij, & ſic etiam firmat *Incert. Auth. ad Franc. Ant. de Iudice in prax.liquid.inſtrumenti 4. conſider. in fine circa medium verſ. Et in his etiam.inter tract. Frec. fol.m.*415. & ſic etiam ſeruatur in dies in Curia Aquilana, cui obſeruationi conueniunt omnia ſuperius per nos relata *in hac eadem quæſt. num.*28. *& ſeq.* & hanc opinionem firmat *Bart.in l.creditores num.*26. *verſ. Et quod hoc ſit verum C.de pignor. Bald. in l.minor viginti-quinque annis ff. de minor. Boer. deciſ.* 295. *num.6.verſ.ſecus, & nu.*10. *verſ. Item fallit, Theſaur. deciſ.26.nu.6. verſ. Ampliatur, Anton. à Canar. de execut.inſtrument. quæſt.32. num.68.69. & 70.* vbi hoc bene concludit, *Seraphin. de priuileg.iur. priuileg.77.nu.4.* quos poſt alios ſic determinando allegat *Craſſ.in tract.de except. in prælud. num.8. verſic. Tertio limitatur*, licet non omnes explicitè hoc firment, ſed nos, Deo annuente, hanc eandem ampliationem pertractabimus latius *in lib.2.de pact.execut.*

Primò limita ſupradictam ſecũdam concluſionem, quando per debitorem
32 † fuit facta præuentio, hæc enim in
iudicio deducta non ſolum carceratio-
nem, verum etiam liquidationem tol-
lit *Bencard.Pard.de exeq.inſtrum.par.4.*
*19.declar.num.*110.*verſ.ſed enim Frec.*
de præſent.inſtrum.part.8.q.3.nu.1. &
*2.Carau.in rit.*189.*num.3. verſ.ſecundo*
Troit.in prag. Malitijs nu.1.de præuent.
*moder. Riccius in collect.*460. *Præuentio*
*facta p.1.Craſſ.in d.prælud.nu.*246.*verſ.*
*Quinto Giurb.deciſ.*44. *nu.3.verſ. Item*
Marant.in prax. par.6. de inſtrum.prod.
num.26.Franc.Ant.à Iudic.de liquid.in-
*ſtrum. conſid.4.nu.*58. *verſ. Quarto eui-*
tabit.

Primò amplia hãc limitationem pro-
33 cedere in contractu † celebrato ſecun-
dum Regiam Pragmaticam de cenſib.
& bullam Nicolai V. in ea inſertam,
quia in eo etiam præuentioni locus eſt,
*Intrig. de cenſib. quæſt.*65. *num.1. & 2.*
vbi etiam Conuerſ.in lit. A. Giurb.d.deciſ.
44.num.3. verſ.ſequitur Craſſ. de except.
except.12. num.2.

Secundò amplia, & declara huiuſ-
34 modi præuentioni † locum eſſe etiam
ſi fiat ex quacunque cauſa *Carauit. in*
*rit.*189. *nu.2.* etiam creditoribus con-
tradicentibus, *Ricc. d.collect.*460, *Vin.*
deciſ.204. Pand.d.par.4. 19.declar. nu.
116. verſ.cæterum.

Tertiò amplia, vt dicta præuentio
procedat, etiam ſi vno, eodemque die
fuerit facta,& in eodem expedita cita-
tio, dummodo non conſtet de priori-
tate horarum,vt firmat *Thorus in com-*
*pend.deciſ. in verbo Præuẽtio, fol.m.*414.

Primò declara locum habere, dum-
35 modo debitor † præſtet fideiuſſionem
de ſoluendo debitum, & pœnam,& de
comparendo perſonaliter tempore pu-
blicationis proceſſus,*Franc.de Iudic. d.*
*conſid.4 nu.*59. *Frec.de præſent.inſtrum.*
par.8.q.3.nu.3. vbi etiam Frec. in addit.
Carauit.in d.rit.n.4. verſ.ſecundo quæro.

Sub-

Subdeclara hanc primam declarationem procedere ſi dicta fideiuſſio à parte ſiue tacitè, ſiue expreſsè petatur, *Carauit. d. rit. 189. n. 4. & nu. 5. Pand. in d. declar. 19. n. 118. verſ. Hic quærendum Rouit. in d. prag. de prȩuent. mod. num. 1. Troiſ. ibid. nu. 4.* & fuſius hūc articulum examinauimus *infra limitat. 6. princip. num. 15.* Et quamuis *Carauit. vbi ſupra* experiatur contrarium ſubſtinere, nihilominus hæc opinio eſt receptior, tametſi Caranitæ ſententia tutior ad ſedandas diſputationes.

Sublimita modò ſupradictā primam
limitationem non procedere, quando
36 † præuentioni in ſpecie cum iuramen-
to eſt renunciatum, etenim non obſtante præuentione proceditur ad liquidationem, nec debitoris carceratio ſuſpenditur, *Carauit. in ritu 168. nu. 2. verſic. Quæro primò Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 387. ſub nu. 2. verſ. Maximè Frecc. de præſent. inſtrum. par. 4. quæſt. 1. per tot. Giurb. d. deciſ. 44. num. 7. verſic. Rectores verò Viu. in addit. ad deciſ. 116. nu. 45. verſic. ſed dum vol. 4. folio mihi 9. Vincent. de Franc. deciſ. 670. Mota lite per totam parte 4. folio mihi 145.*

Declara hanc ſublimitationem, vt
37 quamuis non ſit expreſsè † præuētioni
medio iuramento renunciatum, tamen dicta renunciatio ſub pacto de non opponendo continetur *Graſſ. in d. prælud. except. nu. 247. verſic. Ideo Maſtrill. deciſ. 157. nu. 7. Milanenſ. deciſ. 7. n. 23. lib. 2. Giurb. deciſ. 44. nu. 7.* vbi alios allegat.

Hāc declarationem ſubdeclara pro-
38 cedere † de iure municipali Regni Si-
ciliæ, vt teſtatur *Graſſ. vbi ſupra d. num. 247. in fine;* In hoc enim Regno hæc præuentionis renūciatio non continetur ſub quouis pacto, niſi ex pacto expreſsè cum iuramento renunciatum ſit, vt ſuperius annotauimus. Imo dicta renunciatione exiſtēte, non obſtante abſolutione iuramenti obtenta proceditur ad interrogationem inſtrumenti, & ad eius executionem, & debitoris carcerationem *Carauit. d. ritu 168. dicto nu. 1. verſic. Quo ad, Ricc. d. collect. 460. in fine. Vinc. de Franc. deciſ. 670.*

Secundo limita, quando contra in-
39 ſtrumentum † vel aliam priuatam ſcri-
pturam, opponitur exceptio falſitatis, hæc enim ſi in promptu fuerit producta, & probata impedit carcerationem, & executionem, vt firmant *Canoniſtæ in cap. ſuſcitata de in integr. reſtit. Barzius de guarent. 3. par. princip. quæſt. 9. Grammat. conſil. ciuil. 66. Tiraquell. de retract. lignag. tit. 1. §. 1. gloſ. 20. num. 11. Iaſ. in l. ait Prætor §. curati ff. de iureiurand.* quos cum alijs refert *Pand. de execut. inſtrum. 20. declaration. Carauit. in rit.*

40 Falſitas verò dicitur mutatio † veri-
tatis, *authent. de inſtrum. caut. & fid. in princip. coll. 6. l. quid ſit falſum ff. de falſis, Menoch. de arbitrar. caſu 310. nu. 6. Socin. iun. conſil. 37. Præſens conſultatio num. 24. volum. 2.*

41 Et hęc debet † concludenter proba-
ri, *Verall. deciſ. 3. nu. 5.* vbi alios adducit.

Declara hoc procedere in crimina-
42 libus, in quibus † clariſſimę, & euiden-
tiſſimę probationes requiruntur, *Bart. in Gloſ. in l. iuriſgentium §. quod ferè de pact. Ioſeph. de Seſſè deciſ. Aragon. 109. nu. 19. & 20. verſic. Ad probandum.*

Secundò declara procedere cum tri-
43 bus † requiſitis, nempe quod in falſita-
te interueniat dolus, intereſſe partis, & mutatio veritatis, *Afflict. deciſ. vlt. nu. 8. Grammat. vot. 36. num. 4. Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 13. Viu. deciſ. 540. verſic. Verum etiam, Ioſeph. de Seſſ. d. deciſ. 109. num. 4. verſic. Ratio.*

Tertiò declara non procedere in ci-
44 uilibus, † in quibus ſuſpicio falſitatis
pro falſitate, & veritate habetur, *Doctores in l. final. de edicto diui Adrian.*

Digitized by Google

tollend. Clar. in dicto §. falſum num.39. vbi de communi ✱ teſtatur *Alex.conſ. 77.in cauſa accuſationis nu.6.lib.*1.*Mart. deciſ.*125.*num.*5.*&* 6. *verſ. Vnde dixit Ioſeph. de Seſſe deciſ.*19.*num.*20. *verſic. Et ſic, Viu. deciſ.*81. *Maſcard. de probat. concluſ.*734.*num.*5.*&* 6. *Ancharan. conſil.*137.*num.*5.

Hæc autem ſuſpicio colligitur ex infraſcriptis defectibus in ſcriptura apparentibus.

45 Prima ex raſura ſcripturæ, † quæ ſi ex vitio viſibili appareat falſitatem denotare affirmandum eſt, *d.l.final. vbi præcipuè Bart. Bald. & Curt.iun. Pract. Pap. in forma libelli, qua petitur hereditas ex teſtam. in Gloſ. non abolitum Bartol. in l.ſi vnus C.de teſtam. vbi Alexand. prolixius num.*6. *&* 7. *Bald. conſ.* 402. *libro* 5. *Dec. conſil.*175. *& conſilio* 448. *num.*28.

Secunda ſuſpicio prouenit ex diuer-
46 ſitate † atramenti in eadem ſcriptura reperta, quæ ſi euidens appareat ipſam ſuſpicionem denotat, *Cephal.conſ.*287. *num* 27. *libro* 2. *Menoch.de arbitrar.caſu* 187. *nu.*35. *Anchar. conſ.*431.*nu.*3. *Alex. conſil.*41. *in princip. lib.*1. *Ruin. conſil.*88. *ſuper primo num.*5. *lib.*4.

Tertio interlineatura in eadem ſcri-
47 ptura † apparens *Pract.Papienſ.vbi ſupra, & Menoch. de adipiſcend. remed.*4. *numero* 708. de qua re prolixius ſermo erit annuente Deo *in libro* 4. *huius noſtri tractatus de cauſ. criminalibus executiu.*

Ad in cõtrarium adducta in princi-
48 pio huius quæſtionis, Primum † non procedere quando pactum, de quo ibi agitur, eſt appoſitum reſpectu tertij, ſiue alterius perſonæ, quia tunc valet, & tenet *Capic. deciſ.*135. *num.*6. & licèt non poſſit venire in diſpoſitione, nihilominus bene poteſt cõtingere in conditione *l.ſi quis ita ff.de condit. & demonſtrat. vt per Capic. vbi ſupra dicto num.*6. *vt ſupra etiam firmauimus.*

49 Ad ſecundum replicatur dictam excuſſionem de conſuetudine non ſeruari, ad capturam enim deueniendum eſt etiam bonis nõ excuſſis, *Bernard.Pand. de execut.inſtr.par.*4.*declar.*11.*num.*77. *verſic. Aduerſus Caroc. de excuſſ. honor. quæſt.*24.*nu.*5.*verſ.Hodie tamen part.*2. *Muſcatell. in prax. appellat. par.*3. *Gloſ. Detinebitur nu.*37.*&* 38. *verſic. ſeptimo fallit, & vide quæ inferius annotauimus quæſt.*5. *num.*21. 22. 23. *&* 24.

Ad tertium dicitur ipſam carcera-
50 tionem ideo † eſſe introductam, vt debitor ſoluat, & creditor ſecurus reddatur, non autem ad pœnam, & per huiuſmodi remedium debitor non valens ſoluere poteſt ad bonorum ceſſionem confugere, *Andr. Gail. obſeru.*45. *ſub num.*4. *parte* 2. & latius enarrabimus infra *in limit. d. princip.*

Ad quartum replicatur procedere in carceribus atrocibus, & criminalibus, vt diximus ſupra.

Ad quintum patet reſponſum in prima replicatione ad primum.

SVMMARIVM.

QVAEST. III.

1 *Stilus, & conſuetudo differunt inter ſe.*

2 *Stilus de actis iudicialibus, conſuetudo de iudicialibus, & extraiudicialibus.*

*A iudice introducitur, conſuetudo à Populo num.*3.

4 *Stilus dicitur particularis, conſuetudo generalis.*

*Habet vim derogatiuam, & non derogatiuam num.*5.

5 *Conſuetudo poteſt eſſe contra ius.*

6 *Iudex ordinarius non habet poteſtatem legis condendæ.*

7 *Stilus non præſumitur, niſi probetur.*

*Quæ requirãtur ad illum probãdum nu.*8.

Con-

9 *Conſuetudo & ſtilus non ligant Forenſes.*
10 *Quando eſt localis non comprehendit niſi in eodem loco ſubiectos.*
11 *Debet plenè probari cum omnibus ſuis qualitatibus num. 12.*
13 *Quando eſt contra ius non valet.*
14 *Debet probari per ſcripturam.*
15 *Et quando eſt irrationabilis debet aboleri, ſi caret Principis conſenſu nu. 16.*
17 *Conſuetudo arreſtandi debitorem non valet, ſed vide num. 34.*
18 *Debitor ad hoc vt arreſtari poſſit tria requiruntur habilitas tempore contractus, inſtrumentum debiti, & iuramentum.*
19 *Duo requiruntur, quod de debito appareat, & iuramentum creditoris, ſecundum aliam opinionem.*
20 *Vnum tantum requiritur ſecundum contrariam, ſcilicet iuramentum creditoris num. 24.*
21 *Tria requiruntur ſecundum Carauitam & ſecundum Mancin. num. 22.*
23 *Suſpicio fugæ debet conſtare Iudici.*
25 *Iuramentum debet à Iudice deferri.*
26 *Stilus debet pro lege ſeruari.*
27 *Iudex non ſeruans ſtilum facit litem ſuam.*
28 *Conſuetudo vt probetur tria requiruntur.*
29 *Notoria non eget probatione.*
30 *Ex inſtrumentorum inſpectione dicitur probata.*
31 *Ex proceſſibus, & actis dicitur notoria.*
32 *Probatur præſcriptione, & per enunciatiuas.*
33 *Probatur per Doctorem de conſuetudine atteſtantem.*
34 *Debitores ad ſimplicem creditoris voluntatem de conſuetudine carcerari poſſunt.*
35 *Conſuetudo, & ſtilus poſſunt introducere capturam debitoris.*
36 *Seruatur in Germania, in Gallia, in Saxonia num. 37.*
38 *Seruatur de generali conſuetudine in Hiſpania, Mediolani, & Statuto Senarum.*
39 *Seruatur ex hodierna praxi.*
40 *Debitor ad manus creditoris condemnatur quando ſoluendo non eſt.*
41 *Obſeruatur Galliæ, Florentiæ, Hiſpaniæ, & in Saxonia.*
42 *Statutum poteſt inducere, quod debitor creditori operetur, ſi non ſoluit.*
43 *Debitor ad opera, & ſeruitia creditoris, ex iuris ciuilis diſpoſitione poteſt condemnari, & creditor poteſt eaſdem operas alteri locare.*
44 *Filiusfam. poteſt abſque patris conſenſu alicui obligari pro aliqua arte addiſcenda, quod permittitur etiam matri.*
45 *Pœna non ſoluentis, ſeruata forma liquidi inſtrumenti, ratione periurij, erat manus mutilatio.*
46 *Eſt redacta ad pœnam pecuniariam; ad rationem decem pro quolibet centenario.*
47 *Pœna erga debitores non ſoluentes ex l. 12. tabularum irrogatæ, enumerantur.*
48 *Ex lege Petilia fuerunt ſublatæ, & prouiſum debitorem non eſſe detinendum in carcere.*
49 *Debitor de fuga ſuſpectus carceratur ſecundum conſuetudinem loci.*
50 *Apud Moſcouitas, ſi non ſoluit verberibus ceditur, & creditoribus ſecundum valorem crediti ſeruire cogitur.*
51 *Conſuetudo carcerandi debitorem de fuga ſuſpectum, propter periculum moræ approbatur.*
52 *Solemnitas probandi debitorem ſuſpectum; quando agitur cum ruſticis non requiritur.*
53 *Probatio quando licet incipere ab executione poteſt fieri ex poſt facto.*
54 *Etiam ſi captura ſit indebita.*
55 *Debitor ſuſpectus de fuga, vel reperiri in fugam, differunt inter ſe.*
56 *Conſuetudo vnius Ciuitatis debet extendi, & obſeruari in caſtris, & locis circumuicinis.*

17 *Caſtra in Comitatu Ciuitatis Aquilæ, quamuis fuerint ſeparata quo ad iuriſdictionem, non tamen fuerunt ſegregata quoad promiſcuitatem territorij.*

18 *Ciues non carcerantur pro iudicij aſſecuratione, niſi probatus requiſitus.*

QVÆSTIO III.

ARGVMENTVM.

Vtrum poſſit de ſtilo, vel de conſuetudine introduci, quod debitor poſſit per famulos Curiæ abſque Iudicis mandato, ad publicos carceres deduci, & detineri ad ſimplicem creditoris requiſitionem?

ANTEQVAM procedamus ad examinationem huius quæſtionis præmittendum duximus, e-
1 narrare differentiã † inter conſuetudinem, & ſtilum.

Primò, cõſuetudo reſpicit deciſoria, ſtilus autem reſpicit ordinatoria, ſcilicet modum ſcribendi, loquẽdi, vel procedendi, *Roc. de Curt. in c. fin. nu. 31. & nu. 34. de conſuet. Bart. in l. de quibus nu. 10. ff. de legibus, Caſſan. in conſuet. Burg. in princip. nu. 8. fol. m. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 8. nu. 4. verſic. Et rurſus fol. m. 122. plenè Piag. de iur. conſuet. quæſt. 13. nu. 1. verſ. Circa primum.*

Sola ad conſt. Sabaud. de obſer. antiq. decr. et no. ordin. fol. 630.

2 Secundò, ſtilus de actis tantum † iudicialibus dicitur, cõſuetudo verò tam ex actis iudicialibus, quã extraiudicialibus inducitur, *Recent. Repeten. in d. l. de quibus nu. 26. vol. 1. Ang. Aretin. in §. ex non ſcripto inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil.* vbi dicit differre inter ſe, ſicut ſpecies à genere, de quibus etiam *Boer. conſ. 8. nu. 2. & 3. fol. mihi 29. Menoch. vbi ſupra eadem præſumpt. 8. nu. 3. verſ. Nam ſtilus Piag. de iur. conſuetud. dicta quæſt. 13. num. 28.*

3 Tertiò, ſtilus dicitur ille, qui † non à populo, ſed à Iudice introducitur, dummodo iudex habeat legis condendæ facultatem, *Crauet. de antiquit. tempor. 9. par. nu. 16. verſic. Secundo conſidero Piag. vbi ſupra num. 13. & 14.*

Cõſuetudo verò inducitur, vel à populo, vel à maiori parte, *Ang. in d. §. ex non ſcripto, & Caſſan. vbi ſupra eod. nu. 8.*

Quartò, conſuetudo eſt generalis,
4 † ſtilus autem particularis, *Menoch. d. præſumpt. 8. num. 5. verſic. differt.*

Quintò, ſtilus habet vim derogatiuam, & non derogatiuam, conſuetudo
5 verò poteſt † eſſe contra ius, *Boerius d. conſ. 8. num. 18. & num. 20. Aret. in conſ. 103. circa finem verſ. Ad ſextum igitur.*

Sextò, aliquãdo ſtilus, Mos, Conſuetudo, & Communis obſeruantia idem ſunt, & vnum pro alio ponitur, *Boer. d. conſ. 8. num. 1.*

Quibus ſic præmiſſis videtur primo dicendum, dictam capturam non poſſe introduci de ſtilo.

Si hoc enim eſſet, ſequeretur, quod Iudex fideliſſimæ Ciuitatis Aquilanæ poteſtatem haberet legis cõdendæ, ſed
6 conſequens † eſt falſum, quia hoc non eſt ei vllo modo permiſſum, nec poteſt de ſtilo illam permittere, *Dec. in rubr. de conſuetud. in princip. Alex. conſ. 36. in fin. lib. 2. Crauet. de antiquit. tempor. parte 4. num. 36.*

Ergo, & antecedens, &c.

7 Secundò, ſtilus nõ præſumitur, † niſi probetur, *vt ex Socin. iun. in conſ. 46. in fin. lib. 4. Parıſ. conſ. 112. num. 12. conſil. 168. nu. 15. lib. 4. Alciat. in reſponſ. 220. nu. 2. refert Menoch. d. lib. 2. præſumpt. 8. num. 7. verſic. ſtilum folio mihi 122.*

Et vt dicatur probatus, requiritur.
8 Primò quod ſit introductus † à Iudice poteſtatem legis condendæ habente, *Bart. in l. de quibus nu. 20. ff. de leg. Alex. d. conſ. 36. nu. 10. eod. lib. 2. & Menoch. d. præſumpt. 8. nu. 9. verſic. Et primum.*

Secun-

Secundò requiritur vt ſtilus ſit plenè probatus, maximè quando circa deciſoria verſamur, *Socinus ſenior conſilio 36. numero 11. libro 4. Menoch. vbi ſupra eadem præſumpt. 8. numero 13. verſic. Requiritur tertio, Maſcard. de probation. concluſ. 423. numero 36. verſic. ſublimita volumine primo, folio mihi 416.*

In caſu, de quo agitur, non eſt introductus à Iudice talem poteſtatem habente. Non eſt plenè probatus, quia verſamur circa deciſoria; Ergo non præſumitur, & per conſequens dicta captura non eſt de ſtilo introducta.

9 Tertiò, ſiue dicamus capturam † eſſe de ſtilo, ſiue dicamus eſſe de conſuetudine, quando tamen ſumus circa deciſoria, non ligat, nec poteſt forenſes ligare, eſt communis ✶ opinio, de qua *Doctores in cap. quod clericis de for. compet. & in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, vbi, Felin. de conſtit.* quos allegat, & ſequitur *Maſcard. dicta concluſ. 413. num. 9. verſic. Præterea eod. volum. 1. vbi de communi ✶ teſtatur.*

10 Et quando eſt localis † non comprehendit, niſi in eodem loco ſubiectos, *Maſcard. ibidem num. 11. verſic. conſuetudo, quia,* cum ſit ſtricti iuris, non licet extendere, nec de loco ad locum, nec de perſona ad perſonam, *Maſcard. ibidem num. 12. & num. 13. cum allegatis,* quibus accedat *Rot. Roman. diuerſ. in deciſione 877. num. 1. parte 4. folio mihi 479.* & in proprijs terminis huius ſimilis conſuetudinis tenet *Coler. de proceſſ. execut. parte 2. cap. 3. num. 38. verſic. ſed hæc conſuetudo folio 463.*

Quartò, quando agitur de proban-
11 da † conſuetudine, quæ cauſæ deciſionem reſpicit, debet plenè probari, vt diximus, etiam de ſtilo *Borgnin deciſione 11. numero 46. verſic. Et vbi agitur folio mihi 196. inter deciſ. diuerſ. volum. 3. Rot. Rom. diuerſor. deciſione 36. num. 5. parte prima, Maſcard. ex pluribus cumulatis d. concluſ. 123, num. 19. verſic. Conſuetudinem.*

Et iſta probatio debet fieri cum om-
12 nibus † qualitatibus, *Socin. conſ. 111. volum. 4.* & quam plura ad ea probanda requiruntur, vt dicemus infra, & huiuſmodi probatio difficillima dicitur, *DD. in dicta l. de quibus, Decius conſilio 215. num. 4. verſic. ſexto vol. 1 & conſil. 420. num. 8. verſic. & qui allegat volum. 2. Rocc. de Curt. in tract. de conſuetud. quaſtione 6. cap. fin. Maſcard. plenè dicta concluſione 423. num. . volum. 1, folio mihi 417. Borgnin. dicta deciſ. 11. num. 46. verſic. Et in tali.*

13 Et quando eſt contra ius non † dicitur valere, nec debet obſeruari *Borgnin. dicta deciſ. 11. num. 48. cum allegatis.*

Et quando allegatur illa probari, & articulari debet, *Bald. in l. ſi cum dotem in princip. ff. ſolut. matrimon. Ioſeph. Lud. concluſ. 14. illatione 85.*

Ergo cum nõ ſit articulata, nec probata cum qualitatibus ſuis, & ſit contra ius non dicitur eſſe permiſſa captura de conſuetudine huius Ciuitatis.

Quintò, iſta immemorabilis conſuetudo, in qua fundatur captura debitoris, de qua noſter eſt ſermo, non proba-
14 tur per ſcripturam † *Ioan. Andr. in cap. 1. in fin. de præſcript. in 6. Alex. in conſ. 16. num. 17. lib. 5. Rot. Rom. deciſ. 713. Diuerſorum num. 2. vol. 4 fol. 388.*

Vnde, quamuis apparere videatur per proceſſus, & acta in Curia Aquila-
15 na celebrata, dictam capturam fuiſſe permiſſam ratione dictæ cõſuetudinis, tãquam tamen irrationabilem, & contra iuris diſpoſitionem, delendam eſſe dicendum eſt, *Rot. Rom. deciſ. 245. in principio parte 3. in nouit. nouiſſ. folio mihi 172.*

16 Tantò magis, quia † caret Principis conſenſu, qui requiritur, quando eſt contra ius commune, & Populus poteſtatem condendi legem non habet, vt in caſu noſtro, *Decian. reſponſ. 51. num. 22. verſic. ſeptimo certum eſt volum. 2. folio mihi 386. Mazzol. in conſil. 118. num. 55.*

Ergo non poteſt induci dicta conſuetudo abſque ſcientia, & conſenſu eius, ſine cuius authoritate ſtatutũ, ſiue conſuetudo fieri nequit, vt per *Canon. omnes in cap. vltimo de conſuet. Corn. conſ. 293. Multa in medium num. 4. & num. 18. volum. 3. folio mihi 329.*

Et hanc partem, quod non valeat
17 † conſuetudo de arreſtando debitorem ad ſimplicis creditoris petitionem, videtur firmare, *Rebuff. in conſuetud. Regni Franc. art. 6. gloſ. 3. num. 61.* vbi exiſtimat illam conſuetudinem corruptelam.

18 Sed ad debitorem arreſtandũ † etiam requirenda eſſe dixit *Andr. Gail. practicar. obſeruationum obſeruat. 44. nu. 5. verſic. Primo requiritur,* quod tempore contractus debitor pro idoneo habitus fuerit *l. ſi is à quo §. fin. ff. vt in poſſeſſ. leg.* Quod debitum contractum ex inſtrumento, ſiue apoca debitoris, vel teſtium depoſitione ſit liquidum, *vt nu. 6.* Quod creditoris iuramento coram Iudice fugæ ſuſpicio probetur, *vt nu. 7. cum allegatis.*

Rebuff. autem in conſtit. Regni Franc. tomo 1. art. 6. gloſ. 3. num. 61. duo ſo-
19 lum † requiri affirmauit. Quod de debito aliquo modo appareat, Et quod creditoris iuramentum apud Iudicem accedat, vel ſaltim vt firmare videtur *Coler. de proceſſ. exequut. parte 1. cap. 2. num. 204. folio mihi 47.* ſummaria præcedente informatione, per quam Iudicanti cõſtet debitorem immobilia non poſſidere, vel adeo pauca, vt debito non æquiualeant, & demum multa alia ad hoc vt debitor forenſis vt ſuſpectus de fuga capi poſſit, de quibus *per Caualc. dicta deciſione 1. num. 38.*

Inter noſtrates regnicolas vltra re-
20 quiſita tradita *per Menoch. de Arbitrar. iudic. caſu 87. num. 2. Caueuſ. in ritu 170. num. 5.* dixit ſolum ſufficere iuramentum, quoad effectum capiendi, dummodo ex poſt facto captura ipſa iuſtificetur, vbi hanc affirmãt communem omnium ſententiam ✱ *Flau. Tort. ad ſtat. Pap. ad ſtat. 7. num. 41. verſic. Vbi tamen folio mihi 256.*

Carauit. autem in eod. rit. 170. num. 9.
21 *verſic. Secundo;* Tria requiri † firmauit; Primò, quod debitoris ſuſpicio per duos teſtes probetur deponentes, quòd non poſſideat immobilia, quòd ſarcinulas compoſuit, & quod factus ſit non ſoluendo, Secundò, quòd plenè debitum ſit probatum, Tertiò, quòd debeat creditoris iuramẽtum accedere, & propterea *ex Angel. ex l. ſi ab arbitro §. 1. qui ſatiſd. cogant.* dixit eſſe bene notandum contra imperitos Aſſeſſores, qui oſtenſo inſtrumento ad ſolum creditoris Iuramentum licentiam debitorem capiendi impartiuntur, hanc etiam opinionem ſequutus eſt *Paris de Put. in tract. de ſindicat. in verbo, capturam, numero 16. verſic. An officialis folio mihi 136. Cumia ſuper ritu Regni Sicil. capit. 31. numero quinto, folio mihi 153. Marcell. à Cala de modo articulandi gloſ. vnica §. 2. numero 610. Verſic. & licet folio 145. & nouiſſimè Galter. in prax. criminal. inſtrument. 3. part. princip. rubr. 2. num. 14. folio mihi 289.*

Mancin. in tract. de Iuramento effect. 6. parte 4. numero 4. verſic. Cæte-
22 *rum.* Tria eſſe probanda † ad capiendum debitorem de fuga ſuſpectum affirmauit.

Primò, faciendam eſſe fidem de debito,

bito, vt eſt communis opinio ab eo relata.

Secundò quod debitum ſit clarum, & liquidum *ex Dec. in conſ.75. Caſtr. in conſ.31. num.1. & conſ.vlt.num.7. lib.1. & ex Marſil. ſing.282.*

Tertiò, debitoris deterioratio *ex Seraphin. de priuileg.iuram. priuileg.46. & Dec.Pariſ.Catell. Marſ. Riminald. Rom. Menoch. & alijs commemoratis per eum vbi ſupra num.6.7.8.*

Et quod non ſufficiat iuramentum * dicit *Decius magis communiter in * dicto conſ.75. num.1.* magis communem commemorat *Pariſ.in conſ.101.num.3. cum alijs relatis per Mancin. vbi ſupra d.num.6.*

23 Ipſaque fugæ ſuſpicio † non ipſi creditori, ſed Iudici conſtare debet, & ea ante, vel poſt capturam probari debet *l.ſi debitores, vbi Bald. ff. de priuileg. credit. Goffred. prax.ciuil. in tit.de in ius vocand. lit.D. tom.2. fol.m.582.*

In contrarium quod ſimplex iura-
24 mentum † ſufficiat ad arreſtandum debitorem de fuga ſuſpectum tenet *Ceual. comm. contra communem q.133.num.4. * verſ. ſed contrarium,* vbi hanc * communem, & in toto mundo in praxi receptam affirmat maximè, ſi de parua agatur quantitate ſecundum *Roman. ſingular.69.relat.per Ceuall,* ſed Roman. hoc ibi non dicit *Hippol. de Marſil. ſingular.282. creditor Grat. reg.58. nu.14. Pariſ. conſ.99.nu.27. & nu.32. * vbi de communi lib.3.* & ſic communiter obſeruari teſtatur *Duen. regul.175.nu.3. in tertia ampliat. Viu.opin.177.in princ. verſ. Quicquid tamen, Maſcard. de probat.concluſ.823. num.8. cum alijs allegatis per Mancin.in tract. de Iurament.par.4.effect.6. num.3. fol.m.216. Marcell. à Cala in tract. de modo artic. gloſ.1. num. 606. verſ.vltimo, & Flau.Tort. ad dict. ſtat.7. num.41.*

Dummodo iuramentum à Iudice
25 † deferatur, aliàs non operatur *Seraph. de priuileg.iuramen. priuileg.7. num.37. Pariſ.conſ.101. num.3. lib.3. Mancin.d. effect.6. num.10.*

Et dummodo creditor dictum Iuramentum præſtet, aliàs ſi recuſauerit debet debitor relaxari abſque alia fideiuſſione, *Balbus deciſ.119. relatus per Ricc. in collectan. deciſ. par.4. collect. 1203. in fine.* Quod procedere videtur vbi adeſt conſuetudo, ſtatutum, vel ſtilus arreſtandi debitorem fugitiuum ad ſimplex creditoris iuramentum, ſed hoc ceſſat in ciuitate noſtra, vt dicemus infra.

Contrariam ſententiam exiſtimamus de iure veriorem, & in praxi probabiliorem ex infraſcriptis fortioribus deducendis.

26 Primò quando de ſtilo † conſtat debet pro lege ſeruari *Cardin. in clementina ſæpè §. per hoc de verbor. ſignific.* cum alijs allegatis *per Menoch.de præſumpt. præſumpt.8. num.14. verſ. Pono quando de ſtilo lib.2.*

Maximè quando fuit obtentum in contradictorio iudicio, *Crauett. de antiquit.Tempor.4.part.princ.nu.36. in fine,* Quia vim legis habet *Alex.conſ.36.viſo themate num.9.vol.3. fol.m.29.* Et idem operatur ſtilus, quam Principis conſuetudo *Alex. d. conſ.36.d. lib.3.* quia iuriſdictionem tribuit *l.viros C. de diuerſ.official.lib.12. Amanel de Claris aquis ſingul.180. Nota quod conſuetudo.*

27 Et Iudex non ſeruans ſtilum † facit litem ſuam, & tenetur in ſindicatu *Iaſon in auth.iubemus C.de iudic.Neuiz.lib.3. Silua nuptialis num.32. in fine.*

Et fortius procedit, quando ſtilus antiquus, & inuariabilis eſt *Menoch.d. præſumpt.8. num.21. verſic.Prædicta tamen lib.2.*

Vnde cum clarè conſtet de antiquiſſimo,

ſimo, & immemorabili ſtilo Curiæ hu-
ius fideliſſimæ Ciuitatis, qui probatur
ex innumeris proceſſibus in publico
archiuio conſeruatis, ex quibus appa-
ret fuiſſe etiam obtentum in contradi-
ctorio iudicio. Sequitur dicendum, di-
ctam capturam ad ſimplicem credito-
ris requiſitionem à famulis Curiæ fa-
ctam validam eſſe, & debitorem carce-
rari in publicis poſſe carceribus.

Secundò. Ad probandam conſuetu-
28 dinem † tria principaliter requiri diſ-
finitum eſt, nempè temporis diuturni-
tas; Actuum frequentia, & huiuſmo-
di actus publicè fuiſſe factos, adeo
quod veriſimile actus prędicti in popu-
li notitiam tranſiuiſſent *Cinus in l.3.col.
12. verſic. ſed quæro quid deponant teſtes
C. quæ ſit longa conſuetudo, Bald. in l. de
quibus num.37. verſ. Nunc. veniamus ff.
de legibus, Natta conſ.309. num.6. lib.2.
Lud. deciſ. Peruſ.71. num.19. verſ. Primo
diuturnitas.*

In praxi, de qua dicimus tria requiſi-
ta adeſſe, quàm facillimè patet, ex in-
numeris proceſſibus, qui in archiuio
publico eiuſdem Ciuitatis ſeruantur, in
quibus, & diuturnitas tẽporis actuum
frequentia, illoſque tam publicè fie-
ri, vt ob illos, nec ferijs, nec diebus fe-
riatis obtemperari manifeſtiſſimè pro-
batur.

29 Tertiò conſuetudo noſtra † eſt adeo
notoria, vt dici poſſit nulla indigere
probatione, *Rot. Iax. in deciſ.2. erant im-
poſitæ num.41. fol.17. vt in ſimili dixit
Curt. iun. in tract. feudor. p.1. q.1. nu.13.
Alex. in l. vnica C. vt quæ deſunt aduocat.
Bald. in l. generali C. de Epiſcop. & cle-
ric. Iaſon. in d. l. de quibus num.88. ff. de
legib. Dec. conſ.148. Reuerende, & conſil.
402. In cauſa.* Imò aliquando Iudicibus
contradicentibus, qui à principio non
erãt de hac conſuetudine certiores fa-
cti, fuiſſe per eoſdẽ iudices ſuppleta, &
approbata, *Guid. Papa ſing.952. num.1.*

Quia Iudex poteſt de ea extraiudi-
cialiter ſe informare, *Farinac. de teſt. q.
72. cap.1. num.57. verſ.1. vt talis ſ.244.*
30 Et nihilominus, ſi ex inſpectione † plu-
rium inſtrumentorum plenè ea proba-
tur, *l. vetuſtiſſima C. de iur. dom. impetr.
vbi Ang. Curt. iun. in conſ.106. volum.2.
Decius conſ.1. num.9. quos recenſet Ma-
ſcard. de probat. d. concluſ.423. num.26.
30.31. fol. m.416. volum.1.*

Multò fortius probatur per proceſſus,
31 † & acta facta in dicta Cur. Ciuitatis
Aquilæ, Pro quo faciunt allegata *per
Maſcard. de probat. concluſ.32. Acta Iu-
dicis nu.1. volum.1. fol. m.76. in concluſ.
111. Reliquum eſt num.9. & 10. verſic.
ſecundo limita fol.149. eod. volum.1.* in
quibus proceſſibus apparet, dictã per-
ſonalem prehẽſionem non ſolum fuiſ-
ſe factam, & in dies fieri per Ciues, &
incolas eiuſdẽ Ciuitatis, verùm etiam
per Ruſticos, & alios forenſes, ad quo-
rum requiſitionem alij forenſes fuerũt
arreſtati, & carcerati.

Quartò, ſi immemorabilis conſuetu-
32 do † duorum altero probatur, vel præ-
ſcriptione, ſiue temporis curſu, vel per
enunciatiuas antiquas, *Puteus deciſione
209. & deciſ.912. lib.2. Rot. Rom. diuerſ.
deciſ.717. fuit reſolutum nu.2. verſ. Cu-
ius etiam volum.4. fol. m.390.* multò for-
tius probatur ſimul iunctis per ea, quæ
ſupra tradidimus.

Quintò, ſi conſuetudo probatur per
33 Doctorem † de ea atteſtantem, vt com-
muniter receptum eſt, ✱ *Dec. conſ.420.
quæritur, Ann. ad Archidiac. num.9. verſ.
Et de tali conſuetudine* ✱ *volum.2. fol. m.
445. Bart. in l. de quibus num.11. verſ.
Quartò principaliter, vbi etiam ſequitur
Iaſ. ff. de legib. Maſcard. plenè in tract. de
probat. concluſ.425. Conſuetudinem pro-
bari num.1. & 2. fol. m.422. volum.1. Ce-
pal. comm. contra comm. quæſt.1. in princ.*

vbi licèt commemoret contrarium aſſeuerantes, tamen concludit, quod ſaltim dictum Doctoris de conſuetudine atteſtantem inducit præſumptionem, quæ transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, *Dec.ab eo allegatus conſ.69. num.12.* Et creditur Collegio Doctorum de conſuetudine atteſtanti, *Imol. in l.1. §.nunciatio ff.de nou.oper. nunciat. Iaſ.in d.l.de quib. Alex. conſ.55. perſpectis num.22. verſ. Et ideo vol.4. fol.m.47.* à fortiori probatur, ſi omnes Doctores de hac Ciuitate teſtantur de hac conſuetudine, prout abſque cōtradictione omnes de eadem annuūt receptiſſima conſuetudine, vt in ſimili dixit *Capit.deciſ.176.nu.20.* quem cum alijs refert *Maſcard.d.concluſ.426.num.17.verſ. Et probauit,* qua etiam probata apparet per proceſſus, qui in archiuio huius ciuitatis ſeruantur, vt inquit etiam *Ceual. vbi ſupra num.6.* conſuetudo enim introducit iuriſdictionem meram, mixtam, & imperioſam, altam & baſſam, *vt inquit Bald. in l.etiam 5. num.16. verſ. Modò reſtat de execut. rei iudic. Coler. de proceſſ. execut.part.2.cap.3.num.361.verſ. cæterum* plures alios concordantes allegat nouiſſimè *Ambroſin.in trac. de immunit. Eccleſ. cap.14. num.1. fol.m.91.*

TERTIA CONCLVSIO III. QVÆST.

CONSVETVDO, & ſtilus introducentes ad ſimplicem creditoris requiſitionē nulla præuia Iudicis licentia, nec aliquo delato iuramento, vel alia
34 facta probatione debitores † carcerari poſſe, vt debitum vel ſoluant, vel fideiubeant ſtare iuri, & iudicatum ſoluere, valet, & tenet, dummodo ipſa captura poſt perſonalem prehenſionem iuſtificetur, probando debitum.

Et ſi de modica cōtrouertitur quantitate, etiam ſi de debito non cōſtet, de licentia Domini iudicantis debitores carcerantur, vt ducantur ad præſentiā, ad finem eos interrogandi, & ſi debitum confitentur in carceribus mancipantur, ſin autem negant, abſque aliqua fideiuſſione relaxantur. Quod tam ex immemorabili, & receptiſſima conſuetudine, cuius memoria in contrarium non reperitur, quam etiam ex ſtilo Curiæ Ciuitatis Aquilæ fuit obſeruatum, prout ad præſens etiam receptum eſſe in dies videtur.

35 Quod poſſit de conſuetudine, † vel ſtatuto introduci, tenet expreſsè *Angel. in l.ſi ſic num.2. ff.de leg.1. per illum tex. quem refert Aſin. in tract. de execut.§.2. cap.4.num.1. Gail.d.obſeruat.44.nu.21.* vbi allegat *Franc. Marc. deciſ.398.* Sed in dicta deciſ.nihil habetur, ſed *in deciſ. 1057.in fine in prima parte fol.m.518. Matth.Coler.de proceſſ.exequut. d.par.1. cap.6.num.19. verſ. Et quod non valeat pactum,* Et eſt communis opinio, ∗ de qua *Alex. conſ.145. Viſo proceſſu cauſæ principalis num.1.vol.5. Ant. à Canar.in tract.de exequut.inſtrum. q.31. num.67. & inter noſtrates, Muſcatellus in praxi appellat. part.3. Gloſ. detinebitur nu.36. verſ.ſexto fallit,* Et ſecundum Bononiæ conſuetudinem debitor ad Iudicem ducendus eſt, aliàs pœna incurritur *Monach.deciſ.Bonon.26.nu.2.verſ. Quia ex conſtitutione,* Quod poſſit introduci de ſtilo, dixit *Franc. Mar.d.deciſ.1057. part.1.*

Sic etiam ſeruari de conſuetudine
36 in Germania † forenſes debitores ad ſimplicem creditorum petitionem poſſe carcerari, ad hoc, vt creditor ſecurus reddatur, teſtatur *Andr. Gail. pract.obſeruat. d.lib.2. obſeruat.44. nu.10. verſ. De conſuetudine tamen.*

Hanc

Hanc eandem conſuetudinem ſeruari in Gallia, refert *Rebuff. in conſuetu. Reg. Franc. d. art. 6. gloſ. 3. num. 61.*

Hanc eandem eſſe receptam in Sa-
37 xonia † aſſerit *Petr. Pecc. in tract. de Iure ſiſtend. & man. iniect. cap. 2. in fine. Verſ. Ratio autem, & lib. 2. cap. 16.* Eum refert *Gothofred. praxi ciuil. lib. 2. tit. 4. de in ius vocand. col. 648. liter. A. vol. 2. & cap. 46. per tot. fol. mihi 697. apud eundem Gothofred.*

38 Et ita de generali cõſuetudine † ſeruari dixit *Goden. conſ. 2. num. 26. tit. de iniurijs, Coler. de proceſſ. execut. d. par. 1. cap. 6. num. 91. in fine, & cap. 2. nu. 106. verſ. & ſcriptum reliquit,* vbi ſic ſeruari per Iudices noſtri temporis affirmat. De hac generali conſuetudine teſtatur *Guido Papa deciſ. 61. num. 1. & ibi etiam addentes lit. B.* vbi Ranchin. dicit, hanc opinionem de conſuetudine eſſe receptam.

Et de iure Regio illius Regni etiam propria creditoris authoritate poſſe debitorem carcerari, firmat *Gutier. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 82.* vt etiam infra videbimus.

Et de iure municipali Mediolanen. ſub rubr. de offic. vt refert *Plot. in tract. de in lit. iurand. §. 4. num. 63. verſic & propterea folio mihi 51.* Mercatores fugientes nõ ſatisfactis creditoribus furca ſuſpenduntur, vel ad triremes perpetuò damnantur, niſi ſint in concordia cum eiſdem creditoribus infra tres menſes.

Sic etiam ſeruari ex ſtatuto ciuitatis Senarum, quod debitor virtute inſtrumenti poſſit capi, & detineri, commemorat *Abb. in conſ. 42. in quæſtione Dominici num. 1. verſ. Ex ſecundo capite par. 2. fol. mihi 127.* vbi citat dictum ſtatutum ſub rubr. quod debitor non poſſit capi perſonaliter.

39 Sic etiam hodierna praxis † docere videtur, ex qua Iudices noſtri temporis ad creditorum inſtantiam, ſiue debitor ſit ſuſpectus, ſiue non, ſiue ex actione reali ſiue perſonali ſit deuictus, arreſtum, & perſonalem prehenſionem concedunt contra debitores obligatos, prout de hac conſuetudine teſtatur *Iacobus de Arena in tract. de ſequeſtr. num. 8. eum refert Coler. de proceſſ. execut. par. 1. cap. 2. num. 106. verſ. & ſcriptum fol. mihi 48.*

Sic etiam ſcriptum reliquit ſeruari Florentiæ ex eius ſtatuto *Afin. in ſua praxi iudiciar. §. 7. cap. 5. limit. 10. & 11.*

Sic etiam teſtatur in praxi eſſe receptum Papiæ ex ſtatuto Papienſi *Flau. Tort. ad ſtat. Pap. 7. d. num. 41. verſ. & ex praxi,* vbi debitore detento conceduntur creditori quatuor dies ad probandum fugæ ſuſpicionem.

Nec dicta conſuetudo inhumana videtur, quia durior conſuetudo obſeruatur in Saxonia, vbi debitor non ſol-
40 uendo, ad manus † creditoris condemnatur, qui poteſt illum vel in compendibus, vel ad opera, etiam ſeruilia detinere, donec creditori ſatisfiat, refert *Coler. de proceſſ. execut. par. 1. cap. 6. nu. 114. & num. 127. verſ. Et ſi verò fol. mihi 206. & cap. 9. num. 28. verſ. Quæ quidem præſtatio,* Et hoc idem ſeruari Romæ dixit ibidem *ex Bruno de ceſſion. bonor 6. quæſt. princip. num. 9. Theſaur. deciſ. 153. debitor num. 3. verſ. hodie, vbi etiam Ant. filius.*

41 Id etiam ſeruari Saxoniæ † Galliæ, Hiſpaniæ, Florentiæ teſtatur *Anton. Hering. tract. de fideiuſſor. cap. 6. nu. 256. 257. & 258. fol. m. 123.*

Et quod poſſit ex ſtatuto introduci,
42 quod debitor † teneatur creditori operari, donec de credito ſatisfiat, tenet *Roder. in declar. l. 2. taur. lib. 3. cap. incip. quæro tertio, quem refert Petr. Pec. de iur. ſiſt. cap. 4. verſ. ſed ad ſeruitium relat. per* Go-

Gothofred. tit. de in ius vocand. fol. mihi 599.

43 Id etiam de † iure ciuili Iudicis officio permittitur,& debitor ad opera,& ſeruitia creditoris condemnari poteſt, donec creditori ſatisfiat, *Brun. de ceſſ. bonor. 6.q.princip.nu.9.& Col. d.cap.9. num.*28.*& num.*35.& poteſt hoc caſu creditor operas ex pacto ſibi promiſſas alteri locare pro certa mercede *Coler. ibidem num.*36.*verſ. Adeo autem.*

Et ex pacto quis poteſt ſe obligationi ſubmittere ad præſtandum aliquas operas diurnas, quando ſoluere
44 non valet, & filius † poteſt etiam abſque patris conſenſu obligari alicui magiſtro pro arte aliqua addiſcenda, nec pater poteſt eum reuocare, Et mater neceſſitate ducta poteſt filium ad aliquam artem ponere,& obligare, vt de omnibus exemplificat *Vrſill. ad Afflic. deciſ.*307.*num.*3.4.*& 5.verſ. ſed iuxta.*

Et in hoc Regno pœna non ſoluen-
45 tis † ſeruata forma inſtrum. liquidi, ratione periurij erat manus mutilatio, *vt in rit.*179.*vbi Carauit. & in rit.*109.*num.*2.*& in conſtit. eos qui ſcienter rub.* 55.*tit. de periur. vbi Afflict. nu.*2. Pand. *de præſentat. inſtrum.* 4.*par.*16.*declaratione nu.*101. *verſ. Pœna verò, Baiard. ad Clar. in §. periurium nu.*8. *verſ. Item adde quod in Regno.*

Licèt de conſuetudine,& obſeruantia omnium curiarum huius Regni
46 exigatur pecuniaria † ad rationem decem pro quolibet centenario, *vt per Carauit. d. ritu* 109.*num.*2.*& Pand. vbi ſupra verſ. verum.* Et ex lege duode-
47 cim tabularum, maior † pœna erga tales debitores irrogabatur, in ſeruitium enim eorumdem creditorum ducebantur, & quod grauius ferendum erat cum filijs, nepotibus, & vxore venundabantur,& in vinculis per dies ſexaginta trahebantur, quo medio tempore trinis nundinis ad Prætorem ducebantur, & ibi publicè pronunciabantur quanti ipſis creditoribus debebant, Poſtremò tertijs nũdinis capite puniebantur, & ſi plures extabant creditores, eiſdẽ eadem lege duodecim tabularum corpus debitoris partiri permittebatur, *vt ex Cell.cap.*20.*lib.*7.*Aul. Gel. lib.*20. *noct. atticar. cap.*1. *cum alijs refert Bernard. Pand. in tract. de præſentatione,& execut. inſtrum. in præfat. ſub nu.* 4.5.6.7. *&* 8.*& alijs traditis per Couar. var. reſolut. lib.*2.*cap.*1.*ſub num.*1. *Franc. Scagl. in prag.*3.*in princ. in tit. de ceſſ. bonorum Anton. Hering. in tract. de fideiuſſoribus cap.*20.§.9.*nu.*68.*verſ. ſic lege fol. mihi* 406. *Paſcal. de vir. patr. poteſt part.*2. *num.*84. *verſ. quo ad Primum fol.m.*297. quibus accedant allegata *per Aloiſ. Ricc. in deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapol.*59. *num.*1.*fol.*45.*vol.*1. *Coler. de proceſſ. exequut. par.*1.*cap.*6.*nu.* 127.*verſ. Aduerte,& Galter. in prax. inſtrument. vltim. par. princ. rubr.*2.*num.*7. *verſ. vnde,* vbi quatuor tempora recenſet *Aſin. in tract. de execut.* §.2.*cap.*2.*nu.* 1.2. *& per tot. vbi plenè.*

48 Et licèt lege Petilia † dicta lex duodecim tabularum reiecta fuerit,& promulgatum, ne quis ob pecuniam debitam in vinculis detineretur, ſed bona creditoris obnoxia eſſent, *vt ex Liu. in* 1.*decad lib* 8. quæ & Põtificio,& Cæſareo Iure fuit approbata, *l. ob æs cum auth. ſequent. C. de act. & obligat. & cap.*2. *de pignor. Gl. communiter* * *approbata in l.*3.*§. Tutores ff. de ſuſpect. Tutor. vt per Aloiſ. Ricc. non minus eruditè quam doctè d. deciſ.*59. *d. num.*1. *cum alijs allegatis per eum, & Galter. vbi ſupra ſub dicto num.*7.*verſ. Quarto,& Paſcal. dicto cap.* 9 *num.*85. *verſ. ſed huius dicti fol.*297.

Tamen quoad capturam debitoris
49 † ſuſpecti de fuga, vel fugitiui, cuiuſque loci conſuetudo eſt attendenda, vt refert

refert *Petrus Pecc.de iur.ſiſtend.& man.*
iniect. d. cap. 19.

Et apud Moſcouitas, qui ſoluendo
50 † non ſunt, verberibuſque multoties
percuſſi creditoribus ſecundum valo-
rem crediti ſeruire coguntur, vt re-
fert *dictus Hering.de fideiuſſor.eff.5.nu.*
123.verſ.Mos.

51 Noſtraque conſuetudo † tres inter
alias videtur habere rationes. Prima,
quia ſi aliàs fieret, periculum eſſet in
mora, ſemper enim non poteſt famu-
lorum Curiæ, ac Iudicis copia haberi,
etenim etiam ſi debitor apud Iudicem
ſuſpectus de fuga probatus eſſet, rece-
pto mandato de capiendo de facili in-
ueniri nequit, quibus conueniunt alle-
gata per *Maur. Burg. in tract. de mod.*
proced.ex abrupt.cap.5.num.36.verſic.8.
*caſus cent.*1.

Secunda ratio, quia vt plurimũ agi-
tur de modicis ſummis, & cum forenſi-
52 bus ruſticis, vnde tanta † ſolemnitas
probandi debitorẽ de fuga ſuſpectum,
vel alijs modijs vtique non exigitur, vt
in ſimili cõſuetudine dixit *Ioãnes Beſſia*
*ad conſuetudines Aluarien.tit.*1.§.1.*rela-*
tus per Petr. Pecc. d.cap. 19. *verſ. Quo-*
modo, Famuli enim Curiæ in dicta ca-
ptura videntur habere Iudicis manda-
tum pro capiendo debitore, vt *per Pin-*
dar. ad conſuetud. Aurelian tit.de execut.
& locat.§.8.in fin. & per Afflict.in con-
*ſtit.citationis literæ not.*8.

Tertia ratio, quia vbi licet incipere
53 † ab exequutione, prout in caſu, de quo
agitur, poſt factum probatio fieri po-
teſt, quod dixit *ex Bartol. notandum*
Gothofred. praxi ciuil. d.tit. de in ius vo-
cand. verſ. Citatio rei ex additionibus ad
Speculatorem fol.m.582.vol.2. prout ex
poſt facto fiunt probationes, quando
forenſes carcerantur, dummodo in-
continenti deducantur *Surd.deciſ.107.*
conceditur num.5. verſ. fuit tamen, Go-
thofred. prax. ciuil. lib.2. tit.4. de in ius
vocand. vbi addentes ad Speculator. fol.
m.582. tom.1. Coler. de proceſſ. execut.
part.3. cap.7.num.16.in fin. verſ. Neque
enim, & ita videtur ſentire *Ceual. com.*
contr.commun.quæſt.123. num.5. & 6.
verſ. Et quod in hoc caſu practicatur, vbi
de magis * communi.

54 Indebitè enim captus, ſi poſt † ca-
pturã debiti probatio ſuperueniat, de-
* tineri * debet ſecundũ magis commu-
nem ſententiam, de qua *Farinac. de car-*
cer.d.quæſt.27.num.151.verſ.limita 2.
de qua etiam teſtatur *Giurb deciſ.17.*
nu.7. verſ. ſit quoque fol. mihi 104. cum
allegatis Menoch. deciſ. Bonon.26.nu.1.
& 2. fol. mihi 55.

55 Quarta ratio, longè diſtat † debito-
rem eſſe de fuga ſuſpectum, vel fugam
reperiri in eſſe, vt optimè recẽſet *Man-*
cin.in d.tract.de iuram.d.effect.5. nu.13.
verſ. longeque par.4. fol.m.217.

In debitoribus forenſibus detentis
per famulos Curiæ Aquilanæ fuga re-
peritur in eſſe, Ciuitas enim Aquilana
non habet Territorium, neque diſtri-
ctum, & propterea ſi aliqua ex prædi-
ctis ſolemnitatibus requireretur, debi-
tores exeuntes extra muros dictæ ciui-
tatis non poſſent amplius arreſtari,
quia carcerarentur in iuriſdictione Ba-
ronũ, à qua diſtrictus eiuſdem ciuitatis
circuitur, & per conſequens turbaretur
aliena iuriſdictio, vnde quia periculum
eſt in mora, & agitur cum forenſibus,
vt diximus ſupra *in præludio 2. verſ. His*
ſuppoſitis, ideo fuit introducta conſue-
tudo, qua ad inſtãtiam creditoris debi-
tores carcerantur, & arreſtantur, vt ſu-
pra diximus, & in ſimili inquiunt *Man-*
cin. & Seraphin. locis ſupra commemora-
tis. Ex quibus omnibus remanet firma
concluſio ſupradicta.

Non obſtant modò in contrarium
adducta, quia primum, & ſecundum
argu-

Digitized by Google

argumentum non procedũt in conſuetudine notoria, prout eſt noſtra conſuetudo, qua fuit introducta debitoris forenſis captura pro iudicij aſſecuratione; in qua nulla vrget neceſſitas eam probandi, cum ſatis vti notoria probata dicatur, *Cin. in l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. Socin. iun. conſil. 65. num. 40. vol. 1. cum alijs cumulatis per Maſcard. de probat. d. concluſ. 423. num. 26. 27. 28. 29. & 30. folio mihi* 416. vt diximus etiam in argumento pro hac parte adducto; *Alex. Trentacinqu. in conſil. vnico pro Ciuitate Aquilana in cauſa Bonatenent. num. 3. verſic. & hæc conſuetudo folio mihi* 10.

Ad tertium dupliciter reſponderi poteſt, primò concedendo quod con-
56 ſuetudo † vnius Ciuitatis debeat extendi, & obſeruari in caſtris, & locis circumuicinis, *eſt tex. cum Gloſ. in authent. quibus mod. natur. eff. ſui §. ſi quis igitur collat. 7. Amanell. de Claris aquis ſing. 253. Nota quod conſuetudo tomo 2. ſingul. Doctor. fol. m. 76. Maſcard. de probat. d. concluſ. 423. num. 14. verſ. Iſtud tamen, Ioſeph. de Seſſ. deciſ. Aragon. 70. per totam fol. m.* 107. Vnde cum arreſtati ſint foreſes eorundem Caſtrorum conuicinorũ, ſequitur etiam dictam capturam cõtra dictos foreſes poſſe exerceri.

Reſpondetur ſecundò Ciuitatem, & Caſtra eſſe vnum, & idem; nam prius erat vnum corpus, vt dicit ſubtiliſſimus *Ioſephus de Ruſticis in alio conſ. vnico Bonaten. pro Ciuitate ſupradicta verſic. I. nam conſtat folio mihi* 5. Et quamuis
57 fuerint † ſeparata quoad iuriſdictionem per conceſſionem Baronibus tunc temporis collatam, non tamen fuerunt ſegregata reſpectu Ciuium, & aliorum habitantium ob promiſcuitatem Territorij, vt optimè animaduertit *d. Ioſeph. de Ruſtic. in d. conſil. vnico verſic. Vlterius conſiderandum*.

Reſponſio ad quartum, & quintum argumentum patet ex his, quæ ſupra retulimus pro contraria parte.

Nec obſtare videntur requiſita probandi debitorem ſuſpectum, deteriorationem eiuſdem, & iuramẽtum, de quibus diximus ſupra num. 18. hac eadem quæſt. quia reſpondetur quo ad capturam debitoris de fuga ſuſpecti debet obſeruari cuiuſque loci conſuetudo, vt dixit *Petr. Pecc. de iur. ſiſtend. & man. iniect. d. cap.* 19. vt diximus etiam *ſupra in hac eadem quæſt num.* 34. & procedere videntur, quando agitur inter eoſ-
58 dem ciues, qui † capi nequeunt pro debito, niſi probatis requiſitis ſuperius relatis, vt inquit etiam *Andr. Gail. practicar. obſeruat. d. obſeruat. 44. circa finem. verſic. Cum ciuibus*.

SVMMARIVM.

IV. QVAEST.

1 *Teſtis examinatus abſque citatione dicitur offerens, & ſpontaneus.*
A teſtificando repellitur, & vti ſuſpectus poteſt torqueri num. 2. & num. 3.
4 *Spontanea teſtificatio corruptelam denotat.*
5 *Teſtes examinati abſque citatione non probant remiſſiuè.*
6 *Doctrina certa non datur circa teſtium examinationem.*
Et Iudicis officium circa probationes teſtium, & eorum receptiones verſatur num. 7.
8 *Iudex debet oculos aperire, & aures erigere in teſtium receptione.*
9 *Teſtium nomina in cauſa ciuili edi debent.*
10 *Citatio eſt neceſſaria, quando agitur de præiudicio citati.*
Quod procedit etiam in cauſa minima num. 11.
12 *Carceratus infamia notatur, ſi in vinculis detruditur.*

13 *Teſtes examinantur etiam parte non citata, ſi periculum eſt in mora.*

14 *Iuramentum quod teſtibus defertur loco citationis habetur.*

Et in caſu neceſſitatis rectè recipiuntur abſque partis citatione num. 15.

16 *Creditor ratione moræ in neceſſitate dicitur conſtitutus.*

17 *Citatio non requiritur vbi figura iudicij non eſt ſeruanda.*

18 *Teſtes examinati etiam non citati, nec parte audita probant debitum, & debitorem de fuga ſuſpectum.*

QVÆSTIO IV.

ARGVMENTVM.

An debitor poſſit carcerari pro iudicij aſſecuratione, quando per teſtes non citata parte examinatos, nec didicitis teſtificatis conſtat de debito?

PRo negatiua, quod non poſſit iſte debitor carcerari obſtare vidētur infraſcripta iura, & rationes.

Primò, Teſtis examinatus abſque
1 citatione † dicitur teſtis ſe offerens, & ſpontaneus, *Alex. in conſ. 68. Vt viſo nu. 17. verſ. Non obſtat lib. 2. Afflict. in conſtitut. Mores diſſoluti num. 3. Rub. 53. & in deciſione 28. numero 1. & deciſione 39. num. 3. Muſcat. in praxi ciuil. parte 4. Gloſ. Iuramenta num. 5. verſic. & ſic eſt intelligenda.*

2 Et non ſolum à teſtificando † repelluntur, vt inquit *textus in §. ſi verò ignoti in auth. de teſtibus*, & eſt magis com-
* munis, * & rationabilior omnium
ſententia, de qua *Farinac. de teſtibus quæſt. 80. oppoſitione 34. nu. 1. & nu. 4. folio mihi 333.*

3 Sed vti ſuſpectus poteſt † torqueri *Farinac. vbi ſupra num. 6. & 7. & quæſt. 39. num. 38.*

Quia ſpontanea teſtificatio corru-
4 ptelam † denotat *Caualcan. in tract. de brach. Reg. par. 6. nu. 188. verſ. Qua de re fol. m. 139.* & de ſubornatione ſuſpecti dicitur, *Rot. Rom. dec. 22. de teſt. in nouis.*

5 Ergo examinati † abſque citatione non probant, *l. ſi quando C. de teſtibus, Mantic. in ſingul. 364. Amanell. de Claris aquis in ſing. 103. Muſcat. in d. p. 4. Gloſ. Iuramenta num. 4. verſic. Tamen veritas folio mihi 71.* quibus accedant cumulata *per dictum Caualcan. in prax. & theor. de teſt. par. 5. num. 11. & num. 12. fol. m. 106. Clar. in prax. criminal. §. fin. q. 53. num. 5. verſ. ſecundum caput. vbi Baiard. ad eum num. 14. & plenius in quæſt. 11. verſic. Item quæro, vbi Baiard. num. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 1336. nu. 1. vol. 3. Onded. plenè conſ. 101. num. 6. & Farinac. vbi ſupra, Regul. iur. in verbo, Teſtis examinatus, tom. 2. fol. m. 495. vbi Nouell. reg. 215.* & ibi ampliat, & limitat pluribus modis.

Secundò, In materia credendi te-
6 ſtibus † certa non traditur doctrina, ſed quaſi in enigmate vagatur, vt inquit *Caualcanus d. prax. de teſt. parte 5. ſub num. 4. verſic. Nihilominus folio mihi 105.* Vnde ibi dixit, quod circa eorum probationes maximè officium Iudicis
7 † verſatur, qui poteſt, ſi ſibi videbitur, fidem adhibere, & non adhibere, *Bart. in l. Lucius ff. de infam.*

Idcirco ſi diceremus teſtes abſque citatione examinari poſſe, deſtrueretur Iudicis arbitrium, quod ipſe Iudex impartiri non poſſet, ſi teſtes abſque citatione reciperentur, cum ad ipſum pertineat, recipere, examinare, & inter-
8 rogare; debet enim oculos † aperire, aures erigere, ne litem ſuam faciat, vt inquit *Caualcan. in d. prax. de teſt. par. 5. num. 5. verſic. ad Iudicem.* Ergo &c.

Tertiò, ſi hoc eſſet ſequeretur, quod nomina teſtium in cauſa ciuili, de qua noſter

noſter

noſter eſt ſermo, non eſſent parti eden-
9 da, † ſed conſequens eſt falſum, quia
regulariter eduntur, *Gloſ. in l. 1. §. cre-
ditores ff. de edend. Marant. de ord. iu-
dic. par. 6. act. 10. num. 52. & num. 59.
Caualcan. vbi ſupra num. 6. verſic. Verum
quia folio mihi* 105. Ergo, & antece-
dens.

10 Quartò, Quilibet debet citari, † quã-
do de eius agitur præiudicio, *vulg. l. de
vnoquoque de re iudic. l. & quia de iur.
iurand. Auth. de Trinit. §. hæc omnia, Se-
raphin. in tract. de priuileg. iurament. pri-
uileg. 31. num. 93. verſic. Quarto non eſt
folio mihi* 161. ſed ad hoc videas quæ
dicemus *in Ampliat. 6. princip. num. 22.*

11 Etiam ſi cauſa eſſet minima, † *Felin.
in cap. in nomine Domini de teſtibus, Ab-
bas conſilio 46. in quæſtione circa princi-
pium, Alex. conſil. 147. Viſis dubitatio-
nibus num. 2. verſic. Quinimò ſi iuriſcon-
ſultus, & conſil. 59. Viſo proceſſu nu. 2.
lib. 2.*

Sed ſi per teſtes nõ citata parte exa-
minatos quis in vinculis poneretur eſ-
12 ſet infamia † notatus, *Bald. in l. ſi Cle-
ricus C. de Epiſcop. & cleric. Menoch. de
arbitrar. iudic. caſu 87. num. 2. Verſic. Ve-
rum folio mihi 245. Borgnin. deciſione 1.
Melchion. parte 1. num. 28. folio mihi
157. inter Diuerſ. Ant. Hering. in tract.
de fideiuſſor. cap. 6. num 45. folio mihi 94.*
Ergo debet citari, &c.

Contrariam partem in caſu, de quo
agitur, vti veriorem, & in praxi ma-
gis receptam ſequimur ex infraſcriptis
argumentis adducendis.

Primò, quando periculum eſt in mo-
13 ra teſtes † examinantur parte non ci-
tata, *Farinac. de teſt. d. quæſt. 72. cap. 1.
num. 36. limitatione 1. folio 243. Ma-
ſcard. de probat. d. concluſ. 682. num. 41.
verſic. 17. volum. 2.*

Sed in caſu, de quo agitur, pericu-
lum eſt in mora, de qua diximus in præ-
ludio ſecundo, vbi ſupra. Ergo &c.

Secundò. In caſu noſtro iuramen-
14 tum, quod teſtibus defertur † loco ci-
tationis habetur, *Abb in cap. in nomine
Domini num. 15. extra de teſtibus, & in
cap. cum in tua num. 2. de ſponſalibus cum
alijs allegatis per Muſcatell. in dicta prax.
ciuil. Gloſ. iuramenta num. 3. verſic. & li-
cèt de iure.* Ergo citatio ad teſtes non
requiritur.

Tertiò. Teſtes examinati ſine par-
tis citatione in caſu neceſſitatis rectè
15 recipiuntur, & recepti probant, *l. 2.
vbi Luc. de Pen. num. 23. verſic. Et ex
hoc C. de naufrag. lib. 11. folio mihi 377.*
& faciunt etiam allegata *per eundem
Lucam in ead. l. 2 numero 12. Iaſon in l.
cum ij. 8. §. ſi Prætor num. 4. verſic. Iſtam
deciſionem ff. de tranſact. Decius in cap. in
nomine Domini num. 26.*

16 Sed ratione moræ creditor con-
ſtituitur in neceſſitate, adeo quod ad
eius inſtantiam debitor ſiſti, & arreſta-
ri poteſt, vt diximus in præludio, vbi
ſupra.

Ergo teſtes in caſu ſupradicto be-
nè recipiuntur, & recepti probant, vt
infra dicemus in concluſione huius
quæſtionis.

17 Quartò. Citatio vbi figura † iudi-
cij ſeruari non debet, non requiritur,
*Bart. in extrauag. ad reprimendum ver-
ſic. Figura in fine, Cuman. conſil. 7. nu. 7.
Aſinius in prax. iudiciar. § 7. numero 5.
fallentia 34. DD. in l. ſi finita §. Iu-
lianus, vbi Bolognin. numero 40. ff. de
damno infecto,* & * eſt communis opi-
nio, de qua *Medic. reg. 6. inter reg. iur.
tomo 2. in verbo, Citatio non requiritur,
folio mihi 234.*

Sed in Iudicij aſſecuratione nulla
figura iudicij debet ſeruari, vt dice-
mus infra in concluſione principali.
Ergo &c.

Digitized by Google

QVARTA CONCLVSIO IV. QVAEST.

15 TESTES examinati parte, † nec teſtibus citatis rectè probant debitum cõtra debitorem fugitiuum, vel de fuga ſuſpectum, *Socin.reg.406.in ſexta fallent.relatus cum alijs per Farinac.in d. tract. de teſt. d.quæſt.72. cap.1.num.37. limitatione 2. folio mihi 243. Ioſeph.Lud. deciſ.Peruſ.41. fuerunt capti nu.6. verſ. Quo verò tomo 1. deciſ.diuerſ. folio mihi 145. Aſin. in prax.iudic. §.7. cap.5. limit.12. Duodecimò non requiritur citatio folio mihi 70.*

Non obſtant modò in contrarium adducta, quia vnica reſponſione tolluntur; procedunt enim regulariter in caſibus, in quibus loquuntur, ſed fallunt in probando debitum, ſeu debitorem ſuſpectum de fuga, vt diximus in hac præcedenti concluſione.

SVMMARIVM. V. QVAEST.

1 *Pactum quod ſcriptura priuata habeat vim publici inſtrumenti, non valet.*

2 *Apoca non probat, niſi confeſſata, vel teſtes deponant fuiſſe præſentes.*
Sola nullo alio adminiculo ſuffulta præſumptionem inducit num.3.

4 *Præſumptio non eſt ſufficiens; ad carcerandum debitorem.*

5 *Scriptura priuata non facit plenam fidem; etiam ſi ſigillo ſit munita numero 6.*

7 *Ex ſemiplena probatione debitor ſuſpectus, poteſt carcerari.*

8 *Scriptura priuata ſemiplenè probat.*

9 *Verſimile non eſt, vt quis falſam ſcripturam conficiat.*

10 *Scriptura campſorum, ſeu mercatorum, in minimis probat.*

11 *Pactum, vt ſit ſtandum priuatæ ſcripturæ eſt validum.*

12 *Conſuetudine poteſt introduci, vt apoca priuata probet.*

13 *Apoca etiam trino teſte notata, non habet paratam exequutionem.*
Non procedit in ſcriptura priuata producta ad finem carcerandi debitorem fugitiuum num.14.
Nec quando conſuetudo in contrarium ſe habet num.15.

16 *Literæ cambij acceptatæ, ſeu proteſtatæ, habent exequutionem paratam, Etiam ſi non ſint recognitæ num.17.*
Et contra eas poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ num.18. ſed vide ibidem non procedere, niſi facto depoſito.
Et in eis remanet obligatus ſcribens, & acceptans num.19. ſed declara, vt numero 20.

21 *Excuſſionis beneficium aduerſus literas cambij locum habet.*
Non competit, quando apud fideiuſſorem, reperiuntur bona debitoris num.22.
Non competit quando de conſuetudine non ſeruatur num.23. & 24.

24 *Excuſſio non ſeruatur inter Mercatores.*

25 *Circuitus, ſeu girata vnica tantum vice fieri poteſt in literis cambij.*
Notarius debet de hoc teſtari & ſubſcribi num.26.
Seruatur in Regno Neapolitano, & inter mercatores Venetos num.27.
Recenſetur determinatio facta Venetijs num.28.

29 *Teſtes & notarius, quare ſubſcribuntur in literis cambij.*

30 *Literæ cambij acceptatæ cum illis verbis,* Accettate ſopra proteſto, *quid denotant.*
Etiam non proteſtatæ habent executionem paratam num.31.

32 *Confeſſio geminata habet executionem paratam.*

Inuen-

33 *Inuentarij à tutoribus, & alijs admini-ſtratoribus confect. habent executionem paratam.*

34 *Scriptura mentionem faciens de facto antiquo executionem habet.*

35 *Tempus quando dicatur antiquum relinquitur arbitrio Iudicis,*

36 *Scriptura priuata acceptata, vel recognita habet executionem paratam.*

37 *Acceptans ſcripturam, etiam ſi negauerit contenta, condemnari debet, etiam ſi allegauerit ſolutionem, & eam in continenti non probauerit ibi num. 38.*

Scriptura manu Cardinalis conſcripta executioni demandatur ibid. Verſic. Amplia tertiò.

39 *Acceptans, ſeu recipiens literas, niſi fuerit proteſtatus confiteri videtur in eis contenta.*

40 *Epiſtola recognita, ſeu confeſſata, vel per teſtes comprobata plenè probat.*

41 *Scriptura etiam acceptata, ſi non habet cauſam obligatoriam non probat.*

42 *Praxis in recognitione ſcripturæ priuatæ. Tenetur debitor cum iuramento eam recognoſcere ibidem.*

Non admittitur appellatio in eius recognitione num. 43. Nec fori declinatoria numero 44.

45 *Negans ſcripturam, qua pœna puniatur.*

46 *Apoca banci quomodo recognoſci debeat. Per comparationem literarum non probatur num. 47. Contrarium ſubſtinet Rota Ianuæ 48. ſed declara num. 49.*

50 *Schedulá teſtamenti probatur per comparationem literarum, Procedit etiam in recognitione libri num. 51.*

52 *Comparatio literarum probatur cum adminiculis, Procedit in apoca non excedente libram auri num. 53.*

54 *Acceptans literas, etiam ſi poſtea negauerit, condemnatur.*

55 *Teſtis fide dignus quis dicatur. Eſt idem quod idoneus nu. 56. Legitimus, & integer qui dici poſſit num. 57.*

Hæc qualitas debet articulari, & probari nu. 58. Procedit ſi pars opponat nu. 59. Quilibet præſumitur integer num. 60.

61 *Comparatio literarum ſufficit, ſi de omnimoda ſimilitudine appareat, Quomodo procedat num. 62. ſufficit in apocis banchi falſis reputatis num. 63.*

64 *Apoca priuata, in qua teſtes ſunt mortui probatur per comparationem literarum.*

65 *Regula mortem habere vim recognitionis quomodo intelligenda eſt.*

66 *Comparatio literarum ſufficit in criminalibus.*

67 *Capitula matrimonialia quomodo executionem paratam habeant.*

QVÆSTIO V.

ARGVMENTVM.

An ex apoca, ſeu alia ſcriptura priuata debitor de fuga ſuſpectus poſſit arreſtari, vt fideiubeat ſoluere iudicatum, & ſtare iuri?

PRo negatiua, quòd non poſſit ſiſti, videntur facere infraſcripta iura, & rationes.

Primò. Partibus non eſt permiſſum
1 † paciſci ſcripturam priuatam habere vim publici inſtrumenti, quoniam tale pactum in ſingrapha inſertum de iure reijcitur, *Alex. in l prima* §. *fin. num. 3. ff. de verborum obligat. Carot. in tract. de iuram. deciſor. quæſt. 5. nonæ quæſt. principal. num. 19. verſic. Declaratur hæc ampliatio folio m. 29. à tergo, & melius nu. 2. verſic. ſecundo pro hac opinione, Decius conſ. 612. Concluſionem ſupra firmatam num. 5. verſic. ſecundo volum. 2.*

Sed etiam in inſtrumento non valet pactum, vt debitor poſſit carcerari, vt diximus ſupra *in quæſt. 2.*

Ergo neque in ſcriptura priuata.
42 Secundò. Si dicta captura † ex

facit Bucian. deprobat. lib. i. cap. 5 à n. 19 fol. 4. Costa de claus. cl. 150 fol. 122.

Digitized by Google

ſimplici priuata ſcriptura permitteretur, ſequeretur, quod illa probaret, etiam ſi non eſſet recognita, ſed conſequens eſt falſum, quia certiſſimi iuris eſt apocæ fidem non adhiberi, niſi confeſſatæ, vel teſtes deponant fuiſſe præſentes, & vidiſſe debitorem eam ſcribentem, & ſubſcribentem, *Maſcard. de probat. concluſ. 109. Apoca, ſiue apodixa num. 2. verſic. Primo caſu, folio mihi 145. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 1. cap. 79.* vbi teſtatur de ✱ cōmuni, & ſic etiam fuiſſe deciſum, *Nicol. de Paſſer. in tract. de ſcriptura priuata libro 2. num. 2. & num. 8. folio mihi 95. Rot. Rom. diuerſor. in deciſ. 328. Dominis viſum fuit nu. 8. verſic. Non facit parte 4. folio mihi 170. & deciſ. 124. Domini ſteterunt num. 1. & in deciſ. 813. in præſenti num. 1. volum. 1. folio mihi 518.* Ergo, & antecedens.

3 Tertiò, Sola apoca † nullo alio adminiculo ſuffulta ſolummodo aliqualem præſumptionem facit, *Bart. & alij in l. admonendi ff. de iureiurand. Abbas, & Felin. in cap. 2. de fid. inſtrument. cum alijs allegatis per Kircou. receptarum ſententiarum centur. 1. concluſ. 33. Apoca ſola folio mihi 12.* ✱ vbi communem appellat.

4 Sed per ſolā præſumptionem † quis non poteſt in vinculis mancipari, quia ſaltem ſemiplenè debet conſtare, vt poſſit arreſtari debitor de fuga ſuſpectus, *Angel. in l. nemo carcerem C. de exact. tributor. lib. 10.* & dicemus infra *ampliatione 7. princip.* Ergo &c.

5 Quartò priuata ſcriptura etiā † contra ſcribentem nō facit plenam fidem, *l. ſcripturas 11. & l. ſi quis vult 12. C. qui potior in pignor. habeantur,* vbi omnes, ✱ & præcipuè *Salycet. nu. 2. eod. l. non epiſtolis l. non nudis C. de probation. l. comparationes cum ſimilibus Pract. Papienſ. in forma opponend. contra inſtrumentum, in verbo, Quod negatur num. 3. Coler. de proceſſ. exequut. parte 3. cap. 1. num. 87. verſic. De priuatis folio mihi*

6 *579.* vbi ampliat etiam ſi dictæ † ſcripturæ eſſent ſigillo munitæ, etiam ſi eſſent publica inſtrumenta, *l. minor viginti quinque annis ff. de minor. l. à diuo Pio §. ſententiam vbi DD. de re iudicat. Nicol. de Paſſer. in dicto tract. de ſcriptura priuata lib. 3. quæſt. 2. num. 9 & 10.* Etiam ſi eſſent literæ cambij, vt ibi per eum *verſic. Per ritum Regni folio mihi 199.* & creditor ad obtinendum ſuper ea debet probare requiſita *d. l. ſcripturas Vincent. de Franc. deciſ. 644. Ricc. Collect. deciſ. 19.* Ergo &c.

In contrarium facere videntur infraſcripta.

Primò. Ex ſemiplena probatione

7 † debitor pro iudicij aſſecuratione poteſt in carcere detrudi, *Ceual. commun. contra ✱ commun. quæſtione 133. num. 6. folio 115. Ioſeph. Ludou. deciſione Peruſ. 41. fuerunt capti num. 6. verſic. Quo verò.*

Sed ſcriptura priuata ſemiplenè

8 † probat *Speculat. in titul. de inſtrumentor. edit. §. nunc dicendum verſic. Regulariter, Abbas, & Decius in capit. in cauſam de probat. Nouell. in regul. 195. lib. 2. regul. iur. verbo, ſcriptura priuata, folio mihi 329.* Quia non eſt veriſimi-

9 le, † vt quis ſcripturam conficiat falſam, & hæc dicitur præſumptio emergens, *Bald. in rubr. C. de fid. inſtrument. Bartol. in dicta l. ſcripturas C. qui potior. in pignor. habeant. Nouell. in d. regul. 195. fallent. 8.* Ergo &c.

Secundò. Scriptura campſorum, ſeu

10 mercatorum † in rebus minimis probat, *Bald. in l. vnica C. de confeſſis,* quia in minimis etiam probatio ficta admittitur, & vnico teſti creditur, *Medic. in reg. 5. inter regulas iuris tom. 2. in verbo, ſcripturæ mercatorum, fol. m. 350. cum allegat.*

gat. Sed quando arreſtantur forenſes debitores, vt plurimum tractatur de modica ſumma vt dicemus etiam infra. Ergo.

11 Tertiò. Valet pactum † inter partes, vt ſtandum ſit priuatæ ſcripturæ, & hoc caſu fidem facere videtur, *Bald in l. de quibus verſ. Item per pactum ff. de legib.* & hęc eſt verior, & æquior opinio, * de qua *Cravet. de antiquitat. * tempor. par. prima. Viſo de verbis enunciatiuis nu. 26. Maſcard. de probat. concluſ. 94. num. 13. quos allegat Caroc. in d. tract. de iurament. deciſ. quæſt. 5. nona quæſt. princ. num. 18. verſ. Ampliatur tertio fol. mihi 29.* quibus addo *Coler. de proceſſ. execut. par. 3. cap. 1. nu. 129. verſ. Fallit tertiò.*

12 Et de conſuetudine introduci † poteſt, vt apoca priuata probationem inducat, *Brutrig. in cap. 2. de fid. inſtrum. col. 3. Imol. col. 9. Innocent. in c. cum P. Tabellio de fid. inſtrum. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de edit. inſtrumen. §. nunc dicendum verſic. Priuatorum, Maſcard. concluſ. 111. num. 13. quos allegat Hect. Felic. allegat. 44. num. 13. verſ. Et id conſuetudine Cumia in Rit. Regn. Sicil. cap. 19. num. 89. & 90. verſ Nono,* vbi moderat, dummodo contra ſcribentem hoc inducatur, vt ibi per eum, Ex dicta quæſtione tres eliguntur concluſiones.

Prima concluſio. Apoca, ſiue alia
13 † ſcriptura priuata etiam trino teſte notata, non habet promptam, ſeu paratam exequutionem *l. maior viginti quinque annis ff. de minoribus l. à diuo Pio §. ſententiam, vbi omnes de re iudic. Nicol. de Paſſer. de ſcriptur. priuat. lib. 3. quæſt. 2. num. 9. & 10. verſ Per ritum Regni fol. m. 199. Fab. de Ann. conſ. 82. Illuſtriſſimè num. 2. verſ. Etenim Afflict. in deciſ. 181. In quodam proceſſu per totam.*

Amplia hoc procedere etiam in computo à parte ſubſcripto, quia non habet executionem, niſi recognitus ſit, vt dicemus infra *ampliat. 11. princip. num. 26.*

Limita primò ſupradictã concluſionem, vt non procedat, quando apoca,
14 † ſeu alia ſcriptura priuata producitur ad finem arreſtandi debitorem de fuga ſuſpectum, quia hoc caſu poteſt debitor ſiſti, vt fideiubeat iudicatum ſoluere, & ſtare iuri, *Ioſ ph. Ludouic. deciſ. Peruſin. 41. fuerunt capti Mart. in deciſ. ſeu vot. 182. num 2. & 3. fol. 152.*

Limita ſecundò quando ſtatutum,
15 † ſeu conſuetudo dictaret, ſtandum eſſe ſcripturæ priuatæ non recognitæ, prout in caſu aſſecurationis iudicij extat conſuetudo in hac noſtra ciuitate, in qua ex ſcriptura priuata non recognita debitor arreſtatur, & carceratur, vt dictam præſtet fideiuſſionem, Tunc enim ſtandum eſt loci conſuetudini de ſcripturis priuatis ibidem factis, *Ionocent. in cap. cum P. Tabellio extra de fid inſtrument. Bartol. Salicet cæterique ſcribentes in l. 1. C. de emancip. liberorum cum alijs allegatis per Coler. de proceſſ. execut. par. 3. cap. 1. num 128. verſic. Fallit, vbi ex Boer. deciſ. 295. num. 19.* tradit quod ſtatutum diſponens debitoris ſcripturam promptam, & paratam executionem habere, ad nudum chirographum extẽdatur, vt Boet. hoc bene aſſeuerat. Addo *Cum. in ritu Regni Sicil. cap. 19. num. 91. verſic. Et ſtatuto, Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 11. verſic. Eandem.*

16 Limita tertiò in literis cambij † in hoc Regno confectis, quæ ſi apparent acceptatæ, ſeu in loco deſtinatæ ſolutionis proteſtatæ, ſi per publicum actum cõſtat de dicta proteſtatione, ad ſimplicem exhibitionem earundem literarũ cambij proteſtatarum, relaxantur mandatum executiuum, ſeu literæ executoriales realiter, & perſonaliter

contra

Digitized by Google

contra debitorem ſcribentem, qui vel tenetur ſoluere, vel literas ſupradictas aſſecurare, vt præcipit *Reg. Prag.* 1. *c.* 6. *verſ. Item che tutte le lettere di cambio de liter. camb. Fabius de Ann. d. conſ.* 82. *n.* 3. *verſ. Pragmatica Genuenſ. in d. tract. de ſcriptur. priuat. lib.* 3. *quæſt.* 2. *nu.* 9. *verſ. Per ritum*, vbi citat ritum huius Regni 110. hunc tamen ritum non habemus, ſed dictam Reg. Pragmaticam, dummodò cum dicta proteſtatione exhibeantur etiam literæ cambij originaliter, aliàs non debet concedi executio earum, vt in praxi ſeruamus. Et pro ſolutione literarum cambij via executiua conceditur; quia paratam dicuntur habere executionem, *Monach. deciſ. Flor.* 70. *num.* 3. *verſ. Et pro exactione, & nu.* 7. *fol. m.* 126. *Ricc. in deciſ. Archiep. Neapol.* 166. *Quoniam literæ num.* 1. *Rot. Genuenſ. deciſ.* 2. *& deciſ.* 9. *Maſtrill. deciſ.* 9. *num.* 7. *vol.* 1. *Genuenſ. in d. tract. de ſcript. priuat. vbi ſupra*, quod procedit etiam iure comm. inſpecto *Ricc. vbi ſupra, & deciſ.* 55. *Decian. reſponſ.* 109. *nu.* 8. *verſic. Quia vol.* 2. *& Monach. vbi ſupra*, & habent vim inſtrumenti ſententiæ, & rei iudicatæ *Rot. Gen. d. deciſ.* 2. *& Ricc. d. deciſ.* 55. *num.* 6.

Amplia hanc tertiam limitationem
17 procedere etiam † nulla facta recognitione dictarum literarum cambij, vel alia citatione ad recognoſcendum expedita, quoniam ad ſimplicem oſtenſionem earum cum dicta proteſtatione, executioni demandantur, præuio decreto, & literis executorialibus relaxatis, vt paſſim obſeruauimus, & obſeruatum vidimus in Regia Dohanali Audientia menepecudum Aprutij, in Curia huius fideliſſimæ Ciuitatis, & in Regia Aprutina Audientia.

Amplia ſecundò procedere etiam ſi acceptans literas cambij poſt acceptationem reaſſumpſit habitum clericatus, quia nihilominus ad earum ſolutionem compelli debet, etiam per capturam perſonę, vt ita fuiſſe iudicatum refert *Ricc. in d. deciſ. Archiepiſcopali* 55. *per totam*.

Declara hanc ſecundam ampliationem procedere, etiam ſi teſtes non deponant in recognitione dictum acceptantem vidiſſe ſcribere dictam acceptationem, ſufficit enim teſtes tantum depoſuiſſe ſuper recognitione manus, & dictæ literæ cambij acceptatæ, & recognitę habent executionem paratam, non obſtãtę reaſſumptione habitus, vt fuit *deciſ. per Rot. Rom. diuerſ. deciſ.* 160. *part.* 2. quam ſic firmando commemorat *Ricc. d. deciſ.* 55. *num.* 10. vbi firmat etiam procedere vigore ſtatuti in vrbe *cap.* 84. *lib.* 1.

Declara primò ſupradictam tertiam
18 limitationem procedere, dũmodo † literæ cambij ſint certæ, & claræ, etiam ſuppoſito ſtatuto, quod literæ cambij habeãt executionem paratam, quia infra biennium poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, ſi pecunia in d. literis contenta non fuit ſoluta, etiam aduerſus literas cambij, de quibus loquimur, *Bald. in conſ.* 60. *lib.* 3. *Afflict. in conſtit. Regni Cauſas pro magiſtro iuſtitiario*, quos ita terminando refert *Ferett. in tract. de re naual. lib.* 1. *num.* 102. *verſic. Quæro ſi literæ tom.* 12. *tract. fol. m.* 328. *in vltima impreſſione*.

Tertiò ſubdeclara hanc exceptionis oppoſitionem in Regno nullò modo
19 procedere, niſi fiat depoſitum † pecuniæ in eiſdem literis contentæ, vel debitor dicat cauſam in vinculis, vt firmat *Reg. Prag.* 3. *circa finem verſic. Vogliamo che non ſi poſſa, de liter. camb. & in Prag.* 64. §. 2. *vbi Rouit. de offic. procur. Cæſar. Thor. in compend. deciſ. in verbo, Debitor conuentus, fol. m.* 139. *in* 2. *editione, Vincent. de Franc. deciſ.* 502.

aliàs

aliàs dicta exceptio non opponitur, vt præcipit ad literam dicta Regia Prag. & etiam iure communi inſpecto aduerſus literas cambij hæc exceptio non competit, dum debitor confitetur recepiſſe pecuniam, & in literis cambij agitur, vt inquiunt, *per la valuta di contanti*, vt firmat etiam *Ricc.d.deciſ.55.in fine*.

Secundò ſubdeclara, hanc eandem exceptionem nõ procedere inter Mercatores, & campſores, inter quos ex bono, & æquo proceditur, vt firmat Iaſon *in l. cum quis num.18. verſ. ſecundo adde C. de iur. & fact. ignor. & in l.mutuum damus num.19. ff. ſi cert. petat. Caual.in prax.iudic. §.exceptiones concluſ. 5.nu.20*, vbi declarat, procedere quando campſores, & Mercatores opponere volunt exceptionem hanc, ex propria perſona, ſecus ſi pro alijs, pro quibus interceſſerunt *ex Iaſon in l.qui pecuniam num.6. ff. ſi cert. petatur*, & vltra ſuperius allegatos hanc eandem ſubdeclarationem firmat *Craſſ. in tract.de except. except. vlt.num.22. verſ. ſexto, Vrſill. ad Afflict. deciſ.110. nu.7. cum alijs per eoſdem allegatis*.

Tertiò declara ſupradictam tertiam limitationem, vt ex literis acceptatis
20 † nedum obligatus ſit acceptans vti fideiuſſor, verum etiam adhuc remanet obligatus eaſdem literas ſcribens, qui nullo modo liberatur, niſi literis completis, & ſolutis ſecundum * receptiſſimam omnium ſententiam, de qua *Socin.conſ.267.num.3.vol.2.* quem cum alijs cõmemorat *Clariſſimus Rouitus in d.Reg.Prag.1.num.1. verſ.Tamen in Regno de lit.camb. Vinc. de Fran.deciſ.303. num.3. Fab.de Ann.d.conſ.82.nu.6.verſ. ſecundo, & num.24. Hering. in tract. de fideiuſſ.cap.18. num.15. verſ. ſic etiam acceptans, Monach. deciſ. Florent.70. nu. 46. verſ. Nec eſt verum*, vbi extendit procedere, etiam ſi literas ſcribens poſt acceptationem decoctus euaſerit, quia etiam acceptans ſoluere tenetur, *vt ibid. num.2.*

Maximè ſi acceptans non eſt ſoluendo, vt firmare videtur *Ricc. in d.deciſ.55. num.3. & 4.*

Quartò declara, vt acceptans literas remaneat obligatus tanquam fideiuſſor, quando ſcilicet non apparet eſſe debitorem ſcribentis, ſecus autem, ſi debitor ſcribentis exiſtit, etenim hoc caſu acceptans dicitur principaliter obligatus *Fab.de Ann.d.conſil.82.num. 24. verſic. Neque obſtat, Hering. d.cap. 18. num.19.*

Infertur ex prædictis obligato per
21 dictam acceptationem † beneficium excuſſionis vti fideiuſſori competere, quia dum vti fideiuſſor obligatur, hoc beneficio potitur, vt ex pluribus adductis exornat *Hering.d.tract.de fideiuſſor. par.1. cap.27. num.13. verſ. Id verò, & num.14. & ſeq. cum relatis.*

Primò Declara, ſupradictam illatio-
22 nem non procedere † quando acceptans literas debitor ſcribentis reperitur, vel quando bona debitoris penes ipſum fideiuſſorem acceptantem exiſtunt, hoc enim caſu, quia apud ſe habet, de quo ſatisfieri poteſt, beneficium excuſſionis non conſequitur, *Hering. d. part.1.cap.27.nu.264. verſ. Decimotertio, Muſcat.in prax.fideiuſſ.par.2.quæſt. 10.num.35.verſ.Vigeſimustertius Bart. de Capua ſingul.47. allegatus per dictum Hering.* ſed hoc non dicit, firmat tamen per aſſignationem rerum principalium fideiuſſorem liberari, *Minſing.ſingul.obſeruat. cent.2. obſeruat.15. num.5. verſ. Vel bona*, cum alijs allegatis per eũdem *Hering.* qui citati id minimè affirmant, niſi ex errore typi hoc accidat.

Declara ſecundò dictam debitoris
23 excuſſionem † de conſuetudine non

com-

Digitized by Google

competere, prout obſeruatur Ianuæ, vbi creditori datur regreſſus cōtra ſcribentem,& contra acceptantem, vt firmat *Rot, Ianuenſ. deciſ.2 num,40.& nu. 41. fol,m.17.* & ideo dictante conſuetudine fideiuſſor poteſt cōueniri etiam principali non excuſſo, vt firmat etiam *Hering. d,cap.27. num,253. verſ. Nono beneficio, & Caroc.de excuſſ.bonor. par.2. quæſt.29.num.2.*

Cui determinationi cōcordat etiam Reg. Pragm, huius Regni 3. circa finem ibi. *Vogliamo,che non ſi poſſa allegare eccettione alcuna per impedir l'eſecutione, e pagamenti de lettere di cambio accettate etiam ſotto preteſto non ſia corſa la valuta, ma quelle ſi debbiano pagar ſubito.*

Vnde apud mercatores, inter quos, ex bono, & æquo agendum eſt,vt dixi-
mus, ſtante literarum acceptatione di-
24 cta excuſſio † locum ſibi non vendicat,
Fab.de Ann,d.conſ.82. num.24.& num. 25. cum allegatis, quibus accedat *Hering. d.cap.27.nu 281.& 282. Muſcat. in d.prax. fideiuſſ.part.2.quæſt.10. nu.2. verſ.ſecundo, Caroc vbi ſupra quæſt.48, num,1. & 2.par.2. & ſuperius diximus hac eadem quæſt. num. 17.*

Subdeclara tertiò principaliter ſu-
pradictam tertiam limitationem, quod
confectis literis cambij alicui mercato-
ri directis,ſoluendis Titio,vel cui idem
Titius præcipit eſſe ſoluenda, vt fieri
ſolet,quamuis in dictis literis iure com-
muni inſpecto, poſſint plures & diuerſæ
ordinationes, ſeu circuitus fieri, pro
earundem literarum ſolutione, vulga-
riter nuncuparæ, *girate*, nihilominus
25 † de iure municipali huius Regni vni-
cus circuitus, ſeu girata fieri permitti-
tur, qua completa ita executionem, &
eius ſolutionem recipit, ſi publicus
26 † Notarius in eiſdem literis teſtetur
giratam fuiſſe ſcriptam,& ſubſcriptam
manu eiuſdem girantis, vt præcipit
Reg. Prag. Ducis Vxunæ edita Nea-
poli ſub die 9. menſis Iulij 1617. inter
alia tenoris ſequentis: videlicet,
27 *Che le lettere di cambio, † che ſi faran-*
no per le piazze, e fiere del preſente Re-
gno pagabili à tale, ò à chi ordinarà, non ſi
poſſano girare più che vna ſol volta facen-
do riconoſcere la mano del girante da vn
Notario con farne fede ſotto la lettera re-
ſtando anco obligato quello, che gira.

Idem eſt diſpoſitum inter Mercatores Venetos,vt apparet ex determinatione eorundem Mercatorū: videlicet,

Determinatione fatta da' Mercanti qui ſotto nominati negotianti nella Piazza di Venetia.

28 *Vedendoſi da qualche tempo in quà l'a-*
buſo, che è ſtato introdotto in diuerſe let-
tere di cambio, che ſi vanno pagando con girata, il che continuando rende molto pregiuditio alli negotianti per cauſa di detti giri, che poſſono partorire incommodità, errori, confuſioni, e litigij fra' negotianti, onde per remediare al pericolo,nel quale ſi può incorrere in pagare lettere girate, le quali ſono à deſtruttione de' negotij de' cambij, & à graue pregiudicio de' negotianti di queſta piazza, hanno preſo riſolutione di non pagar più per il tempo auuenire lettere girate di qual ſi voglia piazza, ſaluo pagarle al primo nominato nella lettera di cambio, & perche li negotianti di fuori ſappino tal deliberatione potrà ogni vno ſcriuere à' ſuoi commettenti, acciò de quà auanti non faccino più tal girate contentandoſi li mercanti di queſta piazza, che per oſſeruanza di quanto ſi è dichiarata di non pagar in modo alcuno lettere girate, & chi contrafaceſſe per ciaſcheduna volta reſti debitore di ducati cinquanta da eſſere applicati à luoghi pij di queſta Città, li quali habbino da hauere l'eſecutione, douendo ſudetta determinatione hauer principio al 1. di Marzo 1623. proſſimo, & la

la preſente ſcritta ſarà poſta nelli atti de D. Franceſco Mattaleo Nodaro di queſta Città Venetia à di 15. Decembre 1622. Quæ determinatio fuit ſubſcripta per quadraginta Mercatores, qui breuitatis ſtudio omittuntur.

Declara quartò, quod ex conſuetu-
29 dine † mercatorum quando ſcribens, & conficiens literas non eſt mercator cognitus per publicas plateas, ſolent in calce earundem literarum ſubſcribi teſtes, & notarius teſtari de ſubſcriptione eiuſdem ſcribentis, vel ſigno crucis ſignantis, & eorundem teſtium, ad hoc vt dictæ literæ, vel facilius ſoluantur, vel proteſtentur, vt executionem paratam habeant.

Declara quintò, Literis directis ali-
30 cui mercatori † cum præcepto ſoluendi Titio, illiſque acceptatis cum illa expreſſione verborum. *Accettate ſopra proteſto*, vt fieri ſolet, eadem verba apponi ſolent, quia literæ cambij recipiuntur abſque literis nuncupatis *de auiſo*, & mercator qui literas cambij acceptat cum illis verbis *Accettate ſopra proteſto*, proteſtatur velle habere regreſſum contra eundem ſcribentem, nec intendit ſibi præiudicium inferre per huiuſmodi acceptationem, cui determinationi conueniunt quæ ſuperius tradidimus *hac ead. quæſt. num. 19.*

Declara ſextò, quòd confectis lite-
31 ris † cambij alicui Mercatori directis ſoluendis in aliquibus Nundinis, ſi conficiens eaſdem literas, denuo, cui directa eſt ſolutio ſcribat velle ſoluere eaſdem literas in dictis nundinis eundem rogando ne dictæ literæ proteſtentur, ſi dictæ literæ cambij primo loco ſcriptæ nō fuerunt proteſtatæ, & exhibeantur in iudicio cum alijs literis ſecundo loco ſcriptis, vt proximè diximus, executionem paratam habēt abſque aliqua recognitione, ſeu proteſtatione, vt ſeruatur inter Mercatores, &
32 ſic vidi etiam ſeruari in facti contingentia, quæ determinatio non caret ratione, quia ſupradicti actus dicuntur geminati, ſeu confeſſiones geminatæ quæ executionem paratam habere dicuntur, vt latius dicemus *in ampliat. princip. 36. num. 46. & ſequent.* quia confeſſio geminata habet vim confeſſionis iudicialis, *Bart. in l. cum ſcimus num. 6. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Gabriel. comm. concluſ. tit. de confeſſ. cōcluſ. 1. num. 61. Ludou. deciſ. Peruſin. 9. num. 4. & num. 5. verſic. æquiparatur, Hieronim. de Laur. deciſ. 11. num. 6. & alios allegat Graſſ. de except. except. 14. nu. 10.* etiam ſi iſtiuſmodi confeſſio ſit extraiudicialis, vt inquit ex pluribus allegatis *idem Graſſ. vbi ſupra num. 9. verſic. Amplia modò, & Ioſeph. Ludou. d. deciſ. 9. nu. 4.*

Limita quartò principaliter in in-
33 uentarijs à tutoribus, † vel alijs adminiſtratoribus confectis, quæ dicuntur habere executionem paratam contra ſcribentem pro reſtitutione bonorum in eiſdem inuentarijs conſcriptorum, *Cum. in rit. Sicil. cap. 19. num. 44. verſic. ſexto nota.*

Limita quintò in ſcriptura veteri,
34 † & de facto antiquo mentionem faciente, hæc enim probat, & paratam executionem habet, *Felin. in cap. 2. de fid. inſtrumen. & Iaſ. in l. admonendi nu. 77. in fin. & in repetit. eiuſdem l. nu. 90. ff. de iureiur.* quos cum alijs adducit *Minſing. cent. 5. obſeruat. 79. nu. 1. & 2.*

Declara hanc quintam limitationem, quod licèt tempus ſupra expreſſum non reperiatur in iure determina-
35 tum † quando dicatur antiquum, & quando non, tamen arbitrio Iudicis collatum eſt, & ſic refert *Minſing. ibid.* fuiſſe deciſum in Cam. Imper. in quadam cauſa ex *Boer. in c. illud de præſump.* niſi de graui alterius præiudicio agatur,

tur, quia requiritur hoc caſu tempus triginta annorum *Minſing. ibid.*

SECVNDA CONCLVSIO.

16 APoca, ſiue alia ſcriptura priuata, ſi fuerit acceptata, vel recognita probat, & executionem paratam habet, *Rot. Rom. Diuerſorum in deciſ.* 328. *Dominis viſum fuit num.* 8. *verſ. non facit part.* 4. *Surd. deciſ* 265. *Recuſabat nu.* 27. *Mareſcott. var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 79. *num.* 2. *verſic. Quod intellige Flau. Tort. ad ſtat. Pap.* 6. *ciuil. num.* 56. *verſic. Sed quid.*

17 Amplia ſupradictam concluſionem, quod acceptans ſcripturam confitendo eius manu fuiſſe ſcriptam, ſi negauerit contenta in ea, vt aliquando ſolet in iudicio fieri, condemnari debet, & ſcriptura etiam quoad contenta plenè probat *l. generaliter C. de non num. pecun. Paul. de Caſtr. in l. inſtrumenta domeſtica nu.* 4. *C. de probat. Bald. in conſil.* 198. *Ad intelligentiam vol.* 1. *Facchin. controuerſ. iur. cap.* 29. *lib.* 11. *allegatus cum alijs per Nicol. de Paſſer. de ſcript. priuat. lib.* 2. *num.* 8, 9. & 10. *verſ. Hæc eſt,* vbi quamuis alij adducti per *Maſcard. in concluſ.* 109. *num.* 8. contrarium cum ipſo pertranſeant, tamen hanc appellat veriſſimam concluſionem *fol. m.* 77. ☞ * *in vlt. impreſſ.* Nec opponi poteſt exceptio non numeratæ pecuniæ, quia tantum in mutuo, & dote locum habet, vt per eundem *de Paſſer. vbi ſupra nu.* 12. *verſ. obſeruatur, & Graſſ. in tract. de except. except. vlt. num,* 28. *verſic. Quarto quartò.*

Amplia ſecundò eandem concluſio-
18 nem procedere in eo, qui † acceptat apocam in actis exhibitam eſſe eius propria manu ſcriptam, vel ſubſcriptam, ſed allegat in eadem recognitione ſatisfactionem, & ſolutionem eiuſdem apodixæ, Nam non obſtante huiuſmodi qualificatà confeſſione, ſi reus incontinenti non docet de ſolutione, poteſt contra eundem reum relaxari mandatum executiuum realiter, & perſonaliter, quia confeſſio qualificata, quamuis pro vna parte acceptari, & pro alia reſpui non poſſit, vt diximus inferius *in ampl.* 36. *princ. num.* 41. tamen dum huiuſmodi confeſſio eſt duplicata, ſcilicet vna recognitionis metipſius apodixæ, & altera ſolutionis diuerſis temporibus erogatæ, poteſt pro vna parte acceptari, & pro alia reijci, vt inquit *Bald. in l.* 2. *nu.* 4. *verſ. Ex prædictis*, vbi ſic diſtinguendo pertranſit *C. de donat. ant. nupt. Petr. de Rauenn. ſing.* 94.

Et multò magis videtur dicta diuiſio eſſe permiſſa, quando præſumptiones contra qualitatem expreſſam * exiſtunt, ſecundum * magis communem ſententiam, de qua *Alex conſ.* 2. *ex narratis in fine lib.* 4. & de hac magis recepta etiam teſtatur *in conſ.* 39. *Circa vltimum in fine lib.* 7. ☜

Præſumptio verò in hac facti ſpecie contra dictam qualitatem apparet ex eo, quod ipſa lex præſumit, ſolutionem non interueniſſe, ſed eam allegans, probare tenetur *l. quinquaginta ff. de probat. Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 135. *in princ. Maſcard. de probat. concluſ.* 78. *num.* 18. *Surd. deciſ.* 105. *nu.* 9. & *deciſ.* 258. cum alijs à nobis allegatis inferius *in ampliat.* 36. *princ. nu.* 24.

Cui determinationi conueniunt à nobis tradita *paulo ſuperius num.* 37.

Vnde non docto ſolutionem, ſaltim ad primam termino impartito, vt ex vrbanitate fieri conſueuit, relaxatur executio ſupradicta, & ſic in praxi paſſim obtinuimus, & obſeruauimus.

Amplia tertiò ſupradictam concluſionem,

ſionem, vt multò magis procedat in Apoca manu Cardinalis conſcripta, vel ſubſcripta quę habet ex ſtatuto Vrbis libro primo, capit. 83. vim publici inſtrumenti, & executionem paratam, vt firmat *Rot. Roman. diuerſ. parte 4. deciſione 272. Illuſtriſſimi num. 1. & num. 8.*

Infertur primò ex ſupradictis, quod
39 acceptans, † ſeu recipiens literas, cenſetur mandatum ſibi in eis datum acceptaſſe, etiamſi proteſtatus non fuerit contenta fateri, *l. ſi filiusfamil. à patre, la ſeconda, ff. ad Macedon. Fab. de Anna. dicto conſilio 82. numero 16. verſiculo ſicut* ✱ vbi communem appellat; *Ioannes Franc. de Pont. conſilio 82. Die 22. num. 13. verſic. Inde folio 213.* de qua re plenè *Gabriel. commun. concluſ. in tit. de præſumpt. concluſione 2. Recipiens,* vbi amplia, & limita ſecundum cum. *Genuenſ. de ſcriptur. priuat. libro 3. tit. de epiſtol. num. 38. 39. 40. & 41. Decian. reſponſ. 109. Ex prima fronte num. 15. 16. & 17. volum. 2. folio mihi 686.*

Infertur ſecundo ex epiſtola reco-
40 gnita, vel confeſſata, † aut per teſtes comprobata plenam reſultare probationem, ſic *ex Burſat. conſil. 253. numero 39. volumine 3. Cornazz. deciſione Lucenſ. 93. num. 1. Viu. deciſ. 467. concludit Genuenſ. vbi ſupra num. 42. verſic. Fallit,* vbi & paratam executionem habere dixit cum allegatis, & ibi amplia, & limita ſecundum eundem.

Limita hanc eandem ſecundam concluſionem principalem, quando apo-
41 ca, † ſiue alia ſcriptura priuata recognita, acceptata, vel per teſtes comprobata, vt ſupra, non ha et cauſam obligatoriam, vt in caſu debiti acceptati, ſeu, vt aiunt confeſſati, abſque cauſæ expreſſione, in hac enim facti ſpecie ſcriptura non probat cōtra ſcribentem *vulg. l. cum de indebito §. fin. de probat. cap. ſi cautio de fid. inſtrument. Genuenſ. in dicto tractat. de ſcript. priuat. libro 2. numero 3. verſic. ſecundus caſus,* vbi ampliat habere locum etiam in publica ſcriptura, Quod etiam exiſtimo procedere in literis cambij abſque cauſæ expreſſione confectis, per ſupradicta iura.

Praxi verò ſic vtimur in his parti-
42 bus, † ſcriptura præſentata conceditur citatio creditori inſtanti ad recognoſcendū apocam, qua præcipitur debitori, vt veniat ad recognoſcendum apocam, ſi eſt ſcripta, vel ſubſcripta manu ipſius debitoris, eadem notificata, ſi in termino peremptorio debitor renuerit cognoſcere, fit ſecunda citatio, ſeu ſecundum præceptum, quo mandatur eidem debitori infra aliud biduum præciſè, & peremptoriè recognitio eiuſdem apocæ, aliàs prouidebitur vt iuris, Qui ſi ſecundo loco notificatus eam recognoſcere recuſauerit, relaxatur tertia citatio, ſiue tertium præceptum, quo mandatur eidem debitori, quod præciſè recognoſcat, aliàs prouidebitur haberi pro recognita, cui ſi debitor non pareat, declaratur pro recognita, & debitor condemnatur ad quantitatem in apoca contentam, & expenſis, de qua praxi mentionem facit *Boer. deciſione 295. numero 19. verſic. Volens. Monach. deciſ. Lucenſ. 18. num. 1. verſic. A qua,* De qua condemnatione verba facit, *Gail. de pac. public. libro primo capit. 15. Licèt articuli numero 14. & 15. verſic. In cauſis, Coler. de proceſſ. execut. parte tertia capit. 1. numero 95. verſic. Sin verò folio mihi 580. & cap. 8. numero 17. verſic. Ponitur,* & relaxantur literæ executoriales realiter tantum, ſiue iuris forma ſeruata, & non perſonaliter, prout aliquando iudicauit hic Aqui-

læ quidam Iudex imberbis, & inexpertus.

Nec reus poteſt differre recogni-
43 tionem, † quam cum iuramento tenetur approbare, vel reſpuere, ac deponere, ſi eadem ſcriptura eſt ſcripta, vel ſubſcripta eius manu, nec ſuper dicta recognitione terminus aliquis concedi debet, vt ex multis firmat *Franc. Marc. deciſione 904. Quæritur an reus, per totam volum. 2.*

Nec appellatio à decreto de recognoſcendo admittitur quoad effectum ſuſpenſiuum, quia pars in hoc non dicitur grauari *poſt Bald. in conſilio 355. A mandato libro 4. Rebuff. in tract. de chirograph. & ſched. recognit. numero 80. Marant. de ordin. iud. in tit. de appellat. numero 361. verſic. Quadrageſimo*, hoc expreſsè firmat *Rot. Lucenſ. Diuerſ. 11. verſic. Additur ex abundanti folio mihi 1[illegible].*

Nec debitori citato ad recogno-
44 ſcendũ apocam competere poteſt † fori declinatoria, ſed hæc recognitio fieri debet in foro actoris non obſtante huiuſmodi exceptione, ſic poſt *Carauit. in ritu 54. numero ſecundo, & Cala de mod. articul. & prob. gloſ. prima numero 86.* perbellè concludit nouiſſimè *Nouar. de electión. fori parte prima quæſtione 26.* & ſic etiam ſeruari in praxi ibi firmat *ſub num. 2. & 3. folio mihi 203. poſt Muſcat. in prax. ſacr. conſil. Gloſ. competens numero 99.*

Declara ſupradictam praxim, in qua
45 debitor negauerit fuiſſe † eius manu, vel de eius ordine ſcriptam, ſi contrarium probatum extiterit, vel de mendacio fuerit conuictus, iſdem debitor in apoca priuata tenetur ad pœnam ducatorum quinque pro quolibet centenario, in apocis verò cambij, vel banci ad pœnam ducatorum decem pro centenario fiſco regio applicandam, vt diſponit Reg. Pragmat. 2. in tit. de negant. mut. De iure verò communi negans, conuictus tenetur ad debiti ſolutionem, & ad pœnam dupli *authent. contra de non numer. pecun. vt poſt Roman. & alios firmat Genuenſ. vbi ſupra libro 2. numero 35. verſicul. Et adde eodem tractat. de ſcript. priuat. folio mihi 79. in vltima impreſſione.*

Secundò declara hanc eandem praxim eſſe obſeruandam in recognitio-
46 ne apocæ † banchi, vel cambij non proteſtatæ, *Vincent. de Franc. deciſione 502. quam allegat Thor. in compend deciſ. in verbo, Debitor conuentus*, & ſi debitor renuerit recognoſcere interpoſito decreto, quod habeatur pro recognita, tenetur iſdem debitor depoſitum facere, aliàs relaxari debent literæ executoriales realiter, & perſonaliter, *vt per Rouit. in dicta reg. Pragmatic.*

TERTIA CONCLVSIO.

47 APOCA, ſiue alia ſcriptura priuata à debitore conſcripta, & ab eo negata per comparationem literarum nullo pacto probari poteſt, niſi teſtes, qui interfuerunt, deponant fuiſſe præſentes, & vidiſſe ſcribere, & ſubſcribere, & fuit deciſum *per Rot. Roman. de fide inſtrumentorum deciſione 277. In cauſa Romana numero primo parte tertia folio 100. & in deciſione 527. Quærebam numero ſecundo, verſic. Nam ſi folio 216. In Auenionen. fideicommiſſi, relatam in deciſione 550. Domini reſoluerunt numero primo verſicul. Addebant parte quarta in nouiter nouiſſ. folio mihi 304. Afflict. in deciſione 181. In quodam proceſſu, vbi*

etiam

etiam Addentes, & Vrſill. num. 1. Grammat. deciſ. 84. fuit producta num. 2. & 3. Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 113. Comparatione, num. 2. verſic. Primus eſt, & num. 19. verſic. Quintus eſt, & numero 22. verſic. Sextus eſt folio mihi 300. & 301. vbi quod ſufficiant duo teſtes, dummodo graues, & honeſti cũ pluribus cõcordantibus adductis, *per Veſtr. in ſua prax. lib. 8. cap. 1. num. 8. verſic. Qui ſi, vbi Grammat. num. 26.* adductis, *Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 79. Communiter admittitur num. 1. & 9.* vbi de communi ⁎ teſtatur, *Farinac. conſ. crimin. 70. à num. 65. vſque in finem folio mihi 257. à tergo, & nouiſſimè Thor. in compend. deciſ. in verbo, ſcriptura verificata, folio mihi 494. in ſecunda editione. Mart. Vot. 45. numero 1. verſic. Primo parte 1.*

48 Contrarium tenet *Rot. Ianuenſ. in deciſ. 181. Videbatur, quod Franciſcus per totam folio mihi 242.* vbi ſufficit, quod teſtes deponant, notitiam habere de manu ſcribentis, & quod eorum iudicio fuit ſcripta, vel ſubſcripta manu debitoris ſcribentis, vt ibi fuit deciſum.

Sed de iure prima opinio eſt verior,
49 † & deciſ. Rotæ, procedit attenta conſuetudine, & obſeruantia illius Ciuitatis, vt *per eandem Rotam ibidem nu. 5. & num. 6.*

Limita primò ſupradictam tertiam concluſionem, quando de ſtilo Curiæ aliter eſſet introductum, quia tunc attenditur ſtilus, *Mareſcott. variar. reſolut. dicto cap. 79. num. 4. eod. lib. 2.*

Limita ſecundò eandem Concluſio-
50 nem, quando verſamur † in recognitione ſchedulæ teſtamenti, quia ſi deponant, teſtes habere notam manum ſcribentis, etiam quod non teſtentur vidiſſe ſcribere, vel ſubſcribere, plenè probant, *Rot. Rom. in deciſione 124. Domini ſteterunt numero 2. verſic. Nihilominus parte 2. folio 654. in nouit. nouiſſ.*

51 Amplia etiam quando agitur † de recognitione libri rationum, quoniam ſufficit in hac facti ſpecie comparatio literarum, vel quod teſtes deponant, habere notam manum ⁎ ſcribentis ſecundum receptam omnium ſentẽtiam, de qua *Ruin. conſil. 7. volum. 4.* corruptè allegatus *per Rot. Rom. Diuerſ.* de hac eadem communi atteſtantem *deciſ. 277. In cauſa Romana num. 2. par. 3. folio mihi 100. Grauat. ad Veſtr. lib. 6. cap. 1. in litera L. num. 27.*

Declara hanc proximam ampliationem procedere etiam in libro rationum à mortuo ſcribente relicto, & conſcripto, etenim abſque iuramento probat, & executionem habet paratam, quia mors vim habet iuramenti, nec eſt veriſimile morientem reliquiſſe falſam ſcripturam, & ideo iuramentum præſtitum ſuper eo eidem defuncto pro præſtito habendum eſt, prout refert fuiſſe iudicatũ in cauſa Marchionis Georgij *Andr. Gail. practic. obſeruat. libro 2. obſeruat. 43. num. 6. verſic. Similiter poſt Iaſ. in l. admonendi numero 105. ff. de iur. iur. Corn. conſilio 186. volumine primo. Calder. conſilio 15. numero 2. in tit. de vſur. cum alijs ab eo allegatis.*

Limita tertiò, ſi teſtes deponant
52 † habere notam manum ſcribentis ex eo, quia pluries viderunt eundem ſcribere; etenim ex hac depoſitione ſemiplena exoritur probatio, cui ſi comparatio literarum accedat, alia ſemiplena inducitur, ita vt iũctæ plenè probant, *Rot. Rom. Diuerſorum deciſ. 550. Domini reſoluerunt num. 3. verſic. Et quamuis par. 4. fol. m. 305.* vel ſi huiuſmodi probatio alijs adminiculis ſit ſuffulta, etenim plena probatio colligitur

Rot. Roman. Diuerſ. dicta deciſione 124. *num.* 3. *&* *numero* 4. *&* *deciſione* 813. *In præſenti numero* 2. 3. *&* 4. *verſic. Priuata volumine primo folio mihi* 518, *Mareſcott. Variar. lib.* 2. *cap.* 79. *numero* 6. *verſic. Quarto fallit, Menoch. de Arbitrar. caſu* 113. *num.* 22. licèt contrarium ſuſtineat quoad comparationem literarum ex rationibus ab eodem perpenſis *Farinac. conſil.* 70. *à num.* 65. *vſque ad finem, Mart. d. vot.* 45. *nu.* 3. *verſic. Et licet,* vbi declarat hoc procedere de ſtilo curiæ Romanæ,& exiſtente ibi ſtatuto, vt refert *Ricc. d. deciſ. Archiep.* 55. *num.* 10.

Declara hanc tertiam limitationem procedere, dummodo ſupradicti teſtes tamquam periti in arte ſint à Iudice electi, *Riminald. iun. conſil.* 209. *num.* 16. *&* *conſilio* 39. *numero* 53. *volumine* 1. *adducti per Mart. vbi ſupra numero* 6. *&* 7. *verſic. Non obſtat, Farinac. dicto conſilio* 70. *num.* 16. & fiat coram Iudice, *Bald. in d. l. comparationes num.* 17. *Angel. num.* 4. *Caſtrenſ. num.* 10. *C. de fid. inſtrum. Farinac. dicto conſil.* 70. *num.* 15. *cum alleg.*

53 Quartò limita in apoca † non excedente libram auri, quia per comparationem literarum plenè probatur, & per conſequens executionem paratam habet, *Afflict. in conſtit. Regn. teſtament. num.* 5. quem refert & ſequitur *Vrſill. ad eundem Afflict. deciſ.* 181. *num.* 3. *verſic. Afflictus verò.*

Quintò limita, quando ſcriptura à tertio conſcripta à teſtibus eſt ſubſcripta, qui deponunt non vidiſſe debitorem ſcribere, ſed rogati ab eo pro ſubſcriptione illam ſubſcripſerunt, ſi enim de eadem ſubſcriptione deponant, hęc recognitio plenè dicitur probata *Afflict. deciſione* 104. *Dubium contingit, vbi Addent. &* *præcipuè Vrſill. ad eam.*

Sextò limita de iure municipali hu-
54 ius regni, in quo † literas cambij acceptans, etiam ſi poſt acceptationem negauerit fuiſſe acceptatas, ſi tres teſtes fide digni deponant ſcripturam factam per acceptantem ipſis videri eſſe ſcriptam manu metipſius acceptantis propter notitiam, quam de eiuſdem acceptantis ſcriptura habere ſolent, præſtita per creditorem cautione de indebitè exactum reſtituendo, vnà cum intereſſe cambij,& recambij; & de ſoluendo pœnam ad rationem vigintiquinque pro quolibet centenario, contra negantem relaxantur literæ exequutoriales realiter,& perſonaliter, vltra pœnas de iure communi imponendas, vt dictat *Regia Pragm. de cambijs emanata per Ducem de Vſſuna ſub die* 9. *menſis Iulij* 1617. *ſub cap.* 4. *Et perche taluolta.*

Declara vt dicti tres teſtes fide digni
55 † debeant eſſe omni exceptione maiores, nam teſtis fide dignus eſt ille, contra quem non poteſt opponi vlla exceptio, quia fides dicitur à firmitate *Bartolom. Bertazz. in repet. l. ſi quis maior quæſt.* 36. *numero* 500. *verſic. Vnde dicitur folio mihi* 18. *inter tract. Bertazz. de Clauſ.* Vnde dicimus teſti non iurato non eſſe fidem præſtandam, vt *l. iuſiurandum C. de teſtibus cum ſimilibus.*

56 Et propterea teſtis fide dignus eſt idem, quod teſtis idoneus, hic enim
* ſecundum magis * communem ſententiam eſt idem, quod omni exceptione maior, de qua teſtatur *Farinac. in tract. de Teſtibus quæſt.* 62. *nu.* 2. *verſic. Idoneus autem folio mihi* 112. licèt ipſe contra communem ſuſtineat *num.* 3. *verſic. Sed ſi certè.*

Et idem, quod teſtis legitimus, &
57 integer, † qui etiam appellantur omni exceptione maiores, *Farinac. ibidem num.* 4.

. num. 4. verſic. legitimus, & num. 5. verſic. Integer & contra huiuſmodi teſtes nulla poteſt exceptio opponi, Farinac. vbi ſupra numero 1. cui accedant allegata per Graſſ. de except. 19. except. numero 90. verſic. teſtes autem folio mihi 144.

Subdeclara, vt quamuis quando per ſtatuti, vel legis diſpoſitionem, requiritur, vt probatio fiat per teſtes bonæ conditionis, & famæ, vel per teſtes fidedignos, vt in caſu dictæ Reg. Prag-
58 maticæ, iſtiuſmodi † qualitates debent articulari, & probari, aliàs probatio non valet, Barbat. conſil. 32. num. 5. libro 1. Pariſ. conſilio 24. num. 14. lib. 3. Burſat. conſilio 135. num. 5. lib. 1. vbi de * communi cum alijs relatis per Graſſ. dicta except. 19. num. 92. verſic. Sic etiam folio mihi 144. cui accedat Farinac. d. quæſt. 62. num. 12. verſic. Amplia quarto, vbi communem * commemorat Caualcan. in pract. de teſtibus parte 3. num. 102. verſic. Sed multa alia folio mihi 51.

Subdeclara, quando pars hoc oppo-
59 nit, † aliàs ſecus, Alban. conſ. 244. nu. 6. lib. 2. Graſſ. d. exceptione 19. num. 93. Verſic. Sed Albanus, vbi hanc veriſſimam * reſolutionem appellat.

60 Quia quilibet teſtis † præſumitur integer, legalis, & fide dignus l. penultima §. primo ff. de var. & extraordin. crimin. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 2. Graſſ. vbi ſupra num. 94. & Farinac. dicta quæſt. 62. num. 15. verſic. limita primo. Sed vide quæ diximus in opuſcul. de contraband. quæſt. 11. num. 9.

Septimò limita, ſi appareat de omni-
61 moda † ſimilitudine, quia ſola comparatio abſque teſtium depoſitione, vt diximus ſupra num. 34 plenè probaret Mareſcott. variar. reſolut. d. lib. 2. cap. 79. num. 7. verſic. Vltimò fallit, & cap. 80. num. 3. verſic. Bene verum eſt, & num. 4. & 5.

Declara hanc ſeptimam limitationem, dummodo conſtet per legitimas
62 probationes, † ſcripturam, de qua agitur certè fuiſſe ſcriptam, vel ſubſcriptam ab ipſo ſcribente, Mareſcott. vbi ſupra eod. cap. 79. num. 8. verſic. Dum tamen, & dicto cap. 80. num. 5. verſic. Eſt tamen.

Limita octauò, ſi pars tacuerit, quia tūc cenſetur approbaſſe Mareſcott. vbi ſupra num. 3. verſic. Secundo intellige.

Limita nonò in apocis publici Ban-
63 chi, † falſis reputatis, quia in eorum recognitione ſufficit depoſitio principalis cum literarum comparatione, eſto quod numeratio non interuenerit, idque procedere etiam videtur quo ad ſcribentes dictantes, & conſignantes vt præcipit Reg. Pragmat. 8. in tit. de falſis, vbi etiam Conſil. Rouit. & ibi declarat in recognitione dictæ apocæ opus eſſe totam, & integram apocam exhibere, vt creditor valeat illam inſpicere, & totam eius continentiam perlegere, nec ſufficit creditori, ſimplicem ſubſcriptionem oſtendere, Vinc. de Franc. deciſione 304. ab eod. Rouit. commemoratus.

Limita decimò in ſcriptura, ſeu apo-
64 ca priuata, † in qua teſtes ſubſcripti mortui ſunt, hoc enim caſu licèt regula ſit, mortem vim recognitionis habere, Gail. practicar. obſeruat. libro 2. obſeruat. 43. numero 5. verſic. Hinc eſt, vbi allegat Iaſon in l. prima ff. ſi cert. petat. Caſtrenſ. in conſilio 134. In cauſa numero primo volumine primo, cum alijs adductis, Nihilominus, ſi teſtes depo-
65 nant † habere notam manum teſtis ſcriptoris defuncti, vel ſi eadem defuncti ſcriptura per comparationem literarum probetur, huic ſcripturæ fides præſtari debet, & executionem paratam

habere dicitur, & abſque alio adminiculo fit per mortem recognitio,& procedere videtur dicta regula, mortem vim recognitionis habere,vt poſt multos ita declarat *Monach. deciſ.Florent. 56. In caſus contingentia folio mihi* 106. & ſic in praxi obſeruatum vidi, Quod etiam puto procedere in ſubſcriptione metipſius debitoris in apoca priuata ſubſcribentis, qui ſi vitalia lumina dimiſit,eius ſubſcriptio hoc caſu per comparationem literarum, vel per depoſitionem teſtium deponentium habere notam manum mortui debitoris plenè probatur , & executionem paratam contra bona hæredis habere dicitur ex rationibus,vt ſupra adductis,quia ſubintrat regula, mortem habere vim recognitionis , vt in alijs caſibus exemplificat *Gail.* & *Monach. vbi ſupra*.

Limita vndecimò, in cauſis crimi-
66 nalibus, in quibus † literarum comparatio ſemiplenam inducit probationem,eſt communis ∗ opinio,de qua *Soar. in comm.opinion. in verſic.literarum comparatio num.* 179. *relatus in commun. opinion. ſintag. tomo* 2. *in verbo, litcrar. comparat. folio mihi* 62.

Limita in capitulis matrimoniali-
67 bus, in quibus † fauore dotis , & matrimonij, comparatio literarum plenè probat dotem, & executionem paratam habent,quia dos probatur per indicia,& præſumptiones, vt eſt tex.expreſſus *in l. cum citra* 15. *C. de iur. dot. vbi etiam Gloſ.* & ſic fuit deciſum *per Rot.Roman.deciſ.diuerſ.par.*2.*deciſ.*316. *in princip.* Et hoc caſu hæc ficta ſtipulatio habet vim veræ ſtipulationis, *Bald. in l.*1. §. & *vt plenius num.*5.*C.de rei vxor.act. Bald. Nouellus in tract. de dot. priuil.*2. *num.*10. *par.*6. & quod capitula matrimonialia habeant paratam executionem firmat *Iacob.de Carolis meus conciuis in ſuo Gem.Pauon.par.*2. *poſt.colorem* 11. *in conſilio vnico num.*3. *verſic. Sed inter alia folio mihi* 118. quod exiſtimo intelligendum vel quādo capitula matrimonialia ſunt declarata haberi pro recognitis , vel verificata per comparationem literarum,vt ſuperius diximus . Reſponſio ad adducta ſuperius patet ex adductis in hac eadem quæſtione, & concluſionibus relatis.

SVMMARIVM.

QVAEST. VI.

1 *Liber rationum definitur.*

2 *Creditori non eſt permiſſum propria authoritate debitorem conſtituere.*

3 *Scripturæ priuatæ non eſt danda fides, magis quàm viuæ voci.*

4 *Si de quo magis videtur ineſſe, & non ineſt, ergo & de quo minus.*

5 *Scriptura notarij ad fauorem ſcribentis non probat.*

6 *Conſuetudo debet articulari, & probari.*

7 *Facta non præſumuntur niſi probentur.*

8 *Libris mercatorum non creditur.*

*Non probant pro ſcribente num.*9. *Adminiculati probant num.*10.

11 *Librum producens, ſi fuerit bonæ conditionis, & famæ, dicitur adminicula habere.*

*Idem ſi habeat data, & accepta num.*12.

*Si partitæ aliquæ ſunt verificatæ nu.*13.

*Si ſingula diem continent num.*14.

*Si in aliquibus partibus verus reperitur num.*15.

16 *Singula ſi non probant,cumulata iuuant.*

17 *Liber defuncti inducit ſemiplenam probationem.*

*Si eſt hominis probi, & continet data & accepta num.*18.

19 *Conſuetudo habet vim legis, & legem vincit.*

20 *Libri mercatorum de conſuetudine totius Italiæ probant.*

Poteſt

*Poteſt de conſuetudine introduci num.*21.
*ſi de modica ſumma agitur num.*22. *&*
*num.*23.
*Abſque probatione requiſitorum admittitur num.*24.
*Probant ad arreſtandum debitorem, non autem quo ad quantitatem contentam num.*25.
*De pretio ſtatur libris num.*26.
27 *Pretium probatur iuramento creditoris; Contrarium tenent multi num.*28. *Concorda num.*29.
*Non probant in alijs, quæ enunciantur num.*30.
31 *Libri Gabellarum, & collectarum plenè probant, & executionem paratam habent, Aromatariorum probant num.*32.
33 *Summarium totius Primi Libri.*

QVÆSTIO VI.

ARGVMENTVM.

An ex libro rationum Mercatorum, artificum, Siue aliorum priuatorum, poſſit debitor pro iudicij aſſecuratione ſiſti, & detineri?

1 LIBER rationum † *in l. ſi quis ex argentarijs §. rationem ff. de edendo*, eſt ratio vltro, citroque dandi, accipiendi, credendi, ſoluendi ſui gratia negociatio; vt refert *Surd. in theſauro iur. in verbo liber rationum fol.m.*523. cui accedat *Nicol. de Paſſer. de ſcript. priuat. lib.4. tit. de lib. ration. num.*1. *verſ. Definitur autem fol.m.*250.

Et eſt loco generis, comprehendens omnes libros, in quibus ſunt ſcripta data, & accepta, *Vicus Mercat. in l.*1. *nu.* 8. *C. de edendo*, vt ſunt libri mercatorum, omniumque artificum.

Quod debitor virtute ſupradictorum librorum non poſſit arreſtari, videtur probari iure, & ratione.

Primò, ſi per rationis libros quis arreſtari concederetur, ſequeretur, quod
2 vnuſquiſque † propria annotatione debitorem cõſtituere poſſet; ſed conſequens eſt falſum, quia hoc non eſt permiſſum ex textu aperto *in l. exemplo C. de probat.* cui concordat *l. inſtrumenta, & l. rationes C. eodem cum ſimilibus.*

Ergo & antecedens.

Argumentum duplici ratione probatur, Prima non debet magis credi
3 ſcripturæ † mercatoris, quàm viuæ voci, *DD. in l. admonendi, & præcipuè Curtius iun. num.*40. *verſic. ſecundum ff. de iur. iurand.* & ſicut non probat eius depoſitio pro ſe, quia eſſet teſtis in cauſa propria, contra *l. omnibus de teſtibus cum ſimilibus, & alijs adductis per Farinac. de teſtibus quæſt.*60. *verſ. Regula fol. mihi* 74. ita etiam nec eius ſcriptura ad ſui fauorem conſcripta, *Triuſan. deciſ.*16. *lib.*1. *Nicol. de Paſſer. d. tract. de ſcript. priuat. in tit. de libr. mercator. nu.* 2. *verſ. Nec ſanè fol.m.*299.

Secũda ne detur occaſio delinquendi, vt per eundem *Nicol. vbi ſupra numero* 8.

4 Secundò, ſi de quo magis videtur ineſſe, & non ineſt, ergo, & de quo minus vulg. iuribus.

Sed inſtrumenta Notarij, cuius fides
5 à iure recipitur † nullam ad fauorem ſcribentis inducũt probationem *l. de eo, & l. diuus ad legem Cornel. de falſ. Rot. Ianuenſ. deciſ.*135. *num.*5. *& deciſ.*118. *num.*3. *Nicol. de Paſſer. vbi ſupra nu.*13. *&* 14. *fol. mihi* 251.

Ergo minus liber rationum ab aliquo conſcriptus.

Tertiò. Quamuis de conſuetudine libri mercatorum, ſeu artificum probẽt, vt dicemus infra hac eadem quæſt.
6 Nihilominus † hæc conſuetudo debet articulari, & probari, ſic *ex Turret.* *conſ.*

bi 519. parte prima, vbi refert ita fuiſſe iudicatum, & hanc ex Caſtrenſi nouam deciſ. appellat, etiam ſi partitæ eſſent magni momenti.

Vnde cum multa ſimul proſint,
16 † quæ ſingula non iuuant *vulg. l. inſtrumenta, & ibi Bart. C. de probat.* maximè quando tendunt ad perficiendum vnum actum *l. 1. in fin. C. qui num. tut. & Bart.* ita diſtinguit *in d. l. inſtrumenta*, Idem ex dictis adminiculis, vel alijs ſimilibus iunctis liber priuatus probat pro ſcribente, de quibus vltra deducta videndus *d. de Paſſer. d. lib. 4. tit. de libr. mercat. à num. 48. verſ. Primo itaque vſque in finem fol. m. 241. in vlt. impreſſ.*

Secundò ex ſemiplena probatione quis poteſt moleſtari pro iudicij aſſecuratione, vt diximus ſupra, & inferius ampliat. 18. principali.

Sed liber rationum maximè defun-
17 cti † probat ſemiplenè, *Paul. de Caſtr. in d. l. admonendi num. 43. vbi Ripa num. 123. Pariſ. conſ. 7. Bene egit nu. 15. verſ. Qui liber vol. 4. Viuius deciſ. 184. num. 12. & num. 13. cum alijs allegatis per Nicol. de Paſſer. de ſcriptur. priuat. lib. 4. tit. de libr. ration. nu. 24. verſ. Ampliatur primo folio mihi 253. & num. 541. verſ. Quinimo fol. m. 269. commun. opin. ſintag. vol. 2 in verbo, liber mercatorum, vol. 2. fol. m. 58. col. 2.* & per comparationem literarum plenè probatur, vt diximus ſupra *quæſt. 1. num. 37. & numero 43.*

Quando liber rationum eſt hominis
18 † probi, ac probæ fidei *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 40. nu. 19. Roland. conſ. 92. In præſenti conſultatione num. 4. verſ. Quod tamen vol. 3. Auguſt. Berous in quæſt. 65. Cecidit nu. 2. verſ. Vel liber defuncti continet data, & accepta, Maſcard concluſ. 976. numero 7. cum alijs adductis per Nicol. de Paſſeribus, vbi ſupra num. 31. verſ. Obſeruandum.* Ergo &c.

19 Tertiò, conſuetudo habet vim † legis *l. de quibus verſ. Inueterata ff. de legibus l. diuturna, & l. ſed ea ff. eod. c. conſuetudo 1. diſtinct.* Imo vincit legem *d. l. de quibus in fin. & cap. fin. extra de long. conſuetud.* & facit de illicito, licitum, Gloſ. cōmuniter approbata * *in c. ad apoſtolicam extra de ſimonia, Paris de Put. in tract. de Lud. num. 43* quem refert, & ſequitur *Socin. iun. conſ. 68. nu. 103. vol. 3. Aſcanius Clement. in tract. de patr. poteſt. eff. ct. 2. nu. 26. verſ. Quia conſuetudo.*

Sed de conſuetudine talis Italiæ, & ſignanter noſtræ Ciuitatis, vbi libris mercatorum, ſeu artificum ad arreſtandum debitorem forenſem de fuga ſuſpectum creditur, libri mercatorum
20 † probant, & de huiuſmodi conſuetudine approbata teſtantur ferè omnes *in d. l. admonendi, & in l. quædam §. nummularios*, vbi præcipuè *Angel. nu. 2. ff. de eden. Burſat. conſ. 39. nu. 28. & conſ. 224. num. 7. Roland. à Valle conſ. 92. In præſenti conſultatione nu. 5. verſ. Tamen indubitata eſt vol. 3. Carthar. deciſ. 127. In cauſa appellationis nu. 3. verſ. Contrarium cū multis cumulatis, Ioſeph. Ludou. concluſ. 29. in princip. Petrus Enriquez conſ. 56. num. 1. cum multis allegatis per Nicolaum de Paſſer. de ſcript. priuat. lib. 4. tit. de libr. mercat. verſ. Limitatur fol. m. 299. & tit. de libr. ration. nu. 73. verſic. Sexto fol. 261. & num. 16. & 17. fol. 311. in 2. impreſſ. Marcell. à Cala dicto tract. de modo articul. & proband. quæſt. 403. num 1049. verſ. Item faciendo fol. 205. Maſcard. de probat. concluſ. 975. num. 16. verſ. Limita ampliationem vol. 2. fol. m. 399.* & quod hæc conſuetudo ſit recepta in hoc Regno Neapolit. teſtatur *Borellus conſ.* 2. de qua etiam teſtatur & ſequitur *Rocc. in deciſ. Archiepiſcopali Neapol. 106. num. 1. in fin. verſ. Et huiuſmodi fol. m. 82. Com. opin. ſintag.*

tag.tom.2. in verbo, libris mercatorum, lib. 10. fol.m.57. col.2. vbi Emmanuel Suarez, & in verbo, liber rationum, eod. volumine 2. folio 58. verſ. Limita quinto. Ergo dicta conſuetudo habet vim legis,

Et quod poſſit conſuetudine intro-
21 duci † libris priuatorum fidem adhiberi, teſtatur *Caſtrenſ. in d. l. admonendi num.42. Iaſ. num.120. Curt. num.109. de iure iurand. Abb. & Imol. in c.2. de fid. inſtrum. vbi Felin. num.26. Decius num. 18. Federicus de Senis conſ.119. Berous conſ.87. nu.84. lib.3. Couar. pract. quaeſt. cap.22. Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 91. num.16. Burſat. conſ.87. num.7. lib. 1. Roland, d. conſ.92. num.5. lib.3. cum alijs allegat. per Hect. Felic. in allegat.44. dubia excitata num.12. verſic. Et quod dictus.*

CONCLVSIO.

LICET de iure ſit receptiſſima concluſio, quod libris mercatorum, ſiue rationum non ſit præſtanda fides, vt fuit deductum in oppoſitione huius quæſtionis, tamen veriſſima etiam conclu-
22 ſio exiſtit, quod vbi adeſt conſuetudo huiuſmodi libris ſtandum eſſe, debet iſta conſuetudo ſeruari, *Tort. in comment. ad ſtat. Pap. rubr.58. ſtat.58. n.13. verſic. An autem,* prout ſeruatur noſtra conſuetudo in hac fideliſſima ciuitate arreſtandi debitorem forenſem pro iudicij aſſecuratione, ad ſimplicem exhibitionem librorum mercatorum, omniumque artificum, ad hoc vt præſtetur fideiuſſio de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo; Et in proprijs terminis conſimilis conſuetudinis de libro mercatoris verba facit ſic affirmando *Ludou. deciſ. Peruſ.41. Fuerunt capti nu.6. verſic. Quo verò,*

Et quod attendatur conſuetudo in ſimilibus vltra per nos ſuperius commemorata firmat *Riccius in deciſ. Cur. Archiepiſcop.106. fuit conuentus ſub nu. 1. verſ. Tum ſecundo fol.m.82.*

Amplia ſupradictam concluſionem 1
proximè firmatam magis locum obti-
23 nere quando de modica † ſumma controuerſia exiſtit, quandoquidem liber rationum efficacius probat pro ſcribente, *Bald. in l. vnica num.2. C. de confeſſ. Abbas cõſ.36. Circa primum dubium, prope finem verſ. Vnde in his, de quibus part.2. Curt. iun. conſ.122. col.3. in fine Anchar. conſ.44. Primo de viribus num.6. verſic. Quarto, quia iſtæ ſolutiones,* vbi minimas ſummas appellat, quando agitur de triginta libris centum ſolidorum, refert, & ſequitur *Gothofred. prax. ciuil. lib.2. tit. de in ius vocand. fol.m.466. verſic. Sexto in modicis.* Et quamuis etiam ſtante conſuetudine ſupradicta, de qua verba fecimus ſuperius nu.22. *Genuenſ. de ſcript. priuat. d. lib.4. tit. de libr. mercat. num.34. verſ. Animaduertendum fol.m.303. in vltim. impreſſ.* proponat quindecim requiſita eſſentialia ad probationem libri rationum *vſque ad num.74. verſ. His non obſtantibus, & Tortus vbi ſupra num.15. verſic. Primo quod ſit,* nihilominus hoc non procedit
24 inſpecta † conſuetudine totius Italiæ in pluribus locis comprobata, ſed dicta requiſita locum habere videntur, iure tantum communi inſpecto, vt videre licet *ex Guid. Pap. deciſ.441. pro declaratione Carthar. deciſ.127. In cauſa appellationis nu.3. verſ. de Iure autem communi fol.m.320. Boer. deciſ.105. nu.40. verſic. Nam talis fol. m.128. Rota Rom. deciſ. Diuerſ. par.4. deciſ.845. Domini dixerunt num.1. verſ. Quamuis.*

Declara tamen, quod licèt noſtra conſuetudo mediantibus ſupradictis libris in iudicio exhibitis recepta ſit

ad

25 ad faciendum arreſtum † contra debitorem forenſem de fuga ſuſpectum; tamen non poteſt compellere debitorem ad ſolutionem faciendam, quia præſtita fideiuſſione per debitorem de ſtando iuri,& iudicatum ſoluendo,debet creditor articulare,& probare merces,ſeu alias res in libris deſcriptas fuiſſe conſignatas, ſic præcisè concludit *Maſcard. de probat. concluſ.975. Quia exemplo nu.33. verſ. Quartò limita vol. 2. folio mihi* 400.

26 Primò ſubdeclara, vt quamuis ſupradicta conſignatio debeat articulari, & probari, nihilominus de pretio, & quantitate ſtatur ſupradictis libris *Maſcard. vbi ſupra num.33. Crauett.de antiquit. tempor. in* §. *Vidimus abunde,* quos cum alijs refert *dictus Genuenſ.in tract. de ſcript. priu. d.lib.4. tit. de libr. mercator. num.62. & 63.verſ. Nonò requiritur ſol. m.306.*

27 Secundò ſubdeclara, vt dicta quantitas poſſit etiam probari iuramento creditoris *ſecundum Rainer. de Forliu.in. l.1. ff.de in lit.iur.* quem citat,& defendit *Crauet. vbi ſupra,*ſequitur *Maſcard. & Genuenſ.in locis proximè commemoratis Surd. deciſ.199. num.4. verſ. Facit, & num.5. cum alijs allegat.*

28 Contrarium videtur ſubſtinere, *Seraphin. in tract. de priuileg. Iuram.priuil.* 36. vbi affirmat, iuramentum non eſſe deferendum, niſi concurrentibus aliquibus coniecturis, hoc idem ſequitur *Mancin. in tract. de iuram. par.4. effect. 109. Docuit Lucas nu.3. verſ.Cæterum, Hippolytus de Marſil.ſing.322. Iuramentum verſic. Qui caſus inter ſingular. Doctor. vol.1. fol.m.390. Aymon conſ.198. num.9.*

29 Concordando ſupradictas opiniones contrarias,declara hanc ſecundam procedere in cõtractu mutui, vt annuũt ſupradicti DD.allegati; primam autem in libro mercatoris concurrentibus aliquibus adminiculis à nobis ſuperius relatis.

Declara ſecundò, quod dicti libri
30 mercatorum † non probant in alijs, quæ incidenter enunciantur *Rota Rom. in deciſ.284. In cauſa Ianuenſi num.4. verſic. Poſt hoc part. 3. lib.3. in nouiter nouiſſ.*

Limita primò in libris Gabellarum,
31 † ſeu collectarum, qui conficiuntur à perſonis publicè ad hoc electis, quia iſti libri etiam ad arreſtandum ciuem pro gabella,ſeu collecta plenè probant, & ita obſeruatur in his partibus tam in hac noſtra ciuitate, vbi arreſtantur & ciues, & forenſes pro gabellis, & collectis etiam debitis extra ciuitatem, quam etiam in Comitatu,& Terris cõuicinis, de qua etiam ſimili obſeruantia teſtatur *Ang.in l.quædam* §. *nummularios num.2. verſ. Nota ex conſuetudine ff. de edendo, vbi etiam Bartol.in fin.* & hæc eſt communis opinio, ⁎ de qua teſtatur *Maſcard. de probat. d. concl.975. num.39. verſ. Primo* quod libri, vbi ampliat procedere etiam ad probandam negatiuam *num.40. verſ. Hoc velim, Nicol. de Paſſer.in d.tract. de ſcript. priuat. d. lib.4. in tit. de libr. ration. Gabell. num.1.2. & 3. vbi plures cumulat folio mihi* 292.

Quia leuato velo exiguntur *Coler.de proceſſ. exequut. part.3. cap.2. num.34. & 35. verſic. Vndecimo fol. m.599.* & dicemus latius *infra de vectigal. & de Collect.*

32 Secundò limita in libris † Aromatariorium,qui plenè probant *Camill. Borell. d.conſ.82. & Ricc. d.deciſ.106. & d.de Paſſer. in tit. de libr. aromatariorum folio mihi* 331.

SVM-

SVMMARIVM TOTIVS Primi Libri.

IN ſupradictis quæſtionibus
33 à nobis † in medium poſitis, firmauimus infraſcriptas concluſiones.

In prima fuit concluſum debitori non eſſe permiſſum per pactum ſe obligare ad priuatos carceres, & ad illos propria creditoris authoritate deduci, *vt in q.1.num.25.verſ. Vera.*

In ſecunda quæſtione fuit concluſum debitorem ex pacto in caſu moræ ad publicos carceres obligari poſſe, & ad eoſdem detrudi, vt in *quæſt.2.nu.28. verſic. Debitor.*

In tertia quæſtione firmauimus valere conſuetudinem, & ſtilum, quod ad ſimplicem creditoris requiſitionẽ nulla præuia Iudicis licentia, nec aliquo delato iuramẽto debitores capi, & carcerari poſſint, vt debitum, vel ſoluant, vel fideiubeant de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo; Et propterea conſuetudinem Ciuitatis Aquilæ, ex qua fuit introductum, debitores, maximè forenſes, ad ſimplicem creditoris requiſitionem poſſe carcerari, valere, & ſubſiſtere, *vt in tertia quæſt. nu.34. verſic. Conſuetudo.*

In quarta quæſtione fuit concluſum, debitorem poſſe carcerari etiam ex depoſitione teſtium examinatorum, abſque partium, & teſtium citatione, *vt in quarta quæſt. num.18. verſic. Teſtis.*

In quinta quæſtione fuit cõcluſum, quod licet apoca etiam trino teſte notata, non habeat paratam exequutionem, tamen ad finem arreſtandi debitorem de fuga ſuſpectum ſufficiens eſt, *vt in quæſt.5. num.13. & ſeqq. verſic. Prima;* maximè ſi fuit acceptata, vel recognita *num.25.verſ. Apoca.*

In ſexta, & vltima quæſt. firmauimus, ex libris mercatorum, artificum, ſeu aliorum priuatorum, vbi adeſt conſuetudo, poſſe debitorem de fuga ſuſpectum carcerari, *vt in quæſt.6. nu.22. verſic. Licèt.*

Ex ſupradictis concluſionibus ampliabis, & limitabis prout infra.

Et primò amplia, vt debitor poſſit ſiſti etiã in die feriato, *vt in Ampliat.1.* Etiam ſi ſit Clericus, *vt in Ampliat.2.* Etiam in ciue pro ſua Ciuitate, *in Ampliat.3.* Etiam ad inſtantiam procuratoris, *vt in Ampliat.4.* Etiam propria creditoris authoritate, *vt in ampliat.5.* Etiam ſi debitor ſit vſufructuarius, ſeu tertius poſſeſſor, *vt in Ampliat.6.* Etiam ad inſtantiam perſonæ coniunctæ, *vt in Ampliat.7.* Etiam in debitis fiſcalibus, *vt in Ampliat.8.* Etiam debitor debitoris, *vt in Ampliat.9.* Etiam in filiofamilias, *vt in Ampliat.10.* Etiam vigore ſignificatoriæ, *vt in Ampliat.11.* Etiam ad inſtantiam legatarij contra hæredes, *vt in Ampliat.12.* Etiam vt debitor teneatur præſtare vtramque cautionem de iudicio ſiſti, & de ſoluendo iudicatũ, *vt in Ampliat.13.* Etiam contra hæredẽ, *vt in Ampliat.14.* Etiam in bonis, & in perſonã, *vt in Ampliat.15.* Etiam ad inſtantiam hæredis cum beneficio legis, *vt in Ampliat.16.* Etiam contra fideiuſſorem, *vt in Ampliat.17.* Etiam ex ſemiplena probatione, *vt in Ampliat.18.* Etiam lite pendente, *vt in Ampliat.19.* Etiã coram Iudice incompetenti; *vt in Ampliat.20.* Etiam ad inſtantiam ceſſionarij, *vt in Ampliat.21.* Etiam in debito incerto, *vt in Ampliat.22.* Etiam in ſocio, *vt in Ampliat.23.* Etiam in cuſtodibus carcerum, qui tenentur ad debiti ſolutionem, ſi carceratus aufugiat, *vt in Ampliat.24.* Etiam in loco incongruo, vel aliàs de iure prohibito, *vt in Ampliat.25.* Etiam ſi alijs cuſtodibus, *vt in Ampliat.26.* Etiam ſi car-

Digitized by Google

ſi carceratus experiatur detentus ex alia cauſa, *vt in Ampliat.*27. Etiam in officialibus ſindicandis, *vt in Ampliat.*28. Etiam in exactione collectarum, *vt in Ampliat.*29. Etiam in exactione Vectigalium, *vt in Ampliat.*30. Etiam in præſtatione alimentorum, *vt in Ampliat.*31. Etiam in cauſa mercedis, *vt in Ampliat.*32. Etiam in repræſalijs, *vt in Ampliat.*33. Etiam in exactione decimarum, *vt in Ampliat.*34. Etiam in executione rei iudicatæ, *vt in Ampliat.*35. Etiam in confeſſis, *vt in Ampliat.*36. Etiam in ſequeſtribus, *vt in Ampliat.*37. Etiam in noui operis nunciatione, *vt in Ampliat.*38. Etiam in Depoſito, *vt in Ampliat.*39. Etiam in diffamante, *vt in Ampliat.*40.

Quod diximus ſupra executionem eſſe concedendam contra ſupradictas perſonas, & in ſupradictis caſibus, Limita non procedere prout infra.

Primò non habere locum in conſtitutis in articulo, vel periculo mortis, *vt in Limit.*1. Secundò non procedere in cadauere debitoris, quod nullo modo ſequeſtrari poteſt, *vt in Limitat.*2. Tertiò non eſſe concedendam executionem, ſi debitor offert pignora, *vt in Limitat.*3. Quartò locum non vendicare in Clerico, qui vult gaudere beneficio, capit. Odoardus de ſolutionibus, *vt in Limitat.*4. Quintò non eſſe concedendam perſonalem retentionem, in debitore volente cedere bonis, *vt in Limitat.*5. Sextò non eſſe extendendum in debitore, cui conceſſa eſt Moratoria, *vt in Limitat.*6. Septimò non procedere contra fideiuſſorem ſtante debitoris carceratione, *vt in Limitat.*7. Octauò non habere locum in Milite, *vt in Limit.*8. Nonò non eſſe comprehẽſos Doctores & Aduocatos, aliaſque perſonas priuilegiatas, *vt in Limitat.*9. Decimò non procedere in muliere, *vt in Limitat.*10. Vndecimò non eſſe concedendam executionem contra minorem, vel pupillum, *vt in Limitat.*11. Duodecimò non eſſe intelligendum in debitore paupere, cui alimenta denegantur, *vt in Limitat.*12. Decimotertiò non procedere in ſene, *vt in Limit.*13. Decimoquartò non habere locum in debitore, qui tempore contractus erat idoneus, *vt in Limitat.*14. Decimoquintò non eſſe comprehenſos boues, & inſtrumenta agriculturæ neceſſaria, *vt in Limitat.*15. Decimoſextò, non procedere contra Patrem ad inſtantiam filij, contra ſocerum ad inſtantiam generi, & contra fratrem ad inſtantiam fratris, *vt Limitat.*16. Decimoſeptimò non eſſe permiſſam perſonalem prehenſionem contra ruſticos, *vt in Limitat.*17. Decimooctauò non habere locum contra debitorem idoneùm, *vt in Limitat.*18. Decimononò non eſſe relaxãdam prehenſionem perſonalem contra Adminiſtratores Ciuitatum, *vt in Limit.*19. Vigeſimò, & vltimò non eſſe extendendum ad Ambaſciatores Ciuitatum, *vt in Limitat.*20.

SVMMARIVM.

AMPL. PRIMAE.

1 *Exequutio ſententiæ non poteſt fieri in die feriato ad honorem Dei, ſed vide num.5.*

2 *Iuriſdictio ſuſpenditur ratione temporis.*

3 *Ferijs nec tacitè, nec expreſsè renunciari poteſt.*

4 *Statutum permittens eſſe procedendum de facto non intelligitur in ferijs ad honorem Dei introductis.*

5 *Debitor ſuſpectus de fuga etiam in die feriato ad honorem Dei, carcerari*

poteſt, etiam in die Paſchatis numero 6.

7 *Quando neceſſitas vrget, & res eſt peritura, feriæ non ſunt ſeruandæ.*

8 *Tempore meſſium, & vendemiarum debitores poſſunt arreſtari.*

Et debent liberari cum cautione de ſoluendo finitis ferijs num.9.

Dummodo non fuerit renunciatum in ſpecie dictis ferijs num.10.

11 *Exequutio in dictis temporibus etiam contra debitorem ſuſpectum fieri nequit.*

Et poteſt reſiſti impunè quo ad pœnam corporalem num.12.

13 *Citatio facta in die feriato non tenet.*

Non procedit in cauſis fiſcalibus numero 14.

15 *Nundinarum tempore nequit fieri exequutio contra nundinantes.*

Procedit, dummodo nundinæ à Principe ſuperiorem non recognoſcente, vel ab immemorabili tempore ſint conceſſæ, vel introductæ num.16.

Non procedit ſtante nimia debitoris ſuſpicione num.17.

Nec etiam quando eſt renunciatum in ſpecie fauori nundinarum num.18.

Nec in debito iurato num.19. Sed declara num.20.

Non procedit in debitis contractis in ipſis nundinis num.20.

Nec in re furto in nundinis ſubtracta num.21.

AMPLIATIO PRIMA.
Etiam in die feriata.

An debitor ſuſpectus de fuga poſſit arreſtari in die feriata, vel tempore feriarum?

facit Riccius collec. 840 fol. 240 Theſaur. deciſ. 95 fo. 85

1 EXECVTIO ſententiæ † ne dum eius prolatio in die feriata ad honorem Dei fieri nequit, *Alexand. conſil.130. In cauſa num.1. verſic. Nam de iure volum.4. Signor. de Homod. conſilio 54. Cum quæritur per totum, plenè Guid. Pap. in deciſione 215. An exequutio numero 1. & 2. Paul. de Caſtr. in l. penultima ff. de ferijs Federic. de Sen. conſilio 129. cum alijs allegatis per Addentes ad Pap. in d. deciſ. 215. Aſin. in prax. iudic. §.31. 13. ampliat. princip. verſic. Concludendum.*

Quia ratione temporis ſuſpenditur iuriſdictio, † & illius exercitium
2 controuertitur propter ſuperueuientiam feriarum, ſiue feriæ ſint introductæ in Dei cultum, & honorem *l. omnes, & l. fin. C. de ferijs, & cap. final. de fer.* ſiue à Principe indictæ *l. à nullo C. de ferijs, & l. ſed, & ſi fortè ff. ex quibus cauſis maior.*

3 Nec illis renunciari † ſiue tacitè, ſiue expreſsè eſt permiſſum, vt per Doctores omnes, & præcipuè *Bald. Alber. Angel. Caſtrenſ. cæteroſque ſcribentes in l. 1. ff. de ferijs cum alijs allegatis per Vant. in tract. de nullit. in titul. & rubr. de nullitat. ex defect. iuriſdict. num.129. & num.130. verſic. ratione folio mihi 105.*

Et ſi ſecus fiat mortaliter peccatur *Panorm. in cap. fin. numero 21. verſic. Ego puto de iudic.* vbi concordando opiniones rationem iſtam aſſignat.

Vnde dixit *Bald. in conſilio 217.*
4 *lib.4.* quòd ſi extat ſtatutum † diſponens Iudici eſſe permiſſum procedere ſummariè, & de facto, non licèt ei procedere ad capturam in die feſto, maximè ad honorem Dei celebrando.

Contrariam partem in debitore de
5 fuga ſuſpecto † obſeruamus, nam ipſius captura etiam in feſtiuitate ad honorem Dei introducta permittitur, *vt per Panormit. ſic diſtinguentem in d. cap. fin. Iaſon in l. ſi fideiuſſor §. fin. num.19. ff. qui*

ff. qui ſatiſdare cogant. Andr. Gail. d. obſeruat. 44. num. 1. cum allegatis, Petr. Pecc. de iur. ſiſten. & man. inieẽt. cap. 1. per totum, relatus per Gothofred. prax. ciuil. lib. 2. tit. 4. de in ius vocand. litera B, folio mihi 635. Farinac. de carcer. dicta quaeſt. 27. numero 107. verſic. Limita primo hanc nonam, & ſic *ex Caualc. & Couar.* in locis commemoratis dixit ☞ * communiter obſeruari cum alijs allegatis, quibus addo Ceual. *commun. contr. commun. quaeſt. 267. num. 2. verſic. Secundò amplia folio mihi 191. Horten. Caualc. in tract. de Bracch. Reg. de aequit. & rigor. par. 6. num. 436. verſic. Hinc opportunè folio mihi 15. Rub. in deciſione 23. Mancin. in tract. de iuram. parte 4. effect. 6. num. 18. Graff. in tract. de except. in praelud. num. 137. folio 22. Ricc. in collect. deciſ. collect. 1203. verſ. Amplia quartò, Curt. iun. in l. vinum num. 11. verſic. Prima ff. ſi certum petatur. Caluol. in prax. iudic. in §. Feriae concluſ. 2. num. 25. verſic. Limitatur decimoquartò Aſin. in prax. iudic. §. 31. d. ampliat. 13. princip. num. 1. folio mihi 171.*

Subamplia hãc ampliationem principalem procedere, etiam ſi eſſet dies
6 Paſchatis, † ſiue Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, *Galter. d. pract. criminal. inſtrument. 3. par. princip. rubr. 2. nu. 13. fol. 290.* & vt concludunt etiam praefati Doctores proximè allegati, & praecipuè *Aſin.*

Neque obſtant in contrarium adducta, quia non procedere videntur, quando vrget neceſſitas, vt eſt quan-
7 do res eſt peritura, † vel ſimili, vt in caſu noſtro *l. 1. 2. & 3. de fer. & d. c. fin. eod. tit.* quia ferias non habent, pietas, & neceſſitas, *l. ſunt perſonae de relig. arg. cap. vtinam diſtinct. 76. & d. cap. fin. vbi Gloſ. Alex. in d. conſ. 130. nu. 2. & 3. volum. 4.*

Secundò ſubamplia, vt multò magis
8 procedat in ferijs † inductis ob hominum neceſſitatem, vt in ferijs meſſium, vendemiarum, & ſimilium, quia hoc tempore debitores ſuſpecti poſſunt ſiſti, & in vinculis detineri, vt *per Caccial. de debitor. ſuſpect. Octaua quaeſt. principal. num. 1.* quia dictae feriae, & ſimiles non ſeruantur in caſibus, in quibus res poſſunt perire, *l. ſolet ff. de ferijs,* & periculum eſt in mora, *Theſaur. deciſ. 95. in fin. Rouit. ſuper Regiam pragmat. in Rubr. de ferijs in fin. Alex dicto conſ. 130. num. 2.*

Declara hanc ſubampliationem, vt
9 quamuis debitores carcerati † poſſint ſiſti, & arreſtari in dictis diebus meſſium, & vindemiarum, tamen in dictis temporibus debent à carceribus liberari, praeſtita per eoſdem debitores idonea cautione, de redeundo finitis ferijs, vel de concordando partem in eodem termino, *Caſtrenſ. in l. 1. ff. de ferijs. Pecc. de iur. ſiſtend. cap. 10. num. 1. in fin. verſic. Et Caſtrenſ. relatus per Gothofred. in prax. ciuil. volum. 1. folio mihi 636.*

Subdeclara non procedere, quando
10 dictis † temporibus meſſium, & vindemiarum eſt in ſpecie renunciatum, vt ſolet fieri in omnibus inſtrumentis, ſiquidem ſtante dicta renũciatione, quae de iure eſt permiſſa, *Abb. in c. ſignificauerunt nu. 16. extr. de iudic. Salyc. & alij in l. omnes dies nu. 3. ff. de fer. Alex. conſ. 36. Viſo themate num. 6. & 7. verſic. Quo ad tertium vol. 2. fol. m. 29. Caluol. in prax. iudic. §. feriae concluſ. 4.* Etiam in dictis tẽporibus datur retentio carcerari poſſunt debitores deuicti, vt per eundem *Alex. ibid. Caluol. vbi ſupra concl. 3. nu. 25.*

Declara hanc primam principalem ampliationem, vt quamuis debi-
11 tor ſuſpectus † de fuga poſſit etiam die feriato in carceribus deduci, tamen exequutio in dictis diebus fieri nequit, *l. omnes dies C. de ferijs,* & ma-

ximè in hebdomada Sancta, & per totam Octauam *vt cap. fin. de ferijs*, vbi etiam enumerantur alia tempora, in quibus non poteſt procedi, & ſic teſtatur * fuiſſe deciſum *Theſaur. in deciſ. 95. ſub num. 2. verſic. Senatus, vbi etiam Anton. Fel. in addit.* vbi ſubdit
12 quod in dictis diebus poteſt † reſiſti executori impunè quo ad pœnam corporalem, eum referendo ſequitur *Rouit. in Comment. Reg. Pragm. in Rubr. de ferijs num. 8. verſic. An autem in vltim. impreſſione.*

Declara ſecundò, vt citatio in die
13 feſtiuo † facta, maximè in hoc Regno, nullo modo teneat, nec valeat, vt habetur in ritu 116. quem refert ita firmando *dictus Rouitus, vbi ſupra nu. 9. verſic. Sed quid.*

Declara tertiò, non habere locum in
14 cauſis fiſcalibus, † vt dicemus latius *infra in ampliatione* 8. *principali l. publicas C. de ferijs Rouit. vbi ſupra numero ſexto verſic. Ita quoque*, & dicemus etiam latius *in 6. limitat. principal. de morator.*

Declara quartò, vt nundinarū tem-
15 pore non poſſit fieri exequutio † contra nundinantes, quia tam in acceſſu, quàm etiam in receſſu, à creditorum moleſtia liberi ſunt, & ideo nec eorum perſona, nec merces, quas deferunt arreſtari, vel aliquo modo impediri poſſunt, nec aliquod datium, pedagium, ſeu gabellam ſoluere tenentur, vt *eſt tex. expreſſus in l. vnica C. de nundin.* vbi præcipuè *Bart. Bald. Salicet. cæterique ſcribentes, Coler. de proceſſ. execut. parte 2. cap. 3. num. 156. verſic. Sed quia ſæpius, Bertacchin. in tract. de gabell. 2. membr. 8. part. principal. num. 19. Pecch. de iure ſiſtend. capit. 10. numero 3. verſic. Illud in confeſſo, relatus per Gothofred. prax. ciuil. in tit. de in ius vocand. folio mihi 636. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 29. numero 24. verſic. Si quidem. Luc. de Penn. in l. prima numero 7. verſic. Vnde in nundinis C. ne ruſtic. ad vll. obſeq. deuoc. titul. 55. libro* 11.

Primò ſubdeclara hanc quartam declarationem ita procedere, dummo-
16 do Nundinæ † à Principe ſuperiorem non recognoſcente ſint conceſſæ, vel appareat fuiſſe introductas ab immemorabili tempore nullo contradicente ſuperiore, vel ſi conceſſæ fuerunt ab aliqua Ciuitate iuriſdictionem plenariam habente, *Pecc. de iur. ſiſtend. cap.* 10. *numero 3. verſic. Sed & hæ, relatus per Gothofred. prax. ciuil. lib. 2. tit. 4. de in ius vocand. folio mihi 637. Capiblanc. de Baron. pragmat. 8. num. 95.*

Primò limita hanc quartam decla-
17 rationem non procedere quādo † tanta adeſſet ſuſpicionis cauſa, vt debitor ſiſti debeat tempore nundinarum, & compelli poſtmodum ad ſatiſdandum; prout in eo, qui tempore nundinarum ad fugam ſe præparauit, ſi quidem hoc caſu etiam datur debitoris detentio propter imminens periculum, vt diximus ſupra, *Angel. in l. dies feſtos C. de ferijs, relatus per Gothofred. prax. ciuil. lib. 2. titul. 4. de in ius vocand. vbi Pecc. de iur. ſiſt. capitulo decimo, numero tertio, verſic. Exiſtimat, & latius dicemus infra ſexta limitatione principali in ſecunda limitatione.*

Limita ſecūdò non procedere, quan-
18 do ſpecialiter † beneficio nundinarum per debitorem renunciatum eſt, vt paſſim fieri ſolet, quandoquidem hoc caſu prehenſio debitoris, & bonorum rectè conceditur, *Pecc. de iur. ſiſtendi capit. 12. in princip.* vbi plures allegat, & latius dicemus *in dicta 6. limitatione principali in quarta limitatione numero* 51.

Limi-

Digitized by Google

Limita tertiò, in debito iurato, in
19 quo etiam † nũdinarum tempore conceditur debitoris carceratio, prout in ſaluoconducto determinat *Afflict. in deciſione 5. vbi etiam Vrſillus, caterique addentes ad eum Pecc. vbi ſupra dicto capit.10. numero 3. verſic. Quod tamen.*

Sed hanc tertiam limitationem ſic ſimpliciter prolatam non puto eſſe de iure tutam, quia, vt dicemus infra *in 6. limitatione principal. ampliat.1. num.21.* huiuſmodi ſaluuſconductus, ſeu inducie ſecundum ∗ magis veram opinionem, habent etiam locum in contractu iurato, ſed dicta tertia limitatio ita procedere videtur, quando ſupradicto beneficio nundinarum eſt in ſpecie renunciatum, vt proximè diximus.

Limita quartò, priuilegium nundi-
20 nis conceſſum non habere † locum in debitis contractis in ipſis nundinis, vt dicemus infra *in 6 limitat. principal. in 2. dilatione, limitat.2.* Et in propria ſpecie nũdinarum in hac limitatione propoſita loquuntur *Bald. Salicet. & Fulgoſ. in dicta l. vnica Ioannes Papon. ad Conſuetud. Burbon. tit. des exequutionis §.133. & notat Petr.Rot. ad Conſuet. Pictauienſ. artic.63. tit. de la deſtinction des iuriſdition, quos refert Pece. vbi ſupra dicto numero 3. verſic. ſolent etiam.*

Limita quintò in re furata, & empta in nundinis, quando quidem priuilegium nundinarum non excuſat emptorem rei furtiuæ ad pœnam, quam incurrit emens rem furatam, is enim debet cautè negociari, quia nundinæ quo ad hoc non ſunt priuilegiatæ, vt exemplificat *Menoch. de præſumpt. dicto lib.5. præſumpt.29. num.23. & 24. verſic. ſi dicit.*

SVMMARIVM.

AMPL. II.

1 *Clerici debent coram eorum ordinarijs conueniri pro omnibus eorum cauſis.*
2 *Per Iudices laicos nequeunt iudicari.*
3 *Et ſi eos Iudices laici diſtringunt incidunt in canonem.*
4 *Nec pro repræſalijs carcerari poſſunt.*
5 *Nec ſequeſtrum per eoſdem Iudices laicos poteſt contra clericos relaxari.*
6 *Etiam ſi coniugati ſint.*
7 *Etiam mortua vxore, habituque dimiſſo, dummodo reaſſumpto.*
8 *Etiam Clerici primæ tonſuræ.*
9 *Lex, vel conſuetudo, aut aliquod ſtatutum, non poſſunt permittere Iudicibus laicis clerici carcerationem.*
10 *Clericus de fuga ſuſpectus non poteſt carcerari, ſed contra num.11. vbi declaratur quomodo procedat.*
12 *Statutum, & conſuetudo generaliter diſponentia comprehendunt etiam perſonas priuilegiatas.*
13 *Clericus fugitiuus, etiam propria creditoris authoritate poteſt ſine metu excommunicationis arreſtari.*
Procedit quando eſt in actu fugæ numero 14.
Et Epiſcopo præſentetur num.15.
16 *Si ante clericatum obligatus appareat, conueniri poteſt ſecundum ſtatutum laicorum. Dummodo id fiat coram Iudice Eccleſiaſtico num.17.*
18 *Non carceratur pro debito ciuili, quia non tenetur, niſi in quantum facere poteſt.*
Etiam ſi debitum ſit iuratum num.19, & in apoca cambij.
20 *Clerici licèt de iure ciuili non poſſit carcerari, de conſuetudine tamen carcerantur.*
21 *Quando periculum eſt in mora recedimus à regulis iuris.*

Digitized by Google

AMPLIATIO II.
Etiam in Clerico.

An clericus poſſit arreſtari ad creditoris laici inſtantiam, ſi ſuſpectus de fuga appareat?

1 CLERICI tam de iure ciuili, † quàm etiam de iure canonico debent cõueniri coram eorum ordinarijs, pro omnibus eorum cauſis, tex. ſunt clari de iure Pontificio *in cap. ſtatuimus 11. quæſt. 1. de Cæſareo in auth. ſtatuimus C. de Epiſcop. & cleric. Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 246. Statuit num. 5. verſic. Hodie ceſſat, plenè Caualc. in deciſ. 3. In cauſa mota num. 26. verſic. Tamen coram.*

2 Et per laicos † diſtringi nequeunt, *cap. nullus Iudicum 2. vbi Panorm. nu. 3. verſic. Nam ex diſtrictione, & in cap. ſi diligenti 12. num 2. verſic. Nota ſecundo, & cap. ſignificaſti 17. de for. compet. Coler. de proceſſ. execut. par. 2. cap. 3. num. 151. verſic. De clericis folio mihi 489.* Maximè pro debito ciuili, *Ioannes Andr. in cap. ſi clericus de ſentent. excommunic. Farinac. de carcer. quæſt. 27. num. 67. verſic. Sic itaque, Graſſ. de except. in prælud numero 162. Idem Farinac. de inquiſit. quæſtione 8. numero 1. verſic. Regula.*

3 Nam in eorum diſtrictione † incidunt in excommunicationem *capit. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. Panormit. in dicto cap. nullus dicto nu. 2. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrup. centur. 1. quæſt. 65. numero 7. verſic. Vbi Boſſ. in tract. crim. in verbo, Captura, numero 35. verſic. Quæro.*

Nec pro debito pecuniario poſſunt in vinculis coarctari, & hanc opinionem ☞ * crebriori calculo firmatam dixit *Menoch. de arbitr. quæſt. 88. nu. 8. verſic. Declaratur, latè Graſſ. de except. in prælud. num. 162. verſic. Idem eſt in Clerico.*

4 Imò nec pro repræſalijs † etiam legitimo modo impetratis carcerari poſſunt, *Bart. in tract. repræſaliar. quæſt. 7. princip. num. 9. verſic. Ad quintum, Brunus de ceſſ. bonorum quæſt. 3. princip. num. 13. verſic. vbi etiam addit folio mihi 13. Coler. d. parte 2. cap. 3. num. 151. verſic. Et in ſpecie Ioannes à Canibus in tract. de repræſal. in rubr. de iniur. & damn. dato num. 3. & 4. verſic. Nota ex ſecunda parte.*

5 Nec poteſt eiſdem fieri ſequeſtrum, † quia vltra nullitatem, incurritur in excommunicationem, *cap. ſi quiſquam Clericus 11. q. 1. Doctores in d. cap. ſi diligenti de foro compet. Caualc. d. deciſ. 3. num. 26. verſic. Tamen vbi plures allegat.*

6 Etiam ſi ſit coniugatus † *Lapus allegat. 118. Quæritur,* maximè ſi vnicam, & virginem habuit, & incedat cum habitu, & tonſura *iux. tex. in cap. 1. de cleric. coniug. in 6.*

7 Etiam ſi coniugatus mortua † vxore habitũ dimiſit, & poſtea illum reaſſumit, quia recuperat omnia priuilegia clericatus *Capell. Toloſ. quæſt. 104. Item anno Domini num. 1. & 2. vbi addentes folio mihi 402. Grammat. deciſione 10. Ricc. in collect. 308. Clerici coniugati verſic. Amplia primo,* dummodo non ſit Bigamus *Farinac. de inquiſit. quæſt. 8. num. 8. verſic. Limita ſecundo.*

8 Etiam ſi ſit primæ tonſuræ † *d. cap. ſi quiſquam, Caualc. d. deciſ. 3. d. num. 26. verſic. Et ſi bona, Farinac. dicta quæſt. 8. num. 5. verſic. Amplia quartò.*

9 Nec lex, nec conſuetudo, † nec ſtatutum poſſunt inducere, vt clericus authoritate Iudicis laici poſſit arreſtari, & carcerari, quia eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam *capit. clerici,*

vbi

vbi Gloſ. & ſeribentes de iudic. Auth. caſſa, & irrita C. de ſacroſanct. Eccleſ. Ripa de legib. & long. conſuet. cap. 13. nu. 5. & 6. verſ. Conſtat autem, Farinac. de inquiſit. dicta quæſt. 8. nu. 3. verſ. Amplia 2. vbi adducit communiter * tenentes Borell. in tract. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 9. num. 11. verſic. Sed dicendum, Maur. Burg. vbi ſupra d. quæſt. 65. nu. 10. verſ. Quinimò.

10 Et quod clericus etiam † ſuſpectus de fuga non poſſit arreſtari, tenet Hoſt. Ber. & Cardin. relati per Panormit. in cap. cum non ab homine 10. num. 11. verſ. Immo plus dicit, & num. 17. verſ. Quoad ſecundum de iudic.

11 In contrarium veritas † ſe habet, nam clericus, ſi debitor de fuga ſuſpectus appareat, ad laici creditoris inſtantiam pro iudicij aſſecuratione in carcerem Iudicis Eccleſiaſtici, nõ autem Iudicis laici detrudi poteſt, Iaſon. in l. de pupillo §. ſi quis riuos num. 2. verſ. Imò fortius ff. de nou. oper. nunciat. Panormit. in d. cap. cum non ab homine 10. num. 17. dicto verſic. Quoad ſecundum Faber. in §. 1. num. 96. verſ. An autem, & ibi remiſſiuè inſt. de act. Ranchin. ad deeiſ. 61. Guid. Pap. Andr. Gail. d. obſeruat. 44. nu. 2. lib. 2. quibus addo Ceual. comm. contr. comm. q. 267. nu. 4. & 5. verſ. Quartò aduertendum fol. mihi 191. Farinac. in tract. de careeribus quæſt. 27. num. 71. verſ. Sublimita tertiò fol. m. 6. & melius in tit. de inquiſit. quæſt. 8. nu. 119. verſ. Sed quid de clerico folio mihi 61. hanc appellauit communem, & hæc eſt communis, * & veriſſima opinio, vt teſtatur Ceual. in d. q. 267. num. 5. verſic. Quod fuit Boſſ. in tract. crim in verbo, captura, num. 38. verſ. Tertiò, vbi etiam de * communi teſtatur.

Quia in ſtatuto, & conſuetudine
12 † generaliter loquentibus etiam perſonæ priuilegiatæ comprehenduntur, dummodo in caſu exemptæ non repeniantur, text. optimus in l. in fraudem §. fin. vbi etiam Bald. notat num. 1. ff. de milit. teſtam. Rebuff. in tractat. de literar. obligat. in ordinat. Reg. Gall. art. 2. gloſ. 1. num. 113. tom. 1. Gothofred. prax. ciuil. tom. 2. tit. 4. de in ius vocand. nu. 14. fol. mihi 608. Galter. in prax ciuil. inſtrum. part. 2. princ. rubr. 1. num. 3. Guttier. de iuram. confirmat. par. 1. cap. 17. nu. 29. verſic. Vbi ponit pro qua ratione, videas quæ tradit Ripa d. cap. 13. per totam.

Subamplia hanc Tertiam amplia-
13 tionem, quod clerici fugitiui † captura poſſit fieri à proprio creditore ſine excommunicationis metu, Guttier. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 82. num. 2. verſic. Quod adeo fol. mihi 84. vbi teſtatur de communi, * Galter. in d. prax. crim. inſtrum. d. 3. part. princip. rubr. 2. nu. 20. fol. m 292. Farinac. in d. tract. de carcerib. d. quæſt. 27. num. 70. & de inquiſit. d. quæſt. 8. nu. 119. & eſt communis * opinio omnium Canoniſtarum, de qua Felin. in dicto cap. cum non ab homine ſub nu. 1. verſ. Vtrum autem clericus, & melius num. 4. verſ. Item ex prædictis Stephan. Aufrer. in tract. de poteſt. ſecul. ſup. eccleſ. perſ. reg. 3. num. 15. tom. 16. tract. folio mihi 293.

Subdeclara primò, vt clericus ſuſpectus de fuga poſſit arreſtari à proprio creditore, & abſque ſuperioris licen-
14 tia, quando † clericus eſt in actu fugæ, ſecus verò quando allegatur ſuſpectus de fuga, quia tunc probatis omnibus ſupradictis, de quibus diximus ſupra, corã iudice Eccleſiaſtico, de eius commiſſione poteſt arreſtari, & detineri, Ripa de legibus & long. conſuetud. lib. 1. cap. 3. num. 8. verſ. Non obſtat, Rebuff. in conſtit. Gall. in d. tract. de liter. obligat. art. 6. gloſ. 3. num. 76. fol. 150. Guttier. de iuram. confirmat. part. 1. cap. 17. num. 30. verſ. Et illud de clerico, Felin. in d. c.

cum

cum non ab homine num.4. d.nu.1. verſ.
An autem liceat, Caualcan. deciſ.3.num.
26. & 27. verſic. Tamen coram.

Subdeclara ſecundò,dũmodo quam
citius fieri poſſit, præſentetur eius Epi-
15 ſcopo † vt diximus ſupra, & ſi offerat
idoneam cautionem,vel ſolutionẽ,cre-
ditor tenetur illam acceptare,*vt per Ri-*
pam vbi ſupra d.num.9.verſ. Secundò re-
ſpondetur, & Felin. in d. cap. cum non ab
homine num.4. verſic. Item etiam ex præ-
dictis, plenè per Farinac. in d.tract.crim.
in tit. de inquiſit. d. quæſt.8.d.num.119.
aliàs eſſet excommunicatus, vt per Felin.
in d. cap. cum non ab homine d.num.4.in
fine.

Subdeclarandũ videtur tertiò quan-
16 do clericus † apparet, vel reperitur ob-
ligatus antequam clericus eſſet effe-
ctus, quo tempore laico adhuc ipſo exi-
ſtente, fuit contractum, vel quaſi; tunc
enim conſuetudo, ſeu ſtatutum laico-
rum, & per conſequens noſtra conſue-
tudo afficit clericum, vt ſecundum il-
lud ius iudicari debeat, etiam in foro
Eccleſiaſtico, *Panormit. in cap.quod Cle-*
ricus 11.nu.39. de for. compet. in 1.part.
2. decret. fol.m.87. cum ibi allegatis, &
pręcipuè in addit. *Felin.in cap.Eccleſia S.*
Mariæ de conſt.num.101. ſuper 1.decret.
fol.m.51. Borgn. in deciſ.3.nu.29. fol.m.
166. in 3.tom.deciſ. licèt non ſatis cla-
rè, ſed vide quæ infra dicemus *in limit.*
4. princip. & Ricc.in deciſ. Archiepiſ.55.
per totam.

Primò declara hanc tertiam ſubde-
clarationem, vt quamuis clericus poſ-
ſit conueniri vigore inſtrumenti cele-
brati tempore, quo erat laicus, tamen
17 hoc intelligendum eſt † procedere co-
ram Iudice Eccleſiaſtico,nõ autem co-
ram Laico, vt firmat *Alex. in l.nemo po-*
teſt verſ.Habes etiam num.32.ff.de leg.1.
quem refert Franciſcus Anton. Maczia in
additionibus ad Franc. Ant. de Iudic. in
prax. de liquid. inſtrument. conſid.4. poſt
num.71. verſ. Pone primò, vbi teſtatur
Magnam Curiam Vicariæ in facto cõ-
ſimili conſtito de clericatu, remiſiſſe
cauſam ad iudicem Eccleſiaſticum,niſi
clericus aſſumpſerit ordines in fraudẽ,
vel ſi fuiſſet ante clericatum poſt con-
tractam obligationem præuentus à Iu-
dice laico, vt firmat *Alex.vbi ſupra,&*
ibi Iaſon num.121. verſ. Sic etiam limita-
tur, quos etiam refert *d. Maczia.*

Subdeclara quartò,quod licèt cleri-
cus poſſit vt fugitiuus carcerari,vt pro-
pe diximus, tamen pro debito ciuili
18 † non detinetur *vulg. cap. Odoardus de*
*ſolut.*ſed tenetur in quãtum facere po-
teſt, vt fuit deciſum, *Ricc. in deciſ. Cur.*
Archiep. Neapolit. 160. Practicatur, &
deciſ.59. in princ. Monet. de diſtribut.
par.1.quæſt.9.in fin. fol.mihi 63. & de
communi ✱ teſtatur *Farinac.quæſt.26.*
num.11. verſ. Amplia tertiò.

19 Subdeclara quintò, vt pendente an
debeat gaudere dicto beneficio nõ eſſe
in carceribus detinendum, etiam ſi de-
bitum ſit iuratum *Ricc.d. deciſ.160. nu.*
3. verſ. Imo gaudet, ſed pro dicta quar-
ta, & quinta ſubdeclaratione videas
quæ prolixius retulimus infra *in 4.li-*
mit. princip. per totum.

Subdeclara ſextò,vt clericus qui aſ-
ſumpſit habitum poſt quam literas
cambij ſibi directas acceptauit, ſi teſtes
deponant habere notam manum eiuſ-
dem ſcribentis, poſſit carcerari per Iu-
dicem Eccleſiaſticum, & condemnari
ad ſolutionem,non obſtante clericatu,
vt ex pluribus firmat *Ricc. in deciſ.Cur.*
Archiepiſcop. Neapol.55. In oppido Pizzi
per totam.

Subdeclara ſeptimò, quod licèt de
iure clericus non poſſit carcerari, de
20 conſuetudine † tamen contrariũ ſer-
uatur, & maximè in his partibus, vbi
plures vidi clericos carceratos pro de-
bito

bito ciuili, prout de hac conſimili teſtatur *Graſſ. de except. in prælud. d. nu. 162. verſ. Idem eſt in clerico*, cum allegatis, *ſed vide dictam limitationem quartam principalem*.

Nec obſtant in cõtrarium adducta, quia quando periculum eſt in mora
21 † recedimus à regulis iuris *Innoc. in cap. ſi qui verò de ſent. excom. Salyc. in l. 1. n. 2. verſ. Et licèt Ceual. d. quæſt. 267. dicto num. 5.*

SVMMARIVM.

AMPL. III.

1 *Ciuitas eſt multitudo Ciuium in vnum collecta.*

2 *Electi ciuitatum, quando ſuperiorem recognoſcunt, nõ poſſunt bona, nec ciues obligationi ſupponere.*

3 *Ciues non poſſunt pro debito Vniuerſitatis carcerari, ſed vide num. 9.*

4 *Magiſtratus, ſiue electi non poſſunt bona annuo cenſui ſubmittere. Neque ad cambium, ſiue ad vocem frumenti, ſerici, olei, & ſimilium ſecundum ius municipale Regni Neapolitani num. 5.*

6 *Ciuitates ſiue Vniuerſitates iure minorum potiuntur.*

Reſtitutio in integrum eis conceditur numero 7.

Non poſſunt alienare, niſi tribus concurrentibus num. 8.

9 *Ciues carcerantur pro debito Vniuerſitatis pro iudicij aſſecuratione.*

Dummodo Regius aſſenſus in eorum obligatione fuerit interpoſitus num. 10.

Et multò magis pro annuis cenſibus numero 11.

Bona cuiuſcumque generis poſſunt obligationi ſupponere num. 12.

Poſſunt carcerari ne dum pro eorum rata, ſed pro debito vniuerſo numero 13.

Procedit quando Vniuerſitas, & ciues obligati ſuperiorem non recognoſcunt numero 14.

Et in parlamento, ſiue generali conſilio ſindicum conſtituit cum poteſtate obligandi Ciues num. 15.

Et ſpecialiter obligati ſint num. 16.

Soluente vnico ſuam portionem, alij non intelliguntur liberati num. 17.

18 *Vniuerſitas poteſt mutuo pecuniam accipere.*

Debet probari pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem num. 19.

Siue contractus mutui fuerit fæneratitius, ſiue gratuitus num. 20.

Creditor hoc debet probare, etiam ſi inſtrumentum hoc aſſerat num. 21.

Præſumitur fuiſſe verſam, ſi in generali conſilio fuit mutuata num. 22.

Si ratihabitio ſecuta fuit in eodem Conſilio, non oportet verſionem probare numero 23.

Adminiſtratores perpetui poſſunt obligari abſque ſpeciali mandato num. 24.

Non tamen perſonæ non obligatæ vexari poſſunt num. 25.

Niſi bona, & nomina ſingularium perſonarum obligata fuerint num. 26.

Contrarium aſſeuerant multi nu. 27. Sed vide num. 30. & num. 31.

Etiam ſi exactio pro debitis fiſcalibus facienda eſt num. 28.

29 *Adminiſtratores, ſiue Electi vniuerſitatum poſſunt carcerari.*

Et de facto carcerantur Ciues pro iudicij aſſecuratione num. 30. & 31.

Habet locum multò magis quando nomine Vniuerſitatis, & proprio ſe obligauerunt num. 32.

Contrarium tenet Anton. Hering. numero 33.

Finita adminiſtratione tenentur etiam quando vti adminiſtratores tantum obligati apparent num. 34.

AM-

AMPLIATIO III.
Etiam in ciuitatibus, ſiue eius ciuibus.

An Ciuitas, Caſtrum, Communitas, Vniuerſitas, Villa, ſiue eorum ciues poſſint arreſtari, & carcerari pro debito Vniuerſitatis?

IN hac ampliatione, de qua ſermonem habemus Ciuitatem, ſeu vniuerſitatem
1 † appellamus multitudinē, ſeu vnitatem Ciuium in vnā collectam, *cap. ſi ciuitas de ſentent. excommunicat. in 6. Zaz. in l. 2. ff. de orig. iur. Cicer. in ſomno* Scipionis, & Ἐκκλησία, ideſt cætus, ſeu congregatio ciuium, & non locus, vbi congregantur, rectè appellatur *l. ſi quando C. de bon. vacant. lib. 10. plenè Bertazz. de clauſ. clauſ. 20. gloſ. 24. nu. 2. 3. 4. & ſequent. fol. m. 103. Flau. Tort. ad ſtat. Pap. 129. num. 8. & ſequen. in ciuilibus.*

Et quamuis huiuſmodi loca mutuo accipere poſſint, vt infra dicemus, ele-
2 cti tamen, & deputati † ad eorum bona adminiſtranda, introitus deſumendo, quando ſuperiorem recognoſcunt, nequeunt, nec bona, nec ciues obligationi ſubmittere *l. continuus 137. §. cum quis, vbi etiam Bart. num. 5. verſ. Quaro Ciuitas, Caſtr. num. 4. verſ. Vnde dicit, Franc. Aretin. num. 21. in fin. verſic. Extra gloſſ. ff. de verbor. obligation. Gaſpar. Rodrig. de ann. reddit. lib. 1. quaſt. 13. num. 67. verſ. Primo caſu fol. m. 169.*

Nec poſſunt pro tali debito Vniuer-
3 ſitatis † ciues illius arreſtari, vt firmat *Goden. in conſ. 34. num. 33.* quem refert, licèt contrarium teneat, *Petr. Pecc. de iure ſiſtend. & manuum iniect. relatus per Gothofred. prax. ciuil. lib. 2 de in ius vocand. folio mihi 511. verſic. Non me latet.*

4 Nec eadem bona poſſunt † annuo cenſui ſupponere, etiam ſi in Terris, & Caſtris Baronum, & de eorum licentia eorum ciues, & electi cum aliquo contraherent creditore, *Gaſpar. Rodrig. de ann. reddit. lib. 1. d. quaſt. 14. num. 67. verſic. Amplia etiam.*

5 Vnde nec obligari † poſſunt in hoc Regno, etiamſi ex vrgentiſſima cauſa accipere vellent ad cambium, ſeu ſecundum vocem frumenti, olei, ſerici, & ſimilium, vt per Reg. Prag. 11. & 12. de adminiſtr. vniuerſitat.

6 Nam ciuitas, † vniuerſitas, communitas, Caſtrum, ſeu Villa iure minorum potiuntur *Gaſpar. Rodrig. vbi ſupra dicta quaſt. 14. d. num. 67. verſic. Secundo caſu, Caſt. de port. rat. quaſt. 123. in fine,*
7 & reſtitutionem in integrum † conſequi poſſunt ſecundum magis commu-
* nem * ſententiam originaliter *Azonis, & Gloſ. in l. res publica C. ex quibus cauſ. maior.* cum alijs relatis *per Sforz. Odd. in tract. de reſtit. in integrum quaſt. 3. artic. 9. num. 61. verſic. In contrarium, & art. 10. num. 69. & 70.* tam ſi ab adminiſtratoribus, quam ſi à ſemetipſis propter locorum exiguitatē regantur *Odd. vbi ſupra art. 11. nu. 71. verſic. In contrarium,* Etenim in omnibus ſupradictis locis adſunt minores, pupilli, & aliæ perſonæ miſerabiles, *vt per Odd. d. num. 71. verſic. Rationem.*

Nec poſſunt nec vendere, nec alie-
8 nare † neque aliter obligari, niſi tribus ſolemnitatibus requiſitis interuenientibus, quarum prima eſt, vt interpellatis omnibus ciuibus, & ſimul, vt moris eſt, in vnum congregatis, duæ partes eorumdem ad minus cum interuentu magiſtratus conſentiant, Secundò ſupradictis omnibus vocatis, ſingulis eorum iuramētum deferatur, quo promittant, & iurent facere, quod eidem expedit Vniuerſitati, tertiò peractis ſupradi-

prædictis Decretum Præſidis Prouinciæ interueniat, Quæ requiſita recenſet *Intrigliol. de cenſibus quæſt.30. Vtrum ſuper rebus, num.1.2. & 3. fol. m.83 & 84. Foller. de cenſibus in text. Huiuſmodi cenſualia num.36. verſ. Vt autem redeamus, Felician. de cenſ. lib.2.cap.3. nu. 2. & 3. verſic. Tertiò quæritur, Calcan. remiſſiuè in conſ.49. Redemptoris nu.3. verſic. Et patet, Coſt. in tract. de portion. rat. quæſt.122. num. final. Bald. in l.1. in princ. verſ. Conſulto tamen ff. de magiſtr. conueniend. Tiraquel. de retract. lign. §.1. gloſ.6. num.6. & Nicol. Loſeus de iure Vniuerſ. par.3. cap.5. & Cardinal. Tuſc. Pract. concluſ. in litera V, concluſ. 259. num.5. & ſequent.*

9 Contrarium tamen † obſeruamus; ſiquidem quando Ciuitates, Vniuerſitates, & huiuſmodi loca obligantur, earum ciues arreſtantur, & carcerantur pro iudicij aſſecuratione ad finem, vt arreſtatus pro vna Vniuerſitate fideiubeat de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, vt firmat *Pet. Pecc. de iur. ſiſtend. & man. iniect. relatus per Gothofred. in prax. ciuil. lib.2. de in ius vocand. nu.17. An ciuis pro debito in princip. col.611. Coler. de proceſſ. execut. par.2. cap.3. nu. 336. verſ. Primò ambigitur, & nu.359. & 361. fol. m.526. Sed declara, vt infra dicemus num.30.*

Declara primò, vt procedat dum-
10 modo Regius † aſſenſus interuenerit, ſiquidem in hoc Regno ciuitates, vniuerſitates, communitates, Caſtra, Villa, & huiuſmodi loca, non poſſunt annuum cenſum vendere, nec bona ſubmittere, niſi Regium beneplacitum fuerit impetratum, & interpoſitum à Prorege huius Regni, & eius collaterali Conſilio, vt præcipit Reg. Prag.12. verſ. *Et perche intendemo de* adminiſtr. Vniuerſ. cum qua cōcordat *l. continuus 137. §. cum quis, vbi Gloſ. in verbo, Relictæ ſint de verborum obligat.* quam ſic firmando allegat *Gaſpar. Rodrig. de ann. reddit. lib.1. quæſt.14. num.67. verſic. Dictam concluſionem*. Hoc etiam expreſsè ſuſtinet *Caſtrenſ. in d. §. cum quis num.4. verſ. Vnde dicit*, vbi Ciuitas Paduæ nō poteſt ſine licentia Venetorum, in quorum dominio Ciuitas reperitur, eius bona alienare, ſequitur *Franc. Aretin. ibidem num.21. in fin. verſ. Extrauag. Gloſ. & num.22. verſ. Tu autem aduerte*, vbi pro hoc allegat *Gloſ. ordinariam in l. præſcriptione 2. C. ſi contra ius, vel vtilitatem public. Bald. in l. omnes Populi num.8. verſ. In contrarium ff. de iuſt. & iur. Andr. Gail. in tract. de arreſt. cap.9. num.11. verſ. ex prædictis, Felician. in tractat. de cenſibus lib.2. cap.3. num.6. verſ. Ex quo deducitur.*

Et ideo ſi vniuerſitates ſupradictæ Regio beneplacito ab eo, cui ſunt ſubiectæ impetrato obligationi ſoluendi
11 annuum † cenſum ſe ſubmitterent, eorum ciues obligati rectè pro debito Vniuerſitatis conueniri poſſunt, vt per præfatos Doctores allegatos, & dicemus paulò inferius.

Amplia primò hanc declarationem vt hoc caſu Vniuerſitates poſſint obli-
Contrarium ex allegatis videtur ſuſtinere *Hering. vbi ſupra numero 6. verſic. Cæterum*, aſſerens durante tantum officio poſſe ſupradictos adminiſtratores conueniri, poſtea autem nequaquam, etiamſi ſupradicti Adminiſtratores nomine Vniuerſitatis, & proprio obligationi acceſſerint, ſed ego declararem hoc procedere quando Vniuerſitatis Adminiſtrator ſimpliciter obnoxius Vniuerſitatis nomine tantum in contractu apparet; ſiquidem hoc caſu non teneri officio expleto affirmarem, vt apparet clarè per *Bartol. in d. l. Ciuitas nu. 9.* Cæterum quod diximus adminiſtratorem, quando acceſſit vti adminiſtrator in contractu eiuſdem vniuerſitatis, in quo adminiſtratorio tantum nomine contraxit, ita putarem eſſe conueniendum etiam finita admi-

adminiſtratione, quando pecuniam recepit, nec apparet verſam fuiſſe in eiuſdem Vniuerſitatis vtilitatem, vel ſecundum Regij beneplaciti interpoſitionem, ne, ſi nemo ex contractu celebrato apparet obligatus, creditor iure ſuo priuetur, vt firmat *Alex. in d.l.Ciuitas num.2.* & ſic etiam concludit *Hering. vbi ſupra à num.8. vſque ad finem*, quibus etiam conueniunt, quæ diximus inferius *in Ampliat.4.princip.à num.* 14. *vſque ad finem*.

SVMMARIVM.

AMPL. IV.

1 *Procurator ad exigendum poteſt arreſtare debitorem de fuga ſuſpectum, ſed contrarium num.2. pro concordia num.5.*
Non admittitur ſine ſpeciali mandato, in caſibus, in quibus pœna cōmittitur n.3.
4 *Nec ſufficit mandatum ad capiendum in genere.*
5 *Exigitur ſpeciale, quando iuramentum præſtandum eſt, & num.6.*
Non requiritur ſpeciale quando conceditur cum libera num.7.
8 *Cum libera dicitur quando adminiſtratio plena, vel libera conceditur, vel quod facere valeat, quicquid Dominus facere poſſet num.8.*
Procedit, dummodo non ſit reſtrictum ad præmiſſa, &c. num.9.
10 *Quando ſequitur ratihabitio ſufficit ad lites, & cauſas.*
Retrotrahitur in illis, quæ mandatum ſpeciale requirunt num.11.
12 *Ratificatio validat actum, in quo ſtatuti ſolemnitates non interueniunt.*
13 *Procurator arreſtari poteſt. Procedit quando in contractibus acceſſit procuratorio, & proprio nomine num.14. Siue nomen proprium antecedat, ſiue ſubſequatur num.15.*
Non procedit quando procuratorio nomine obligatus extitit nu.16. Tenetur docere de mandato num.17.
18 *Inſtitores, ſeu factores mercatorum conueniri poſſunt. Contrarium tenent aliqui num.19. Declara num.20. & 21.*
22 *Procurator non poteſt reuocari.*

AMPLIATIO IV.
Ad inſtantiam Procuratoris.

An procurator cum generali, vel ſpeciali mandato poſſit arreſtare debitorem de fuga ſuſpectum?

PROCVRATOR, qui aliena
1 na † negocia gerit, ſi habeat mandatum ad exigendum tãtum, poteſt arreſtare debitorem de fuga ſuſpectum, etiam ſi mandatum ſpeciale non ſit in eius perſona collatum, eſt *Gloſ. notabilis in l.1. in verbo, Ab ijs, & in verbo, Comprehenſus, C. vbi quis de curiali, vel cohortal. vbi etiam Salicet. ſub num.1. verſic. Oppono, quod non ab his*, & ibi addentes ad eum, dicũt dictam Gloſ. eſſe perpetuò notandam, *Angel. nu.1. verſic. In textu ibi comprehẽſus Iaſ. in §. ſupereſt num.78. verſ. Aduerte inſt. de act. Petr. Pecc. de iur. ſiſtend. & man. iniect. d. cap.3. nu.3. verſic. Secundò, Alex. conſ.* 133. *Circa executionem inſtrumenti*, vbi opponit, & ſoluit plenè *per totum vol.6. folio m.* 68. *à tergo. Marſil. ſing.* 243. *ſatis notum eſt*, vbi defendit dictam Gloſ. nihil allegantem, pro qua adducit *tex. in l. refectionis gratia in verbo, Ego fabrique mei, ff. commun. prædior. vbi Paul. de Caſtro dictum tex. notat, Coler. de proceſſibus execut. par.2. cap.2. num.40. verſic. Contrariam tamen ſententiam folio mihi* 430. vbi opponit hinc inde, & ſoluit, *Caccialup. de debitor. ſuſpect.2. quæſt. princip. num.1. & 3.* quia iſte non eſt caſus, in quo mandatum ſpeciale requiratur;

Digitized by Google

ſecundum alios caſus relatos *per Speculat. in tit. de procurat.* §. 1. cuius opinionem ſequitur *dictus Petrus Pecc. vbi ſupra num. 3. Graſſ. in tract. de except. in prælud. num. 134. verſic. Et hæc ampliatio.*

2 In cõtrarium quod requiratur † ſpeciale mandatum ad faciendam capturam debitoris fugitiui, tenet *Socin. ſen. conſil. 20. num. 6. lib. 1. Ioſeph. Ludouic. commun. concluſ. 30. verſ. Sexageſimoprimo requiritur folio mihi 77.* cum allegatis, quibus addo *Rebuff. ad concordata per Leonem Decimum, & Franciſcum Reg. Gall. in tit. de elect. derog. in verbo, Speciale mandatum,* quem allegat *Petr. Pecc. d. cap. 3. nu. 4. verſic. Sed quod ſpeciale, Roman. in conſilio 241. Spectabiles Domini numero 11. vbi apoſtilla in verſic. Non potuit, Felin. in cap. 1. vt lit. non conteſtata.*

Et ratio videtur clara, etenim pro-
3 curator † non admittitur ſine ſpeciali mandato ad ea faciendum, ex quibus Dominus in pœnam incidere poſſet, *l. ſi procurator ff. quod quiſque iuris, l. 1. §. ſi procurator ff. ſi quis ius dicent. non obtemp. Cephal. conſilio 442. numero 82. lib. 3. Simon de Pret. conſil. 35. num. 18. Ioſeph. Ludou. dicta concluſione 30. verſic. Primo requiritur folio mihi 74. Roman. conſilio 60. Mandatum mihi numero 2. verſic. Secundò, & conſilio 74. Minor. in principio. Alexand. conſilio 73. In cauſa numero 8. verſic. Quinimò, & conſilio 108. Viſo proceſſu num. 6. verſic. Sed de iure volum. 6. Pariſ. conſilio 51. Deſiderata num. 25. verſic. Et iure volum. 4. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 35. num. 57.*

Pœnas autem indebitæ carcerationis retulimus ſupra, quæſt. 1. Amplia hanc ſecundam opinionem, vt non ſuf-
4 ficiat mandatum ad capiendum † in genere, ſed in mandato debet exprimi perſona, & cauſa, *Roman. dicto conſilio 241. cum concordantibus adductis per Addentes ad eum ibidem, in dicto verbo, Non potuit, Aretin. in l. 1. num. 21. ff. ſi cert. petat. Grat. conſ. 159. Illuſtris nu. 2. lib 2.*

Pro concordia ſupradictorum diſtingue duos caſus; Primus eſt, quan-
5 do ſumus in caſu, in quo † quis debeat arreſtari, & iurari ſuſpectus de fuga, & tunc procedat prima opinio, Ratio eſt in promptu, quoniam ſub mandato generali non comprehenditur vt procurator iurare poſſit, ſed mandatum ſpeciale exigitur ad huiuſmodi iuramentum præſtandum *l. procurator cum libera, & l. procurator tutorum ff. de procuratoribus,* etiam ſi procurator eſſet coniuncta perſona conſtituentis *l. nec filius, & ibi Bald. C. de rebus credit. cum concordantibus adductis per Seraphin. in tract. de priuileg. iuram. numero 3. verſic. Sed requiritur folio mi-*
6 *hi 540.* prout in quolibet alio † iuramento ſpeciali mandato opus eſt, per illud enim anima ligatur *capit. 1. de iuram. calum. Lap. allegat. 71. ſapè vidi numero 6. verſicul. Item Iuramentum.*

Primò declara, hanc diſtinctionem non procedere, ſi mandatum fuerit
7 † cum libera, æquiparatur enim ſpeciali mandato, *Rom. conſilio 93. Viſis numero 6. verſic. Quia habere lib. 5. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 13. numero 32. verſic. Pono autem, Decius conſilio 404. Viſo eleganti numero 6. verſic. vbi, & conſilio 590. Viſis dubitationibus nu. 5. verſic. Quia, Cott. in memorial. ſuis in verbo, Procurator cum libera, cum alijs allegatis per Ioſeph. Ludouic. d. concluſ. 30. d. verſ. Trigeſimoprimo,* quibus accedunt concordantes allegati per *Seraphin. de priuileg. iuram. d. priuileg.*
8 *111. num. 4. verſ. Et iura,* Et procurator

tor cum libera dicitur quando eidem conceſſa reperitur libera adminiſtratio, vel plena adminiſtratio, vel quod facere valeat quicquid ipſe Dominus facere poſſet *Bar. in d.l. Procurator cum libera ff. de procurat. Alban. conſ.* 104. *nu.* 1. *Ioſeph. Ludouic. d. concluſ.* 30. *verſ. Et tunc dicitur, Bertazz. in tract. de clauſ. clauſ.* 5. *gloſ.* 2. *num.* 4. *& 5. fol. mihi* 41. In quibus caſibus ſufficit habere mandatum generale ad iurandum *Seraph. ibidem d. priuileg.* 111. *num.* 4. *verſ. Concludo ergo*.

9 Subdeclara, dummodo dictum mandatum cum libera non ſit reſtrictum ad præmiſſa, in præmiſſis, & circa præmiſſa; quia tunc non dicitur ſimpliciter cum libera, ſed vocatur reſtrictum ad præmiſſa *Zabarell. conſ.* 59. *ad primum in princ. Bertaz. d. tract. de clauſ. d. clauſ.* 5. *gloſ.* 2. *num.* 6. *verſ. Dans plenum fol.* 41.

Secūdus caſus eſt, quādo quis vigore ſtatuti, vel conſuetudinis vti ſuſpectus de fuga arreſtatur, prout in vinculis detruduntur debitores de fuga ſuſpecti vigore, noſtræ conſuetudinis, de qua ſupra diximus *quæſt.* 3. abſque ſolemnitatibus aliàs de iure requiſitis, quas ſupra retulimus in eadem quæſt. & tunc ſufficit mandatum ad exigendum, & procedere videtur ſecunda opinio ſuperius relata, quam etiam in praxi ſeruamus.

Declara tamen quando poſt ipſam capturam incontinenti ſequitur rati-
10 habitio, † quia etiam ſi mandatum eſſet ad lites, & cauſas ſimpliciter, carceratio ſupradicta ſubſiſtit, ac ſi mandatum adeſſet ſpeciale, quia ratificatio mandato ſpeciali comparatur *l. ſemper qui non prohibet* 60. *de reg. iur. vbi Cagnol. num.* 8. *verſ.* 2. *& num.* 15. *verſic. Et procedit, cum concordantibus ab eo allegatis fol. m.* 87. vbi etiam *Decius num.* 7. *verſ. Et iſta, vbi addentes ad eum fol. m.* 155. *Caſtrenſ. in l. multum intereſt C. ſi quis alteri, vel ſibi Verall. deciſ.* 57. *Attenta num.* 5. *parte* 1. *folio m.* 21. *Rota Roman. deciſ.* 132. *Licèt agentes nu.* 23. *part.* 2. *in nouit. nouiſſ. fol. m.* 668. *Bertazz. de clauſ. gloſ.* 12. *num.* 1. *verſic. Et ratihabitio clauſ.* 4. *fol.* 33.

11 Et retrotrahitur etiam † in illis, quæ mandatum ſpeciale requirunt, *Tiraquell. de retract. conſanguinit.* §. 1. *gloſ.* 10. *num.* 61. *Alex. conſ.* 146. *nu.* 3. *vol.* 5. *Surdus deciſ.* 159. *num.* 13. *& num.* 12. *& deciſ.* 215. *num.* 6. *Polidor. Ripa obſeruat.* 123. *in fine cum alijs concordantibus allegatis per Coſt. in d. tract. de retrotract. caſu* 4. *cap.* 8. *nu.* 18. *folio mihi* 91. *& caſu* 28. *cap.* 8. *num.* 1. *&* 5. *folio mihi* 175. *Rot. Roman. in deciſ.* 627. *Dubitaui num.* 1. *parte* 4. *in nouiter nouiſſ. fol.* 345. *Surd. deciſ.* 245. *num.* 1. *folio mihi* 550.

12 Et ratificatio validat actum, in quo ſtatuti ſolemnitates nō interuenerunt, *Surd. d. deciſ.* 245. quam allegat *Riccius Collect. deciſ. collect.* 344. *verſ. Infero ſeptimo fol. m.* 186.

13 Amplia quod dicimus procuratori licitum eſſe arreſtare debitorem de fuga ſuſpectum etiam extendendum aduerſus procuratorem, qui licito iure ab eo, cum quo contraxit arreſtari poteſt *l. procurator* 67. *ff. de procuratoribus*.

14 Declara procedere quando procurator in contractibus obligauit ſe procuratorio, & proprio nomine, quoniam hoc caſu rectè etiam finito officio conueniri poteſt *d. l. procurator & l. cum poſt mortem* 44. §. *Præterea ff. de adminiſtr. tut & d. l. procurator* 67. *ff. eodem Boer. deciſ.* 273. *nu.* 6. *verſ. Quid dicendum*.

15 Declara ſecundò ſiue procurator accedat procuratorio, & proprio nomine,

mine, ſiue proprio, & procuratorio interueniat, quia ſiue nomen proprium præcedat appellatiuum, ſiue appellatiuum proprium, ſemper procurator tenetur finito officio, *vt contra Bartol. firmat Boer. d. deciſ. 273. num. 6. verſic. Sed vbi promiſit*, vbi reſpondit *ad text. quem addit. Bart. in l. ſi ſeruus communis ff. de ſtipul. ſeruor.* Secus verò quando obligationi acceſſit vti procurator tãtum quandoquidem finito officio ad
16 inſtar † tutoris nõ tenetur, neque carcerari, aut aliter conueniri poteſt, vt in dictis iuribus, & ſic diſtinguendo concludit *Alber. in d. l. procurator 67.* vbi dicit iſtos caſus eſſe indubitabiles, cui inhæret *Pecc. de iur. ſiſtend. cap. 5. nu. 13. verſ. Imò poſt Socin. conſ. 18. lib. 1. & Caſtrenſ. & alios in l. Plautus ff. de procuratoribus. Lud. deciſ. Lucenſ.* 44. *nu.* 17. *verſic. Et per ſententiam.* Sic in vtroque caſu concludit *Boer. deciſ.* 273. *nu. 6. verſic. Quid dicendum.*

Declara tertiò, quod licèt nõ tenea-
17 tur, niſi procuratorio † nomine, tamen tenetur docere de mãdato, *vt per Bart. & alios in d. l. procurator, qui pro euictione,* quem cum alijs refert *Bertazz. in tract. de clauſ. clauſ. 5. gloſ. 4. num. 1. verſ. Caueat igitur, & clauſ. 5. gloſ. 1. nu. 2. in fin. Carthar. deciſ. Gen. 33. num. 6. Decian. reſponſ. 102. num. 25. lib. 3.*

Extende quod diximus ſupra in tutore, & procuratore, habere locum
18 etiam in inſtitoribus, † ſeu factoribus mercatorum, qui dum inſtitores ſunt conueniri poſſunt, quia procurare debent ſolutionem; finito verò officio nequaquam *l. 1. ibi. Ipſum tamen inſtitorem, vel dominum eius conuenire poterit ff. de inſtit. act. & l. 1. §. eſt autem ff. de exercit. action. l. ſi quis § penultimo ff. eodem,* quæ iura refert *Pecch. vbi ſupra d. cap. 5. nu. 12 verſ. Dico præterea, Mantic. de tacit. conuention. lib. 3. tit. 10. nu. 32. verſ. Ex hoc etiam tom. 1.*

19 Contrarium videtur ſuadere *text. in l. 1. §. eſt autem ff. de exercitor. actione vbi Vlpian. inquit, eſt autem nobis electio vtrum exercitorem, an magiſtrum conuenire velimus, & ſic ex Bart. in l. vltim. ff. eod. tit.* videtur ſentire *Mant. de tacit. d. lib. 3. tit. 10. num. 34. verſ. Sed iſte,* vbi etiam *ex Caſtr. in conſ. 20. num. 3. volum. 2.* pro hac allegat meliorem *tex. in l. ſeruum Titij 49.* & non ſeruum filij, vt corruptè in vtroque legitur *ff. mandat.* ibi, Et puto Titium, quamuis quaſi procurator vẽdidiſſet obſtrictum emptori eſſe, quem etiam ita ſuſtinendo allegat *Boer. d. deciſ. 273. ſub nu. 5. verſ. Tamen ſecundum Bartolum.*

20 Declara hanc contrariam ſententiam procedere quando procurator procuratorio tantum nomine obligatus de euictione teneri promiſit, quia tenetur de euictione, etiam finito eius mandato, prout declarat *Boer. dicta l. ſeruum Titij vbi ſupra.* Dummodo dum ex errore rem ſuam vendit, credat non eſſe ſuam, vt melius declarat dictum text. *Bertazz. de clauſ. clauſ. 6. gloſ. 1. num. 3. verſ. In contrarium,* ſiue is procurator mandatum habeat ſpeciale in indiuiduo, ſiue generale, quia nihilominus de euictione tenetur, vt fuſius declarat *Bertazz. vbi ſupra verſic. Pro ſolutione.*

21 Declara quartò principaliter, quod ad tollendum dubium an procurator teneatur, vel non teneatur debeat fieri proteſtatio, quod de ſuo in aliquo teneri noluit, prout declarat *Bertazz. d. gloſ. 1.* de quibus plenè Deo annuente latius dicemus in ſecundo libro *de pactis executiuis,* & interim adeundi ſunt pro hac materia vltra allegatos *Dom. Cardinalis Tuſcus in lit. E, concluſ. 824. Practicar. quæſt. & Socin. in conſil. 154. per totum.*

22 Declara quintò procuratorem lite conteſtata non eſſe reuocandum, nec id de iure eſſe permiſſum, niſi eiuſdem procuratoris accedat cõſenſus tacitus, vel expreſſus, *Put.deciſ.303.lib.2.Boer. deciſ.285.num.4. Mart.eos, & alios adducit deciſ.194. per totam*, vbi de ratione.

SVMMARIVM.

AMPL. V.

1 *Debitor fugitiuus propria creditoris authoritate arreſtari poteſt, dummodo ad Iudicem ducatur num.2.*

Etiam ſi pro repreſalijs capiatur nu.3.

Et infra tempus viginti horarum num.4.

Procedit quando Iudicis copia haberi non poteſt, & debitor eſt in actu fugæ num. 5. & 6.

Poteſt hoc fieri etiam per procuratorem num.7.

Et ſi reſiſtat poteſt vulnerari num.8.

Si non reſiſtit vulneratus, & Iudici præſentatus, debet relaxari, & creditor ius ſuum perdit num.9.

10 *Creditor, qui cum telo debitorem reſiſtentem, occidit non poteſt puniri.*

11 *Excõmunicatus poteſt ex inſtantia ſuum debitorem arreſtare.*

12 *Ex imminenti periculo ſtimulatur.*

Procedit dummodo conſtet de fuga, & periculum ſit in mora num.13. & 14.

15 *Creditor poteſt propria authoritate poſſeſſionem adipiſci, & retinere.*

16 *Lex 3. C. de pignor. interpretatur.*

17 *Creditor poteſt exercere pactum exequutiuum contra tertios poſſeſſores, quomodo procedat, ibid.*

18 *Pactum exequutiuum non poteſt reuocari per debitorem.*

19 *Emphiteuta poteſt expelli, ſi per biennium canonem non ſoluat.*

Ipſo iure priuatur num.20. quomodo procedat num.21.

Procedit quando adiecto iuramento, fuit promiſſa ſolutio ſingulis annis num.22.

Idem ſi fuit conuentum eſſe ſoluendam penſionem tempore præfixo num.23.

Procedit volente, & declarante Domino num.24.

25 *Mora ſemper poteſt purgari, dummodo celeriter fiat, & arbitrio Iudicis relinquitur.*

26 *Locator poteſt propria authoritate conductorem expellere, & res illatas, & inuectas includere, ſi merces per locatorem non fuit ſoluta.*

Etiam quod Iudici non conſtet de ſolutione num.27.

Tranſit etiam contra hæredem conductoris num.28.

Tutius agit ſi cum Iudicis authoritate expellat num.29.

Debet implorari familia, & à Iudice concedi, etiam parte non citata num.30. Et procedit tam in prædio ruſtico, quàm in vrbano num.31.

32 *Retentio pro inuectis, & illatis conceditur pro quantitate mercedis.*

33 *Pater poteſt filium in carcerem detrudere, & Iudex tenetur eidem filio ſecundum Patris voluntatem pœnã imponere.*

Nam procedit quando pater eſt perſona indiſcreta num.34.

Etiam procedit, ſi filius ſit Clericus numero 35.

36 *Maritus vxorem, dominus ſeruum, Abbas Monachum, conſanguineus furioſum conſanguineum in carceres conijcere poteſt.*

37 *Debitor fugitiuus in alieno territorio propria creditoris authoritate arreſtari poteſt.*

38 *Pecunia fugitiui debitoris propria creditoris authoritate ſiſti poteſt.*

39 *Barones, vbi deficit Magiſtratus, poſſunt vaſallos per dies duos detinere.*

40 *Furata res à manu furis à domino poteſt euelli.*

Fur

41 *Fur nocturnus poteſt capi à quolibet.*

42 *Debitor fugitiuus ad preces creditoris poteſt ſiſti, & duci ad domum eiuſdem creditoris.*

43 *Cuſtos carceris pro alimentis poteſt retinere carceratum.*

44 *Dominus poteſt propria authoritate ſeruum, ſeu eius famulum veſtibus ſpoliare.*

45 *Rei iudicatæ executio committi poteſt partibus, quando copia Iudicis nequit haberi.*

46 *Nunciatio noui operis propria authoritate fieri poteſt.*

47 *Ædificium factum in ſolo meo propria authoritate deſtruere poſſum.*

48 *Sylua cedua poteſt ab vſufructuario ſecari.*

49 *Iudicem adeundo admittitur, quod propria authoritate fieri permittitur.*

50 *Vſufructuarius non poteſt de nouo ædificium conſtruere.*

51 *Dominus directus linea finita, poteſt propria authoritate rem emphyteuticam capere.*

Procedit quando conſtat lineam eſſe finitam num. 52.

Vel quando eſt dictum, quod liberè ad dominum reuertatur num. 53.

54 *Debitores ex cauſa frumentaria ſtatim compelli poſſunt ad ſoluendum.*

55 *Vxor relicta domina, patrona, & vſufructuaria, propria authoritate poteſt capere alimenta.*

56 *Vſufructuarius poteſt propria authoritate vſufructum capere, Idem in eo, qui donat omnia eius bona reſeruato vſufructu, ibidem num. 57.*

Nec tenetur præſtare cautionem, ibid. num. 58.

AMPLIATIO V.

etiam propria creditoris authoritate.

An debitor ſuſpectus de fuga poſſit propria creditoris authoritate capi, detineri, & arreſtari?

1 DEBITOR fugitiuus † poteſt propria creditoris authoritate capi, & carcerari, *vulg. text. in l. ait prætor §. ſi debitorē ff. quæ in fraud. credit. l. non ſolum §. de illo, de vſucapion. & per Doctores omnes ibidem, & in leg. 1. C. quando licet ſe ſin. iudic. vindic. Specul. de actor. num. 55. verſ. Quartò, Caccialup. in tract. de debitor. ſuſpect. & fugitiu. quæſt. 4. verſ. Breuiter collige, Ceual. comm. contr. commun. quæſt. 267. debitor fugitiuus nu. 1. fol.* 195. vbi * communem ait, quibus addo *Marſil. ſing.* 243. *ſatis notum num. 1. Doct. in l. 1. C. vbi quis de cohort. vel curial. & ibi Salicet. num. 2. verſ. Sed in debitore, Bald. num. 1. verſ. Nota in fugitiuo,* Ex regula, quod vbi te inuenero, ibi te iudicabo, ab eo relata, *Angel. de Peruſ. num. 1. verſ. Nota hic caſum,* vbi etiam addentes ad eum, *Ricc. in collect. 1203. Debitor ſuſpectus fol. m. 220. Surd. deciſio. 307. num. 6. verſ. Imò creditor, Ariſm. Tepat. var. ſentent. tit. 280. cap. 2. verſ. Debitorem Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 97. verſ. Fallit tertio fol. m. 45. Guttier. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 82. in princ. Thierr. in tract. de fuga Lacon. num. 13. verſ. Sed quæritur, Graſſ. de except. in prælud. num. 13. & num. 134. verſ. Et hæc ampliatio, Campagn. in cap. Regni 21. num. 7. verſ. Item pone fol. m. 84. Aſin. de execut. §. 2. capit. 4. in fine.*

Primò declara hanc ampliationem
2 procedere, † dummodò creditor capiēs propria authoritate ad Iudicem ducat, vt per Doctores *in d. l. 1. C. vbi quis de cohort. & ibi Angel. ſub nu. 1. verſ. Item in-*

intellige quod capitur, Salicet. d. num. 2. verſ. Sed in debitore, Bald. num. 1. verſ. ſecundo nota Hip. de Marſil. ſingul. 43. Debitor fugitiuus, Doctores in d. l. ait ptætor §. ſi debitorem Campagn. in d. cap. 21. d. num. 7. & verſ. Et debet Surd. d. deciſ. 307. num. 5. & 6. verſ. Imò creditor.

Amplia hanc declarationē, vt etiam
3 ſi pro † repræſalijs debitor capiatur, non tamen licitum eſt in propria domo retineri, niſi aliter in cōceſſione repræſaliæ exprimatur, *Bart. de repræſal. 10. quæſt. princip. allegatus per Franc. Marc. d. conſil. 358. in fin. vol. 2.*

Subdeclara vt dictus creditor ha-
4 beat † tempus viginti horarum ad præſentandū Iudici dictum debitorē propria eius authoritate detentum *l. capite quinto ff. ad l. Iul. de adulter.* & Doctores cōmuniter * ibidem, quā etiam communem ſuſtinent *in l. 1. C. de priuat. carcer.* vt teſtatur *Farinac. de carceribus quæſt. 27. num. 21. verſic. Limita primo* propoſitam, vbi ex *Gomeſ. var. reſolut. tom. 3. cap. 9. tit. de capt. reorum num. 3. verſic. Item adde, & Caſtenſ. in rit. 56. num. 2.* hanc veriorem, & com-
* muniorem * appellat, cum alijs allegatis, quibus addo *Guttier. d. lib. 1. d. q. 82. in princ.* vbi etiam de iure Regio illius Regni datur tempus vigintiquatuor horarum *vt num. 5. vſque in finem, Campagn. in cap. 192. num. 4. verſ. Vide quia, ſub tit. de non cap. vaſſal. à domino, & in cap. 21. d. num. 7. verſic. Et debet.*

5 Secūdò declara, vt creditoris ita † ſit permiſſa dicta captura propria eius authoritate, quando copia Iudicis haberi non potuit, & debitor ita fugam arripiat, vt mora illi erat periculum illatura, ſecundum communem * opinionem *Doctorum in d. l. 1.* vbi Salicetus de ea teſtatur *ſub num. 3. verſ. Et licèt Gloſ. moueatur, Angel. num. 1. verſ. Item Intellige*, quod capitur authoritate propria. *Iodoc. in prax. ciuil. cap. 14. fol. 21.*

Tertiò declara, vt procedat quando
6 debitor eſt in actu † fugæ, non autem quando eſt ſuſpectus de fuga, quia differunt inter ſe de fuga ſuſpectum eſſe, vel eſſe in actu fugæ *Socin. conſ. 99. circa primum lib. 4. Ripa de longa conſuetud. d. lib. 1. cap. 13. num. 8. verſ. Differunt tamen inter ſe fol. m 36.* Et faciunt quæ diximus *ſupra in prælud. 2. num. 27. firmat Gomez Leon. deciſ. 22. Iaſon. in § ſupereſt num. 78. inſtit. de action.*

Primò ſubamplia hanc quintā prin-
cipalem ampliationem, vt dictus debi-
7 tor fugitiuus † poſſit etiam arreſtari, nō ſolum per principalem creditorem, vt diximus ſupra, ſed etiam per eius procuratorem, eſt *Gloſ. notabilis in l. 1. vbi etiam Salic. Ang. & alij Scribentes C. vbi quis de cohortal. vel curial.* quos cum alijs allegauimus ſupra *in ampliatio. 4. principali, Ariſm. Tepat. Var. ſentent. tit. 280. cap. 2. verſic. Creditori*, vbi alios citat.

Secundò ſubamplia, vt ſi talis de-
8 bitor armata † manu reſiſtat, poſſit vulnerari, *Gail obſeruat. 44. lib. 2.*

Declara tamen vt ſi creditor debi-
9 torem fugientem, † & non reſiſtentem vulnerauit, & ſic vulneratum ceperit, & Iudici præſentauerit ius ſuum perdat, & idem debitor relaxari debeat *Bald. in auht. & omninò C. ne vxor pro marito, & l. extat. ff. quod metus cauſa Iaſon. in § ſupereſt num. 75. inſtitut. de action.*

Subamplia, vt ſi reſiſtens debitor
10 cum telo † à creditore occidatur non poſſit puniri *Bald. in l. ſi vt allegas C. ad l. Cornel. de ſicar.* eum ſequendo refert *Iaſon. in d. §. ſupereſt num. 76. inſtit. de actionibus.*

Subamplia etiam in excommuni-
cato,

11 cato, † cui licèt non ſit ſoluendum debitum, prout nec eius procuratori, qui excommunicati perſonam repræſentat, nihilominus quando excommunicati debitor eſt de fuga ſuſpectus, ad eius inſtantiam poteſt pro iudicij aſſecuratione arreſtari, *Abb. in cap. cum inter 5.*
12 *num. 13. verſic. Et per hanc de exception.* quia ſtimulatur ad agendum ex imminenti periculo, & præiudicio, & defenſio dicitur, vt inquit idem *Abbas ibidem*, vbi etiam *Felin. num. 16. verſic. Limita ſecundò, & Canon. in cap. intelleximus de iudic. Petr. Pecch. de iur. ſiſten. cap. 3. num. 1. per totum, Viu. deciſ. 99. num. 13. verſ. Sed eſt hæc part. 1. Graſſ. alios etiam allegat in tract. de except. except. 4. nu. 48. verſic. Limitatur quintò.*

Declara tamen, vt ita ſit permiſſum
13 excommunicato † arreſtare eius debitorem fugitiuum, dummodo in iſto caſu conſtet de fuga per ſummariam informationem iuxta tradita per *Angel. in l. nemo carcerem C. de exact. tribut.* & non per iuramentum, quod excommunicato non defertur, ſic præcisè *Felin. in d. cap. Cum inter d. num. 16.*

Declara ſecundo procedere, dum-
14 modo † periculum ſit in mora, ita vt excommunicatus non poſſit petere abſolutionem à iuramento, *vt tradit d. Felin. d. nu. 16. verſ. Quare, & Petr. Pecc. vbi ſupra d. cap. 3. relatus per Gothofred. vbi ſupra de in ius vocand. part. 2. prax. ciuil. fol. m. 590.*

Ex hac quinta principali ampliatione infertur primò propria creditoris au-
15 thoritate, † licitũ eſſe poſſeſſionẽ adipiſci, & retinere, quando ex pacto in inſtrumento adiecto, & cũ conſtituto, vel præcario, eidem creditori eſt data poteſtas ingrediendi, capiendi, adipiſcendi propria eius authoritate, bona ipſius debitoris, ſecundum tex. expreſſum, vbi Gloſ. Bald. Angel. cæterique
16 Scribentes *in † l. creditores 3. vbique Menoch. hoc tenet ſub num. 5. iuncto nu. 9. verſ. Eſt ergo quod dicamus C. de pignor. in remed. 5. de adipiſcend. poſſeſſion. fol. m. 58.* cum allegatis, quibus addo *Coler. de proceſſ. execut. par. 1. cap. 5.* vbi * poſt hinc inde adducta hanc ſequitur opinionem *num. 4. verſic. Et quod virtute pacti fol. m. 163.* & hanc eſſe communem ſententiam ex Molin. affirmat *ſub num. 42. verſ. Et hanc ſententiam fol. m. 164. & num. 50. verſic. Econtra verò fol. 166. & part. 2. cap. 2. num. 1. verſ. Ac illud fol. m. 418. & fuſius lib. 3. cap. 8. num. 1. 2. 3. &* 4. Quod extendendum exiſtimo ad mulierẽ pro eius dotibus *Mantic. de tacit. vol. 1. tit. 32. num. 8. verſic. Sed tamen* ſed videas *infra num. 49.*

Declara, & amplia hanc primam il-
17 lationem, vt liceat etiã creditori exercere † dictum pactum exequutiuum contra tertium poſſeſſorem rerum annuo cenſui ſummiſſorum quando dictus tertius poſſeſſor cauſam habet à principali debitore, idque conſtet per ſummariam informationem, & in inſtrumento inſerta reperiatur conſtituti, vel præcarij clauſula, vt ex magis * cõmuni * opinione firmat *Carthar. deciſ. 12. Rot. Genuenſ. per tot. folio mihi 27. Gail. de arreſt. cap. 11. nu. 24. verſic. valent,* ſed vide *ampliat. ſequent. nu. 22. 23. & 24.*

Contra hanc primam illationem, tenet expreſsè *Gaſpar. Roder. de ann. reddit. quæſt. 7. num. 16. & ſequent. verſic. Sed an hęc clauſula lib. 2.* vbi dictam conſtituti clauſulam in contractu annui cenſus vſurariam reputat *ex Nauar. c. 1. num. 14. quæſt. 3. num. 138.* vbi impugnat *Felic. de cenſ. lib. 1. cap. 10. num. 3. verſic. Quo circa,* contrariam ſuſtinentem, ſed vide *Ampliat. 6. princ. num. 57.*

Sed ſupradictam primam opinionem

nem veriorem cenſeo, dummodo ex clauſula conſtituti, vel precarij hoc fiat Iudicis authoritate, ſecundum ea, quæ dicemus infra *ampliat. ſequent. principal. num. 26.*

Subdeclara hãc primam illationem, vt dictum pactũ ſuperius relatum non poſſit tolli per reuocationem ab ipſo
18 † debitore ex interuallo factam, quia ius, ex partium conuentione alteri quæſitum, non poteſt per vnam partem reuocari *l. aliud in fine, vbi notat Bart. num. 1. ff. de ſolut. & in l. ſi cum fundum de pact.* ſic ex *Bart. in d. l. creditores num. 18. & Salicet. num. 4.* concludit *Coler. d. lib. 1. cap. 5. num. 49. verſic. Ac quod folio 165.*

Infertur ſecundò, quòd virtute dicti pacti poſſit Dominus emphiteutam
19 expellere, † ſi per biennium, aut triennium non ſoluerit, quando fuit conuentum, quòd in euẽtum canonis non ſoluti in dicto tempore propria Domini authoritate poſſit emphiteuta expelli, *l. 2. vbi Gloſ. in verbo, repellere, iuncto §. final. C. de iur. emphiteut. Mattheus Coler. d. lib. 1. cap. 5. num. 53. verſic. Ad legem ſecundam, Corbul. in tractatu de de iure emphiteut. quæſt. 12. num. 3. verſic. Tertia fuit opinio, Mantic. de tacit. conuent. lib. 22. tit. 22. num. 1. 2. & 3. tomo 2. folio mihi 450.* & hæc eſt magis ∗ communis ∗ opinio, de qua *Rot. Roman. in deciſ. 30. fuit dictum in vna Mediolan. lib. 1. parte 3. folio mihi 8. in nouiter impreſſ.* & ſic teſtatur ibi fuiſſe deciſum, *& deciſ. 58. In vna Mediolan. lib. 2. eadem parte 3, folio 40. Vin. deciſione 308. num. 5. verſic. Cæterum.*

Etenim emphiteuta per biennium
20 non ſoluens † ipſo iure priuatur, *cap. potuit de locat. §. iure in authent. de non alienand. aut perm. reb. eccleſ. & in auth. qui rem. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & eſt de natura emphiteuſis, etiam ſi ex pacto non fuerit adiectum *Mantic. de tacit. conuent. lib. 22. tit. 7. num. 1. tom. 2. folio mihi 464. Corbul. in tit. de cauſa priuat. ob non ſolut. canon. in princip. folio mihi 327. Guttier. de iuram. confirmat. par. 1. cap. 31. num. 1. folio 122.* & dicam Deo dante in meis obſeruationibus *in tit. de emphiteuſ.*

Declara primò hanc ſecundam illa-
21 tionem procedere, quoties † certum eſt, emphiteutam ius ſuum amiſiſſe, & Domino poſſeſſionem interuertiſſe, & non interueniſſe, vt corruptè legitur in proximè allegãdo, quia hoc caſu adiecto pacto, vt ſupra relato, poteſt Dominus eum expellere, ſic diſtinguendo *ex Speculat. in §. nunc aliqua quæſt. 48. nu. 64. de locat.* refert *Corbul. vbi ſupra d. q. 12. nu. 3. verſic. Tertia fuit opinio, fol. mihi 535.* vbi hanc communem ∗ appellat, & ſequitur, ſed Speculator hoc dicit *in titul. de emphiteuſ. num. 62. verſic. Tu dic, quod ſi certum folio mihi 427. parte 3.*

Declara ſecundò, quando adiecto
22 iuramento, † fuit cõuentum, vt canon ſingulis annis ſoluatur, quia ratione iuramenti etiam non expectato biennio, vel triennio, ſi ſtatuta die emphiteuta nõ ſoluat, incidit in commiſſum, & iure ſuo priuatur *Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 84. num. 7. verſic. Secundus caſus* cum allegatis, quibus accedat *Corbul. vbi ſupra ampliat. 40. nu. 2. & 3.* vbi ex Iulio Claro hanc dicit eſſe magnam deciſionem, & communi ∗ calculo receptam.

Amplia hanc ſecundam declarationem, vt procedat quando etiam ex
23 pacto † in inſtrumento adiecto, & medio iuramento firmato, fuit conuentum eſſe ſoluendam penſionem in tempore præfixo, quia tunc non expectato biennio; ſed in die terminata poteſt

H emphi-

emphiteuta expelli, ſecũdum * communem ſententiam, de qua *Anton. à Padill. in l. ſi quis maior num.45. C. de tranſact.* eum refert, & ſequitur *Guttier. de iuram. confirmat. d. cap.31. nu.7. verſic. Sed his non obſtantibus par.1. folio mihi 123.* & ibi reſpondet ad contraria, plenè per *Seraphin. de priuileg. iurament. dicto priuileg. 84. num.3. verſic.*
* *Tamen ſi*, vbi de communi * *folio mihi 456.*

Declara tertiò procedere volente,
24 † & declarante Domino ſecũdum *Abbatem, in conſ.67. In cauſa, quæ vertitur ſub num.2. verſ. Sed his non obſtantibus*
* *vol.2.* & hanc veriorem, * & communiorem, & ab ea in iudicãdo, & conſulendo nõ eſſe recedendum dicit *Guttier. de iuramen. confirmat. dicto cap.31. ſub num.2. verſic. Eandem opinionem*, vbi refert Decium *in conſ.146. num.4. Caſſador. deciſ.2. de penſion. & deciſ.12. de reſcript. Corbolus d. tract. ampliat.45. nu.5.6. & 7.* vbi communem * dicit, atque declarat, quomodo procedat *num.13.14.15. & 17.* cui in limitatione prima, & ſequenti *folio mihi 430. 431.432. & ſeq. & Seraphin. in dicto priuileg.64.* Lectorem remitto, cum materia, de qua agitur non permittat eorum dicta declarare, vel referre.

Declara quartò, dummodo fiat Iudicis authoritate, & præuia citatione vt in praxi dixit ſeruari ſecũdum communem * *Ceuall. comm. contr. comm. q.14. verſic. Sed contraria, & Guttier. de iuram. confir. cap.31. num.2. in fine.*

Et licèt ſupradicta ſint vera in iure ſecundum terminos, in quibus præfati Doctores loquuntur, tamen nunquam
25 † negatur Emphiteutæ eius morã purgare, dummodo celeriter hoc fiat, cuius tempus arbitrio iudicis relinquitur, ſecundum communem, * de qua *Corbul. in dicto tract. limit.41. num.25. verſic. Septima fuit folio m.520.* de quo dicam latius in meis obſeruationibus.

Infertur tertiò, locatori licitum eſſe
26 propria authoritate † cõductorem expellere, & res illatas, & inuectas includere, donec ipſi ſatisfiat, ſi merces in tempore deſtinato ſoluta non fuit per eundem locatorem, *l. vtique 34. ff. de damno infecto, Iaſ. in §. Item Seruiana nu. 80. verſic. Aliam rationem inſtitut. de actionibus, Vincentius Caroc. in tract. de locat. & conduct. parte 4. q.14. num.6. verſic. Ampliatur ſecundò folio mihi 205.*
* vbi pluries de communi * teſtatur, cum ab eo cumulatis, quibus addo *Coler. de proceſſ. execut. par.1. cap.2. nu.204. verſic. Vnde ſi merces folio mihi 70. Viu. dicta deciſ.308. in princip. & nu.11.*

27 Etiam quod Iudici nõ conſtet, † nec aliter appareat fuiſſe in ſolutione ceſſatum, *Angel. in l. creditores ſub num.4. verſic. Per hoc adduco C. de pignor.*

Primò amplia hanc tertiam illationem, vt hęc poteſtas expellendi conductorem propriã authoritate, tranſeat
28 † etiam contra hæredem eiuſdem conductoris, in cuius vita locator conqueſtus non eſt, *Beccius conſ.9. num.2. lib.1. Caroc. allegat vbi ſupra d. q.14. num.7. verſic. Subampliatur.*

29 Licèt tutius ſit id facere † cum Iudicis authoritate, quia poteſt colonus in armata ingredienti reſiſtere, & ſe ad inuicem opponere, *Alex. conſ.134. nu.3. vol.4. cum allegatis, per Coler. vbi ſupra d. par.1. c.2. nu.205. verſic. Verum quia.*

30 Et ideo debet implorari familia, † ét parte non citata, & cum ea aſſociari ad cõductorem expellendũ, *Caroc. vbi ſupra d. q.14. n.12. & nu.13. verſ. Practicatur etiam*, vbi reliqua per te videre poteris.

31 Amplia ſecundò ſupradictam tertiam illationem procedere tam in prædio ruſtico, quàm in vrbano *l. item quia in princip. ff. de pactis l. certi iuris C. locati*

ti

Digitized by Google

ti l.non inducta C.in quibus cauſ.pign. tacit. contrah. plenè *per Mantic. de tacit. & ambig. conuentionibus lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 1. vbi ſubamplia hanc ſecundam ampliationem, & limita, vt per eum per totam.

Declara tamen, quod non omnia
32 † inuecta,& illata poſſunt retineri,ſed ſolum pro quantitate mercedis, *Iaſon in* §. *Item Seruiana num.*65. *Inſtit. de act. Mantica vbi ſupra num.*40. *verſic. Notandum eſt.*

Quartò infertur,quod pater poteſt
33 filium † in carcerē detrudere, & Iudex tenetur eidem filio ſecundum patris voluntatem, pœnam imponere, *l.ſi filius tuus C. de patr.poteſt. Butr. in cap. cum contingat de for.compet. Alexand. in l.moribus num.*24. *ff.de vulgar.& pupill. Aſcan. Clementin. in tract. de patr. poteſt. effectu* 1. *num.* 18. *verſic. Item pater folio mihi* 51. cum allegatis, quibus addo *Farinac. de carcer. quaeſt.*27. *limitat.*3.*num.*25. *& ſequent. folio mihi* 4. *Capiblan. in tractat. de baron. prag.* 19. *num.*5. *verſic. Parentibus folio mihi* 304. *Ariſm.Tepat. Variar.ſentent.tit.* 43. *cap.*13. *verſic. Ad iuſſum volum.*3. *folio mihi* 879.

Limita, vt per dictum Clementin.
34 non procedere,quando † pater eſſet perſona indiſcreta, quia tunc Iudex non tenetur, nec filium carcerare, nec pœnam imponere *ex Lanfranc. in deciſ.* 209. *argumento l.ſi cum dotem,§.necnon eſt ff.ſolut. matrimon.*

Amplia hanc quartam illationem
35 etiam in clerico, † qui ad patris inſtantiam ex legitima cauſa poteſt in carcerem detrudi, *Loffred. deciſ.* 209. *Ricc. in deciſ. Archiepiſcop. Neapol.* 186. *num.*4.

Quintò infertur, quod maritus au-
36 thoritate † propria ex correctione poteſt vxorem carceri ſubmittere,Dominus ſeruum, Abbas Monachum,& conſanguineus furioſum conſanguineum in vinculis detrudere, *Bald. in l. prima nu.* 1. *verſic.Omnes homines C.vbi quis de cohortali Farinac. plenè vbi ſupra d. q.* 27. *limit.*3.*num.*25. *& ſeqq. & quaeſt.* 143. *in* §.*verberatio nu.*207. dummodo ex magna,& non ex leui cauſa maritus hoc faciat,vt ita diſtinguendo concludit *Idem Farinac. in tit. de delict. carnis*, vbi ∗ communem appellat,& diximus *ſupra in q.* 1.*num.*3. *Capiblanc. in dicto tract. de Baronib. Pragm.*19. *dicto num* 4. *&* 5.

Sextò infertur,quod multò magis de-
37 bitor fugitiuus † in alieno territorio poſſit propria creditoris authoritate arreſtari, *Angel.in repet. l.nemo carcerem. C.de execut.tributor.lib.*10. & ante eum *Bened. de Plumbino in eadem l. in verſic. Item iuxta praedicta quaero, Caccialup. in tract. de debitor. ſuſpecto, & fugit. q.*7. *num.*2. *Angel. in d.l.* 1. *nu.*2. *C.vbi quis de curial. vel cohort.* cum alijs allegatis *per Duen. reg.*175. *in reg iur. tomo* 1. *in verbo, debitor fugitiuus, verſic. Amplia quintò.* Sed declara, vt ſupra.

Infertur ſeptimò,quod propria cre-
38 ditoris authoritate † capi, & arreſtari poteſt pecunia debitoris fugientis, *d.*§. *ſi debitorem, vbi Dinus, & Rayner. de Foroliu. & Oldar. Zolius Caccialup. in d. tract.quaeſt.*4.*nu.*11. cum alijs allegatis per *Duen.vbi ſupra verſic. Amplia ſextò.*

Octauò infertur, ꝙ vbi deficit ma-
39 giſtratus, Domini, ſiue Barones † poſſunt vaſſallos in carceribus detinere per dies duos abſque pœna priuati carceris,quod procedit de iure huius Regni *per capit.*192. *vbi Campag. in fine folio mihi* 191. *Afflict. in conſtit. pœnam in* 18. notādo citatus per dictum *Campagn. vbi ſupra.*

Nonò infertur,quod liceat Domino
40 à manibus † furis rem furatam eripe-

re l.creditores §.Dominus ff. de furt. l.
rem mihi in principio ff.commodati,dum-
modo ſine ſcandalo, vel in actu furti
hoc fiat,vel quando copia Iudicis ha-
beri non poteſt, ſeu quando periculum
eſſet in mora, *l. in condemnatione §.vni-*
cuique ff. de regul.iur. inquit *Caualc. de*
bracc. Reg. par.6. num.378. verſic. In-
ſuper folio 103. Campagn. in cap.Regn.
Ad hoc vt noſtrum num.106. verſic. Ad
prædicta, deficit.

Decimò infertur in fure nocturno, qui non ſolum à Domino rei fu-
41 ratæ, ſed à quolibet † capi poteſt,
non tamen eundem furem interficere
licèt, niſi cauſa defenſionis *l. itaque ff.*
ad leg.Aquiliam, & cap.ſi perfodiens, &
cap.ſuſcepimus extr.de homic. Spec.in tit.
de act. nu.57. verſic.Decimotertiò par.1.
folio mihi 261. & ibi videas de alijs.

Vndecimò infertur, vt ipſi creditori
42 liceat ducere † debitorem de fuga ſu-
ſpectum, ſeu in actu fugæ exiſtentem,
etiam in domo propria, dummodo Iu-
dicis authoritate ſit relaxatum arre-
ſtum, & rogato ab eodem debitore, vt
eum in eius domo cuſtodiret, donec
prætenſam ſolueret ſummam, ne ad
carceres ductus ab alijs etiam credito-
ribus arreſtaretur; ſeu emparaƚetur. &
nihilominus creditor non committit
priuatum carcerem, nec aliqua poteſt
puniri pœna, & ſic fuiſſe deciſum ex
pluribus cumulatis refert *Farinac. tra-*
ctat.crimin. de carc. quæſt 27. num.30.
limit.4. cum multis allegatis, quibus
addo *Guttier.pract. quæſt. lib.1.quæſt.*
83. per totam cum adductis per eum
folio mihi 84. vbi ſic ex Alberico fuiſ-
ſe in praxi obtentum,de qua per eun-
dem *Alber. in l.1. C.de priuat.carcer.*

Nec obſtare videtur *ead. l.1. C. de*
priuat. carceribus, quia loquitur illa lex
in eo, qui habet locum deputatum ad
homines detinendos, cui poterit ipſe
debitor renunciare *argum. l.quod fauo-*
re dè leg. cum vulg. & ſic reſpondit *d.*
Guttier. vbi ſupra verſic. Non obſtat dicta
lex prima.

Infertur duodecimò, vt licitum ſit
carcerum cuſtodi arreſtare,& detinere
43 † carceratum debitorem,cui alimenta
ab eo fuerunt præſtita, & eundem è
carceribus non dimittere, donec ſol-
uat, de qua re latius inferius ampliat.
26. princip.

Infertur decimotertiò,quòd Domi-
44 no permittitur † propria authoritate
ſpoliare famulum,quãdo eidem famu-
lo tradidit veſtimenta, cuius valorem
famulus dum domino inſeruijt lucratus
non eſt, *Bald.in l.his § Seius ff.ſolut ma-*
trim. Gothofred. prax. ciuil. lib.1. tit.6.
de his,qui ſunt ſui, vel alien.iur. q.79.
folio mihi 403. verſic. Et poterit Caroc.
de locat. quæſt.10. num.12. verſic. Imò
vbi num.14. declarat procedere in ſu-
ſpecto,& fugitiuo,& quando copia Iu-
dicis haberi, non eſt permiſſum.

Decimoquartò infertur in ſententia
in rem iudicatam tranſacta, quamuis
enim nemini liceat ſibi ius dicere, &
45 ſententiæ executio † parti non ſit con-
cedenda, attamen ſi Iudicis copia ne-
quit haberi, partibus permittitur pro-
pria authoritate ſentẽtiæ executionem
aſſequi, maximè ſi res peritura eſſet,vt
inquiunt Doctores, & præcipuè *Alex.*
in l.miles §.qui iudicat ff. de re iudicat.
per tex. in l.ſi alius § belliſſimè ff.quod vi
aut clam, & firmat ex pluribus iuribus,
& rationibus *Aſin. in prax.iudic.§.31.*
3.ampliat. princip.

Decimoquintò infertur in nuncia-
46 tione noui operis, hæc quidem † pro-
pria authoritate nomine alieno,& om-
nibus diebus abſenti,& ignoranti fieri
poteſt *l.1.§.nunciatio vbi Bart. Iaſ.Ruin.*
cæterique Scribentes,& latius ſermo erit
in ampliat.38. principal.

Deci-

Decimoſextò infertur in ędificio fa-
47 cto in meo ſolo, † vel fundo, hoc enim propria authoritate deſtruere poſſum, dummodo ante noui operis nunciationem id fiat, aliàs facta noui operis nunciatione, denegatur, quia poſſeſſionem dicor amiſiſſe, *vt poſt Bart. & Iaſ. in d. §. nunciatio, concludit Carol. Ruin. num. 1. verſ. Addo Bartolum, pract. Papienſ. in form. libell. in action. nou. oper. in verbo, Nouum opus, num. 5. verſ. Poſt hac, Rip. in l. de pupillo §. meminiſſe num. 7. verſic. Sed alio, & num. 14. verſic. Is autem ff. de noui oper. nunciat.*

Limita hāc decimamſextam illationem in Eccleſiæ conſtructione, in nunciatione facta verbo, & in ædificio conſtructo in proprio ſolo, de quibus plenè per *Iaſonem in dicta l. 1. num. 1. & 2.* & magis plenè per *Carol. Ruin. in §. nunciatio num. 6. verſic. Et primo.*

Declara hanc decimamſextam illationem in eo, cui permittitur opus in ſuo demoliri, qui ſi Iudicem adeat præmiſſa proteſtatione, quod ſibi ſit ſalua via facti, non amittit poſſeſſionem via facti procedendi, quandoquidem de iure eſt hoc ſibi conceſſum, & præmiſſa dicta proteſtatione, etiam adeundo Iudicem, poteſt ad operis deſtructionem procedere, *Alex. conſ. 120. In caſu ſtrazzarolorum, & non ſtatianorum col. penult. vol. 2.* quem etiam ita ſubſtinendo refert *Rip. in d. §. meminiſſe nu. 14. verſ. Is autem,* licèt dictum conſilium reperiatur in ordine 130. *vol.* 4. de qua relatius diſceptabimus *in d. ampliat. 38. principali, & inferius num. 49.*

Decimoſeptimò infertur in ſylua cedua; quæ ad hoc eſt plantata, vt vſufructuarius poſſit ſyluam ceduam ſingulis
48 † quinque annis, eiuſque arbores incidere *l. diuortio §. ſi quis in quinquennium, & §. ſi fundū ff. ſol. matrim. Iaſ. poſt Raph. Cum. Iacob. Put. & Hieron. Corn.* hoc firmat in *d. l. 1. § hoc autem edictū ſub nu. 1. verſ. Limita tamen ff. de nou. oper. nūciat.* vbi pro hac illatione allegat optimum tex. *in l. ſi immatura in princ. ff. quod vi, aut clam.* cui conueniunt allegata per *Arium Pinell. de bon. matern. par. 2. num. 59. & ſeq. verſic. Conferendo fol. m. 157.*

Declara omnes ſupradictos, & alios conſimiles caſus, in quibus datur poteſtas propria authoritate expellendi, &
49 introeūdi, non procedere quādo † quis Iudicem adeūdo hoc implorauit, quandoquidem hoc caſu is perdit facultatem expellendi propria authoritate, dum accepit remedium, quod aſſumpſit, & elegit, *Aretin. in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas de acquir. poſſ. ff. Bald. in l. 2. quæſt. 10. C. de ſeruit.* quos refert *Carol. Ruin. in d. l. 1. §. nunciatio num. 1. verſ. Sed contrario ff. de nou. oper. nunciat. Alex. in d. conſ. 130. num. 12. & ſequent. eod. vol. 4. Iaſ. in l. 2. nu. 114. C. de iur. emphit. Neguſant. de pignor. 4. par. princip. num. 25. Tiraq. in tract. de iur. conſtit. par. 1. num. 42.* & hæc eſt communis ✱ omnium ſententia, de qua teſtatur poſt ſupradictos, & alios allegatos *Aſin. de execut. §. 7. cap. 94. nu. 1. 2. & 3.* motus etiam argum. *tex. in l. ſi mulier §. fin. ff. quod metus cauſa.*

Decimooctauò infertur in vſufru-
50 ctuario, qui ſi de nouo † ædificauerit, dicitur malè vti, & ideo propria proprietarij authoritate poteſt repelli, turbari, & opus deſtrui *l. vſufructuarius nouum, 1. & 2. de vſufruct. Paul. de Caſtro in auth. qui rem C. de ſacroſanct. eccleſijs, Alex. in l. diuortio §. fundum ff. ſolut. matrimon.* & ſic poſt Bartol. & alios ſupra citatos concludit *Ruin. in dicta l. 1. §. Nunciatio numero 9. verſic. Quærit.*

Decimononò infertur in domino directo, qui licito iure poteſt linea finita
51 † rem emphiteuticam propria authori-

tate ingredi,& inuadere *Vrſill. ad Afflict. deciſione 97. Gozzadin. conſilio 39. in fine, & conſilio 86. num. 9. Clar. in §. emphiteuſis quæſt. 44.* & hanc crebriori calculo * receptam affirmando ſequitur *Camill. Lepid. deciſ. Lucenſ. diuerſor. 17. verſic. Minus obſtare.*

Declara hanc illationem procedere
52 † quando clarè conſtat, lineam eſſe finitam, nec dominus inueniat alium reſiſtentem *Clar. vbi ſupra quæſtione 11. & Lepid. dicta deciſione 17. dicto verſic. Minus.*

Declara ſecundò hoc magis proce-
53 dere, quando in conceſſione † emphiteuſis, eſt dictum, quod liberè res linea finita ad Dominum reuertatur; quia hoc caſu abſque Iudicis, vel alterius miniſterio, propria authoritate dominus poterit rem ipſam capere, & id aſſequi etiam contra tertium, vt per *Vrſill. ad Afflict. d. deciſ. 97. d. Rot. Lucenſ. 17. verſ. Et illa opinio.*

54 Infertur vigeſimò debitores † Vniuerſitatis, ſiue Reipublicæ ex cauſa frumentaria poſſunt ſtatim compelli ad ſoluendum, nec valent exceptionem compenſationis opponere *l. 3. & l. ſi ex venditione C. de compenſation. Rip. latè de remed. ad conſeruand. vbertat. n. 33. verſ. Item ſciendum,* vbi ampliat iſtis debitoribus non eſſe nec etiam cōcedendam dilationem quatuor mēſium, quam iudicati de iure conſequi poſſunt, ſed illicò compellendi ſunt ad ſoluendum, ne pecunia frumentaria in alios conuertatur vſus, *vt ibi num. 34. & nu. 35.*

Sed videas quæ inferius annotauimus *in ampliat. 26. princip.*

Infertur vigeſimoprimò in vxore
55 relicta domina, patrona, † & vſufructuaria, quæ licèt extātibus liberis non poſſit habere, niſi ſola alimenta, tex. *in l. Titia cum teſtamento §. fin. ff. de leg. 2. latè Menoch. de præſ. præſumpt. 139. & 140. lib. 4. cum alleg. Bart. in auth. Hoc locum num. 8. verſic. ſi habebat C. ſi ſecundo nupſ. mulier,* vbi teſtatur de communi, * & ita dixit ſeruari in iudicijs, nihilominus propria authoritate, & non de manu hæredis poteſt dicta alimenta aſſequi, & capere, *Angel. in l. 1. ff. rer. amotar. expreſſius Bartol. in d. auth. hoc locum dicto num. 8. verſic.* Et ita *ſecundum Odofred.* quam opinionem dixit *idem Bart.* ſatis ſibi placere. *Viu. opin. 1010. interſint. comm. opin. in Verbo, Vxor, per maritum folio mihi 471. volum. 2. Maur. de Aleſſ. in concord. fratr. cap. 16. num. 1. Verſic. Vulgatum.*

Infertur vigeſimoſecūdò in vſufru-
56 ctuario, qui ſi eſt in vſufructu † inſtitutus hæres poteſt propria authoritate virtute inſtitutionis vſufructum capere, non autem de manu hæredis, eſt magis communis * opinio, de qua *Menoc. de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4 num. 134. verſic Primò itaque vrget; Doctores omnes in l. ex facto ff. de hæredib. inſt. Polid. Rip. ſing. obſeruat. obſeruat. 205. num. 3. verſ. Illud enim, Bald. conſil. 80. Viſo puncto prædicto lib. 4. & conſil. 290. factum tale eſt, lib. 3.*

Amplia procedere, etiam ſi vſufructuario ſit relictus vſusfructus titulo legati, quia ſi hæres eſt inſtitutus poſt eius mortem poteſt propria authoritate vſufructum capere, *Andr. Gail. pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 146. nu. 6. verſ. Et quoniam, Socin. ſen. conſ. 131. In præſenti num. 8. verſic. Nec obſtat lib. 1.* cum alijs allegatis per eundem *Polid. Rip. vbi ſupra in principio. Gozzad. conſ. 91. Prima facie num. 2.*

Amplia ſecundò, quando quis do-
57 nauit † omnia bona præſentia, & futura irreuocabiliter inter viuos, reſeruato tamen vſufructu omnium bonorū eius vita durante, etenim hoc caſu poteſt ipſe vſufructuarius quolibet anno ſingulo-

gulorum bonorum propria authoritate vſumfructum capere, quia donator dicitur naturaliter poſſidere, & in donatarium tantum eſt tranſlata poſſeſſio ciuilis, ſic poſt *Alexand. & alios* concludit *Gozzad. in dicto conſ.91. Prima facie videbatur nu.4. verſ. Et primo.*

58 Nec tenetur ipſe donator † cautionem præſtare de benè vtendo,& fruendo, vt poſt *Socin. in l.omnes ff. de except. & Corn.in conſ.267.In hac conſultatione num.7. & ſeq. vol.4. & Ioannem de Platea in §. ſunt præterea, verſ. ſed ſi quis inſtit. de donat. & Decium in conſil. 266. In inſtrumento, de quo agitur col.4.* concludit *idem Gozad. vbi ſupra nu.5. verſ. ſecundo, Minſing. ſing.obſer. cent.5. obſeruat.36.Cacher.deciſ.Pedemont.153. Hering.in tract. de fideiuſſor. cap.5. num. 208. verſic. Et ſi.*

Amplia tertiò, quando teſtator appoſuit verba in teſtamento, ex quibus poſſit authoritate propria vſumfructum capere, ſcilicet quando teſtator vſus fuit verbis, quod poſſit vſufructuarius habere vſumfructum, & eodem gaudere, vel quod poſſit habere vſumfructum liberè, vel ſine contradictione hæredis, aut ſimilibus verbis exemplificatis per *Alex. conſ.214. Ponderatis, in princ. & num.2. & conſ.96. in princ.volum.6.*

In iſtis enim exemplis vſufructuarius propria authoritate poteſt vſumfructum capere, vt concludit *Alex. in locis præcitatis.*

Infertur vigeſimotertiò ex pacto in
59 inſtrumento cenſuali † appoſito, quod deficiēte debitore in ſolutione annui cenſus poſſit deſtinari commiſſarius, ſeu nuncius expēſis debitoris ad rationem certæ ſummæ pro qualibet dieta, eſſe creditori permiſſum dictum nuncium ex vi eiuſdem pacti in loco debitoris trāſmittere, ibique morari, donec idem nuncius de eius dietis, & creditor de cenſibus decurſis ſatisfiat, & ſic quotidie in praxi abſque aliqua cōtrouerſia obſeruammus; ſic præcisè concludit *Gaſpar. Roder. in tract. de ann. reddit. lib.2. quæſt.6. verſ. Nam ex eo ſol.m. 357. & lib.3. quæſt.5. nu.10. circa medium verſic. Quod Guttierez* poſt multos alios citatos, quos breuitatis ſtudio omittimus.

Infertur vigeſimoquartò in ſingularibus ſucceſſoribus melioramentorum, vt in emptore, qui in re empta melioramenta contulit, illius enim ſingularis ſucceſſor, prout eſt ſecundus emptor eiuſdem rei, poteſt de iure & propria authoritate pro melioramentis à primo emptore collatis, eandem rem retinere *l. in hoc iudicio §. impendia ibi, ſed his qui à me ff. com. diuid. Neguſ. de pignor. 4.membr.in fine 5.par. principal. Boer. deciſ.44.n.14. & nu.19. Galleſ. ad oblig. Camer. 4.part. quæſt.2. num.15.* relati per *Mareſcot. var. reſol. lib.2. cap.112. num.7. verſ. ſextò extenditur. Addo Caroc. de locat. par.4. tit. de expenſ.num.12. verſ. Ampliatur quartò, Giurb. deciſ.63. num.17. verſic. Aut tertius.*

Quia ius retinendi abſque aliqua ceſſione in ſingularem tranſit ſucceſſorem *d.§.impendia, Neguſant. vbi ſupra num.8. Trentacinqu. var. reſolut. lib.3. tit. de pignor. reſolut.1. num.1. cum relatis per Giurb. vbi ſupra.*

SVMMARIVM.

AMPL. VI.

1 *Tertius poſſeſſor non poteſt executiuè conueniri, ſed vide num 8. & num.24.*
Neque executiuè compelli pro cenſibus decurſis num.2. ſed vide num.24.
Poteſt ſuas proponere exceptiones nu.3.
Hypothecaria poteſt conueniri num.4.

Et

Et Saluiano interdicto num. 5.

Procedit dũmodo iuris ordine agatur n. 6.

7 *Pro cenſibus decurſis competit contra tertium Saluianum interdictum, vel Hypothecaria.*

8 *Tertius poſſeſſor arreſtatur pro iudicij aſſecuratione, ſed contra num. 17. ſed vide num. 24.*

Procedit etiam in alimentis, in tributo principis, In anniuerſarijs, & in decimis num. 9.

Habet locum in contractu cenſuali ſecundum aliquos num. 10. ſed contra nu. 17.

Duæ cõceduntur actiones contra eũ n. 11.

Procedit contra quemlibet rei ſubiugatæ poſſeſſorem num. 12.

Nulla facta debitoris excuſſione num. 13.

Competit alia actio perſonalis, quæ duplex eſt, ex ſtipulatu, & in rem ſcripta numero 14.

15 *Actio in rem ſcripta prouenit ex peruentione rei ad alterum.*

Conceditur contra ſingularem ſucceſſorem num. 16.

18 *Actio in rem ſcripta non eſt merè perſonalis, ſed realis.*

Nuncupatur in rem ſcripta, quia ſequitur rem num. 19.

20 *Actio perſonalis non tranſit in tertium.*

21 *Tertius non conuenitur via executiua, ſed vide num. 24.*

Et ſic obſeruatur in praxi num. 22.

23 *Hæres conueniri poteſt de perſona, non autem tertius, & ratio aſſignatur.*

24 *Tertius poſſeſſor conueniri poteſt executiuè, & de perſona moleſtari, quando emit rem cum onere ſoluendi cenſum.*

Vel quando appoſuit pactum de non alienando num. 25.

26 *Pactum quod creditor poſſit propria authoritate rem in ſpecie obligatam apprehendere valet, & tenet, & procedit contra tertium abſque partis citatione.*

Habet etiam contra minorem, & eccleſiam numero 27.

Contrarium ſuſtinent multi relati, quod aſſociatio non concedatur abſque citatione partis num. 28.

Prima opinio verior eſt, & Iudicis arbitraria num. 29.

30 *Conſtituti clauſula per mortem debitoris expirat.*

Remanet virtus reſpectu hæredum nu. 31.

Actio competit hæredibus contra hæredes conſtituentis num. 32.

33 *Pactum quod ſi debitor cenſus non ſoluat poſſit creditor propria authoritate rem cenſui ſubmiſſam capere, eſt validum.*

Contrarium ſuſtinent relati num. 34. Sed declara num. 35.

Quod debitore non ſoluente cenſus decurſos prædium poſſit retineri, valet nu. 36.

37 *Tertius poſſeſſor emens rem cenſui obnoxiam non poteſt de perſona moleſtari.*

Contrarium affirmant aliqui nu. 38. Author tranſit cum prima opinione nu. 39.

40 *Emens rem litigioſam poteſt conueniri prout principalis venditor.*

41 *Creditor poteſt conuenire omnes poſſeſſores inſolidum, ſed declara num. 44.*

Contrarium aſſeuerant relati num. 42. Sed prima opinio verior eſt num. 43.

44 *Tertius poſſeſſor tenetur inſolidum quando hypothecaria, vel Saluiano interdicto conuentus eſt.*

Procedit, dummodo res poſſeſſa ſufficiens ſit num. 45.

46 *Hæres conuentus hypothecaria, vel Saluiano interdicto inſolidum conueniri poteſt.*

47 *Tertius poſſeſſor, ſiue hæres conuenti actione in rem ſcripta tenentur pro rata.*

48 *Praxis contra tertios poſſeſſores in regno vſitata improbatur.*

49 *Tertius poſſeſſor conuentus hypothecaria poteſt opponere beneficium excuſſionis, ſed declara num. 51. & num. ...*

Procedit ſi opponatur ante litem conteſtatam num. 50.

Ter-

51 *Tertius poſſeſſor rei annuo cenſui ſubmiſſæ non poteſt opponere excuſſionem principalis debitoris.*

Neque excuſſionem rei ſpecialiter obligatæ num.52. Sed declara num.63.

Author hoc non approbat num.53.

54 *Clauſulæ obligationis Cameralis virtus præbet creditori vt poſſit eligere tam bona ſpecialiter, quàm generaliter obligata.*

55 *Bulla Nicolai V. & Reg. Pragm. de cenſibus declaratur.*

56 *Clauſula conſtituti excludit beneficium excuſſionis.*

In inſtrumento cenſus eſt inepta num.57. Sed vide num.77.

58 *Obligatio Cameralis ordinem procedendi, non autem iura tollit.*

59 *L.2. C. de pignor. declaratur.*

Non procedit reſpectu tertij nu.60. Contrarium affirmant relati num.61.

62 *Tertius emens rem, & habens hipothecam poteſt opponere beneficium excuſſionis.*

Non procedit quando creditor habet pro ſe clauſulam quod generalitas non deroget ſpecialitati, nec è contra num.63.

64 *Excuſſionis exceptio non habet locum quando proceditur vigore pacti executiui contra tertium.*

65 *Præſcriptio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes opponitur in cenſu.*

Contrarium affirmant aliqui relati nu.66. Sed declara num.68. & num.73.

Recenſetur alia opinio, quod præſcriptio non currat minori ſpatio 30. annorum num.67.

Prima opinio procedit à die, quo principalis debitor ceſſauit in ſolutione nu.69.

Si creditor fuit negligens in exigendo, vel aliàs non fuit poteſtatus num.70.

Non poteſt opponi per principalem debitorem num.71. Aſſignatur ratio nu.72.

Non opponitur ſtante clauſula conſtituti, vel præcarij num.74.

75 *Pactum quod creditor cenſus ob moram debitoris poſſit fructus capere, valet.*

Procedit etiam contra tertium num.76.

77 *Clauſula conſtituti in fructibus cenſus apponi poteſt, Contrarium num.82. declara num.83.*

Recenſetur num.78.

79 *Titulus habilis ſi præcedat, non eſt aliud perquirendum.*

80 *Conſtituti clauſula transfert dominium, & poſſeſſionem.*

Non liberat conſtituentem à traditione facti num.81.

82 *Clauſula conſtituti non poteſt apponi in contractu cenſuali. Declara num.83.*

Apponi poteſt in fructibus cenſus nu.83.

Non apponitur in fundo cenſui ſubmiſſo num.84.

85 *Cenſus formalis, & cenſus naturalis explicatur.*

86 *Conſtituti clauſula cur debeat apponi in fructibus cenſus.*

Tutius eſt habere clauſulam ſimplicis conſtituti, quàm præcarij nu.87. & ratio aſſignatur num.88.

AMPLIATIO VI.
Etiam in tertio poſſeſſore.

An tertius poſſeſſor poſſit arreſtari, ſeu aliter conueniri ad creditoris inſtantiam?

1 TErtius poſſeſſor, nec ſingularis † ſucceſſor poteſt executiuè côueniri, & per conſequens nec capi, nec arreſtari vigore pacti executiui cum principali debitore in ſtipulatione deducti, quia perſonalis actio non conceditur contra illos, *l 1. §. ſi hæres, vbi Iaſ num.3. verſ. Secundo nota Ripa nu.2. verſ. Nota primo,* vbi fatuos cauſidicos appellat, qui executionem inſtrumentorum contra tertios in iudicio proponunt *ff. ad Trebellian.*

Digitized by Google

ſiau. vbique etiam *Bart. Bald. Alex. cate-*
rique Scribẽtes, Mart. plenè in deciſ. 215.
num. 43. verſ. Imò actio, Graſſ. de except.
in prælud. nu. 215. & 216. verſ. Modò.
Vigore Reg. Prag. de cenſibus ter-
2 tium poſſeſſorem, neque † via executi-
ua conueniri poſſe ſcripſerunt *Aloyſ. de*
ſeptim. ſuper Bulla Nicol. V. & Reg. Prag.
de cenſibus nu. 106. Milaneus deciſ. 10.
num. 14. & num. 15. lib. 2. quos cum
alijs recẽſet *Conuerſ. ad Intrigliol. de cenſ.*
quæſt 36. num 7. litera F, verſ. Contra-
rium tamen, & nouiſſimè poſt alios re-
latos hanc ſequitur opinionem *Ludou.*
Cencius fol. 185. *Cenc. in tract. de cenſib part. 2. cap. 2.*
quæſt. 5. art. 6. num. 21. verſ. Limitatur,
vbi alios commemorat.
Quia tertius poſſeſſor poteſt ſuas
3 proponere † exceptiones cõtra inſtru-
menta producta, etiam ſi ſtatutum præ-
cipiat, quod nõ poſſit opponi nulla ex-
ceptio, niſi realis ſolutionis, prout di-
ctant Ritus huius Regni, & dicta Reg.
Prag. de cenſibus, & in vtroque firmat
Graſſ. in tract. de exceptionibus in prælud.
num. 249. & nu. 250. verſ. Sextò ſcien-
dum.
Et quamuis tertius poſſeſſor hypo-
4 thecaria † conueniri poſſit §. *item Ser-*
uiana, vbi Angel. Faber, Minſing. Oino-
tom. cæterique Scribentes, Barz. in tract.
de inſtrumento Guarentig. par. 1. quæſt.
9. Bernard. Pand. de execut. inſtrumenti
part. 2. 24. declarat. num. 108. verſ. Il-
lud denique, Iaſon. plenè in *d. §. ſi hæres*
d. num. 3. Coler. de proceſſ. execut. par. 2.
cap. 3. num. 413. verſ. Concluſionem, &
num. 429. verſ. Communiter.
5 Vel Saluiano interdicto, † quod nos
aſſiſtentiã in Regno vocamus, deſum-
pram *ex l. 1. & l. final. C. de Salu. interd.*
vt inquit *Vinc. de Franc. deciſ. 80. Ma-*
gnificus num. 15. in fine.
De quibus pleniſſimè verba facit
Cenc. in d. tract. de cenſibus par. 2. cap. 2.
quæſt. 5. artic. 9. Licèt hypothecata per
totum.
6 Tamen ius paratæ executionis ad-
uerſus tertium poſſeſſorem, vel ſingu-
larem ſucceſſorem ita conceditur, ſi or-
dinarius, & nouus proceſſus inſtitua-
tur, *Bart. in l. creditores nu. 23. verſ. Aut*
erat in actu C. de pignor. Anton. de Butr.
in cap. quia num. 13. extra de iudic. & eſt
omniũ receptiſſima ſentẽtia, * de qua
Coler. de proceſſ. execut. d. part. 2. cap. 3.
nu. 428. & 429. verſ. Verum circa, In-
certus Author ad Franc. Ant. de Iudice in
praxi liquidat. inſtrumen. in fine, Surd. in
tract. de aliment. tit. 8. quæſt. 51. num. 2.
7 Et in contractu cenſuali non eſſe li-
citũ contra tertium viam executiuam,
ſed hypothecariam, ſeu Saluianum in-
terdictum proponere, firmant *Conuerſ.*
ad Intrigliol. quæſt. 36. ſub liter. F, verſ.
Cõtrarium, Gaſpar. Roder. de ann. reddit.
lib. 2. quæſt. 9. ſub num. 54. verſic. Quæ
prædiximus, & num. 61. verſ. Secundò li-
mita, vſque ad num. 62. hanc eandem
opinionem ſequitur nouiſſimè poſt hęc
ſcripta viſus *Ludouic. Cenc. in tract. de*
cenſibus part. 2. cap. 2. art. 6. num. 21.
verſic. Limitatur. vbi alios commemo-
rat, *& artic. 8. in fine verſ. Vnde,* vbi aſ-
ſerit contra tales poſſeſſores eſſe for-
mandum libellum, vt vel ſoluant an-
nuos, vel dimittant rem cenſui ſuppo-
ſitam, *ex Felic. de cenſibus tom. 1. lib. 3.*
cap. 6. num. 2. fol. 122
8 Contrariam partem, quod † contra
tertium ſit concedenda perſonalis de-
tentio pro iudicij aſſecuratione, vt
caueat ſtare iuri & ſoluere iudicatum,
& maximè vbi viget conſuetudo arre-
ſtandi debitorem de fuga ſuſpectum,
firmat expreſsè *Petr. Pecc. de iure ſiſten-*
di, & man. iniect. cap. 4. num. 21. verſic.
Dico etiam, poſt Caſtrenſ. in l. Imperato-
res 7. in princ. ff. de public. & vectigal.
cum alijs Doctoribus ab eodem ibidem
com-

commemoratis, qui id nullo modo affirmant, ſed loquuntur in debitis fiſcalibus.

9 Et in ſimili conſuetudine † teſtatur ſic ſeruari *Guid. Pap. deciſ.*42. quem refert, & ponit ad fallentiam *Ripa in d. l.*1. *§. ſi hæres num.*12. *verſ. Tertiò fallit ff. ad Trebell.* prout in ſimili de alimentis exemplificat idem *Guid. Papa deciſ.* 576. *nu.*2. *verſ. Collige,* plenè idem *Ripa vbi ſupra num.*14. *verſ. Quintò fallit vbi num.*15. dixit procedere in tributo Principis; In anniuerſarijs, In decimis, & fauore Reipublicæ, de quibus omnibus poſt *Guid. Pap. in locis commemoratis* ſermonem habet *Ripa ibidem fallent.* 6.7. *&* 8.

10 Et in contractu cenſus idem firmare videtur *Intrigliol. de cenſib. quæſt.*36. *nu.* 7. *verſ. Et ſicut procedit, vbi conuerſ.* alios adducit, & expreſsè *Foller. in prax. cenſuali in verbo, Tanquam res iudicata, nu.*12. *&* 16. *& melius nu.*23. *verſ. Et tamen pro cenſu fol. m.*211. *Felic. de cenſibus lib.*1. *cap.*10. *num.*3. *verſ. Quo circa, Alcibiad. Lucar. obſeruat. pract. libr.* 1. *accadem.*5. *obſeruat.*1. *num.*13. *à Cenc. commemorati vbi ſupra artic.*7. *num.*27. *verſ. Vnde.*

Pro qua contraria parte proximè relata, videntur facere infraſcripta. Cō-
11 tra tertium poſſeſſorem † duæ conceduntur actiones, vna, quæ nuncupatur actio realis in totum oppoſita perſonali, competens ratione iuris ſpectantis in re, vel ratione dominij, vel ratione pignoris, & hypothecæ, de qua plenè per *Iaſon. in §. omnium autem, nu.*3. *verſ. Reales verò, & in §. Item Seruiana, vbi præcipuè inſtit. de actionibus. Neguſant. de pignor. par.*5. *membr.*2. *num.*86. *Ludouic. Cenc. de cenſib. part.*2. *cap.*2. *quæſt.*5. *art.* 9. *num.*4. *verſ. Hæc enim,* vbi alios allegat.

Quod multò magis obtinet locum
12 hæc actio † pro cenſibus, & eius fructibus conſequendis contra quemlibet rei ſubiugatæ poſſeſſorem *Bald. in Authent. quas ruinas nu.*5. *in fine C. de ſacroſanct. eccleſijs, Bonius in tract. de cenſibus artic.*57. *num.*88. & hoc eſſe indubitabile aſſerit *ex Ludouic. de Auend. de cenſib. Hiſpan. cap.*96. *num.*7. *Cenc. vbi ſupra num.*3. *verſ. Quod pro fructibus. Intrigl. de cenſib. quæſt.*10. *in principio.*

Nulla facta principalis debitoris ex-
13 cuſſione † ex peculiari priuilegio contractus cenſualis, vt aſſeuerat idem *Intrigliol. vbi ſupra quæſt.*10. *num.*5. *verſ. Contrariam poſt Couar. lib.*3. *variar. cap.* 7. *num.*6. *& Foller. de cenſibus in verbo, Tanquam res iudicat. num.*13. *& nu.*23. vbi magis communem ✱ aſſerit *Cenc. de cenſibus d. par.*2 *cap.*2. *quæſt.*5. *art.*8. *nu.* 6. *verſ. à qua.*

Altera verò perſonalis, & hæc du-
14 plex † eſt, vna ex ſtipulatu reſpectu ſolutionis fructuum, vel tertiarum decurſarum eiuſdem cenſus, quæ tanquam merè perſonalis ſequitur venditorem cenſus, & ab eius perſona ſeparari nequit; Altera verò in rem ſcripta, quæ ſemper ſequitur rem ipſam cenſui ſuppoſitam, vt poſt *Rotam Roman. in deciſ.* 7. *ſub num.*2 *& deciſ.*90. *num.*8. *& deciſ.*230. *num.*5. *in eod. tract. impreſſis* firmat ita diſtinguendo *Cenc. de cenſibus part.*2. *cap.*2. *quæſt.*5. *art.*7. *ſub num.*1. *verſ. Nec obſtat, & articul. ſequent. in princip.*

15 Et hæc actio in rem ſcripta † prouenit ex peruentione rei ad alterum, & licèt non ſit illa actio perſonalis ſpecifica, quæ competit contra principalem debitorem, prout eſt dicta actio ex ſtipulatu, tamen dicitur actio perſonalis in rem ſcripta in genere, competens creditori contra poſſeſſorem rei in ſtipulatione deductæ, vt plenè exemplificat *Mart. deciſ.*49. *Bis occurrit per tot.*

&

& deciſ.215. num.45. & 46. verſ. Sed iſtis, Surd. deciſ.204. ſi pro venditione num.9. verſ. Ille enim.

Vnde *Ripa in l.1. §. ſi hæres num.9. verſ. Fallit primò ad Trebellian.* dum po-
15 ſuit regulam actionem † perſonalem non eſſe concedendam contra tertium, vel alium ſingularem ſucceſſorem, poſuit fallentiā, non procedere in actionibus perſonalibus in rem ſcriptis, quæ conceduntur cōtra ſingularem ſucceſſorem non tanquam ſucceſſorem, ſed tanquam poſſeſſorem, vt bene declarat *ibidem in fine num.9. verſ. Non enim, Mart. d. deciſ.215. num.46. verſ. Vnde, & plenius Tuſc. in litera A, concluſ.99. per totam.*

Sed non recedas in praxi à prima
17 opinione, † quę ſicut vera, & indubitabilis eſt, ita etiam conſulendo, & iudicando recipienda, & hanc ex pluribus rationibus fundatam ſequitur poſt alios ſuperius relatos *num.7. Cenc. de cenſib. d. part.2. quæſt.5. art.7. num.21. verſ. Limitatur, poſt Crauet. conſ.359. num. 9. lib.3. Caſſan. in conſuet. Burg. rubr. 11. des cenſ.s §.5. in tex. Contrè l. aſſignal. nu. 1. Boerat. de cenſibus part.2. nu.1. & 2. & Felic. de cenſibus tom.2. lib.3. cap. vlt. num 2. Graſſ. de except. in prælud. num. 215. & ſeq. verſ. Modò.*

Nec obſtare videtur contra tertium
18 poſſeſſorem à iure † condonari actionem perſonalem in rem ſcriptam, quia reſpondetur, dictam actionem eſſe perſonalem, ſed non merè perſonalem, prout eſt actio ex ſtipulatu à nobis ſuperius relata *num.14.* & dicitur perſonalis in rem, quia ſequitur perſonam poſſeſſoris non reſpectu perſonæ principaliter, ſed ſecundariò, & ideo nun-
19 cupatur in rem ſcripta, quia † ſemper ſequitur rem, & actionem realem parit, & ob id poteſt appellari principaliter realis, vt poſt *Rotam Roman. deciſ.230. relatam, & per Cenc. poſt tract. de cenſib. commemoratam firmat in part.2. cap.2. quæſt.5. art.8. ſub num.1. fol.m 190.*

Vnde rectè diximus tertium non te-
20 neri † actione merè perſonali, quia actio, & obligatio nequit in eūdem tertium tranſire, cum illa adhæreat oſſibus perſonæ obligatæ, à qua non poteſt euelli abſque ipſius corruptione, vt non obſcurè animaduertit *Cenc. vbi ſupra d. artic.7 num.24 & num.25. verſ. Quod obligatio,* vbi alias rationes adducit.

Ad exempla ſuperius enarrata *ex Ripa, & Guid. Pap. in locis proximè commemoratis num.9.* optimè reſpondit poſt *Surd. de aliment. tit.8. quæſt.51. num.2. Gaſpar Roder. d. libr 2. quæſt.9. ſub num. 54. verſ. Quæ prædiximus, & num.61. & 62. verſ. Secundò limita,* vbi conclu-
21 dit nullo † pacto eſſe concedendam viam executiuam contra tertium, ſed eundem eſſe hypothecaria, vel Saluiano interdicto iuris ordine ſeruato, conueniendum.

Nec obſtat authoritas Follerij, & aliorum contrarium ſuſtinentium relatorum *ſuperius num.10.* qui annuunt in contractu cenſuali eſſe concedēdam perſonalem prehenſionem etiam contra tertium, quem Foller. commemorat *Cenc. vbi ſupra artic.5. nu.22. & 23. verſ. Nec refert,* quia reſpondetur, Follerij opinionem etiam ſuppoſita Bulla Nicol. V. & Reg. Prag. de cenſibus ab eodem Cenc. ibidem commemoratam non eſſe in praxi receptam, ſed ordinario proceſſu tertium eſſe conueniēdum
22 indubitanter hodierna praxis † obſeruat, ſuppoſito etiam, quòd tertius citatus ad iudicium pro ſuo intereſſe compareat, & iudicium in ſe ſuſcipiat, vt annuit *idem Cenc. vbi ſupra nu.23.* quia & ſi ibi poſt alios cōcludat contra tertium poſſe demandari executioni inſtrumētum cēſus, nihilominus in praxi

ab

ab eius opinione recederem, quia & in eodem caſu dictus tertius ſuas etiam poteſt proponere exceptiones, vt ſuperius enarrauimus *num.3*.

Nec demum obſtat, quod inferius firmauimus *in ampliat.*14.*princ nu.*20.
23 vbi aſſeruimus hæredem † via executiua conueniri poſſe, & de perſona pro debito cum defuncto cõtracto carcerari, quia duplex ratio militat in hærede, quæ in tertio poſſeſſore deficit, prima enim hæredem obnoxium facit ex eiuſdem hæredis aditione, qui adeundo quaſi contrahit cum creditoribus, vt ibidem explicauimus; Secunda verò efficit, vt actiones tranſeãt actiuè, & paſſiuè cum hærede, qui iuris fictione eadem perſona cenſetur cum defuncto, cui hæres ſucceſſit *l.fin. C.de hæredibus inſtit. Cenc.de cenſib. d.par.*2.*quæſt.*5.*artic.*7. *num.*26. *verſic. Et licèt*.

Sunt autem plures caſus, in quibus tertius poſſeſſor via executiua conueniri põt. in quibus aliquando executio perſonalis, & realis cõceditur, & in alijs ſola realis impartitur; quos inferius ad faciliorẽ explanationem enarrabimus.
24 Primus itaque caſus, in quo tertius poſſeſſor executiuè compelli poteſt, & de perſona moleſtari occurrit, quando tertius poſſeſſor emit rem cum onere ſoluendi cenſum eidem creditori, qui cum principali debitore contraxit; hoc enim caſu tertius poſſeſſor executiuè compellitur, etiam quo ad perſonalem executionem, quia actione ex ſtipulatu obligatus remanet, de qua ſuperius hac eadem *ſexta ampliatione princ. nu.*14.& hoc expreſsè firmat *Foller. de cenſib. in tex. Tanquam res iudicata nu.*28. *verſic. Et quod ſit, & nu.*32. *verſ. Nec mireris, Incertus Author ad Franciſcum Anton. de iudic.in prax.liquid.inſtrument.in fine*, & hãc ſequitur opinionem *Cenc.de cenſib. d.par.*2.*quæſt.*5. *art.*7. *num.*28. *verſic. Sublimitatur Afflict.deciſ.*95.*num.*6. *ab eod.* alleg. vbi loquitur in emphiteuſi, & *Addent.ad Vinc.de Franc.deciſ.*273.*n.*3.

Amplia hũc caſum etiam procedere, quando dictus tertius poſſeſſor ex eius ſpontanea voluntate ſoluit principali creditori annuos cenſus, liquidem hoc caſu cõtractum primo loco celebratum cenſetur approbaſſe, & cõtraxiſſe cum eodem creditore, & ex nouo quaſi contractu obligationi ſupponitur, vt ſuperius enarrauimus; hoc expreſsè firmat *Gaſp. Roder. de ann.reddit.lib.*1.*q.*15.*nu.*24.25.*&* 26. *verſ. Ex quibus, & clarius lib.*2.*q.*9.*n.*54. *verſic. Quæ prædiximus*.

Secundus caſus occurrit, quãdo debitor cenſus plura bona in contractu
25 cenſuali ſubmiſit, & appoſuit † pactum de non alienãdo eadem bona cum conſtituto, vel præcario, & in caſu alienationis poſſit creditor dicta bona capere, etenim conſtito per ſummariã informationem, tertiũ poſseſsorem cauſam habuiſſe à principali debitore, & præcedente citatione notificata eidem tertio cum debita relatione, dictũ pactum executiuum poteſt exerceri cõtra bona per tertium poſseſsorem detenta, eſt
* magis * communis opinio, de qua *Carthar. deciſ.*12. *Rotæ Ianuenſ. Gail. in tract. de arreſt. c.*11.*nu.*24.*verſ.Valent, Viu.deciſ.*226.*nu.*7. *verſic. Sed benè verum, Felic. de cenſib. lib.*1 *cap.*10.*num.*3. *verſic. Quo circa, Conuerſ. ad Intrigliol. quæſt.*36. *in fin.verſic Nam in caſibus*.

Declara ſupradictũ caſum procedere, dũmodo bona in tertiũ poſseſsorem trãſlata ſint ſpecialiter in cõtractu cenſus obligata, ſecũdum magis * cõmu-
* nem ſniam, de qua *Gaſp. Roder. de ann. reddit.lib.*2.*q.*9.*n.*59.*verſ. Sed an pactũ*.

Tertius caſus procedit, quando in
26 inſtrumẽto † adeſt pactũ executiuum, quod creditor poſſit propria authoritate poſſeſſionẽ bonorũ in ſpecie obli-

I gato-

gatorum apprendere, capere, ingredi, & adipiſci, cum clauſula conſtituti, vel præcarij, vt fieri ſolet, quandoquidem hoc caſu creditor familiam implorando debet aſſociari in poſſeſſione eorundem bonorum; nulla præcedente partis citatione; vt fuit deciſum in Sacr. reg. Conſ. referente *Afflict in deciſ.* 326. vbi etiam Vrſillus, affirmans hoc etiam procedere contra tertium poſſeſſorem non citatum, *Viu. deciſ* 42. *nu.* 2. *verſ. Et certè lib.* 1. vbi alios commemorat, & *in addition. ad eandem deciſionem nu.* 7. *verſ. Pactum de ingrediendo,* vbi hoc extendit procedere contra tertium, *&* *in deciſ.* 226. *nu.* 7. *verſ. Sed benè, Foller. de cenſib. in tex. Huiuſmodi cenſualia num.* 111. & ſic ex pluribus alijs adductis firmat *Thorus in compend. deciſ. in verbo, Creditor, an poſſit, & in verbo, Exequi, an poſſit in ſecunda editione, Menoch. de adipiſc. poſſ. remed.* 5. *nu.* 140. *verſ. Honus,* & fuſius hunc articulum examinando firmat *Coler. de proceſſ. execut. par.* 3. *cap.* 8. *nu.* 8. 9. *&* 10. *verſ. Secunda forma,* vbi ponit formam præcepti executiui *num.* 12. *Rot. Rom. deciſ. Diuerſ.* 857. *Fuit tentum par.* 4. plures alios concordantes allegat *Giurb. deciſ.* 112. *nu.* 12. *verſic. Quam conſtituimus, Maur. Burg. in tract. de mod. proced. ex abrupt. quæſt.* 5. *num.* 79. *verſ.* 17. *caſiu centur.* 1. vbi alios allegat *Carthar. deciſ. Rotæ Genuenſ.* 12. *num.* 7.

Et hanc partem nouiſſimè ſuſtinet *Ludou. Cenc. in tract. de cenſibus* 5. *par.* 2. *cap.* 2. *q.* 5. *art.* 5. *nu.* 13. 14. *&* 15. *verſ. Secundò folio mihi* 182. vbi etiam hoc extendit exiſtente clauſula conſtituti, vel præcarij, & procedere contra tertiũ poſſeſſorem ſingularẽ poſt *Carthar. d. deciſ.* 12. *nu.* 7. *& Felic. de cenſib. tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 0. *nu.* 3. *verſic. Quo circa.*

27 Et contra minorem † *ex Surd. conſil.* 271. *num.* 25. *lib.* 2.

Et demum contra Eccleſiam *ex Tiraquell. de conſtit. poſſeſſ. par.* 1. *num.* 41. cum alijs allegatis per eundem *Cenc. vbi ſupra.*

28 Contrariam partem, & cõtra dictam *Afflicti deciſ.* quod dictum pactũ de ingrediendo cũ familiæ aſſociatione non ſubſiſtat, ſed partem eſſe omninò citandam, firmat *Rouit. in commentar. Regiæ Pragm.* 1. *ſub tit. de conſeruator. nu.* 2. *verſic Non tamen,* vbi licèt rationes adductæ diſputãdo ſuſtineri, ac retorqueri poſſint, tamen quia deciſiones ſacri Regij Conſilij faciunt ius in Regno, vt alibi diximus, & apud nos magna eſt authoritas *Afflicti in ſuis deciſionibus,* vt teſtatur idem *Rouita in prag.* 1. *nu.* 42. *verſic. De authoritate in tit. de fid. memor. folio mihi* 283. *in vlt. edition.* difficillimè eſſet contra dictam deciſionem obtinere.

Et quamuis *Muſcatell. in praxi appellat. par.* 3. *Gloſ. Venduntur num.* 30. *verſic. Quintus modus,* aſſerant in praxi ſeruari, partem eſſe citandam, & ſic etiam in praxi ſeruari aſſeuerat *Incertus Author. in addition. ad Franc. Anton. de Iudic. in prax. liquid. inſtrum. in fine quartæ conſiderat.* Nihilominus, quia ex ſerie
29 Doctorũ dicta contraria † opinio com-
* munis * eſt, & reperitur caſus in allegatis locis ſic deciſus, ideo Iudicis arbitrio cõmitterem, qui inſpecta perſonarum, loci, & temporis qualitate *iuxta tex. in cap. ſicut dignum* 6. *de homicid. & in l. ſacrilegij pœna ff. ad leg. Iul. peculatus,* arbitrari poteſt, ſi pars eſt citanda, vel aſſociatio familiæ concedenda abſque alia citatione, & ab hac opinione non videtur recedere *idem Rouit. vbi ſupra num.* 3. *verſic. Quatenus tamen.*

Et hanc etiam opinionem ſequitur *Iacob. de Carol. meus Conciuis in ſuo Gemmat. Pauon. to.* 2. *in ſecundo colore nu* 13. *verſic. Hac occaſione,* vbi firmat familiæ aſſo-

aſſociationem eſse concedendam, ſtante pacto ſuperius relato, abſque partis citatione, ſi poſt inſtrumentum celebratum, tam contra principalem debitorem, quàm contra tertium poſseſſorem dicta aſsociatio incontinenti, & non ex interuallo in iudicio proponatur, & petatur; aliàs contrarium exiſtimat, ex ratione quod conſtitutum, & præcarium per mortem debitoris expirat, vt ibi latius per eum; Sed eius opinio nō tranſit ſine difficultate, quia
30 licèt per mortem debitoris † conſtitutum, ſiue præcarium expiret, vt ipſe aſseuerat *Theſaur. deciſ.38. in fine, Menoch de recuper. remed.* 14. *num.*64. cum alijs allegatis per *Cenc. de cenſib. d. par.* 2. *cap.*2. *q.*5. *art.*5. *num.*20. *verſ. Nam quo,*
31 Tamen virtus eiuſdem † conſtituti remanet etiam reſpectu hæredum illius *l. quæſitum* §. *fin. ff. de præcar.* vt poſt *Crauet. in conſ.*107. *num.*2. firmat idem *Cenc. vbi ſupra nu.*21. *verſ. Eius tamen,* & non extinguitur actio competens
32 † conſtitutario, quin poſſit recuperare poſseſsionem ab hæredibus cōſtituentis, vt declarat idem *Cenc. ibid. num.*22. *verſ. Vnde, poſt Crauet. in d. conſ.*107. *nu.*2. *Neuiz. conſ.*82. *num.*19. *Menoch. d. remed.*14. *num.*64. & *Theſaur. d. deciſ.*38. *nu.*5. & ideo, vt diximus, Iudicis arbitrio committerem aſſociationem concedere, vel non concedere abſque partis citatione, pro qua determinatione, faciunt quæ inferius annotauimus *ampliat.*35. *princip. num.*17.

Primò ſubamplia hunc tertiū caſum, vt ſi in inſtrumento cenſus apponatur
33 pactum, † quod ſi debitor non ſoluerit in tempore præfixo, poſſit creditor capere rem cēſui ſubmiſſam propria eius authoritate, valeat, & teneat, & illud poteſt creditor exercere contra debitorem, & contra tertium poſſeſſorem, vt propè diximus, firmat expreſsè *Cōuerſ. ad Intrigliol. de cenſib. q.*45. *in litera D, verſic. Secus,* vbi adducit alios concordantes hanc partem ſuſtinentes, & nouiſſimè hoc firmat *Cenc. in dicto art.*5. *dicto num.*13. & 14. & *ſequent. cum allegatis.*

34 Contrarium ſuſtinēdo † refellit *Gaſpar. Roder. de ann. redditibus lib.*2. *quæſt.*7. *num.*16. *verſic. Sed an, Nauar. de vſur. num.*138. *Boccat. de cenſib. par.*2. *nu.*72.
Etiam ſi ſit adiectū in eo conſtitutum, quia tanquam vſurarium pro non adiecto habetur, *Roder. vbi ſupra num.*17. vbi eoſdem refert, & pro clauſula conſtituti vide quæ inferius hic annotauimus *num.*57.

Sed hæc ſecunda opinio procedit,
35 quando † datur facultas creditori rem cenſui ſuppoſitam apprehendere, & inuadere, etiā ſi debitor paratus eſt cenſum ſoluere, quia tunc huiuſmodi pactum non ſubſiſtit, vt ita declarādo *Intrigliol.* firmat *Conuerſ. vbi ſupra,* & nos Deo annuente latius explicabimus *in lib.*2. *de pact. execut.* vbi etiam firmabimus valere pactum, quod debitore non
36 ſoluente † cenſus decurſos, prædium ad creditorem ſpectet, qui creditor valeat idem prædium retinere, donec ex fructibus prædij ſatisfiat, vt firmat *Felic. de cenſ. lib.*1. *cap.*10. *num.*13. *relat. per Conuerſ. vbi ſupra.*

Quartus caſus euenit, quando debitor cenſus vendidit aliquem fundum, vel domum annuo cenſui ſpecialiter obligatam, & in eadem vēditione aſſe-
37 ruit emptori dictam † obligationem, enimuerò hoc caſu emptor fundi, vel domus, licèt poſſit executiuè compelli ad ſoluendum tertias, & annuum cenſum, non tamen de perſona moleſtari poteſt ſecundum magis * communem ſententiam, de qua poſt *Bon. in tract. de cenſib. art.*39. *num.*65. *verſic. Ex quibus* & *Felician. de cenſib. tomo* 1. *lib.*3.

lib.3. cap.6. num.6. verſic. Sed Guido, teſtatur *Cenc. in dicto tract. de cenſib. d.par.2.art.7.num.29.verſic. An autem.*

38 Contrarium ſuſtinet † *Surd. deciſ. 32.num.10. verſic. Secundò,* vbi affirmat, dictum emptorem teneri ad ſoluendũ cẽſum,& poſſe compelli de perſona,quem refert etiam *Cenc.vbi ſupra.*

39 Sed huic opinioni non † adhæreo, quia diuerſa ratio reſultat inter hunc caſum,& primum num.24. ſupra relatum, in quo emptor vltra aſſertionem promiſit ſoluere tertias decurrendas, & ideo poſſe conueniri actione reali, & perſonali ibidem firmauimus; in Remiſſio præſenti autem facti ſpecie,in qua deficit promiſſio ſolutionis, ſufficit concedere executionem realem tantum, quia vbi eſt diuerſa ratio diuerſum ius ſtatui debet vulg.iuribus.

Quintus caſus accidit,quando pen-
40 dente iudicio † ſuper hipothecaria res alienatur in alium tertium,in hac facti contingẽtia quemadmodum creditori permiſſum erat via executiua cõuenire principalem debitorem, & ad eius capturam procedere, ita etiam eidem creditori conceditur contra tertium eaſdem experiri actiones, vt per *Butrig. in Auth. hoc ſi debitor in fine primæ oppoſitionis,* vbi etiam *Petr.de Bellapertica C.de pignor.* concludit *Vincent. de Franc. deciſ. 587. circa medium verſic. Quia licèt,* vbi alios refert.

Primò declara omnes ſupradictos caſus, in quibus firmauimus tertios poſ-
41 ſeſſores poſſe conueniri † pro cenſibus decurſis, procedere in quolibet tertio poſſeſſore rem cenſui ſubmiſſam poſſidente, etenim creditor nedum omnes poſſeſſores pro rata, quam poſſident pro omnibus cenſibus decurſis, verum etiam quemlibet ipſorum pro integro cenſu,& tota ſumma inſolidum conuenire poteſt, tex.eſt expreſſus *in vulg. l. Moſchis ff. de iur. Fiſci,* vbi præcipuè Bart. hoc firmat,& ibi cæteri Scribentes *Fachin. controuerſ.iur. lib.2. cap.47.* alios concordantes adducit, *Roder. de ann.reddit. lib.2.quæſt.9.nu.60. & 61. verſic.Illud etiam,& verſ.Fatetur,Surd. deciſ.204.nu.9. verſ.Ille enim, Parlador. rer.quotid. lib.2.cap.fin.§.1.nu.20.par.4. Coſt.de port.rat.cap.27. nu.fin. Foller. de cenſib. in tex. huiuſmod. cenſual. nu.116. verſ. Ita quod,* & hanc nouiſſimè ſequitur *Cenc.in tract.de cenſibus par.2.cap.2. quæſt.3. art.8. num.1. verſic.Nam quod, & quæſt.5.art.9.num.29.& 30. verſic. Ampliatur* vbi alios commemorat, & eſt magis recepta omnium ſententia,de qua *Felic. de cenſib. lib.3.cap.4.num. 10. verſic. Contrarium verò.*

42 Contrarium videtur † ſuſtinere *Couar. var.reſol. lib.3. cap.7.num.7. verſic. Contrarium tamen,* vbi concludit, quod tutius poſſidens rem cenſui ſpecialiter ſubmiſſam non poſſit conueniri, niſi pro rata cenſus, quãdo verò iſdem tertius poſſidet rem generaliter obligatam, tunc inſolidum, & pro integro cenſu conueniri poſse affirmat, quem etiam cum dicta diſtinctione ſequi videtur *Cenc.in locis* proximè commemoratis, & *Mart.deciſ.48.num.6.verſ.Imò euictio Felic.de cenſib. lib.3.cap.4.nu. 10. verſic. Nec tamen deſunt.*

Sed ſi rectè Couar.inſpiciatur ſupra-
43 dictã † primam opinionem, in qua diximus tertium poſſeſſorem hipothecaria conueniri poſse,veriorem affirmat, * & magis * communem *ibid.nu.7.verſ. Sed nihilominus,* appellat, ac eius opinionem dubiam vocat, & contra illam frequentiſſimè apud Hiſpanos iudicatum eſse teſtatur,& difficultas hæc omninò ceſsat ex ſequenti declaratione.

Secũdò declara ita creditori permiſ-
44 ſum eſse † quemlibet poſseſsorem rem annuo cenſui tam ſpecialiter,quàm genera-

neraliter ſubmiſſam poſſidentem inſolidum,& pro integra ſumma cōuenire, quādo in iudicio aduerſus eūdem poſſeſſorem hipothecariam actionem, ſeu Saluianum interdictum,quod nos aſſiſtentiam vocamus, creditor proponit; hoc inquā caſu ita tertius poſſeſſor inſolidum,& pro toto cenſu compelli poteſt, ſi res per eundem tertium poſſeſſa
45 ſufficiens † ſit ad ſoluēdum,ſin autem, idem tertius tenetur duntaxat relaxare fundum, vnà cum tertijs & cēſibus decurſis,& non ſolutis,antequam eadem res ad eundem tertium deuenerit, vt annotauimus *in hoc eod. lib.* 1. *ampliat.* 14.*princ. num.*43. *verſ. Septimò declara,* prout etiam ex pluribus commemoratis firmat *Cenc. de cenſib. par.*2. *cap.*2. *quæſt.*3.*art.*8. *à num.* 1. *verſic. Nam quod vſque ad num.* 11. & *ead. par.*2. *quæſt.*5. *art.*9.*num.*29. *verſic. Ampliatur quintò, poſt Surd. deciſ.*32. *num.*7. & *ſeq. Nauar. de vſur. num.*114. 17. *quæſt. Intrigliol. de cenſ. quæſt.*52.*nu.*7. & hanc veriorem ex *Felic. de cenſ. tomo* 2. *lib.*3. *cap.*4. *num.*17. & receptiſſimam appellat.

Quod etiam in hærede procedit,qui
46 poteſt † inſolidum,non autem pro rata hipothecaria,vel Saluiano interdicto conueniri,quia tunc non vt hæres, ſed vt poſſeſſor in iudicio propulſatur; & hanc eandem firmat opinionem *Cenc. de cenſ. d. par.* 2 *cap.*2.*quæſt.*5.*art.*9.*num.* 31. & ſic etiam firmauimus *hoc eod. lib.* 1. *ampliat.*14. *princip. num.*42.

Secus autem ſi iſdem creditor in iudicio contra eundem tertium poſſeſſorem actionem perſonalem in rem ſcri-
47 ptam producat, ſi quidem † hoc caſu tertius poſſeſſor pro eius rata tantum, non autem inſolidum compelli poteſt ad ſoluendum, hanc partem cum ſupradicta diſtinctione, præclarè examinat *Cenc. de cenſ. d. part.* 2. *cap.* 2. *quæſt.*3. *art.*8. *num.*7. & 8. *verſic. Hoc tamen,* & *quæſt.*5. *art.*9. *num.*29.

48 Et propterea non eſt † tuta praxis, qua in his partibus vtimur, & in qua obtinemus citationem contra tertium ad dicendum ſi tenet, & poſſidet, & quare non debeat exequi realiter, & perſonaliter vigore Reg. Prag. de cenſibus, quia ſaltim præiudicialis eſt quo ad executionem ratæ tantum,dum non agitur hipothecaria, vel Saluiano, vt prædiximus, & ideo tutius eſt contra eundem tertium agere iudicio aſſiſtentiæ,vt paſſim in praxi peritiores Aduocati obſeruant.

Subdeclara hanc ſecundam declarationem, ita eſſe permiſſum hipothecariam contra tertium poſſeſſorem pro-
49 ponere, † ſi excuſſio principalis debitoris præcedat,vt firmat *tex. in auth. hoc ſi debitor C. de pignor.* & ſic fuit deciſum in Senatu Pedemōtano, vt teſtatur *Theſaur. deciſ.*51. *per totam,*quem refert,& ſequitur *Vincent. de Franc. in deciſ.*587. *Propoſita fuit,* vbi refellit contrarium ſuſtinentes, & ſic teſtatur fuiſſe deciſum *Ricc. in collect. deciſ. par.*4. *collect.* 1079. *Gail. pract. obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.*29. *Guid. Pap. plenè deciſ.*433.*num.* 1. vbi refert formam obſeruandam in diſcuſſione principalis, *Gam. deciſ. Luſit.*99. *nu.*2. *folio mihi* 83. *Mart. deciſ.* 84.*num.*6. *verſic. Et hoc.*

Dummodo opponatur ante litem
50 † conteſtatam,vt concludit *idem Ricc. in d. collect.* 1079. *poſt Oſaſc. deciſ.*44. *Guid. Pap. deciſ.*570. *Capell. Tholoſ. deciſ.* 91. *Rot. Gen. dec.*78. *Surd. dec.*44.*n.*20. *verſ. Alia limitatio,*de qua plenius *Caroc. de excuſſ. par.*3.*q.*4.vbi bene diſtinguit.

Limita ſupradictam ſubdeclaratio-
51 nem non procedere † in præſtatione annui cenſus, in qua etiam ſi tertius poſſeſſor cōueniatur non poteſt principalis debitoris excuſſionem opponere,

ſed debet procedi ad vlteriora in hipothecaria,vel Saluiano interdicto oppoſita excuſſione non obſtante, *Intrigliol. de cenſib. quæſt.* 10. *in fine*, vbi hanc
* magis * receptam affirmat poſt multos allegatos, & hoc expreſsè præcipit ead.regia Pragmatica ibi, *ſed etiam abſque aliqua bonorum principalis diſcuſſione*, & in Saluiano interdicto ſic fuiſſe deciſum, teſtatur *Surd. deciſ.*32. *in fine. Cenc. de cenſibus d.par.*2. *d quæſt.* 5. *art.*8. *num.*6. *verſic. A qua obligatione*, vbi alios allegat, vbi aſſerit, nec eſſe permiſſum eidem tertio authorem nominare.

Tertiò declara,vt pro ſolutione fructuum cenſus,ne dum poſſit conueniri
52 tertius poſſidens † rem ſpecialiter ſubmiſſam, verum etiam alius tertius poſſidens fundum generaliter obligatum abſque eo,quod fiat vel opponatur diſcuſſio rei ſpecialiter cenſui ſuppoſitæ, & per alium tertium poſſeſſæ, *Boccat. de cenſ. par.*2.*nu.*137.*in ſecundo fundamento,& par.*3.*nu.*68. *Pariſ.conſ.*103. *nu.*3.*lib.*3. *Gabriel.conſ.*47.*num.*9.*lib.*1. *Surd.deciſ.*44.*nu.*17. quos commemorat *Cenc. d.quæſt.*5.*art.*9.*num.*34 *verſic. Ampliatur ſextò. fol.m.*194.*addo Aſin. de execut.*§.7.*cap.*7.*fol.m.*167.*à tergo*,& hanc vti cōmunem cōmemorat *Felic.de cēſib.lib.*1.*c.*4.*in fin.verſ. Eius verò legis.*

53 Sed hac declaratio non tranſit abſque difficultate,& ideo opinio ſupradicti Ludouici Cenci, & aliorū proximè relata,non eſt ſimpliciter ſic intelligenda,quoniam Doctores per eum adducti loquuntur præciſè virtute clauſulæ obligationis cameralis, quæ inter alia
54 continet † vt creditor valeat eligere tam bona ſpecialiter, quā generaliter obligata, ita vt vna via electa altera non tollatur,vt annuunt Doctores per eundem allegati,& ideo ſuppoſita Regia Prag.in Regno cū inſertione Bullæ Nicolai V. emanata, apparet dictam
55 concluſionem † in Regno non procedere , quia eadem regia Pragmatica concedit executionem cōtra bona ſpecialiter obligata, nulla etiam facta debitoris principalis diſcuſſione ; quod denegare videtur contra bona in genere obligata dum ibidem habetur. *Hac edictali lege perpetuò valitura ſancimus huiuſmodi cenſualium contractus,ſeu inſtrumenta tanquam res iudicatas nulla prouocatione ſuſpenſas, promptam & paratam executionem habere, & non ſolum contra perſonas res, & bona illorum, qui originaliter cenſualia huiuſmodi vendiderint, nec nō eorum fideiuſſorum hæredum, ſeu vniuerſalium ſucceſſorum, ſed etiam abſque aliqua bonorum principalis debitoris excuſſione contra perſonas, & bona quorumcunque ſingularium detentorum rerum iurium, vel bonorum, ſuper quibus cenſualia ipſa fuerint ſpecialiter onerata*, quamdiu apud eos illorum detentio fuerit.

Nec huic conſiderationi obſtat, ſi
56 diceretur clauſula † cōſtituti excludere beneficium excuſſionis,& ideo dum ſolet in inſtrumento cenſus apponi, creditor agens in iudicio aduerſus detentores bonorum in genere obligatorum poſſit agere cōtra quoſcunque poſſeſſores, nulla facta excuſſione bonorum in ſpecie obligatorum, vt poſt multos firmat *Pariſ.conſ.*103.*nu.*8. *verſic. Quæ inſuper ex eo ceſſat vol.*1. *folio mihi* 168. de qua re pleniſſimè ſic firmando ex
* magis * communi ſententia *Caroc.de excuſſ.bonor. quæſt.*28. 2.*par. nu.*9.*verſ. Et hanc ſecundam*, poſt innumeros verba facit, *Menoch.de adipiſc.remed.*5.*nu.*145.*verſic.At vbi adeſt*,quia reſpondetur clauſulam conſtituti in inſtrumēto
57 † cēſus eſſe ineptam, dum enim ex virtute eiuſdem clauſulæ in emptorem ciuilis,& naturalis poſſeſſio,atque dominium

nium transfertur, vt diximus *in hoc eod. lib. 1. ampl. 35. princ. num. 40.* vbi retulimus differentiam clauſulæ præcarij; & conſtituti, quod abeſt in cõtractu cenſuali, in quo nec dominium, nec poſſeſſio traſfunditur, vt firmat *Cenc. vbi ſupra ead. par. 2. cap. 2. quæſt. 9. art. 9. nu. 24. vbi num. 25.* inanem appellat appoſitionem clauſulæ conſtituti in contractu cenſuali, ſequitur dicendum, nec dictã clauſulam auferre bonorum, ſeu debitoris excuſſionem.

58 Nec Doctores per eundem Cenc. ſuperius allegati, & à nobis relati, hoc bene firmant, imò *Surd. in d. deciſ. 44. nu. 17. & 18. verſic. Plures; & Galleſ. in tract. de forma Cameral. in 2. par. in princ. quæſt. 3. num. 4.* ab eodem Surdo relatus, firmare videntur contrarium, concludendo quod dicta obligatio Cameralis tollit ordinem procedendi, ſed non iura, nec ſpecialis pignoris excuſſionem.

59 Nec demum obſtat † *l. 2. non autem l. quoties per dictum Cenc.* ex errore tipi allegata *C. de pignoribus, ex qua concludit idem Cenc. in d. artic. 9. num. 35. verſ. Quæ ampliatio, & nu. 37. verſ. Quia re-*
60 *gula;* procedere dũtaxat reſpectu † poſterioris creditoris, non autem reſpectu
☞ tertij, vt ibi ex communi * firmat *cum Couar. Variar. reſolut. cap. 18. num. 2. verſ. Quintò lib. 3. Oſaſc. deciſ. 159. nu. 1. in fine & Felic. de cenſib. tom. 1. lib. 3. cap. 4. nu. 13. quibus addo Aſin. in tract. de execut. §. 7. cap. 8.* quia nec dicta eius & aliorum opinio ſic ſimpliciter pro-
61 lata eſt tuta, imò contraria † quod eidem tertio poſſeſſori poſſidẽti rem generaliter ſuppoſitam ſit permiſſum opponere diſcuſſionem contra bona ſpecialiter obligata, & ſic diſpoſitionem *d. l. 2. C. de pignor.* locum ſibi vendicare etiam reſpectu tertij, firmat *Gloſ. vltim. in ead. l. 2.* quam ſecuti ſunt *Bart. Bald. & Salicet. relati per Caroc. de excuſſione bonorum quæſt. 65. 2. partis num. 9. verſ. Contrariam, vbi poſt Caſtrenſem in conſil. 134. In cauſa Ser Ludouici vol. 1.* hanc hodie veriorem equiorem, & tutiorem appellat.

Et hæc opinio magis procedere vi-
62 detur quãdo dictus tertius † poſſeſſor titulo emptionis, vel alio titulo acquiſiuiſſet, & pro euictione, & obſeruantia contractus in dictis bonis, vt fieri ſolet, hipothecã haberet, in hoc inquam caſu, omninò huic tertio excuſſionis exceptio competeret, vt firmat idem *Aſin. de execut. d. §. 7. §. 8. in fine, verſ. ſubdit tamen, poſt Socin. conſ. 118. Primo aſpectu in fine num. 2. duplicato in conſ. 75. vol. 4. & Neguſant. de pignor. in 2. membro 5. part.* Hoc idem firmat ex alijs adductis *Caroc. vbi ſupra num. 13. & 14.*

Et poteſt opinio Cenci, & aliorum vt ſupra relatorum procedere, quando
63 creditor agẽs † cõtra tertium poſſeſſorem bonorum in genere obligatorum habet in eius inſtrumento appoſitam clauſulã, *Quod ſpecialis hypotheca non deroget generali nec è contra, &c.* quia ſtãte huiuſmodi clauſula *d. lex 2. C. de pignoribus* non obtinet locum, & exceptionis excuſſio per tertium oppoſita reijcitur, & creditor recto iure agit contra bona generaliter obligata, & per tertium poſſeſſa, vt firmat *Vinc. de Franc. deciſ. 5. per tot. & Oſaſc. deciſ. 159. num. 7. ab eodem relatus Cenc. d. art. 9. nu. 38. verſ. Maximè,* vbi eoſdem & alios refert. *Addo Aſin. in d. tract. de execut. §. 7. cap. 6. fol. m. 167.* vbi plenè, *Felic. de cenſib. d. lib. 3. cap. 4. in fine, verſic. Neque etiam.*

Vel poteſt intelligi eius opinio quãdo in inſtrumento cenſus eſt appoſita illa clauſula, quæ ſolet in quolibet inſtrumento cenſus in his partibus apponi, videlicet.

Cum

Cum pacto quod liceat, & licitũ ſit emptori, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus inſolidum dictum annuum cenſum conſequi habere, recuperare, & exigere tam à venditoribus, eorumque hæredibus & ſucceſſoribus, quam à quolibet partiario colono, & detentore bonorum in ſpecie, & in genere obligatorum, & à quolibet ipſorum inſolidum, & contra ipſos inſolidum via executiua procedere ad executionem perſonalem, & realem more penſionis domorum Neapolis, & obligationum liquidarum Magn. Cur. Vicar. ita vt vna via electa altera non tollatur, &c.

Ex qua pleniſſima clauſula apparet eſſe in ea pactum adiectum, quod creditor annuos cenſus exigere valeat non ſolum à principali debitore, verũ etiam à quolibet alio detentore, & poſſeſſore bonorum tam in ſpecie, quàm in genere obligatorum, & ideo ſuppoſita dicta clauſula poteſt creditor, ſiue eius hæres agere contra tertium poſſeſſorem bona etiam generaliter obligata poſſidentem, nec hoc caſu idem tertius poteſt opponere exceptionem excuſſionis bonorũ ſpecialiter obligatorum, & ſic puto eſse intelligendos Doctores ſuperius allegatos *num.* 52. & extenſionem obligationis Cameralis, & hanc eandem clauſulam non eſſe diſſimilem ab alia clauſula proximè relata, *quod ſpecialis hypotheca nõ deroget generali, nec è contra*, vt patet ex earum inſpectione.

Nec obſtare videtur in Reg. Reg. Prag. de Aſſiſtentia bon. præſt. quam recenſet *Afflict. deciſ.* 139. *num.* 6. *verſ. Item hodie, vbi etiam Vrſillus*, quia procedit quo ad excuſſionem contra principalem debitorem, non autem contra tertium, & de iure contrarium eſt determinatum, vt firmat ibidem *Afflict. per conſ. Alex.* 58. *in fine vol.* 5.

Subdeclara, quod diximus in allegata *l.* 2. *C. de pignoribus ſuperius hac eadem* 6. *ampl. princ. num.* 59. non procedere quando † creditor vexat tertium

64 poſſeſſorem, ſeu ſingularem ſucceſſorem vigore pacti executiui de ingrediendo bona propria authoritate, vt retulimus hic *ſuperius nu.* 26. quia tunc hęc excuſſionis exceptio reijcitur, vt ex pluribus adductis firmat *Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed.* 5. *nu.* 143. *verſ. Cæterum*, vbi reſpondendo ad contrarium aſſeuerantes, hanc optimis rationibus firmat ſententiam.

Quartò declara principaliter ita eſ-

65 ſe permiſſum † hipothecariam, ſeu Saluianum interdictum, ſiue aliam actionem contra tertium poſſeſſorem proponere, ſi non ſint elapſi anni decem inter præſentes, & viginti inter abſentes, quandoquidem his temporibus tranſcurſis, tertius poſſeſſor poſſidens iuſto titulo, & bona fide, cõuentus pro cenſibus decurſis præſcriptionis exceptionem obijcere poteſt *l.* 1. *&* 2. *C. ſi aduerſ. creditor.* & hanc poſt hinc inde relata firmat *Felic. de cenſibus lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 12. *verſ. Præterea ſolet, Foller. de cenſibus in text. Huiuſmodi cenſualia num.* 108. *verſic. Sed ponamus*, quos etiã refert *Cenc. de cenſib. d. quæſt.* 5. *artic.* 9. *num.* 46. *verſic. Secundò limitatur*, & hanc partem cum alijs relatis ſequitur *Gaſpar. Roder. de ann. reddit. lib.* 2. *quæſt.* 9. *nu.* 64. *verſic. Secundus.*

66 Contrariam partem, † quod in contractu cenſuali non habeat locum præſcriptio firmare videtur *Intrighol. de cẽſibus quæſt.* 13. *nu.* 5. *verſ. Verum tamen*, & mouetur præcipuè per *text. eiuſdem prag. ibi. Quæ quidẽ executio nulla falſitatis, nullitatis, aut alterius cuiuſuis exceptionis obiectu impediri valeat.* & ponderãdo dicta verba, cuiuſuis exceptionis, excludit præſcriptionem vti exceptionem comprehenſam in illis verbis, *Cuiuſuis*, quæ eſt indefinita, & æquipol-

lęt

let vniuerſali *l. ſi ita relictum, & l. ſi pluribus ff. de leg. 2. cum ſimilibus*.

Et reſpectu tertij; quod non poſſit opponere, niſi eas exceptiones, quas obijcere poteſt principalis debitor cōcludere videtur *Foller. in eod. tract. de cenſibus in tex. Quæ quidem executio nu. 72. verſ. Tamen in caſu noſtro*.

Et ſaltem ipſa præſcriptio procede-
67 ret quando dictus † tertius poſſediſſet rem cenſui ſubmiſſam per annos triginta, nec creditor egit, ſed tacuit, & per taciturnitatem videtur acquieuiſſe, & ſic ad hoc vt locum habeat dicta præſcriptio decurrere debeat tempus annorum triginta, cum dicta taciturnitate, & per conſequens non ſufficere tempus decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, vt præſupponitur in ſupradicta opinione in contrarium relata, & videtur firmare *Foller. in allegato num. 108. in princ. & circa finem, verſ. Ego autem proculdubio, text. eſt apertus in l. cum nouiſſimi §. in ijs C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum*, & hanc opinionem communiter eſſe receptam, teſtatur *Decian. reſponſ. 2. num. 39. verſ. Quia certum eſt, & numeris ſequentibus vol.* 1. vbi extendit hoc procedere tam pro cenſibus præteritis, quàm etiam pro futuris, & habere locum cōtra Eccleſiam, & contra Epiſcopum; & conciliando ſupradictas opiniones contrarias relatas.

Primam opinionem declara proce-
68 dere præuio iuſto † titulo, & bona fide, ex quibus ſufficiunt decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes, tempora præfixa ad præſcriptionem longi temporis, *inſtit. de vſucap. & longi tempor. præſcript. in princ. l. 1. & 2. C. de long. temp. præſcript.* vt optimè explicat *Oinot. inſtit. d. tit. de ſpeciebus præſcript. num. 2. verſ. Secunda præſcriptio*.

Secundò declara, hanc eandem primam opinionem procedere; dummodo
69 † tempus decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes incipiat currere ab eo tantū die, quo principalis debitor ceſſauit in ſolutione, & hoc caſu tertius poſſeſſor poſſit exceptionem præſcriptionis opponere *d. l. cum notiſſimi §. final. C. de præſcript. trig. vel quadrag. annor. Roder. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 9. num. 64. verſ. Secundus caſus*, vbi alios refert, commemoratus per *Cenc. vbi ſupra ead. par. 2. d. art. 9. num. 64. verſ. Secunda fuit poſt Caſſan. ad conſuet. Burg. rubr. 11. des cenſes §. 2. num. 36. & ſeq.* vbi reſpondit ad contrarium aſſeuerantes, & hoc eſſe magis ab omnibus receptum teſtatur *Decian. d. Reſponſ. 2. num. 39. verſ. Quia certum eod. vol.* 1.

Quod tamen putarem, locum habe-
70 re quando † creditor cenſus, vel fuit negligens in exigendo cenſum à principali debitore, vel aliàs non fuit proteſtatus, Etenim hoc caſu tertium poſſeſſorem cum titulo, & bona fide tutum eſſe exceptione præſcriptionis affirmarem, vt ſentit *Foller. vbi ſupra in text. Huiuſmodi cenſualia num. 97. verſ. Putarem Surd. deciſ. 32. nu. 9. verſ. Excuſatur* cum allegatis per eundem *Cenc. vbi ſupra num. 64. verſic. Limitatur quartò*.

Secundam verò opinionem contra-
71 riam † per Intrigliolum firmatā procedere reſpectu principalis debitoris, qui nullo modo poteſt opponere exceptionem præſcriptionis, ne dum ratione ab eodem Intrigliolo relata, verum etiam ex mora, quæ per principalem, debitorem in quolibet anno menſe, & die, in quibus cenſus decurrendos ſoluere promiſit incurritur, & in qualibet die, mēſe, & anno adeſt interpellatio, & ſubintrat vulgaris regula, dies interpellat pro homine, *l. ma-*

gnam

gnam C. de contrahend. & committ. ſtipulat, l. 2. C. de iure emphiteut. cum vulg. latè *Gabriel commun. concluſ. in tit. de ſolutionibus concluſ. 9. per totam,*

72 Et ſemper dictus debitor † dicitur in mala fide, & vti de perſona deuictus, & per conſequens malæ fidei poſſeſſor nunquam præſcribit, quod in actionibus perſonalibus tã à Canoniſtis, quàm etiam à Legiſtis communiter ✳ eſſe receptum teſtatur *Gabriel. comm. concluſ. in tit. de præſcript. concluſ. 3.* poſt innumeros relatos, ſtante maximè iuramẽto in eodem cõtractu appoſito, quod omnem præſcriptionem tollit, vt firmat *Vrſil. ad Afflict. deciſ. 139. circa principium,* vbi etiam alij Addentes,

73 Eadem ſecunda opinio † per Follerium, & alios relata, in qua annuunt præſcriptionem reſpectu tertij procedere per lapſum annorum triginta, ſuſtinetur habito reſpectu ad præſcriptionem longiſſimi temporis, de qua *in l. 1. & 2. & tot. tit. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum,* quæ procedit ſimiliter abſque titulo, & bona fide, de qua etiam *Oinot. inſtit. d. tit. de vſucap. de ſpecieb. præſcript. num. 11. verſ. Tertia dicitur, vbi num. 14. verſ. Etiam,* concludit, annuas præſtationes præſcribi ſpatio triginta annorum à tempore, quo ceſſatum eſt in ſolutione, & ibi etiam Addentes alios adducunt.

Limita ſupradictas opiniones non

74 procedere, † quando in inſtrumento adeſt clauſula conſtituti, vel Præcarij, quia hoc caſu non præſcribitur minori ſpacio 30. annorum, & 40. in eccleſia, vt plenè per *Afflic. Vrſill. & Addentes in deciſ. 139. per totam.*

Quintus caſus occurrit quãdo adeſt in contractu cẽſuali pactum inter ven-

75 ditorem, & emptorem, † quod creditor abſque aliqua Iudicis authoritate, vel licentia, ob moram debitoris poſſit fructus fundi annuo cenſui ſubmiſſi propria eius authoritate capere, & retinere, Hoc enim caſu licitum eſt eidem emptori, & creditori ex mora debitoris, vigore dicti pacti fructus fundi ſubiugati propria authoritate occupare, vt firmat *Conuerſ. ad Intrigliol. in quæſt. 45. in liter. D, verſ. Secus,* vbi declarat Intrigliolum ibi contrarium ſuſtinentem, poſt *Federic. Mart. de iure cenſ. cap. 6. nu. 367. Bon. in tract. de cenſibus articul. 72. num. 105.* cum quibus etiam pertranſit *Cenc. de cenſ. part. 2. cap. 2. quæſt. 5. artic. 5. num. 9. verſ. Hanc autem.*

76 Vbi hoc extendit procedere etiam contra tertium poſſeſſorem, & ita *poſt Felic. de cenſibus tom. 1. lib. 1. cap. 10. nu. 3. verſ. Quo circa,* refert ſenſiſſe *Rota Roman. in deciſ. 149. num. 2. 3. & deciſ. 150. num. 1. & 2. impreſſ. in fine dicti tractat.*

Amplia ſupradictum ſextum caſum

77 etiam procedere, quando † in contractu cenſus appoſita eſt clauſula conſtituti in fructibus fundi in eodem cenſu ſubmiſſi, prout ſolet apponi in partibus noſtris, à quibuſdam Notarijs in praxi verſatis per illa verba, videlicet.

78 *Conſtituit † ſe poſſidere ſupradictum annuum cenſum, vt ſupra venditum, & pro eo ſupradictos fructus bonorum, vt ſupra obligatorum, nomine, & pro parte dicti emptoris, & eius hæredum, & ſucceſſorum, donec eorumdem fructuum poſſeſſionem ex inde acceperit corporalem, quã accipiendi eius authoritate propria introeundi, vendendi, & alienãdi, ac diſtrahendi, abſque aliqua ipſius creditoris, ſiue eius hæredum, & ſucceſſorum, & alicuius Iudicis Curiæ, ſiue Prætoris licentia authoritate decreto, vel mandato; deinceps dictus venditor eidem emptori præſenti, acceptanti, & ſtipulanti, vt ſupra licentiam omnimodam, ac poteſtatem plenariam*

ad form instrum census Boccae fol. 95. facit Sol de cens lib. i. cap x. n. 19 [illegible]

nariam contulit, tranſtulit, conceſſit, atque dedit de dicto annuo cenſu, & pro eo de dictis fructibus, & introitibus prædictis exequendi vt ſupra.

Per dictam pleniſſimam clauſulam vltra pactum de capiendo ſupra relatum, & in eadem clauſula inſertum, poteſt vigore dicti cōſtituti emptor eiuſdem annui cenſus, fructus propria authoritate, exiſtente in mora eodem debitore, capere, & retinere, quia cum
79 præcedat titulus † habilis, non eſt diſputandum, quomodo, & à quo poſſeſſionem habuerit, vt concludit *Alex. in conſ. 161. Viſo ac diligenter num. 2. & 3. verſ. Ex hoc infertur, & conſ. 85. Ponderatis in princ. lib. 6.*

80 Et licèt conſtitutum trāsferat † dominium, & poſſeſſionem penes conſtituentem exiſtentem, in cōſtitutarium, probato, quod conſtituens in poſſeſſione tunc temporis exiſtebat, *l. quod meo vbi omnes ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. conſ. 161. num. 1. verſ. Nec obſtat lib. 6. & conſ. 24. num. 5. verſ. Sed de huiuſmodi lib. 7. Afflic. deciſ. 139. in fine, Decius in l. contractus num. 18. ff. de reg. iur.*

Tamen non liberatur conſtituens à
81 traditione † facti, quæ ſupereſſe videtur *l. ſi ab emptione, vbi Angel. Bald. & Caſtr. ff. de pact.* eſt communis opinio ☞ * de qua *Guid. Pap. deciſ. 509. Cap. deciſ. 14. num. 15.* & de * magis communi teſtatur *Alex. d. conſ. 28. nu. 7. verſic. Vnde lib. 2.*

82 Contrarium quod clauſula † conſtituti in contractu cenſuali ſit inepta, & inanis, apparet ex ea præcipua ratione, quod bona, ſuper quibus eſt cenſus impoſitus nullo modo, nec quoad proprietatem, nec quo ad poſſeſſionem ius emptori acquiritur; ſed ea omninò remanet penes venditorem, vt poſt *Foller. de cenſibus in verbo, Huiuſmodi, cenſualia nu. 2. Roder. de ann. reddit. lib. 1. quæſt. 3. num. 6. & Bon. in tract. de cenſibus art. 6. num. 18. & art. 9. num. 25.* & alios innumeros relatos firmat *Cenc. de cenſibus part. 1. cap. 1. quæſt. 1. art. 1. nu. 23. verſ. Quo verò,* vbi in fine aſſerit hoc neceſſariò adeſſe ex natura ipſius contractus cenſualis.

Et quod conſtitutum in contractu cenſuali ſit ineptum firmat poſt relatos idem *Cenc. in part. 2. cap. 2. quæſt. 5. art. 9. num. 24. & 25.* & nos ſuperius diximus.

Sed rectè intuenti opinionem relatam per ſupradictum *Cenc.* & opinionem à nobis in medium poſitam non ſunt inter ſe contrariæ.

83 Noſtra enim opinio procedit † quo ad fructus feudi annuo cenſui ſubmiſſos, in quibus, dum emptor efficitur dominus, vel quaſi dominus eos percipiendi vt firmat idem *Cenc. d. quæſt. 1. artic. 1. num 22.* recto iure in fructibus eiuſdem fundi, poteſt apponi conſtitutum, & bene appoſitum eſſe cenſetur, quia dicti fructus non remanent penes venditorem, prout remanet proprietas, & dominium fundi ſuppoſiti, vt ſupra diximus in contraria, ſed in fructibus fundatus eſt ipſe annuus redditus, qui verè, & cum effectu exiſtit in fructibus prædij ſubmiſſi.

Opinio verò contraria, ideo proce-
84 dit, † quia Doctores, qui negant conſtitutum in contractu cenſuali, habuerunt rationem quoad proprietatem fundi ſuppoſiti, non autem quoad ipſos fructus, & ideo recto iure appoſuimus in dicto conſtituto ſuperius relato illa verba *Conſtituit ſe poſſidere ſupradictum annuum cenſum vt ſupra venditum, & pro eo ſupradictos fructus bonorum vt ſupra obligatorum;* ad includendum præcipuè tam cenſum formalem, qui eſt illud ius percipiendi cenſum inhærentem rei, ſuper qua eſt cenſus impo-

ſitus,

ſitus, & cenſum materialē, qui eſt ipſa pecunia,& fructus cenſus, vt explicat poſt alios relatos *Cenc. de cenſib. part.2. cap.1.quæſt.1.artic.2.num.11.verſ. Cum enim, & ead. part.2. cap.2. quæſt.5.num. 3.verſ. Sed agendum.*

86 Nec videtur ſuperflua ipſius † conſtituti clauſula q̄ ad ipſos fructus fundi cenſui ſubmiſſi, dum vigore pacti executiui quo ad fructus in eodem contractu explicati ſuperius in ſexto caſu num.77.creditor etiam propria authoritate eoſdem fructus conſequi poteſt, quia maior vtilitas reſultat ex appoſitione conſtituti, quàm ex pacto executiuo capiendi eoſdem fructus, vel appoſitione ſimplicis præcarij, quandoquidem qui precario poſſidet naturaliter tantum poſſidere videtur *l.& habet §. eum qui, & ibi gloſ. ff. de præcar.* Et ideo ſi in contractu cenſuali apponitur ſimplex precarium per illam clauſulam ſuperius relatam, *Conſtituit ſe præcario nomine poſſidere,* & poſtea idem venditor cenſus vendat aliquam rem cenſui ſubmiſſam cuidam tertio cum clauſula

87 ſimplicis conſtituti,† videlicet: Cōſtituit ſe nomine N. poſſidere, tunc primus creditor cēſus priuatur omni poſſeſſione, quæ per clauſulam conſtituti fuit translata in emptorem per rationem ſuperius relatam, quia qui precario poſſidet naturaliter tantum poſſidet, & iſta naturalis in alium trāsferri poteſt,& tranſferendo naturalem trāſfertur etiam ciuilis, vt firmat per multas rationes *Balb. de præſcript. in repet. l.Celſus de vſucap. in ſecunda parte eiuſdem repetit. num.16. verſic. Et pro intellectu.*

88 Quod ceſſat ſi apponatur ſimplex conſtitutum, vt retulimus ſuperius apponi poſſe in fructibus cenſus *num.77.* tunc enim,quia per ſimplicis conſtituti appoſitionem abſque præcario omnis poſſeſſio tam ciuilis, quàm naturalis in emptorem primum trāſlata eſt,nec aliqua remanſit penes conſtituētem,ideo etiam ſi idem venditor vendat alteri tertio rem cenſui ſubmiſſam, nō transfert poſſeſſionem in alium, ſed illa remanet omninò penes primum emptorem, vt firmat *idem Balb. vbi ſupra num.17. verſ. Secunda per text. & Bar. in l.quāuis 46.§.1.ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi etiam explicat rationem differentiæ, & videas quæ inferius explicauimus *in ampl.35.princ.num.38. & ſeq.* de quibus omnibus,ſi Domino placuerit, ſermo erit in ſecundo libro huius tract. de pactis executiuis.

SVMMARIVM.

AMPL. VII.

1 *Debitor ſuſpectus de fuga poteſt detineri ad inſtantiam coniuncti. Declara n.11.*
Procedit ſi de rato promittat num.2.
3 *Coniunctus præſumitur propter affectionem conſentire.*
Vſque ad quartum gradum ad effectum agendi in ciuilibus includitur num.4.
5 *Affinis dicitur coniuncta perſona.*
6 *Coniuncto non poteſt deferri iuramentum pro coniuncto, niſi adſit mandatum ſpeciale, & num.7.*
Non ſoluitur abſque mandato n.8. Etiamſi de rato promittat num.9.
Non detinetur debitor ad eius inſtantiam, quando iurari debet ſuſpectus num.10.
11 *Debitor de fuga ſuſpectus detinetur ad inſtantiam conſanguinei, & cōiuncti cum cautione de rato. Declara vt num.12.*
Non procedit quando creditor reperitur in Ciuitate, vel in loco propinquo numero 13.
Non habet locum ad inſtantiam coniuncti curatoris num.14.
15 *Filius pro patre, & è contra poteſt inſtare pro carcerando fugitiuo debitore.*

Ma-

16 *Maritus pro vxore, & vxor pro marito, poteſt abſque mandato in iudicio adeſſe.*
Etiam quo ad bona dotalia num. 17.
18 *Frater admittitur pro fratre abſque mandato.*
19 *Coniunctus abſque mandato non admittitur in cauſis beneficialibus.*
Conſors litis pro conſorte admittitur in iudicio abſque mandato.

AMPLIATIO VII.
Ad inſtantiam coniuncti.

Debitor an poſſit arreſtari ad inſtantiam coniuncti?

CONIVNCTO inſtante,
1 poteſt debitor † de fu-
ga ſuſpectus, vel fugi-
tiuus arreſtari, & car-
cerari, ad hoc, vt cau-
tionem præſtet de ſtando iuri, & iudi-
catum ſoluendo, maximè ſi cautionem
de rato præſtiterit, *l. ſed, & hæ 35. vbi Bart. Bald. Alber. cæterique Scribentes ff. de procurator. l. exigendi,* vbi præcipuè *Alex. & Iaſon. C. de procurator. Felin. in cap. coram de offic. delegat. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſin. 49. in deciſ. Lucenſ. 41. Ioannes quidam num. 3. verſic. Eſt verum inter deciſ. diuerſ. folio mihi 324. Regul. iur. tomo 1. in verbo, Coniunctus admittitur, vbi Duen. regul. 124. folio mihi 190. vbi etiam Diaz regul. 129. Ioannes Baptiſta Coſt. in tract. de retrotract. caſu 4. cap. 8. num. 9. verſ. Plus ſi quidem folio 9. Rip. in c. cum M. num. 6. verſ. Iſta eſt materia, vbi Decius num. 12. de conſtitut. folio mihi 12. Cagnol. in l. nemo alieno 166. nu. 1. de regul. iuris, Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 10. num. 100. verſ. Et ſi quis folio 199. Hippol. de Marſil. ſingul. 228. num. 1. fol. m. 375. to. 2. ſing. diuerſ.*

2 Nec admittitur, niſi † de rato pro-
mittat *l. ſed etiam ff. de procur. Paul. de Caſtro in l. his, qui ff. de procurat. & in l. exigendi C. eod. Gloſ. in cap. cum quidam de pact. Rom. ſing. 613. Tu audiſti, Petr. Pecch. apud Gothofred. d. cap. 3. num. 10. tit. de in ius vocand. folio 195. Veſtr. in ſua prax. lib. 3. cap. 4. in principio. Galter. in praxi criminal. inſtrument. rubr. 2. num. 22. 3. part. princip. folio mihi 292. Rip. in d. cap. cum M. Ferrarienſis d. num. 60. Surd. de aliment. tit. 3. q. 8. num. 13. verſic. Singularis folio mihi 120. Ariſm. Tepat. Var. ſentent. tit. 89. cap. 2. verſic. Coniunctus folio m. 160. vbi alios allegat.*

3 Quia præſumitur † propter affectio-
nem coniunctum conſentire, *Rip. vbi ſupra verſic. Contrarium tenent, vbi etiam Felin. & Decius,* quos commemorat dictus Ripa.

Dummodò ipſa cautio præſtetur infra decem dies appellationi præfixos, *l. 1. ibi, quod mox ratum reus habeat ff. de appellat. recip. Speculat. in tit. de appellat. §. 1. poſt princip. verſ. Porrò Add. ad Pap. deciſ. 203. vbi Mattheus.*

4 Et cõiunctus vſque ad quartũ † gra-
dũ includitur ad effectũ agẽdi in ciuilibus, *Alex. conſ. 4. Videtur inſpectis nu. 3. verſ. Et ſic ſecũdum vol. 2. fol. m. 6.* & Iudicis arbitrio relinquitur, *Menoc. de arbitr. iud. caſ. 146. nu. 8. verſ. His diffiniri fol. m. 330. ex Bald. in c. poſtremò de appellat. & Bart. in c. nonnulli §. ſunt, & alij num. 69. de reſcript. Afflict. de iure congruo in rubr. num. 20. Ariſm. Tepat. Var. ſentent. tit. 89. cap. 1. in princ. fol. m. 160.*

Et dicitur coniuncta perſona, etiam
5 † ſi ſit affinis, *Felin. in cap. nonnulli §. ſunt, & alij num. 58. de reſcriptis.*

In cõtrarium, ꝙ coniunctus non ad-
mittatur apparet ex his, quæ diximus
ampliat. 5. vbi requiri ſpeciale mãda-
tũ firmauimus, maximè vbi iuramen-
6 tum † exigitur, Et coniunctus pro con-
iuncto admittitur, vbi mandatũ ſpecia-
le nõ requiritur *l. patri pro filio, & l. illud*

§.1. ff.de minor. Iaſ. in dicta l.exigendi num.9. verſic. Quartò fallit C.de procurat. folio mihi 106. Rip. in c.cum M.Ferrarienſis num.60. de conſtit. Tiraquell.de retract. lignag.§ 1. gloſ.13.num.34.verſic. Sed vtrum folio 231. Rot.Roman. in deciſ.4. vbi Addentes de procurator. folio mihi 70.& deciſ.35. eodem tit. in nouis. Ariſm.Tepat. vbi ſupra dicto tit.89. cap.2.verſic. Quartò, Granat.ad Veſtr.lib.3. cap.4. num.6. verſic. Nec etiam.

Et coniuncto non permittitur pro coniuncto iuramentum deferri, niſi
7 ſpeciale habeat mandatum, † vel niſi ratificatio ſubſequatur, *l.nec filius, vbi Bald. C.de rebus cred. Iaſ. in d.l.exigendi verſic. Ideo,* Et eſt communis * opinio, quicquid Decius ſentiat, de qua teſtatur *Rip. in d.cap.cũ M. Ferrarienſis d.num.6.verſic.Sed iſtis non obſtantibus.*

Et coniunctæ perſonæ ſolui nequit,
8 abſque mandato, † ſecundum communem, * de qua *Alex.d.conſ.4.n.3.verſ. Tamen quia dicto folio 6. Idem Alex. in l. non ſolum ff.ſolut.matrim. Rip. in d.cap. cum M. d.num.6. verſic. Ex iſtis modò, Cagnol. in d.l.nemo alieno nomine num.2. in fine, Tiraquell. in §.1. gloſ.13. num. 34. verſic. Nec eis, Ariſm.Tepat.vbi ſupra d.tit.89. dicto cap.2. verſic. Septimò* Niſi coniunctus inſteterit, quod debitum deponatur. *Marc.Mant. ſing.260. & Ariſm.Tepat vbi ſupra,* vel qui recipere debet ſolutionem eſſet minor, vt per eundem Tepat.

9 Etiam ſi de rato promittatur, † plenè *Tiraquell. vbi ſupra d.num.34.* cum cõcordantibus allegatis, vbi vtramque cõmunem * appellat, *Ioſeph.Ludou. concl.30.in princ verſic. Et vbi mandatũ.*

Ad concordandas dictas opiniones, plures caſus ſunt diſtinguendi.

Primus eſt, quando debitor debet
10 de fuga † ſuſpectus iurari, vt ſolet fieri in quampluribus locis ex vi ſtatuti, vel conſuetudinis, quia cum iuramentum non poſſit deferri ſine ſpeciali mandato, vt ſupra diximus, coniuncto non permittitur arreſtare debitorem, etiam ſi in promptu doceat de debito,& cautionem de rato offerat, vt ſupra diximus *ampliat.5. princip.*

Secundus caſus eſt, quãdo non proceditur ad capturam virtute iuramenti ſupradicti, ſed debitor carceratur ad ſimplicem creditoris requiſitionem, vel vigore ſtatuti, vel conſuetudinis, tunc
11 ſi copia creditoris † non habetur, conſtito de debito,& de ſanguinis coniunctione, præſtitaque cautione de rato, vt ſupra, Iudicis præcepto poteſt debitor carcerari, vt firmare videtur *Petr. Pecch.vbi ſupra cap.3.nu.10.* relatus per *Gothofred.vbi ſupra folio 595. Galter.in dicta prax.criminal.inſtrumentar.rubr.2. num.22. 3.part. principal. folio 292.*

Quamuis enim coniunctus nõ poſſit exigere, vt ſupra retulimus, poteſt ta-
12 men compellere † debitorem, vt pecuniam debitam deponat, *Bald.in l.ſin autem ff.de negoc.geſt. Rip.in d.cap.cum M. Ferrar.num.60. circa finem verſic. Adde tamen, vt diximus ſuperius num.8.*

Tertius caſus ſe offert, quando in-
13 continẽti copia † creditoris haberi poteſt, quia fortaſſe in Ciuitate, vel in loco propinquo reperitur, hoc enim caſu nõ licet coniunctæ perſonæ debitorem arreſtare, etiam cũ dicta rati cautione, *Hippol.de Marſ.in ſing.228.num.1.verſ. Iſtud eſt verum ex Angel.in l.mutus §.his, qui curatorem ff.de procurator,* vbi dicit eſſe valde notandum, & menti tenendum,& pro dicto notabili ſequitur *Caſtrenſ. ibidem* relatus per eundem *Marſilium vbi etiam Addentes.*

Quartus caſus ſupponitur, quando
14 ad inſtantiam † coniuncti curatorem habentis cõtrouertitur captura ſuſpecti debitoris, In hac enim facti contingentia,

Digitized by Google

gentia, non conceditur coniunctæ perſonæ capturam debitoris committere, etiam ſi de rato promittat, ſed hoc ad tutoris, vel curatoris officium ſpectat, *Felin. in cap. coram numero 3. verſic. de coniuncta perſona de officio deleg. Polid. Rip. obſeruat. 128. in fine folio mihi 109.*

Quintus caſus ſuſpiciendus venit,
15 quando filius † pro patre in iudicio compareat, quia cum poſſit omnia facere nomine ſui patris abſque mandato, *Guid. Pap. deciſione 203.* vbi Addentes alios adducunt, *Ariſm. Tepat. dicto titulo 89. capitulo 3. in principio,* erit etiam eidem filio concedenda manus iniectio contra debitorem patris.

16 Sextus caſus eſt in marito pro vxore, & in vxore pro marito: vnus enim pro alio poteſt in iudicio adeſſe, *Hippolit. de Marſil. ſingul. 636. numero 1. & 2. Iaſ. in l. exigendi ſub num. 3. verſic. Idem in marito C. de procurat. per tex. in l. manifeſtiſſimi, §. final. C. de furt. Gail. practicar. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 133. Ioan. Beſſian. ad conſuet. Aluern. capit. 1. articulo 9. incipient. Sicut iure communi verſ. Et fuit folio mihi 6.*

Extende, & declara, quod mari-
17 tus tam quoad bona † dotalia, quàm etiam quoad paraphernalia poteſt pro vxore in iudicio eſſe abſque mandato, & abſque rati promiſſione, *Gail. dicta obſeruat. 133. numero 7. verſiculo Sed vt.*

Sed in alijs bonis extra dotem licèt poſſit pro vxore in iudicio abſque mandato inſiſtere, tamen debet de rato cautionem præſtare, *Gail. vbi ſupra nu. 7. in fine.*

Septimus caſus occurrit in fratre,
18 vel ſocio, † qui poteſt abſque mandato debitorem fratris, vel ſocij in iudicio conuenire, vt dicemus latius *in 23. ampliatione principali.*

Octauus caſus offertur in cauſis be-
19 neficialibus, † & ſpiritualibus, in ipſis enim coniunctus pro coniuncto non admittitur *Rot. Rom. deciſ. 42. in nouis. Veſtr. in dicta prax. dicto libro 3. cap. 4. num. 2.* vbi de ratione, & ſic teſtatur ſeruari in curia Romana * vbi etiam *Grauat. num. 7.* & ibi alios allegat.

20 Nonus caſus eſt in litis conſorte, qui poteſt pro conſorte in iudicio adeſſe cum promiſſione de rato *l. 2. C. de conſortibus, Grauat. vbi ſupra ſub dicto num 7. in fine,* vbi alios adducit, & limitat quinque modis, remiſſiuè.

Decimus caſus exiſtere videtur in depoſito, vel ſequeſtro; hoc enim ad
21 inſtantiam † coniuncti creditoris concedi debet abſque aliquo mandato, eſt ſingulare dictum *Bald. in l. ſiue autem ff. de negocijs geſt. Iaſon in l. non ſolum in ſecunda limitatione ff. ſolut. matrimon.* vbi extendit hoc procedere ſiue debitor ſit ſuſpectus, ſiue non, *Marc. Mant. in ſingul. 260. Rip. in cap. cum M. Ferrarienſis num. 60. in fine de conſtit.* quos ita firmando commemorat *Caroc. in tract. de ſequeſtr. par. 3. quæſt. penultim. folio mihi 243.*

SVMMARIVM.

AMPL. VIII.

1 *Fiſcus eſt congregatio Imperialis theſauri.*

Eſt corpus inanimatum num. 2.

3 *Confiſcari dicitur, in publicum ius erarij redigere.*

4 *Fiſcus dicitur, quod fixus, id eſt ſoluendo ſit.*

5 *Procurator fiſcalis dicitur, qui legitimam habet perſonam in iudicio comparendi.*

Appellatur ille, qui de Principis patrimonio curam habet num. 6.

Fiſci, & Caeſaris non differunt, niſi in rerum diuerſitate num.7.

8 *Debitor fiſci ille appellatur, qui fiſco deuictus reperitur.*

9 *Barones in hoc Regno fiſcum non habent.*

Nec procuratorem fiſcalem num.10.

Camerlingum, & non Camerarium conſtituere poſſunt num.11.

12 *Cauſa fiſcales ſunt ſummaria, quando legitimus non exiſtit contradictor, ſed vide num.14.*

Sententia diffinitiua in illis requiritur num.13.

Executiuè proceditur num.14.

In praeſtationibus publicis executiuè proceditur num.15.

De conſuetudine ita in eis proceditur nu. 16. & praecipuè in his partibus numero 17.

Contrarium de iure communi num.18.

Procedit quando ſunt conſcripti in libro, vel matricula fiſci num.19.

Etiam ſi ſaluumconductum, ſiue moratoriam habeant debitores num.20.

21 *Filijfamilias licèt non obligentur abſque patris conſenſu, tamen pro fiſco rectè obligari poſſunt.*

22 *Principes non ſunt ſubiecti legibus ſubditorum.*

23 *Filiusfamilias non tenetur pro debito fiſci, ſi conueniatur vti haeres patris.*

In Regno Neapolitano non obligatur abſque conſenſu, & praeſentia patris numero 24.

Obligatur etiam in Regno in muneribus publicis, & in adminiſtratione publicae pecuniae num.25.

Si contrahitur extra Regnum efficaciter obligatur num.26.

27 *Adminiſtratores Regij fiſci, ſiue Baronum ſignificati carcerantur.*

Etiam ſi eius fideiuſſores exequutionem paſſi fuerint num.28.

Fideiuſſores fiſci carcerantur num.29.

Poſſunt excuſſionem opponere numero 30.

31 *Debitor carceratus ad inſtantiam fiſci poteſt ad inſtantiam priuati recommendari.*

32 *Debitor debitoris fiſci ſiſti, & conueniri poteſt, non tamen carcerari. In tribus conueniri poteſt num.33.*

Tenetur cedere actiones eidem fiſco numero 34.

Etiam ante diem ſolutionis poteſt conueniri num.35.

Non admittitur ad bonorum ceſſionem nu. 36. Sed vide num. ſeq.

Admittitur ad beneficium ceſſionis, quando ex contractu reperitur obligatus numero 37.

38 *Ius delatum ad fauorem fiſci, ſi de eius fraude agitur, poteſt reuocari.*

Dummodo non ſit elapſum quadriennium num.39.

40 *Debitor ſexagenarius poteſt pro fiſci debito carcerari.*

41 *Fiſcus poteſt auocare pecuniam ſecundo creditori ſolutam.*

Procedit etiam in cauſa dotis, & in alijs creditoribus num.42.

43 *Conductores praediorum fiſcalium detineri poſſunt.*

44 *Boues aratorij, & inſtrumenta neceſſaria ad culturam, poſſunt capi pro debitis fiſcalibus.*

Non procedit in Regno Neapolitano numero 45.

46 *Fiſcus poteſt relicta captura à bonorum executione proceſſum inchoare.*

47 *Faemina pro debito fiſcali non poteſt carcerari.*

48 *Debitor fiſci, quamuis detineri poſſit, non poteſt tamen in vinculis detrudi.*

49 *Debitum fiſci, vbi non eſt liquidum, requirit proceſſum ordinarium.*

AM-

AMPLIATIO VIII.
Etiam in debitis fiſcalibus.

An debitores ex cauſa fiſcali poſſint carcerari, vel ſaltim arreſtari pro iudicij aſſecuratione?

1 FIscvs, vt tradit *Pereg. tract. de iur. fiſc. tit.* 1. *num.* 2. *verſic. Fiſcus*, eſt camera Imperij, complectens quicquid ad illius pecuniarium commodum attinet, & licèt omnis diffinitio in iure periculoſa dicatur, vt inquit *idem num.* 1. nihilominus apud Græcos eius diffinitio ſic explicatur κἰτινω ἐι ἀὐδημαιτο μεταφ ετιδῖτο χρήματα apud quos, & ἐξονά·ια χρήματα pro pecunijs ſine fiſcalibus rebus; Secundum autem *Azon. in Sum. C. de priuileg. fiſci lib.* 10. Fiſcus eſt imperialis Theſauri cōgregatio, vel imperialium bonorum collectio, plenè per *Scard. Theſ. iuris in verbo, Fiſcus*, vbi ponit differentiam inter Ærarium, Fiſcum, & Rempublicam.

2 Et eſt quoddam corpus † inanimatum, conſenſum per ſe non habens, ſed ſimpliciter repræſentans, *Bald. conſilio* 363. *Quæritur an ſi num.* 2. *verſic. Quia fiſcus lib.* 1. *Boer. deciſione* 227. *Et quia hæc quæſtio num.* 7. *verſic. Et non immeritò fiſcus.*

Vnde cōfiſcari dicitur, in publicum
3 ius ærarij † redigere, Suetonius in vita Auguſt. *Deuictiſque his, & confiſcatis, promiſſa veteranis præmia ſoluerentur,* prout ita accipitur apud Iuriſconſultos, & Imperatores *in tit. de iur. fiſci,* & de *priuileg. fiſc. Connan. in comment. iur. ciuil. lib.* 4. *cap.* 16. *ſub num.* 1.

4 Dicitur fiſcus, quod fixus, † id eſt ſoluendo ſit, ſeu fixus, id eſt firmus, *Peregrin. vbi ſupra dicto tit.* 1. *num.* 34. *verſic. Fiſcus dicitur* cum allegatis, quibus addo *Cuiac. in proœm. tit. C. de iur. fiſc. & Lucam de Penn. in rubric. eiuſdem tit.* Peregr. fol. 14. de iur. fiſc.

Et fuit dictus olim ſanctiſſimus, & hodie ſceleſtiſſimus, quia in eius adminiſtratione ſalua pace bonorum, ſufficit pro ratione voluntas, vt in ſimili dixit *Lucas de Penna in dicta rubr. C. de iur. fiſci num.* 8. *verſic. Fiſcus dicitur Sanctiſſimus.*

5 Procurator fiſcalis † dicitur ille, qui legitimam perſonam habet comparendi, impugnandi ſcripturas, & proceſſus impinguandi, *Crauet. conſ.* 168. *De duobus principaliter videndum num.* 4. *& num.* 9. *Ann. ſingul.* 97. *Capiblanc. in tract. de Baron. Prag.* 8. *num.* 123. *verſic. Quod ideo eſt.*

6 Et qui curam habet † de patrimonio principis *l.* 1. *ff. de offic. procurat. Cæſar. Cin. & Iaſon. in l. procurator C. de edendo, Peregr. dicto tit.* 1. *num.* 7. *verſic. Item appellatur.*

Et in Regno habemus Regiam Pragmatic. *& tot. tit. de offic. procurat.*
7 Cæſar. Et procurator † fiſci, & Procurator Cæſaris, non differunt in alio, niſi in rerum diuerſitate, quæ miniſtrant, quia ad vnum ſpectant res Patrimonij, ad alium res Status, ſiue Regni, *Doctores in dicta l. procurator C. de edendo, Alber. & Iaſon in rubr. & in l.* 1. *C. de offic. procurat. Cæſar,* & ſæpè ſæpius vnus pro alio ponitur, & accipitur, *l. ſi procurator Cæſaris ff. de iur. fiſci, Ioannes Franc. de Pont. conſ.* 14. *Ex his, quæ recolligere num.* 1. *&* 2. *verſic. Procurator.*

8 Debitor autem fiſci ille dicitur, qui ex quauis cauſa, ex quouis contractu fiſco deuictus reperitur, *Connan. in comment. iur. ciuil. lib.* 4. *cap.* 16. *ſub num.* 1. *verſic. Nam cum fortunas.*

9 Barones huius † Regni fiſcū non habent, ſed tantū Summus Pontifex, Ro-

manorum Imperator, Reges, & Principes liberi, *Lucas de Pen. in d.rubr. C. de iur.fiſc. lib.10. nu.6. verſic. An autem, Peregr. in d.tract. vbi ſupra num.4. & tit. 1. nu.74. & ſeq. verſ. Rurſus, Capiblanc. de Baron. pragm.8. num.122. verſ. Et redeundo.*

Et licèt Barones pœnas conſequantur fiſcales, nec etiam procuratorem fi-
10 ſcalem habere poſſunt, ſed Curiæ coadiutor eis conceditur, *Capiblanc. in dicto tract. de Baron. dicta Pragm.8. nu.122. & 123. verſic. Et redeundo.*

Et Camerlingum, & non Camera-
11 rium † conſtituere poſſunt *Angel. in l. 1. C. de priuileg. fiſc. Peregrin. vbi ſupra num.11. verſic. Filij autem.*

Quibus ſic breuiter præmiſſis videbatur dicendum non eſſe de iure permiſſam capturam debitorum Regij Fiſci, ſiue Cameræ Baronalis, quia licèt
12 † cauſæ fiſcales dicantur eſſe ſummariæ, in quibus ſola facti veritate inſpecta procedendum eſt, ſi tamen contradictor exiſtat, iuris ordine ſeruato agendum eſt, *l.3. C. de conuen. fiſci debitor. lib.10. & l. vnica, C. de conductor. & procurat. lib.11. vbi Ioannes de Platea, & Lucas de Penna, Iſernia in cap.1. §. in quibuſdam, & ibi Afflict. num.7. de conſuet. rect. feud.* quos ex *Gail. pract. obſeruat. lib.1. obſeruat.20. num.7. allegat Coler. de proceſſ. execut. parte prima capit.3. numero 85. verſic. Idem decidit folio mihi 109. Surd. deciſione 18. numero 2.3. & 4. verſic. Secundò in cauſis, Franc. Marc. deciſione 200. Quæritur an in cauſis numero 1. volum.2. folio mihi 136.*

13 Et ſententia diffinitiua † requiritur *l. prima C. de execut. rei iudicatæ,* quia fiſcus iure communi vtitur, niſi de eius priuilegio appareat, *l. exemplo C. de probat. Salicet. in l. ex imperfecto C. de probationibus,* plenè per *Franc. Marc. vbi ſupra num.2. & 3. Andr. Gail. practic. obſeruat. lib.1. obſeruat.90. num.2. Hering. in tract. de fideiuſſor. cap.20. §.14. num.15. in fine.*

Contrariam partem de iure verio-
14 rem, † & ampliando principaliter ſupradictam conſuetudinem, quod pro debito liquido eiuſdem fiſci, ſiue Cameræ Baronalis executiuè, & in ære, & in perſona poſſit habere locum, eſt text. clarus *in l. ſacrilegij capite §. cum eo, ff. ad leg. Iul. peculat. l. quoniam nonnulli, ff. de appellat. l. miſſi opinatores C. de execut. tributor. lib.10. Peregr. de iur. fiſc. lib.6. tit.7. num.5. verſic. Fiſcalis ſanè folio mihi 142. Guid. Pap. ſing.314. num.2. Alciat. in l. vinculorum 224. ff. de verborum ſignificat. in fine,* quia in
15 præſtationibus † publicis ab executione incipimus *l.2. C. de apparit. præfect. annon. Guid. Pap. vbi ſupra, Graſſ. de except. in prælud. numero 130. verſic. Idem eſt, Surd. dicta deciſione 18. numero 5, verſic. Et quamuis Franc. Marc. dicta deciſione 200. numero 3.* Sed pro contraria, plenè *Menoch. de arbitr. iudic. quæſtione 88. numero 5. verſic. Secundus, Coler. de proceſſ. execut. parte prima capit.2. num.138. verſic.17. Fallit folio mihi 56. Burg. de mod. proced. centur.1. quæſt.5. num.11. verſic. Secundus.*

Dictaque debitoris captura pro de-
16 bitis fiſcalibus, etiam † de conſuetudine introducta dicitur, *l. nemo carcerem C. de exact. tribut. lib.10. Marant. de ordin. iudic. parte 6. artic. vltimo num.12. verſic. Limita tamen,* de qua teſtatur *Peregrin. dicto titulo 7. numero 7. verſic. Et ita conſuetudo obſeruat.*

Hanc etiam conſuetudinem in his
17 partibus obſeruamus, † in quibus ad ſimplicem oſtenſionem librorum contumaciarum, ſiue prouentuum Baro-

num,

num, debitores carcerantur, nec à vinculis liberantur, niſi præciſè ſoluant, quamuis de iure contrarium diffini-
18 tum reperiatur; nam non poteſt † quis pro debitis fiſcalibus ſtatim in carceres detrudi, niſi in contumacia perſeuerauerit *d.l. nemo carcerem C. exact. tributor.* vbi notatur *Pract. Papienſ. in forma execut. ſentent. num. 21. Addentes ad Pap. deciſ. 61. in fin. Ioan. Ant. de Nigr. in cap. 199. nu. 10. verſ. & adde, & Menoch. vbi ſupra num. 5. verſ. Hoc verum Ariſm. Tepat. Var. ſentent. tit. 280. c. 4. verſ. Pro debitis*, licèt malè ſeruetur per exactores noſtri temporis, vt inquit etiam *d. pract. Papienſ. vbi ſupra*, imò conſuetudo eſt in contrarium, vt diximus.

Subamplia primò, quando debito-
19 res † fiſcales ſunt conſcripti in libro, vel matricula fiſci, prout ſolet fieri in contributionibus, quæ à collectoribus per Vniuerſitatem deputatis exiguntur, qui habent certas, & determinatas taxationes, quid, & quãtum vnuſquiſque ſoluere debeat pro Regijs collectis; contra enim tales debitores de plano, & executiuè proceditur *Andr. Gail. pract. obſeruat. d. lib. 1. obſeruat. 20 nu. 5. 6. & 7. fol. m. 17. Coler. de proceſſ. execut. d. par. 1. cap. 3. nu. 86. verſ. Secus eſt, & par. 1. c. 2. nu. 143. verſ. Reſtringenda fol. mihi 57. & dicemus latius infra Ampliatione 29.*

20 Subamplia ſecundò, etiam ſi fiſci debitor ſaluumconductum, ſiue moratoriam habeat, quia non fit extenſio ad debita fiſci, *Bald. in conſ. 400. Quod Iacobus ab Oleo num. 3. verſ. Tertia ratio lib. 1. Peregr. de iure fiſci d. tit. 7. nu. 22. verſ. Item debitor*, Sed latius dicemus infra de moratoria.

21 Subamplia tertiò, etiam in filijsfamilias, qui licèt obligari non poſſint ſine patris conſenſu, tamen validè obligantur fiſco, & Principi, etiam ſi fideiubeant pro conducentibus vectigalia, *Alber. de Roſat. in tract. ſtatut. in 2. par. in fine, Bald. Nouell. in tract. de dote part. 6. priuileg. 45. num. 2. verſ. Vnde ſtante ſtatuto, quibus addo Pereg. vbi ſupra lib. 6. tit. 1. num. 9. verſ. Filij verò*, magis plenè concludit *Philip. Paſchal. de virib. patr. poteſt. lib. 1. cap. 6. nu. 59. verſ. Ex his autem redeundo*, moti ea præci-
22 pua ratione, quod Princeps non † ſubeſt ſtatutis, & legibus ſubditorũ, *Card. in cõſ. 2. Quem allegat Philip. Paſchal. vbi ſupra* cum alijs rationibus ab eo adductis, ſed vide, quæ dicam infra in hac *ſecunda, & tertia declaratione huius Tertiæ ampliationis.*

Primò declara hanc ſubampliatio-
23 nem in filiosfamilias † conuento, vti hærede patris, qui ſi non apparet hæredem eſſe, paterna debita ſoluere non cõpellitur, ex regula ne filius pro patre, *Peregr. vbi ſupra num. 11. verſ. Filij autem*, vbi declarat non procedere in debito primipilatus *l. fin C. de officio primipilatus, vbi Lucas de Penna.*

Secundò declara non procedere de iure municipali huius Regni, in quo per Reg. Prag. de Senatuſconſult Macedon. filijfamilias non obligantur,
24 † niſi patris conſenſus, & præſentia interuenerit, vel niſi emancipati fuerint, vel ſeorſim à patre viuant, firmat expreſſè hoc *Carauit. in d. Reg. Prag. §. 6. n. 11. verſ. Item per eadem, & nu. 13. verſ. Tamen, & num. 22. verſ. Quæ nota.*

Declara tertiò, quod licèt filiusfamilias abſque patris præſentia, & cõſenſu non poſſit obligari, etiam fauore fiſci in terminis ſupradictæ Reg Prag. vt concludit *Carauit. ibidem §. 6. nu. 27.*
25 *verſ. Verum tamen*, ſi tamen † pecuniam, ſiue munus publicum adminiſtrauerit, tunc demum is efficaciter obligatur, ſed ſi eius pater ſcientiam de eius ob li-

obligatione habuerit,& non contradixerit videtur etiam obnoxium remanſiſſe, ac pro eo fideiuſſiſſe,vt perbellè reiectis rationibus Carauitæ ſuſtinet *Philip. Paſchal. de vir. patriæ poteſt.d. c. 6.nu.81.verſ. Si quidem motus per text. notabilem in l.2. ibi geſtum autem ff. ad municipalẽ,& nu.83.verſ. Si Ergo vera*.

Prout etiam contra filiosfamilias pecuniam publicam adminiſtrantes ſic obſeruari vidimus,ex quorum adminiſtratione ad eorum carcerationem fuit proceſſum, donec eorum pater plenè ſatisfecit.

Subdeclara hãc declarationem non procedere in filiofamilias extra Regnũ
26 † contrahentem, quandoquidem abſque dubio obligationi ſubmiſſus obligatus remanet,vt in ſimili fuit deciſum in Sacr. Reg. Conſ. referente *Vinc. de Franch.deciſ.72.*quem refert laborioſiſſimus *Rouita in d.Reg. Prag. de Senatuſconſult. Macedon. num.5. verſ. Item Limita in contractu, num.9. verſ. Regnicola*, ſed vide,quæ dicemus infra *ampliat.* 10. *principali*.

Quartò ſubamplia in adminiſtrato-
27 ribus † Regij Fiſci, ſiue Baronũ, quia viſo libro rationum eorumdem adminiſtratorum, abſque alia citatione per rationales ad id deputatos ſignificãtur, & condemnantur *l.2. §. ſi de frumentaria ff. de adminiſtrat.rer.ad Ciuitat.pertin. vbi Bar.* hoc notat *Socin. in l.ſi quis arbitratu ſub num.30. ff.de verbor.obligat. Præpoſit. in cap. ſi dilecto in 4. quæſt. principal. & in cap. cum ſit, extra de appellat. Afflict. in cap.1. num.4. in tit. de nouo beneficio cum allegatis per Peregr.de iur.fiſc.ad lib.6. tit.7. num.6. verſ. Fallit in officiale*, & dicemus plenius infra *ampliat.11. princip.*

Quintò ſubamplia etiam quando fi-
28 deiuſſor † paſſus fuit executionem pro fiſci debito, in quo fideiuſſionem præſtitit,in hoc enim caſu contra bona,& perſonam eiuſdem debitoris, pro quo fideiuſſit,agere poteſt, *l.in fraudem 45. §. qui pro alio ff.de iur. fiſc. Peregr. d.lib. 6.tit.7.num.8. verſ. Quod ſanè*, cum allegatis, quibus accedant cumulata per *Coler. de proceſſ. execut. d. part.3. cap.2. num.30. verſic. Nono fallit fol.m. 598.* & fiſcus hoc caſu tenetur iura cedere, vt dicemus in ſequenti ſubampliatione.

Sextò ſubamplia etiam contra fide-
29 iuſſorem fiſci, † qui recto iure carceratur, & conuenitur, ſed tenetur fiſcus eidem fideiuſſori iura cedere, *Io.Andr. Georg.in allegat.39. num.8. verſic. Quod intelligit, refert Peregr.d.lib.6.tit.7.nu.* 8. vt etiam dicemus infra in hac eadem ampliatione.

Declara hanc ſextam ſubampliationem, vt fideiuſſor ſupradictus poſſit
30 † beneficium excuſſionis opponere, *per text. in auth. præſente C. de fideiuſſ. Carot. in tractat. de excuſſione bonorum par.2. quæſt.19. nu.1. & 2. Anton. Hering. in tract.de fideiuſſor. par.1. cap.27. num.155.156. & 157. verſic. Quartò excuſſionis, Mareſcot. in prax.de fideiuſſor. part.2. quæſt.7. nu.8.* Et hæc eſt verior, & communior * opinio, de qua *Ant. Hering. in d. tract.§.14.cap.20.nu. 31. & 32. verſ. Et quod in ſpecie.*

31 Septimò ſubamplia, vt debitor ad priuati inſtantiam carceratus poſſit ad fiſci inſtantiam recommendari, & vt noſtrates dicunt emparari, in hoc enim fiſcus eſt priuilegiatus *l.3.§.fin.ff.ad leg. Iul. peculat. Bald. in conſ.90. in fin. vol. 5.* quem cum alijs allegat *Peregr. d.tit. 7. num.32. verſic. Item debitor fiſcalis, Brunus de ceſſ. bonorum quæſt.11. quarta quæſt. principal. nu 21. verſ. Redeundo, ſed vide plenè in ampliat.27. principali.*

Octauò ſubamplia in debitore debitoris

Digitized by Google

32 bitoris fiſci, † quæ rectè conueniri poteſt ad inſtātiam eiuſdem fiſci, *Hippolit. de Marſ. ſing. 355. Debitor in diem verſ. Tamen, Lucan. in tract. de priuileg. fiſc. part. 1. principali num. 42. caſu 40. tom. 12. tract. fol. mihi* 8. ſed vide plenius *in ampliat. 9. princip.*

Declara primò, hanc ſubampliationem, quia ad carceres debitor debitoris ad fiſci inſtantiam non arreſtatur, nec executiuè proceditur, *Salicet. in l. 1. num. 3. C. de condict. ex leg.* ſed coram iudice competenti, & ſeruatis ſeruandis conueniri debet, *Pereg. d. lib. 6. tit. 7. num. 18. & num. 19. verſ. Item quamuis, & verſ. Imò, nec fiſcus, & num. 26. verſ. Fiſcus verò.*

Declara ſecundò, in tribus caſibus
33 relatis † per eundem *Peregr. d. nu. 26.* in quibus fiſco ſpecialiter perſecutio permiſſa eſt, Primus quando principalis debitor non eſt ſoluendo; Secundus quando ex ratione fiſci debitum debitoris eſt contractum, Tertius quando debitores debitoris ex contractu fiſcali conueniuntur *ex text. in l. non prius C. quando Fiſcus, & l. 1. C. de condict. ex leg.* Quartus caſus, qn̄ debitor debitoris debitum cōfitetur, vt ibidem per eum.

Declara tertiò, vt ſi debitor debito-
34 ris coactus fuerit † per fiſcum ad faciendam debiti alieni ſolutionem, teneatur eidem ſoluenti iura cedere *l. in fraudem §. qui pro alio ff. de iur. fiſc. & l. ſi iure C. de priuileg. Fiſc. Ioannes Andreas, Georg. in d. allegat. 39. num. 6. & 7. verſ. Secunda concluſio fol. m. 364.*

Nonò ſubamplia non ſolum fiſci
35 debitores † ante diem ſolutionis ad ſoluendum poſſe compelli, propter fiſci occurrentes neceſſitates, ſed etiam debitores debitoris, dummodò interuſurium medij tēporis eidem debitori relinquatur, *l. 1. C. de condict. ex lege, vbi Gloſ. & Doctores, & Bart.* dicit eſſe ibi caſum ſingularem, eum refert, & ſequitur *Hippolit. de Marſ. d. ſingul. 355. Debitor in diem verſ. Teneas tamen, Ioānes Ant. Trigon. ſing. 7. ſi aliquis eſt debitor num. 2. verſ. Tamen ego,* vbi dicit eſſe caſum ſingularem, & cordi tenendū, & ibi addentes ad eum, addo *Peregr. d. tit. 7. num. 21. verſ. Inſuper cum alijs allegatis,* quibus etiam addo *Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 130. nu. 4. verſ. Hoc tamen, Graſſ. de except. except 41. num. 6. verſic. Secundò non procedit, Alberic. in rubr. C. quando fiſc vel priuat. nu. 2. verſic. Eſt & aliud, Lucan. de priuileg. fiſc. ſub nu. 7. verſic. Secundus caſus tom. 12. tract. fol. m. 7.*

Decimò ſubamplia fiſci debitores
36 non eſſe admittendos ad † bonorū ceſſionem, *Bart. in d. l. ſacrilegij capite ff. ad leg. Iul. peculat. Guid. Pap. d. ſingul. 314. verſic. Et non poteſt cedere, Addo Pereg. d. tit. 7. num. 37. verſic. Sed vtrum debitor, & Graſſ. de exception. except. 17. num. 41. verſic. Sextò caſu, & num. 33. verſic. Quartus folio mihi 126. Cumia in rit. Regn. Sic. cap. 95. num. 49. verſic. Nec debitor.*

37 Declara, & limita hanc ſubampliationem non procedere, quando debitor fiſci eſt obligationi deuictus per contractum, quia tunc admittitur ad dictum beneficium ceſſionis *Gloſ. in §. penult. in verbo, Debita, de ſociet.* quam allegat *Graſſ. d. except. 17. nu. 43. verſic. Sed iſtud, Cuman. in ritu Regn. Sicil. cap. 95. num. 49. verſ. Nec debitor fiſci.*

Vndecimò ſubamplia, vt ſi debitor
38 ius ſibi † delatum in fiſci fraudem renunciauerit reuocari poſſit *l. in fraudem in princ. ff. de iur. fiſc. Mantic. de tacit. conuent. lib. 13. tit. 38. nu. 16. verſ. Sed conſiderandum vol. 2. fol. m. 86.*

Limita, & declara, dummodo non ſit elapſum quadriennium, poſt cuius lapſum etiam bona alienata recuperare nequit

39 nequit *Gomez. de delict. & pœn. cap. vlt. num. 5, in fin. Farinac. conſ. criminal. 40. num. 59. verſ. Et cum lapſi.*

Duodecimò ſubamplia, vt etiam ſe-
40 xagenarius † poſſit pro debito fiſcali carcerari, *Anchar. conſ. 336. num. 1. Caccial. in d. tract. de debitor. ſuſpect. & fugit. quæſt. 5. num. 6. Oſaſc. deciſ. 123.* quos refert *Menoch. de arbitr. quæſt. 88. nu. 5. verſic. Et hoc quidem contr. Boez. in tract. de debitor. inop. quæſt. 5. num. 3.* contrarium ſuſtinentem, ſed videas *in limit. 13.*

Decimotertiò ſubamplia fiſco lici-
41 tum eſſe † auocare pecuniam poſteriori creditori ſolutam per eius debitorem, actione hipothecaria ſi extat, ſin autem per condictionem ex lege *l. pecuniæ, vbi Gloſ. C. de priuileg. fiſc. Afflict. deciſ. 190. Couar. pract. quæſt. cap. 29. nu. 1. in fin. Capic. deciſ. 78. Andr. Georg. d. allegat. 39. num. 9. & num. 10. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 6. nu. 6. verſ. Quamobrem,* plenè per *Guttier. pract. quæſt. lib. 5. quæſt. 100. num. 1. & per totam quæſt.* vbi plenè declarat materiam *d. l. pecuniam.*

Declara, & amplia, hanc tertiam ampliationem procedere etiam in cau-
42 ſa dotis, † & in alijs creditoribus priuilegiatis, quibus poſſunt ſimiliter pecuniam poſteriori creditori ſolutam reuocare, *ſecundum Gloſ. in d. l. pecuniæ, in verbo, ex iuſta cauſa, per tex. in l. ex facto § vltimo ff. de pecul. Capic. deciſ. 78. nu. 5.* & eſt communis ✶ omnium ſentētia, de qua teſtatur *Guttier. d. cap. 100. nu. 2. verſ. Item eſt,* cum alijs allegatis per eum.

Decimoquartò ſubamplia in prędijs
43 fiſcalibus, † & eorū cōductoribus, qui aliquādo in cōductione ipſis inuitis ad inſtantiam fiſci detinentur, & compelluntur, *l. cotem ferro §. final. ff. de public.* Ioannes Franc. *de Pont. conſ. 13. Illuſtriſſimus num. 10. 11. & 12. verſic. Remanent, Fab. de Ann. conſil. 77. Dum conductor num. 2. & 3. verſic. Nec obſtat, Vinc. de Franch. deciſ. 406. num. 7. Minſing. obſeruat. 23. Boer. deciſ. 107. allegat. per eundem Fab. de Ann.*

Decimoquintò ſubamplia, vt quam-
44 uis boues aratorij, † & inſtrumenta neceſſaria ad agriculturam non poſſint capi, & detineri pro debito *l. executores, & auth. agricultores C. quæ res pignor. poſſit obligari,* cum quibus concordat etiam *cap. huius Regni 4. in tit. de bob. arator. vbi etiam Ioannes Ant. de Nigr. num. 9. verſ. Nota quod boues,* tamen pro debito fiſcali detineri, & capi poſſunt, quando fiſco aliter ſatisfieri nequit, *Niger vbi ſupra d. cap. 4. num. 12. verſic. Et ex prædictis,* & dicemus latius inferius.

45 Declara hāc 15. ampliationem non procedere vigore Regulæ Pragmaticæ offic. ſacr. Reg. Conſ. in ordine 48 qua expreſsè prohibetur, vt non poſſit fieri executio ſuper bobus cuiuſcumque generis, pro quacunque cauſa, *Niger. vbi ſupra ſub num. 12. verſ. Aduerte tamen,* licèt malè ſeruetur, quia exactores Regij fiſci non obſtante Reg. Pragm. procedunt ad dictam executionem.

Sextodecimò ſubamplia , relicta
46 † perſonæ captura permiſſum eſſe à bonorum executione, & ſequeſtratione proceſſum inchoare, & ſicè contra, *Bart. in l. 1. §. final. vbi etiam Iaſon. num. 22. ff. ſi quis ius dicent. non obtemperau.* quos refert *Coler. de proceſſ. executiu. d. part. 1. cap. 2. nu. 140. verſ. Cum autem, vbi ſub num. 142.* affirmant eſſe fiſco permiſſum per viā ſequeſtrationis ingreſſum, & bonorū adminiſtrationem eius debitoribus impedire, donec ſatiſfaciant.

Limita primò hanc principalem
47 ampliationem in fœmina, † quæ etiam

pro

pro fiſci debito detineri, vel carcerari non poteſt, *Peregr. vbi ſupra d.tit.7. num.9. verſ.Fallit in fœmina*,& dicemus infra latius *in* 10. *ampliat.principal.Ant. de Nigr. in cap. Regn. Neapolit. in tit. de mod. & form.appret.cap.*199.*num.*101. *verſic. Et an mulier*, vbi refert Apuliæ malè ſeruari.

Limita,& declara ſecundò hãc eandem octauam ampliationem principalem, vt quamuis debitor fiſci detineri
48 † poſſit, tamen in vinculis non debet detrudi, niſi perſiſtente in contumacia, vt diximus ſupra *hac ead.ampliat. nu.*17. ſed malè ſeruatur, vt ibidem retulimus.

Nec obſtant in cõtrarium adducta, quia procedere videntur in debito non
49 liquido, † in quo ordo iudiciarius, & ſententia etiam ad fiſci inſtantiam requiritur, *l.bi qui cum fiſco C.de conueniẽd. fiſc. debitor.cum allegat. per Peregr. d.lib.* 6. *tit.*7. *num.*5. *verſic. Si verò*, quibus accedant cumulata per *Coler. de proceſſ. executiu. d.part.*1. *cap.*2.*num.*143.*verſ. Reſtringenda in fine, Franc. Marc. deciſ.* 200.*num.*3.*verſ. Vnde in hac materia*, vbi ponit dictos duos caſus. Primus eſt, quando debitores fiſci ſunt redacti in numero debitorum, aut ex contractu, ſeu inſtrumento liquido, aut ex tributis,& hoc caſu proceditur ſummariè,& executiuè, & procedit noſtra ampliatio. Secundus caſus eſt, quãdo non ſunt redacti in numero debitorum, ſed dubitatur, aut contradicitur, & tunc agendum eſt iuris ordine ſeruato, vt per eundem *ibidem verſ. Quædam non ſunt, & num.*4.*& ſequenti*, & procedere videtur ſecunda opinio.

SVMMARIVM
AMPL. IX.

1 *Debitor debitoris ad inſtantiam creditoris non poteſt carcerari, ſed vide num.*4.

2 *Mulier habens mariti confeſſionem, non habet paratam exequutionem contra tertium.*

3 *Exceptio non es nominatus in inſtrumento admittitur.*

4 *Debitor debitoris ad creditoris inſtãtiam poteſt via executiua conueniri.*

5 *Sententiæ executio contra tertium executioni demandatur.*

*Dummodo fecerit tranſitum in rem iudicatam, & facta exequutione in bonis mobilibus, ſeu ſtabilibus non repertis num.*6.

*Tria requiruntur vt poſſit ad dictam exequutionem deueniri num.*7.

*Debet decretum iudicis interuenire, & eius interrogatio num.*8.

9 *Debitore debitoris interrogato, & negante debito, eo probato, fit executio contra eum.*

10 *Debitor cenſus negans debitum conuenitur via executiua.*

11 *Debitor debitoris in præſtatione annui cenſus, rectè conueniri poteſt.*

*Etiam abſque principalis debitoris excuſſione num.*12.

*Dummodo principalis debitor habeat paratam exequutionem contra ſuum debitorem num.*13.

*Et ſint mandatæ actiones per primum debitorem num.*14.

15 *Mandare actiones, & cedere actiones differunt.*

16 *Debitor debitoris ad inſtantiam ceſſionarij poteſt conueniri.*

*Et multò magis ad inſtantiam fiſci numero*17.

*Et procedit etiam in pecunia num.*18.

*Dummodo debitum ſit liquidum, & appareat pecuniam eſſe debitoris numero*19.

*Etiam in pecunia pupilli num.*20.

*Etiam pro cauſa frumentaria num.*21.

AM-

AMPLIATIO IX.
Etiam contra debitorem debitoris.

An debitor debitoris poſſit arreſtari, & carcerari, ſeu aliter conueniri?

Caball millel. 627 fol. 38. p. 2. Coſta de remed. 1 ſubſid. rem. 77. fol. 228 R. de Ros. ... Zacchi... Com. ... 94 fol. 462 ... de incontinen. lib. 6. cap. 62 fol. 50

DEBITOR debitoris nõ
videtur eſſe carceribus
† mancipandus ad cre-
ditoris principalis in-
ſtãtiam, apparet enim
tam ex fundamẽtis ad-
ductis *in ſexta ampliatione princip.* etiam
in tertio poſſeſſore, quàm in traditis
per *Bartol. in l. 1. num. 3. verſic. Tertio
nota ff. de his, quæ in teſtam. delent.* vbi
mulieri habenti mariti confeſſionem,
2 † & de dote recepta acceptationem, eo
mortuo paratam executionem contra
tertium lex nullo modo concedit, cuius
opinionem ſequitur *Rebuff. de literar.
obligat. art. 1. gloſ. 9. nu. 31.* & dicemus
latius, Deo dante, *in lib. 2. de cauſ. &
pact. execut.*

Secundò videtur obſtare illa præci-
pua iuris exceptio, non es nominatus
3 † in inſtrumento, & ſic dicto creditori
actionem ſupradictam eſſe denegãdam
*l. ſi pro te C. de iur. dot. l. 2. C. de inoffic. doti-
bus, Bald. in l. 2. C. ſi aduerſus creditorem,
& in l. hac edictali C. de ſecund. nupt. Fe-
lin. in cap. cum ſuper num. 15. extra de re
iudicat. Bald. in conſ. 149. num. 1. vol. 3.*
cum alijs allegatis per *Coler. de proceſſ.
execut. part. 2. cap. 3. num. 416. verſic.
Hinc eſt, num. 463. verſic. Cuius rei,* li-
cèt Doctores ab eo allegati, & ſupra ci-
tati hoc non omnes dicant.

Contrariam partem, quod contrà
4 † debitorem debitoris poſſit agi via
etiam executiua, vel alijs medijs fir-
mant *Doctores omnes in l. 15. à Diuo Pio
§. final. ff. de re iudicat. & in l. 2. C. quan-
do fiſc. vel priuat. debitor ſui debitor.* vbi
ad hoc vt materia, quæ ſatis confuſè
traditur clarè appareat, diſtinguendos
eſſe plures caſus, operæpretium duxi-
mus.

Primus caſus eſt, quando creditor
non habet, nec ſpecialiter, nec genera-
liter bona ſui primi debitoris obliga-
ta, ſed iſte debitor reperitur per ſen-
tentiam condemnatus, quæ tranſitum
5 fecit in rem iudicatam, huius † enim
ſententiæ executio rectè executioni de-
mãdatur contra debitorem condemna-
ti, vt eſt *text. clar. in l. 2. vbi Bart. Bald.
Iaſon. Salicet. Angel. Alber. cæterique Scri-
bentes C. quand. fiſc. vel priuat. & in d.
l. à Diuo Pio §. final. ff. de re iudic. Aſin.
in ſua prax. §. 31. cap. 2. ampl. 20. fol. m.
173. Beroi. conſil. 106. num. 1. lib. 3. Cal-
uol. in prax. iudic. §. executio, concluſio. 1.
num. 13.*

Declara primò hunc caſum, ita per-
miſſam eſſe executionem contra debi-
torem dicti in ſententia condemnati,
6 quando eadem † ſententia in iudica-
tum tranſita, primò ſit executioni de-
mandata contra bona mobilia, & in de-
fectum mobilium per nuncij relatio-
nem contra immobilia, ſeu ſtabilia,
*Manſuer. in prax. iudic. in tit. de execut.
& ſubhaſt. num. 8.* quibus non repertis
deueniri poteſt ad excuſſionem nomi-
num debitorum, hanc practicam ma-
gis clarè inter omnes ponit *Salicet. in d.
l. 2. num. 5. & 6. verſic. Or attende, Bald.
nu. 5. & 6. verſic. Sed hoc, Roman. conſil.
426. Pro dilucidatione num. 1. verſ. In
quo quidem, & conſ. 141. Eximiæ Doctor.
verſic. Primum, Coler. de proceſſ. execut.
p. 2. c. 3. nu. 464.* & dicemus latius infra
de ſentent. & re iudic. Aſin. in d. §. 31. Aſini d. fol. 173.
*cap. 2. ampliatio. 20. num. 2. verſic. Tria
tamen.*

Et quamuis *Bald. in d. num. 2. & nu.
5. & Salicet. num. 1. verſ. Et ſic habes,
& num. 5. verſic. Et modò concludo, C.
quando fiſc. & Roman. & Coler. in præ-
citatis*

7 *citatis locis*, ad hoc, vt † debitor debitoris poſſit conueniri tria requirenda eſſe firmauerint, nempe principalis debitoris condemnatio, bonorum eiuſdem excuſſio, & eiuſdem debitoris primi debitoris confeſſio, *Aſinus in dicta ampl.* 20. Tamen idem eſt cum ſupradictis requiſitis primæ declarationis, vt patet ad ſenſum.

Declara ſecũdò dictum caſum, quod in exequutione dictæ ſententiæ contra
8 debitorem debitoris debeat † decretum Iudicis, & eius interrogatio interuenire, qui debet hũc debitorem interrogare ſi pecuniæ prætenſæ eſt debitor, & ſi confeſſus fuerit, vel ſoluere debet, vel contra eum relaxatur exequutio, *l. ſi debitum C. quando fiſc. vel priuat. & in dicta l. 2. vbi Bald. numero* 4. *verſic. Secundò oppono, Alex. in dicta l. à Diuo Pio §. fin. nu.* 11. *verſic. Capio Gloſſam Iaſon. num.* 3. *verſic. Capio Gloſ. Angel. num.* 1.

9 Declara tertiò, vt ſi debitum † iſte debitor interrogatus negauerit, vt per Doctores ſupra citatos *in d. l.* 2. *C. quãd. fiſc. vel priuat. Alex. in d. l. à Diuo Pio §. fin. num.* 2. *verſ. Quod limita* cum allegatis, & creditor incontinenti velit probare de malitia negantis per inſtrumentum guarentigiæ, vel inſtrumentum alicuius ſententiæ, vel medio iuramento, fit executio contra dictum debitorem debitoris, dummodo fuerit, vt ſupra, legitimè facta probatio iſtius debiti, *Alexand. vbi ſupra dicto num.* 2. *verſic. Cinus tamen, Caroc. de excuſſ. bonorum parte* 2. *quæſtione* 7. *numero tertio, verſicul. Secundò, Iaſon. in dicto §. fin. numero primo, verſic. Nota primò*.

Limita hanc tertiam declarationem in annuo cenſu, in quo reperitur obligatus debitor ad ſoluendum cenſum,
10 † ſiue aliam penſionem, quia non obſtante negatione fit executio contra talem debitorem debitoris, *Bald. in l. etiam C. de execut. rei iudic. Alexand. in dicta l. à Diuo Pio §. fin. num.* 4. *verſic. Tertiò limita*, vbi etiam de ratione huius limitationis, & ibi etiam *Iaſon num.* 1. *verſic. Secundò ſingulariter*.

Secundus caſus eſt, quando ſumus
11 in annuo † cenſu, in quo aliqua bona ſpecialiter hipothecata, & ſubmiſſa reperiuntur, & deinde omnia bona, & ſignanter nomina debitorum cum clauſula, quod ſpecialitas non deroget generalitati, nec è contra iuxta *deciſionem quintam Sac. Reg. Conſil. relatam per Vincentium de Franch.* cum ibi
12 allegatis, hoc enim caſu creditor † poteſt actionem dirigere contra debitorem debitoris, & perſonaliter etiam compellere abſque alia principalis debitoris excuſſione, vt eſt communis opinio, ✱ de qua *Caroc. de excuſſ. bonorum dicta parte* 2. *quæſtione* 7. *numero* 20. *verſic. Concludendo igitur* cum allegatis, vbi ſic puto eſſe intelligendam dictam communem opinionem *Bartol. in dicta l.* 2. *numero ſecundo, verſic. Oppono dicitur, Alber. in dicta rubric. C. quando fiſc. vel priuat. numero tertio, verſic. Si expreſsè, & verſic. Poteſt etiam*.

Declara tamen, quando primus de-
13 bitor † contra ſuum debitorem paratam habet executionem, tunc enim eadem executio permittitur primo creditori, & ſi ſecus eſſet plus iuris in exigendo tribueretur iſti primo creditori, quàm ipſe debitor primus haberet, *Angel. in dicta l. à Diuo Pio §. final. numero ſecundo, verſic. & omnia*.

Tertius eſt caſus, quando per
14 principalem † debitorem ſunt mandatæ actiones ſui debitoris, in hac

 enim

enim facti ſpecie, primus creditor contra liquidum debitorem via executiua agere poteſt,& exercendo dictas actiones vti procurator in re propria poteſt debitorem ſui debitoris ad ſoluendum compellere, *Salic. dicta l. 2. num. 4. verſic. Quaero modò.*

15 Mandare actiones, & cedere actiones † differunt inter ſe, nam mandare minus eſt, quàm cedere, non reſpectu perſonæ cedentis, ſeu mandantis, ſed reſpectu mandatarij, & ceſſionarij, apud enim hunc transferuntur tam vtiles, quàm directæ actiones; in mandatarium verò nullæ, ſed tantum mandati exercitium in eo collatum dicitur *Gloſ. in l. 1. in l. verbo, mandatum, C. de action. & obligat. vbi Azo. in Summa Bertazz. de Clauſ. clauſ. 2 . gloſ 4. verſic. Dicunt tamen*, licèt hodie propter verba, quæ in iſtiuſmodi inſtrumentis per Notarios apponuntur, *dedit, ceſſit, tradidit, conceſſit, tranſtulit, atque mandauit, Bartol. in dicta l. 1. in prima lectura num. 7. & num. 10.* nulla ſit differentia inter mandantem, & cedentem, *Bertazz. vbi ſupra verſic. Ita diſtinguendo*, & ſic puto eſſe intelligendum *Salic. in dicta l. 2.*

16 Quartus caſus eſt, & idem cum ſupradicto tertio ex his, quæ ſupra retulimus in ceſſionario, † ad cuius inſtantiam poterit arreſtari debitor ſui debitoris per eum ceſſi medio ceſſionis, vt dicemus *infra amplíat. 21. principali pag. 190.*

17 Quintus eſt caſus in debitoribus debitorum fiſci, † qui ex priuilegio peculiari eiuſdem fiſci, poteſt debitorem debitoris, dummodo debitum confiteatur, compellere, aliàs non, niſi ſeruatis ſeruandis, *Lucan. de priuileg. fiſc. 3. par. principal. num. 42. caſu 42 tomo 12. tract. folio mihi 8.* & vide quæ ſupra latius diximus in ampliat. 8. princ.

18 Sextus caſus eſt, quando fit ſequeſtrum, † ſeu relaxatur mandatum ſequeſtratiuum in pecunia ſupradicti debitoris primi debitoris, cum præcepto, quod non ſoluat ſuo creditori ſine Iudicis mandato, vel decreto, quod de iure fieri poteſt *dicta l. 2. C. quand. fiſc. vel priuat. Manſuer. in ſua praxi tit. de execut. §. item ſi creditor numero 4. Rebuff. in tract. de literar. obligat. art 6. gloſ. 3. num. 9. Coler. de proceſſ. execut. dicta parte 2. cap. 3. num. 408. verſic. Neque tamen, & Fuſius parte 3. cap. 8. num. 35. verſic. Quo caſu.*

Vel quod faciat depoſitum *Manſuer. & Rebuff. in locis commemoratis, Periſ. conſilio 107. numero 72 & 73. verſicul. Et hac volumine tertio, Coler. vbi ſupra dicto capit. 8. verſicul. Poteſt etiam.*

19 Declara hunc caſum, quia ſi debitum eſt † liquidum, & pecunia apparet certa dicti debitoris ſecundi, tunc fit executio contra pecuniam, & non contra debitorem, *Alexand. in dicta l, à Diuo Pio §. final. numero 6. verſicul. Secundo nota, Caroc. de excuſſ. bonorum dicta parte 2. quaeſtione 7. numero 1. & 2.*

20 Amplia etiam, † in pecunia pupilli, *Alex. ibidem num. 7. Iaſ. num. 2. verſic. Secundo nota.*

21 Septimus caſus eſt in pecunia frumentaria, † pro qua, fauore vbertatis, fieri poteſt executio contra debitorem debitoris, Ripa expreſsè per aliqua iura *de remed. ad conſeruand. vbert. num. 36. verſic. Et contra.*

SVMMARIVM.

AMPL. X.

1 *Filiusfamilias in omnibus contractibus validè obligatur exceptis mutuo & voto, & quando pro fratre accedit.*

Etiam

Etiam ſi cum iuramento Senatuſconſulti beneficio renunciet num.2. Sed vide numero 7.

3 *Iuramentum non poteſt actum nullum confirmare.*

Nec iuri communi praeiudicare num.4.

5 *Renunciatio beneficij Senatuſconſulti, tenet in praeiudicium filij ſui iuris effecti.*

6 *Pater poteſt impedire iuramentum à filio praeſtitum.*

7 *Filiusfamilias cum iuramento renuncians dicto beneficio Senatuſconſult. obligatur ſecundum communem.*

8 *Mulier poteſt renunciare Velleiano, quia ſimpliciter ad eius fauorem eſt introductum.*

9 *Senatuſconſultum Velleianum reſpuit fauorem patris, & odium creditoris.*

10 *Filiusfam. ne in periurium incidat, debet petere abſolutionem à iuramento.*

Debet ſoluere, & poſtea repetere ſecundum opinionem Bart. num.11. Sed contraria num. ſequenti, opinio Bartol. impugnatur num.12.

Eam defendunt multi num.13. & Author eam ſequitur in puncto iuris numero 15.

14 *Renunciatio facta Macedoniano per filiumfam. eſt nulla, nec opus eſt abſolutione à iuramento.*

16 *Filii famil. de iure conceditur debiti repetitio.*

17 *Creditor mutuum dans filiofam. turpiter agit.*

18 *Actio vbi non datur competit exceptio.*

19 *Filijfamilias fideiuſſor non poteſt conueniri.*

20 *Expromiſſor filijfamilias conuenitur.*

21 *Filiusfamilias poteſt vti fideiuſſor maior viginti quinque annis obligari.*

22 *Haeredes filijfamilias obligati, nequeunt conueniri.*

23 *Nepotes filijfamilias non conueniuntur.*

24 *Statutum mentionem faciens de filiofam. extenditur ad nepotem.*

25 *Filiusfam. pro ſoluendis paternis debitis obligari poteſt.*

Emancipatus verò, vel aliàs à patria poteſtate ſolutus non tenetur, niſi in quantum facere poteſt num.26.

Pro patre carcerato, etiam ſi ſit minor validè obligatur, nec habet reſtitutionis beneficium non obſtante etiam Reg. Pragm. Regn. de Senatuſconſ. Macedon. num.27.

Tenetur, quando pater accepit mutuo pecuniam, & expendit in expenſas neceſſarias, & alimenta filiorum numero 28.

Procedit quando filij diuites euadunt num.29.

Quando contemplatione filiorum factum eſt mutuum num.30.

Obligatur quando promiſit obligationem ad tempus, vel pro dote ſororis num.31. & num.37.

Tenet eius obligatio cauſa ſtudij numero 32.

Etiam ſi vti fideiuſſor accedat numero 33.

In Regno non obligatur etiam cauſa ſtudij num.34.

Extra regnum obligatus in Regno conuenitur ſtudij cauſa num.35.

In foro conſcientiae ſi pecunia in filij vtilitatem verſa ſit, ſemper remanet obligatus num.36.

Si malum reſultauit, nec patri vtilitas quaeſita fuit, non tenetur in foro poli, num.37. Vel quando pro dote obligatur vt ibidem.

In Regno non obligatur, niſi cum praeſentia, & expreſſo patris conſenſu numero 38.

Obligatus cum patris conſenſu, & praeſentia, & exiſtente ſub eius poteſtate poteſt compelli num.39.

Emancipatus, vel ſi renunciauerit haereditati

ditati paterna, non conuenitur, niſi in quantum facere poteſt num.40.

Procedit hoc probatis quatuor requiſitis num.41.

Etiam ſi renunciauerit omni legum auxilio, & beneficio l.1. & 2. ff. & C. Quod cum eo num.42.

Nec ſufficit generalis renunciatio numero 43.

Sufficit tamen ſi fuit certioratus beneficio l.1. & 2. quod cum eo num.44.

Hæc ſpecialiſſima renunciatio non requiritur ſecundum Authorem num.45.

46 *Senatuſconſulti Macedon. beneficium eſt inductum fauore filiorum, & in odium creditoris.*

47 *Beneficium ne quis conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, eſt inductum fauore filiorum, & fauore creditorum.*

48 *Filiusfam. poteſt conueniri in quantum facere poteſt.*

49 *Macedoniani beneficio poteſt renunciari cum iuramento abſque certioratione.*

50 *Filiusfam aſſerens ſe eſſe emancipatum, vel ſeorſum viuere, non obligatur, nec ad pœnam mendacij, neque ad debitum.*

Nec fideiuſſio præſtita tenet, num.51.

52 *Patriæ poteſtatis qualitas debet probari per filium.*

Contrarium tenent multi num.53.

Exiſtentis ſub patria poteſtate tempore contractus qualitas debet probari per creditorem num.54.

55 *Filiusfam. natus ex legitimo matrimonio præſumitur eſſe ſub patris poteſtate.*

Aſſerens eſſe patremfam. debet probare qualitatem patriæ poteſtatis numero 56.

Si adiuit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij non tenetur, niſi in quantum facere poteſt num.57.

Non procedit ſi fuit certioratus ſpecialiſſima certioratione l.1. & 2. quod cum eo numero 58.

Seorſum à patre viuens obligatus conueniri poteſt num.59.

Etiam ſi momento ſeorſum ſtetit numero 60.

Seorſum viuit etiam ſi in eadem domo patris viuat, dummodò proprijs eius expenſis num.61.

Per decem annos ſeorſum viuens dicitur ſolutus à patria poteſtate numero 62.

Falſo iurans viuere ſeorſum à patre, non iuuatur Macedoniano num.63.

In Regno falſo iurans non punitur numero 64.

Si aſſerit ſeorſum viuere non nocet patri num.65.

Poteſt in promptu probare contrarium num.66.

Contractus ad eius fauorem factus tenet, & valet num.67.

Non procedit attenta diſpoſitione Reg. Pragmat. num.68.

Etiam ſi patris ratificatio ſubſequatur num.69.

Mercator validè, & efficaciter obligatur num.70.

71 *Mercator, & negociator differunt inter ſe.*

72 *Filiusfam. quo ad bona caſtrenſia, & quaſi validè obligatur.*

Procedit quando contractus fuit factus in cauſam peculij num.73.

Et ſi obligari poſſit quoad peculium caſtrenſe, vel quaſi, de perſona non poteſt moleſtari num.74.

Solutus à patria poteſtate non tenetur, niſi in quantum facere poteſt numero 75.

Et impedit liquidationem num.76.

Non procedit ſi obligatio ſit contracta cum præſentia patris, & eius conſenſu, & certioratus beneficio num.77.

Contractus factus ab eo in patris beneficium non tenet num.78.

Au-

Digitized by Google

79 *Authoritatem, & conſenſum nemo poteſt ad ſui commodum præſtare ſecundum vnam opinionem.*

*Recenſentur fundamenta pro hac parte num.*80. & 81.

*Contrarium in terminis ſtatuti tenent Doctores mag. authoritatis num.*82.

83 *Patria poteſtas erga filios eſt introducta de iure Roman.*

84 *Obligatio inter patrem, & filium naturalis, & non ciuilis contrahitur.*

85 *Pater, & filius ſunt vna, eademque perſona.*

86 *Obligatio quo ad peculium caſtrenſe, vel quaſi inter patrem, & filium oritur, & actio datur.*

87 *Filiusfamilias iuris fictione habetur pro patrefamil.*

88 *Peculium aduentitium patri acquiritur quo ad fructus.*

89 *Obligatio contrahitur inter patrem, & filium in aduentitijs.*

90 *Filiusfamilias poteſt donare patri peculium aduētitium, & morte confirmatur.*

*Non poteſt bona aduentitia alienare abſque patris conſenſu num,*91.

92 *Peculium profectitium patri acquiritur.*

93 *Filiusfamilias negociationem contrahens cum patris pecunia, acquirit dimidium lucri pecuniæ, & alteram dimidiam induſtriæ.*

*Quæ dantur actiones contra patrem, & contra filium num.*94.

*Poteſt diſponere de portione lucri ad ſui libitum num.*95.

AMPLIATIO X.

Etiam in filiofamilias.

An filiusfamilias poſſit carcerari, vel arreſtari pro iudicij aſſecuratione?

1 FILIVSFAMILIAS ſi ſub patria poteſtate † viuit, iure communi inſpecto, in omnibus contractibus validè, & efficaciter obligatur exceptis mutuo, voto, & quando fratris obligationi ſupponitur, & niſi ſoluerit, contra eum mediante captura fit executio, *l.*3. §. *ſed vtrum, vbi Bartol. num.*2. *verſic. Contrarium, eſt verius ff. de minor.* eſt communis ⁎ opinio, de qua *Suarez receptar. ſentent. in verſic. Filiusfamilias, num.*210. Communem appellat *Aſcan. Clement. in tract. de patr. poteſtat. effectu* 5. *numero* 2. 3. & 4. *Anton. Gomeſ. de contract. capitulo vltimo numero primo, & ſequent. relatus in commun. opinion. ſintag. tomo* 1. *lib.*6. *in verbo, Filijfam. folio mihi* 414. *colum.*2. *lin.*27. *Regul. iuris tomo* 1. *lib.*6. *in verbo, Filiusfamilias, folio* 579. *colum.* 1. *vbi Socin. in regula* 201. *Caualc. deciſ.*31. *Marius Moretus nu.*8. *verſic. Quintò quia, Anton. Hering. in tract. de fideiuſſor. cap.*7. *num.*328. *verſic. Cuius quidem folio mihi* 165. & nouiſſimè non minus eruditè, quàm doctè, *Philipp. Paſchal. in tract. de virib. patriæ poteſt. parte* 1. *cap.*6. *num.*2. *verſic. Siquidem.*

De obligatione ad fauorem fratris facta loquitur tex. clarus *in l. frater à fratre* 38. *ff. de condict. indebit. Afflict. deciſ.*308. *Franciſcus num.*2. *verſic. Sed iſte filius, cum allegatis per Carauit. ſuper Reg. Pragm. huius Regn. ad Senatuſconſult. Macedon.* §.2. *num.*11. *verſic. Sed ſic eſt, Iaſ. in* §. *actiones autem nu.*7. & 8. *verſic. Et videte inſtit. de act. Mantic. de tacit. conuent. lib.*8. *tit.*7. *num.*31. *verſic. Vigeſimoprimo*. Quod diximus de mutuo.

2 Amplia primò, etiam † ſi per filiumfamil. cum iuramento huic Senatuſconſulti beneficio renunciatum eſſet, quia in mutuo nullo modo obligari poteſt. In qua ampliatione quatuor reperio Doctorum altercationes, & opiniones.

Qui primam opinionem ſequuntur quando eſt renunciatum etiam medio
3 iuramento † ſupradicto beneficio, tenēt ꝙ huiuſmodi renũciatio non ſubſiſtat, & mouentur ex hac præcipua ratione.

Iuramentum non poteſt actum nullum confirmare, ergo nec talem infirmam obligationem firmam efficere, hanc ſuſtinet *Io. de Platea in §. quæ diximus circa medium verſic. Quærit hic Iacobus inſtit. quod cum eo*, vbi bonam adducit rationem, quia licèt iuramentum ius priuilegiatum tollere poſſit, iuri tamen
4 communi † præiudicare nequit, & per conſequens nec beneficio dicti Senatuſconſulti à iure communi introducto, ſequitur *Angel. Aret. in § cæterum verſic. Et caducitas*, vbi alias refert rationes *inſtit. eod. tit.* ✱ Communem dicit *Vaſquius* tam iure ciuili, quàm canonico inſpecto *de ſucceſſ. creation.* §. 28. *limit.* 32. *num.* 10. *verſic.* Sed hanc communem, *& expreſſius num.* 51. *verſic. Ex ſuperioribus infert Bartol. folio mihi* 78. eum refert *Guttier. de iuram. confirmator. cap.* 43. *num.* 2. *verſic. Quo caſu parte prima folio mihi* 155. *Grammat. conſil. ciuil.* 63. *In cauſa pulcherrima num.* 2 *& num.* 3. *verſic. Cui quidem, & verſic. Item & plus, Vrſill. ad Afflict. in deciſione* 308. *num.* 25. *& num.* 26.

Declarant hanc primam opinionem, quod licèt dicta renunciatio non ſubſiſtat, quia reſpicit præiudicium tertij, ſcilicet patris; reſpectu tamen
5 filij † ſui iuris poſtea effecti valere, & tenere affirmat, *Ioannes de Plat. in dicto* §. *quæ diximus verſic. Vel poteſt dici, Angel. Aretin. in dicto* §. *Cæterum dicto num* 4. *verſic. Sed in præiudicium filij; Vaſquius in dicto* §. 28. *dicta limitat.* 32. *numero* 51. *verſic. Sed de iure canonico, Ioannes Faber. in* §. *quæ diximus num.* 7. *in fin. verſicul. Vel poteſt dici inſtitut. quod cum eo*, eum refert *Guttier. dicto cap.* 43. *num.* 2. *verſic. Et in hoc articulo*, eam ſequitur *Gómeſ. ibidem relatus de contract. ſub tit. de contract. mut. cap.* 6. *num.* 2. *colum.* 2.

Hæc declaratio alia confirmari po-
6 teſt ratione, etenim cum patri ſit † permiſſum impedire iuramentum à filio præſtitum, & abſque eius conſenſu, non poſſit filium ligare, *Anton. Corn. in tract. de abſolut. iuram. parte* 2. *quæſtione* 9. *num.* 1. 2. *&* 3. *& per tot. folio* 106. Ex quo de patris præiudicio agitur, vt dicunt præfati Doctores, & in ſimili dixit dictus *Anton. Corn. ibidem verſic. Pone cauſam*, ideo ne dum iuramentum infirmatur, ſed nec etiam abſolutione opus eſt, *Corn. vbi ſupra parte* 3 *quæſtione* 1. *num.* 6. *&* 7. *verſic. Quia amplius*.

Secunda opinio eſt contraria ſupradictæ, quod filiusfamilias renun-
7 cians † cum iuramento dicto beneficio efficaciter obligatur, *Mancin. in tractat. de iuram. parte* 4. *effect.* 181. *num.* 2. *verſic. Quæ ſententia*, motus
8 ea ratione, quòd eo modo, † quo mulier renuncians cum iuramento Velleiano remanet obligata, ita etiam filiusfamilias renuncians Macedoniano cum iuramento obligationi ſupponitur, hanc eandem ſententiam tenet *Mant. de tacit. conuent. libro* 8. *titul.* 7. *numero* 32. *verſicul. Vigeſimoſecundo tomo* 1.

Sed ſupradicta ratio à dicto Mācino perpenſa non militat, etenim mulieri ideo renunciare permiſſum eſt Velleiano, quia ſimpliciter ad eius fauorem introductum eſt; Macedonianum verò ne dum reſpicit filijfamilias fauorem, ſed
9 etiam patris, & odio † creditorum promulgatum fuit, vt referunt *Ioannes de Plat. Faber. & Aretin. in locis ſupra commemoratis*, nec obſtat ratio à Cino per-

perpenſa relata per *Vital. in tract. de clauſ. in tit. de renunciat. benef. Macedon. verſ. non obſtat ſol. m. 547.* quod exceptio Macedonian. tanquam odioſa facilius debet tolli, quia maior fauor adeſt Macedoniano, reſpicit enim fauorem patris, & filij, Velleianum verò fauorem mulieris tantum.

Tertia opinio eſt *Bartol. in l. ſi quis pro eo 57. num. 10. verſic. Et ideo dico ff.*
10 *de fideiuſſoribus*, ſuſtinentis † quod ne filiusfam. qui renunciauit dicto beneficio incidat in periurium, poteſt abſolutionem à iuramento obtinere,
11 vel ſi melius † eidem filiofamilias viſum fuerit ſoluere, & poſtea condicere, Hanc Bartoli opinionem ſequitur *Angel. Aretin. in d. §. Cæterum ſub num. 4. verſic. Et ideo infert, inſtit. quod cũ eo, Vaſq. de ſucceſſ. creat. d. lib. 3. §. 28. d. nu. 51. verſ. Ex ſuperioribus*, vbi hanc Bartoli opinionem communem * appellat, eamque defendit *Mantic. de tacit. conuent. d. lib. 8. tit. 7. num. 32. verſic. Sed Couarruuias ſol. m. 503. tomo 1.*

12 Cõtra Bartolum, † cuius dictum falſum eſſe dixit, tenet *Couar. in cap. quamuis §. tertio num. 4. verſ. Ex eadem principali, & verſ. Ego verò de pact. in 6. ſol. mihi 327.* quem refert *Mantic. vbi ſupra*, ſequitur *Guttier. de iuram. confirm. part. 1. cap. 43. num. 3. verſic. In eo etiam, & num. 4. verſic. Quia filiusfamilias*, vbi vltra rationem Couarruuiæ relatam cõtra Bartolum, & Alciatum eum defendentem, aliam adducit, filiofam. metu dicti iuramenti ſoluenti non eſſe à iure permiſſum ſolutum repetere, &
13 hanc tam in puncto † iuris, quàm iudicando, & conſulendo dicit eſſe veram, * Hãc etiam ſententiam defendunt *Imola in d. cap. cum contingat num. 66. verſic. Per prædicta de iur. iurand. & Corn. in repet. auth. ſacramenta puberum num. 52. ſi aduerſ. vendit.* quos refert, & ſequitur *Mantica vbi ſupra verſ. Sed Imola*, Durum etiam mihi videtur ſoluere, & poſtea ſolutum repetere, vt inquit idem *Bartol. in quæſt. 4. Publicanus quidam num 16. verſ. Non enim eſt facile*, vbi difficillimum hoc exiſtimat, & contra Bart. ſuſtinet etiam *Fachin. controuerſ. iur. lib. 2. cap. 62. verſ. Mihi ſanè.*

Quarta opinione firmatur, iura-
14 mẽtum † præſtitum per filiumfamilias Macedon. renunciãtem, adeo eſſe nullum quod nec abſolutione egere dixit *Andr. Alciat. in cap. cum contingat, num. 76. verſic. Secundò infertur de iur. iurand.* vbi hanc dixit magis * communem, quem cum alijs refert, & ſequitur *Guttier. de iur. confirmat. d. cap. 43. num. 2. verſic. Rurſus, & verſic. Ipſe verò* hanc eandem *ex Ioanne Andrea* dicit veriorem * *Mantic. de tacit. conuent. d. lib. 8. tit. 7. d. num. 32. verſ. Subiunxit.*

In ſupradicta Doctorum diuerſitate
15 † in puncto iuris dictam Bartoli opinionem ſuſtinerem, quia etiam debiti repetitio datur in contractu vſurariæ prauitatis non obſtante iuramento, vt patet ex adductis per *Graff. de except. except. 28. num. 5. 6. & 7.* vbi hanc communem * appellat.

16 Et licèt à iure concedatur dicta † debiti repetitio, quoniam creditor turpiter egit, *Mantic. vbi ſupra d. num. 32. in fin. verſic. Nec obſtat*, nihilominus quia dictum beneficium Senatuſconſ. introductum eſt in odium creditorum, vt diximus ſupra, & occaſione parricidij commiſſi per Macedonem, vt habetur *in l. 1. ff. ad Macedon. Conn. comment. iur. ciuil. lib. 7 cap. 2. ſub nu. 3. verſic. Fuit & aliud, & per Theoph. inſtit. quod cum eo in §. illud propriè*, vbi ſubdit, quod nec actio competit, ideo dicimus, quod turpiter, & doloſè egit filiofamilias pecuniam mutuãdo, quem

ea

17 ea facilitate ad iurādum adduxit, quā ad mutuum recipiendum, Et licèt contrarium ſuſtineat *Fachin. controuerſ. iuris d. cap. 62. verſic. Mihi ſanè*, vbi recenſendo quatuor opiniones Bartolum refellit, tamen impetrata iuramēti abſolutione firmat huic locum eſſe exceptioni, *vt in fine dicti verſiculi Mihi ſanè*.

Et in praxi, ac iudicando à dicta quarta opinione vti magis * communi non recederem, obtēta tamen ad impediēdam mutui ſolutionem iuramenti abſolutione, qua mediante cum non detur actio, vt proximè diximus, rectè
18 iure competit † exceptio, qua poterit creditor repelli, & hæc eſt magis expediens, & magis tuta praxis, vt in ſimili dixit *Corneus in tract. de abſolut. iuram. part. 3. quæſt. 21. num. 12. verſic. Et profectò*.

Amplia ſecundò, vt nec eius fideiuſ-
19 ſor † conueniri poſſit, vel alio modo moleſtari, ſeu carcerari, *l. ſed & ſi pater, §. non ſolum, vbi Gloſ. in verbo, habebit, ff. ad Macedon. Ant. Gomez. vbi ſupra Oſaſc. d. deciſ. 31. num. 9. Graſſ. de except. except. 27. num. 17.*

Declara primò hanc ſecundam ampliationem non procedere in expro-
20 miſſore, † qui cum propriè ille dicatur, quando promittit, & principaliter obligationi accedit pro eo, qui efficaciter non eſt obligatus, *Alex. in l. 5. §. ſatis acceptio ff. de verbor. obligation. Hippolit. in rubric. de fideiuſſor. num. 4. Pariſ. conſ. 110. num 14. lib. 1. Bertaz. in tract. de clauſ. clauſ. 39. gloſ. 1. num. 7.* quos cum alijs refert *Ant. Hering. in tract. de fideiuſſ. cap. 4. num. 41. verſic. Nunc reſtat*, quia omnes mouentur *per text. in l. & eleganter §. ſeruus pactionis ff. de dol. l. hoc iure §. ſi quis ſeruo ff. de donationibus eſt optimus text. in l. ſi mulier, 22. ff. ad Velleian. Cuiac. in d. §. ſeruus pactionis. Conn. lib. 6. num. 2. & num. 91.*

Ideo quando obligatur expromiſſor pro filiofam. rectè conueniri poteſt, dato quod accedat obligationi per viā expromiſſionis ad fauorem eiuſdem filijfamilias per ſupradicta iura, quia dum expromiſſor obligatur quaſi reus principalis *Gloſ. in l. qui libertinus §. vltimo, verbo, Dederit, ff. de oper. libert.* & principalem obligationem in ſe ſuſcipere videatur, adeo quod ex eius promiſſione fit nouatio *l. vltima ff. ad S. C. Vell.* ergo rectè, & validè obligatur in caſu ſupradicto.

Contrariam partem ex pluribus etiam iure communi inſpecto ſequitur idem *Hering. vbi ſupra num. 42. verſic. Sed ab huiuſmodi*, vbi quod expromiſſor propriè dicatur, ille, qui promittit pro eo, qui efficaciter obligatus erat, *ex Iaſone in l. 4. § ait prætor. num. 3. ff. de re iudic.*

Et propterea cum filiusfamilias obligari non poſſit in multis caſibus, expromiſſorem nec etiam eſſe conueniendum affirmandum eſt. 21

Et in terminis Reg. Prag. hoc confirmat *Philip. Paſchal. de virib. patr. poteſt. d. cap. 5. num. 17. verſic. Hic autem, vbi verſic. Hæc autem concluſio, & verſic. licèt autem vera*, aſſeuerat expromiſſorem non obligari, quando pro filiofam. accedit, quia dum in ſtatuto adeſt clauſula annullatiua, actus eſt ipſo iure nullus, & ex quouis colore fideiuſſio accedat, reijcienda eſt * vt ex communi hanc firmat ſententiam.

Sed hanc contrarietatem declararem procedere cum hac diſtinctione, quod prima opinio procedat, & procedere debeat in illis caſibus, in quibus filiusfam. de iure obligari poteſt, de quibus infra latius dicemus, ſecunda verò, in quibus obligari nequit, vt ſuperius, & inferius retulimus, pro qua diſtin-

diſtinctione facit *d.tex.in l.ſi mulier 22. ff.ad Velleian.*

Declara ſecundò, quod licèt filiuſ-
fam. in mutuo non poſſit fideiuſſor ac-
cedere, in alijs tamen contractibus ſi
21 maior † vigintiquinque annis exiſtat
vti fideiuſſor de iure obligatus rema-
net, nedum ſi pro patre, verum etiam
ſi pro extraneo promittat, *l.ſi ex alio,
vbi præcipuè Salicet.* & *Bald C.quod cum
eo l.1. C. de filiofam.minor. l.ſi dubitat §.
filiusfam. ff. de fideiuſſor. Anton. He-
ring. in d.tract. de fideiuſſ. cap.7. num.
336.* & *ſequenti verſ. Quemadmodum
autem,* & *num.327.verſic.Sic igitur fo-
lio mihi 165.* & *folio 166. cum allegatis.*

Amplia tertiò dictam propoſitio-
22 nem locũ habere, † etiam in ipſius filij
hæredibus *l.item §.quamquam ff.ad Ma-
cedon.* eſt * communis opinio, de qua
*Graſſ. in tract. de except. d.except.27.
num.18. verſ.Item competit, Craſſ.de ſuc-
ceſſ.lib.2. tit.de tranſmiſſ.quæſt.29. num.
13. Mantic. de tacit. conuent. lib.8. tit.
7.num.6. verſic. Sextò.*

23 Amplia quartò in nepotibus † viuo
auo mutuo accipiẽtibus, iſti enim Ma-
cedoniani exceptione tueri poſſunt,
l.filius, vbi Gloſ. ff.ad Macedon. & *l.ſi fi-
lius C. eodem, vbi Salicet. ſub num. 1. ibi.
Ideo dixi, quod ſtatutum de filio mentio-
24 nem faciens, etiam † ad nepotem extendi-
tur, Graſſ. in d.except.27.num.19.verſic.
Quæro modò, Molignat.in tract.de appel-
lat. verbor. num.426. Roberti Beneue-
nut. in tract. de ord. iudic. in rubr. de Se-
natuſconſult. Maced. num.6.* quos alle-
gat *Graſſ. in d.except.27. Mantic. de ta-
cit. conuent. d.lib.8. tit.7.num.4. verſic.
Tertiò etiam, Connan. in comm.iur.ciuil.
lib.7. cap.2. ſub num.5. verſ. Idem in ne-
pote folio mihi 664.*

Quod diximus ſupra in hac amplia-
tione decima principali in mutuo fi-
liumfamilias non obligari.

Limita primò de iure communi,
25 quando filius pro ſoluendis † pater-
nis debitis obligationi ſe ſubmitteret,
quia hoc caſu non iuuaretur dicto be-
neficio, *Philip.Paſchal. in d.tract.de viri-
bus patr.poteſt.d.cap.6.num.123.part.1.
cum iuribus ab eo allegatis ibidem verſic.
Nunc alia folio 92.* quibus addo *Anton.
Hering. in tract.de fideiuſſ. d.cap.7.num.
336.* & *ſequent. verſic. Quemadmodum,*
& *Connan. vbi ſupra num.5. verſic. Id-
circò.*

Declara hãc limitationem, vt quam-
uis validè pro ſoluendis debitis obli-
26 gatus exiſtat, tamen † ſi emancipatus
fuerit, vel aliàs à patria poteſtate ſolu-
tus, vel mutatus, non tenetur, niſi in
quantum facere poteſt, *l.ex alio, vbi Sa-
licet.* & *Bald. C.quod cum eo, Anton.He-
ring. vbi ſupra num.342.* & *ſeq. verſic.
Veriſimilior,* & dicemus infra.

Amplia ſupradictam primam limi-
tationem, vt multò fortius procedat
27 imminente patris † carceratione, quia
etiam ſi filius pro patre intercedens
eſſet minor validè, & efficaciter obli-
gatur, nec etiam beneficio reſtitutio-
nis in integrum iuuatur, opus enim
piũ facere videtur, vt *ex Aretin.Salicet,*
& *Sfort.Odd. in locis commemoratis fir-
mat Philip. Paſchal. d.cap.6. d.num.123.
verſ. Quæ concluſio part.1. folio 92.* vbi
etiam extendit non obſtante Regia
Prag. de Senatuſconſul.Macedon. quia
ſi pro patre ſe obligauerit, etiam ſi con-
ſenſus, & præſentia non interuenerit,
obligatio firma remanet, & ita teſtatur
fuiſſe deciſum in Sacr. Reg.Conſ. * ip-
ſo patrocinante *ſub eodem num.123.
verſic. Vnde ergo vſque ad finem numeri,*
quibus benè conueniunt commemo-
rata eleganti methodo per *Ant.Hering.
in d.tractat. de fideiuſſ. d.cap.7.nu.348.
cum multis ſequentibus verſic. Porrò non
eſt folio 168.*

Limi-

Limita ſecundò, quando pater mu-
28 tuo † pecuniam accepit, & illam conuertit in expenſas neceſſarias, & alimenta filiorum, quia exiſtente patre inope, creditor agere poteſt ad reſtitutionem pecuniæ mutuatę contra filios, qui alimenta ex eadem pecunia habuerunt, *Cepoll caut. 246. Roman. ſing. 213. Pater pauper cum allegatis per eundem Philip. Paſchal. vbi ſupra nu. 124. verſic. Et eadem quoque ratione*, quibus addo *Franc. Cremenſ. ſingul. 37. Tu mutuaſti, Angel. in l. ſi ſolis numero 1. verſic. Et per hoc, vbi etiam Iaſon. in princ. ff. de condict. indebit.*

Declara tamen hanc limitationem
29 procedere, quando † filij diuites euaſerunt, vt per *Cepoll. in d. Caut. 246. & Roman. d. ſing 213.*

Contrariam partem, quod filij non teneantur, tenet Decius *in l. 23. ſi cum ſeruum num. 1. & Alciat. ibidem in fine verſic. Hincque Iaſon.*

Sed concordando dicas procedere primam opinionem, quando contem-
30 platione † filiorum factum eſt mutuũ, & ex illo locupletiores facti ſunt filij, quia in hoc caſu tenentur, & conueniri poſſunt, vt ita defendendo Bartoli opinionem *in d. l. ſi ſolis. ff. de condict. indebit. dictus Alciat. in d. l. 23. ſi cum ſeruum in fine verſic. Quam ſententiam*, cui conueniunt etiam allegata *per Cepoll. & Roman. in loco ſuperius allegato.*

Limita tertiò, quando filiusfamilias accedẽte iuramento ſe obligauit, pro-
31 miſitque † obligationem ad tempus, quando ſcilicet paterfamilias eſſet effectus, & maximè ſi dotem pro ſorore promiſit, ſi enim patris hæreditatem adiuerit validè obligatur, nec poteſt contra talem obligationem venire, *Abbas in conſ. 12. Vt clarè materia ſub num. 4. verſic. Sed huic concluſioni part. 1.* cui accedant allegata *per Philip. Paſchal. in d. tract. de virib. patr. poteſt. d. cap. 6. num. 123. verſic. Pro qua concluſione, & per Mantic. de tacit. conuent. d. lib. 8. tit. 7. num. 28. verſic. Decimooctauò*, vbi loquitur etiam in filia, non autem in extranea dotata.

Limita quartò, quãdo filiusfamilias
32 de licentia patris cauſa ſtudij † debitum contraxit, & iurauit non diſcedere antequam ſolueret. Hoc caſu per iuramentum obligationi deuincitur *ſecundum Anton. de Petr. in l. 1. verſic. Quinquageſimus ſecundus num. 302. de iur. iurand.* vel quia de patris licentia dictæ obligationi ſe ſubmiſit ſecundum *Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 45. num. 2. verſic. Et tamen*, vel ſimpliciter mutuum accepit, quia efficaciter obligatur, *ſecundum Aſcan. Clement. de Patr. poteſt. d. effect. 5. num. 12. verſic. Quartò limita, Carauit. in d. Prag. §. 9. nu. 27. verſic. Iſta quæſtio, Graſſ. de except. except. 27. num. 8. verſic. Tertiò, Mantic. de tacit. conuent. d. lib. 8. tit. 7. num. 21. verſic. Septimò reſtringitur*, vbi ampliat primò procedere etiam ſi pater expreſsè prohibuerit, ne filius mutuo pecuniam acciperet, & in caſu contrarij ſe nolle teneri; ſecundò, ſi vtiliter dictam pecuniam expendit, *Connan. in comment. iur. ciuil. d. lib. 7. cap. 2. ſub nu. 5. circa finem verſic. Ita creditori.*

Amplia hãc quartam limitationem, vt ſi filiusfamilias tanquam fideiuſſor
33 † in ſtudio accedat, & eius priuilegio renunciauit, prout renunciari poteſt, rectè obligatur, vt ex multis cumulatis firmat *Ant. Hering. in tract. de fideiuſſor. d. cap. 7. num. 334. & num. 335. verſic. Sed quid de filiofam. folio mihi 166.*

Primò declara hanc quartam limitationem non procedere de iure muni-
34 cipali huius Regni, quia † etiam ſi obligatio fuerit facta cauſa ſtudij, vel in ſtudio, non tenet, niſi cum præſentia, & con-

cõnſenſu eiuſdem patris per ea, quæ pluribus rationibus exornat *Carauit. in d. Prag. §. 9. num. 28. verſic. Et breuiter,* quia etiamſi per Epiſtolam conſentiat obligatio non conualidatur, *vt per eundem Carauit. in §. 10. nu. 20. verſic. Quæ omnia.*

Declara ſecundò hanc eandem limitationem, vt quamuis obligatio in hoc Regno etiam cauſa ſtudij ſtipulata,
35 non ſubſiſtat, attamen ſi fuit † extra Regnum confecta, quia locus contractus attenditur, etiam in Regno debitæ executioni demandari poteſt, ceſſat enim hoc caſu diſpoſitio d. Reg. Prag. *Carauit. in d. §. 9. num. 1. 2. 3. & 4. & Rouit. in ead. Reg. Prag. nu. 9. verſic. Regnicola in 2. impreſſione, & nu. 19. verſic. Hinc eſt in 3. impreſſione,* vbi *ex Vinc. de Franch. deciſ. 72.* ſic teſtatur fuiſſe deciſum, prout diximus ſupra *in ampliat. 8. princip. num. 25. Thorus in compend. deciſ. in verbo, Filiusfamilias, cum allegatis folio mihi 235.*

Subdeclara hanc ſecundam declarationem procedere, dummodo ſcriptura extra Regnum confecta authenticis literis teſtimonialibus, vel officialis eiuſdem Ciuitatis ſit ſuffulta, *Ricc. in deciſ. Curiæ Archiepiſcopali Neap. 170. num. 7.*

Limita quintò in foro conſcientiæ,
36 in quo filiusfam. tenetur † ad reſtitutionem, & ſtare contractui celebrato, *Carauit. d. folio 17. nu 29. verſic. Quæro, Aſcan. Clem. de patr. poteſt. d. effect. 5. num. 12. verſic. Octauò limita,* vbi adducit etiam contrarium ſuſtinentes, & hanc opinionem vti animæ ✱ magis expedientem amplectitur *Graſſ. de except. d. except. 27. num. 5. verſ. Et primo,* hanc etiam diſputando firmat *Fachin. controuerſ. iuris lib. 7. cap. 92. in fin. verſic. Alia denique. Mancin. in dicto tract. de iuramento effect. 181. num. 4. verſic. Secundò par. 4.* Hanc etiam diſtinguendo ſequitur *Gutier. de iur. confirmat. part. 1. cap. 43. num. 6. verſ. Vltimò illud,* vbi ſi mutuum verſum eſt in filijfam. vtilitatem in foro poli reſtituere tenetur, & hanc appellat veram, & cõmunem ✱ opinionem, ſi verò ex mu-
37 tuo malum fuerit illatum, † nullaque vtilitas patri quæſita, non teneatur in foro conſcientiæ reſtituere, vt plenè per eum *Ant. Hering. in tract. de fideiuſ. cap 5. num. 114. verſ. Et tamen Fachin. controuerſ. iuris lib. 2. cap. 62. in fine verſ. Cæterum fol. mihi 740.*

Limita ſextò, quando filiusfamilias pro dote obligatur, ſiquidem ſtatutum prohibens filiumfam. non poſſe obligari ſine conſenſu patris non habet locum in obligatione facta ex cauſa dotis, pro qua omnes cuiuſcumque ſexus, & conditionis obligantur, prout ſic *ex Bald. Nouell. in tract. de dote part. 6. priuileg. 47. & ſequent.* concludit *Philip. Paſchal. in d. tract. de virib. patr. poteſt. d. cap. 6. num. 123. circa finem verſ. Pro qua concluſ. part. 1. folio mihi 93. cum allegatis Connan. in comment. iur. ciuil. d. lib. 7. cap. 2. ſub num. 5. verſic. At ſi verſum.*

Limita ſeptimò, & declara de iure
38 municipali † huius Regni, in quo licèt iure communi inſpecto filiusfamil. obligationi accedere poſſit in omnibus contractibus, exceptis tribus ſupradictis, nempe mutuo, voto, & quando ſuo fratri obligatur, *vt per Carauit. in d. Reg. Prag. §. 2. num. 11. verſic. Sed ſic eſt cum alijs proximè allegatis num. 1. 2. & 3.* tamen vigore eiuſdem Reg. Prag. etiam in dictis contractibus nullo pacto obligari eis permiſſum eſt, niſi præſentia, & expreſſus patris cõſenſus interuenerit, vt patet ad literam, & declarat *Carauit. ibidem §. 10. & §. 11.* vbi ampliat triginta modis, & limitat vigintiocto

à §.

à §.4. vſque ad fin. quibus accedant aliæ
limitationes adductæ per *Rouit. in eadem Reg. Prag. à num. 5. vſque ad num. 6. & per Philip. Paſchal. in d. tract. de vir. patr. poteſt. num. 2. verſic. Siquidem,*
& ad contractum mutui adeundus eſt
Mantic. de tacit. conuent. dicto lib. 8. tit. 7. vbi ampliat quatuordecim modis,
& reſtringit vigintitribus limitationibus, *& Graſſ. in tract. de except. except. 27. à num. 4. vſque ad num* 17. vbi refert decem limitationes; limita, & declara *regular. iuris in verbo, filiusfam. Aſcan. Clement. de patr. poteſt. d. effect. 5. num. 1. 2. 3. & ſequent.*

Primò declara hanc ſeptimam limitationem, filium cum interuentu, præ-
ſentia, & conſenſu patris obligatum
39 compelli † poſſe ad ſoluēdum viuo ad-
huc patre, & exiſtente ſub eius poteſtate, vt ex *Pariſ. in conſil 94. num. 12. 43. 53. 63. vol. 1. & ex Minad. conſil. 17. num. 57. refert Giurb. in deciſ. 43. num. 22. verſic. Cum ſi patris.*

Sed ſi fuerit emancipatus, vel re-
40 nunciauerit, † vel abſtinuerit ab hære-
ditate paterna, tunc non conuenitur, niſi in quantum facere poteſt, deducto, ne egeat *l. 1. & 2. & tot. tit. ff. & C. quod cum eo.* dummodo probet quatuor requiſita adducta per *Giurb. in d. deciſ. 43. num. 21. verſic. Quibus, & nu. 25. verſic. Secundò.* Primum, quod contra-
41 ctus fuerit celebratus tempore, quo
filiusfamil. extabat. Secundū, ꝙ pecunia in vſum patris conuerſa fuit. Tertium, quod tempore, quo dicto beneficio vult gaudere, effectus fuerit ſui iuris, vel per mortem Patris, vel per eius emancipationem. Quartū, & vltimum, quòd abſtinuerit ſe ab hæreditate paterna, vel eandem hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij adiuerit, de quibus plenè per *Giurb. vbi ſupra d. num. 21. & num. 25.*

Amplia procedere, etiam ſi filiusfa-
42 milias † cum cōſenſu, & præſentia Pa-
tris obligatus renunciauerit omni legum auxilio, & etiam cum iuramento beneficio d. l. 1. & 2. & tot. tit. ff. & C. ꝙ cum eo, quia nihilominus habet hoc beneficiū deductionis ne egeat, *Giurb. d. deciſ. 42. num. 22. verſ. Non obſtat & num. 19. verſic. Contrarium,* vbi non ſuf-
43 ficere generalem † renunciationem
etiam iuratam affirmat oculatiſſimus *Rouit. in d. Reg. Prag. de Senatuſconſult. Maced num. 37. verſic. Et quatenus poſſet,* refert, & ſequitur eundem *Giurb. in vltima impreſſione. Thor. in compē. l. deciſ. in verb. filiusfamilias, fol. n. 234. in ſecunda impreſſione,* vbi alios refert. Contra dictam *Giurb. deciſ.* ſubſtinent *Ricc. in collect. deciſ. collect.* 1754. ſed vide inferius.

Sublimita ſupradictam declarationem non procedere, quādo filiusfami-
44 lias cū conſenſu, † & præſentia patris
obligatus ſpecialiſſima renunciatione excluſus fuit, ſcilicet quando certioratus de eius beneficio his verbis, videlicet. *Licèt ipſe bene certioratus exiſtat, quod propter dictū beneficium l. 1. & 2. ff. & C. quod cum eo, non poſſit compelli ad ſolutionem dicti debiti, vltra quam facere poteſt, tamen huiuſmodi beneficio ad eius fauorem introducto renunciando, contentatur, quod non obſtante inſolidum teneatur, Bald. Ripa Tiraquell. & Mandoſ. relat. per Rouit. in d. Reg. Prag. d. num. 37. verſ. & quatenus poſſit, & num. 39. & ſequentibus, & nu. 44. verſic. Poſt hæc,* vbi ſic refert pluries fuiſſe deciſum in Sacr. Reg. Conſil. eum ſequitur *Paſchal. vbi ſupra nu. 135. verſ. Sed Contrarium,* vbi etiam refert *Moleſeſium allegat. 42. num. 17.* & ſic etiam in praxi ego obtinui in cauſa inter Andream Verri cam obligatum cum Antonio eius patre ex vna, & hæredes quondam

Felicis

Felicis Ciampi creditores ex altera, qui hæredes dum produxerunt inſtrumentum ceſſuale cõtra eumdem Andream, tẽpore liquidationis oppoſuit renunciationem iuratam d. beneficio l. 1. & 2. abſque certioratione fuiſſe factam, & propterea fuit impedita carceratio ſupradicti filijfamilias, & prouiſum, quod iuris ordine ſeruato procederetur, vt apparet ex ſententia lata per Integerrimum Iudicem tunc temporis Andream Mazzagrugnum de Lucera Apuliæ ſub die.

Contrarium ſtante etiam dicta ſpe-
45 cialiſſima † renunciatione, & certioratione tradita per *Rouit. vbi ſupra d. num. 37. verſic. Et quatenus poſſet, & num. 39. & num. 44. verſic. Poſt hæc* in multis caſibus, & proceſſibus decreuit Sacr. Reg. Conſil. Neapol. ad fauorem filijfamilias obligati ſimul, & inſolidum cum patre, quod attenta diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ non teneatur, niſi inquantum facere poteſt, teſtatur nouiſſimè *Ricc. in collectan. deciſ. par. 5. collect.* 1754. vbi refert decem caſus in dicto Sacr. Reg. Conſ. deciſos, & in ſpecie contra dictam ſpecialiſſimam renũciationem tenet *Thor. in compend. deciſ. in verbo, filiusfamilias, renuncians in ſpecie,* vbi dicit dictã Rouitæ opinionem non eſſe tutam propter dictos caſus deciſos, *& iterum in verbo, filiusfam. inſimul cum patre fol. mihi* 134. & 135. vbi non obſtante etiam iuramento filiusfamilias non eſſe carcerãdum affirmauit, & hæc opinio magis tuta, & æquior mihi videtur, ſiquidem ea facilitate, qua inducitur filiusfam. contrahens in præſentia, conſenſu, & ſimul, & inſolidum cum patre obligatus ad renũciandum dicto beneficio l. 1. & 2. quod cum eo abſque aliqua beneficij certioratione, ita etiam eadem facilitate inducitur ad renũciandum eidem beneficio cum præfata certioratione, prout dicimus in exceptione non numeratæ pecuniæ, *Bart. in l. ſi ex cautione num. 7. C. de non num. pecun.* & vana eſſet prouiſio facta per Senatuſcõſult. Macedonianum, pro qua opinione faciunt ea, quæ ſupra retulimus *nu. 14. verſ. Quarta,* vbi diximus Macedoniani beneficij renunciationem adeo eſſe nullã, quod nec etiam abſolutione opus eſt, ſecundum magis * communem * ſententiam, à qua nõ eſt in iudicando recedendũ vt ibi, Neque obſtat ſi replicaretur vnicuique licere ſuo fauori renũciare, vt diximus in Senatuſcõſulto Velleiano, & alijs fauoribus à Iure introductis, quia vt diximus ſupra, hoc Macedoniani beneficium eſt inductum, ne dum fauore filiorũ, & patriæ poteſtatis, verũ etiam in odiũ creditorũ, & ſaltem dum filijfamilias cum præſentia, & cõſenſu, & ſimul cũ patre obligantur, adeſt illa peculiaris reuerentia paterna, quæ Patribus ratione patriæ poteſtatis debetur, vt inquit *Giurb. deciſ. 43. nu. 18. & 19 verſic. Tertiò, & dicemus inf. limit. 16. princip.* An Pater ad inſtantiam filij carcerari poſſit, prout etiam dicemus *in limit. 10. in Vxore,* quæ licèt poſſit obligari cum Viro; tamen non tenetur, niſi probatum fuerit, pecuniam in ſui vtilitatem verſam fuiſſe, *vt numero decimo, verſiculo Secundò ſubamplia eadem limitatione decima.*

Sed ſepoſita etiam dicta ſpecialiſſima renunciatione videbatur dicendum dictam certiorationem non eſſe neceſſariam, ſed ſaltem quatenus concederetur, ſufficere ſi renunciatum fuerit beneficio, *l. 1. & 2. ff. & C. quod cum eo,* & moueor faciendo paralellum inter beneficium Senatuſconſulti Macedoniani, & beneficium *d. l. 1. & 2. ff. & C. quod cum eo.*

Beneficium ſupradicti Senatuſcon-

46 ſulti eſt inductum, † nedum odio creditorum, verum etiam fauore filiorum, & patris, *Angel. Aretin. in dicto §. Caterum num. 4. verſic. Vel poteſt dici, Ioannes de Plat. in d. §. quæ diximus, verſic. Reſponſio, Et verſic. Vnde iſtud, & Ioan. Faber ibidem nu. 7. & 8. verſic. Satis poteſt inſt. quod cum eo,* vt diximus ſupra.

47 Beneficium ne quis cõueniatur † inquantum facere poteſt, reſpicit non ſolum filij fauorem, ſed etiam fuit inductum fauore creditoris, quo Prætor voluit prouidere, vt filius ſecundum eius vires teneatur, & per creditorem ita compelli poſſit, *Giurb. d. deciſ. 42. num. 10. verſic. Nec obſtat.*

Ex Senatuſconſulti beneficio introductum fuit filium nullo modo poſſe compelli ad reſtitutionem pecuniæ abſque patris conſenſu mutuatæ, vt proximè diximus *num. 17. & 18.*

Ex beneficio d.l. 1. & 2. ff. & C. quod
48 cum eo, ſaltem † poteſt cõueniri filiuſfamilias ſui iuris effectus, vel per mortem patris, vel per emãcipationem, inquãtum facere poteſt, vt probauimus, Senatuſconſulti beneficio cum iuramento renunciari non poſſe, *vt ſupra num. 3. 4. & 5.*

Si verò renunciatum eſt dicto beneficio d.l. 1. & 2. ff. & C. quod cum eo, etiam ſi iuramẽtum interuenerit filiuſfam. non conuenitur niſi inquantum facere poteſt, ſi dicta ſpecialiſſima renunciatio, & certioratio non fuit in contractu appoſita, vt diximus ſupra.

Vnde quemadmodum beneficio Ma-
49 cedoniani † poteſt renunciari cum iuramento abſque alia beneficij eiuſdem Macedoniani certioratione, & hæc renunciatio valet, & tenet, vt ex ea filiuſfam. poſſit compelli ad ſoluendum, ita etiam valere deberet dicta renunciatio beneficij *d. l. 1. & 2. & tot. tit. ff. & C. quod cum eo,* abſque alia certioratione, attenta iuris ciuilis diſpoſitione; licèt ex Regia Pragmatica dicta obligatio etiam cum renunciatione non ſubſiſtat, vt diximus *ſupra num. 44.*

Sic etiam dicimus in iuramento minoris, qui ſi iurauerit non habebit beneficium reſtitutionis in integrum, licèt de eo ipſe minor non fuerit certioratus, vt eſt magis * communis opinio, de qua *Bart. Bertazz. in repet. l. ſi quis maior. C. de tranſact. num. 713. verſic. Et propterea folio mihi 23. Cenal. comm. contr. comm. q. 723. n. 5. verſic. Sed contrariam.*

Declara ſecundò, plures caſus attẽta diſpoſitione eiuſdem Reg. Prag. in ſupradicta ſeptima limitatione adducta.

Primus caſus eſt, qñ filiusfamilias dũ
50 contraxit † aſſeruit vel eſſe emancipatũ, vel ſeorſum à Patre viuere, & re vera nec emancipatio interfuit, nec ſeorſum viuebat, Hoc caſu licèt de iure municipali irrogata eſſet pœna criminalis, *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 308. nu 16. Philip. Paſchal. d. cap. 6. nu. 4. verſ. Verum,* hodie verò ſecũdum Reg. Pragm. cõtra eumdem filium id aſſerentem nulla infligitur pœna, ſed contractus nullus redditur, vt præcipit Reg. Pragm. de offic. procur. Cæſar. 64. §. 9. quã refert *dictus Philip. Paſchal. vbi ſupra, & plenius nu. 7. verſ. Verius,* vbi reſpondit ad Carauit. contrarium ſuſtinentem, *Rouit. in d. Reg. Pragm. num. 2. verſic. Pro ampliatione, & Thor. in compend. deciſ. in verbo, Filiusfamilias,* vbi hinc inde adductis, ſic firmat *folio mihi 235. in ſecunda impreſſ.*

Amplia hũc caſum, vt fideiuſſio præ-
51 ſtita † per dictũ filiumfamilias aſſerentem eſſe emancipatũ, vel ſeorſum viuere ſit omninò inefficax, quia cũ nulla ſit principalis obligatio, nulla ẽt reſultat fideiuſſio, vt ex pluribus exornat *Philip. Paſchal. vbi ſupra nu. 15. verſ. Inſuper cũ allegatis, et n. 17. verſ. Hæc aũt cõcluſio.*

Hæc autem qualitas patriæ poteſta-

tis

52 tis debet probari † per filium id aſſerentem,& hæc probatio in vinculis fieri debet, *Carauit. in d. Reg. Prag.* §. 12. *à nu.* 1. *vſque ad num.* 6. quia dum aſſerit, eſſe ſub patria poteſtate, illi incumbit onus probandi ex *Rom. Corn. Dec. Curt. & Sap. firmat Menoc. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 55. *num.* 4. *verſic. Tertia fuit opinio, & num.* 5. *verſic. Ita ij.*

53 Cõtrarium quod hæc qualitas † debeat probari per creditorem,& propterea,licèt contra inſtrumentũ nulla poſſit exceptio opponi, tamen hãc oppoſitam impedire liquidationem, & cõſequenter eiuſdem filijfamilias carcerationem pluribus rationibus, & authoritatibus firmat *Philipp. Paſchal. d. cap.* 6. *num.* 7. *& ſeq.* & reſoluit ſic concludendo aduerſus *Carauit. num.* 10. *verſ. Ex his ergo.*

Pro cõcordia dicimus, quod opinio Paſchalis eſt meliori Minerua illuſtra-
54 ta,& loquitur quando † filiusfamilias, qui patriam poteſtatem excipit eſt vti talis in inſtrumento mentionatus, quia vel cum iuramento aſſeruit eſſe emancipatum,vel ſeorſum à patre viuere,& re vera tempore contractus, & tempore ſolutionis ſub patria poteſtate reperiebatur, hoc caſu, quia filiusfamilias habet intentionem fundatam,& creditor debebat cautius agere, illi incumbit onus probandi,vt ex multis firmat *Paſchal. vbi ſupra num.* 7. 8. 9. *&* 10; nam obſtat clara diſpoſitio dictæ Reg. Pragm. de Senatuſconſult. Macedon.

55 quia dum ex inſtrumenti lectura † apparet eſſe natum ex legitimo matrimonio, rectè ſub patris poteſtate præſumitur, vt concludit *Menoch. de præſumpt. d. lib.* 6. *præſumpt.* 55. *num.* 7. *verſic. Prima itaque caſus.*

Opinio verò Carauit. procedere po-
56 teſt,quando † non conſtat ex lectura inſtrumenti fuiſſe emancipatum, vel ſeorſum à patre viuere, ſed filiusfamilias patremfamilias ſe fecit,equidem, in hoc caſu non præſumatur eſſe in patris poteſtate, ſed ſui iuris,vt concludit idem *Menoch. dicta præſumpt.* 55. *num.* 3. *verſic. Secunda fuit,* qui ſe fundat in patria poteſtate illam probare debet, vt per *Carauit. vbi ſupra,* quibus accedant allegata *per Menoch. dicto num.* 3. *&* 4. & declarat etiam *Philip. Paſchal. d. cap.* 6. *num.* 11. *verſic. Vnde ſi debitor.*

Secundus caſus ſe offert,quando filius, vt ſupra obligationi ſuppoſitus,
57 poſt mortem patris adiuit † hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, in quo cum non teneatur vltra vires, nec poſſit obligari, niſi in quantum facere poteſt, *Anton. à Canar. in tract. de execut. inſtrum. quæſt.* 28. *num.* 62. *verſic. Qua ratione, Giurb. in deciſ.* 43. *num.* 25. *verſic. Probatur tamen folio mihi* 217. nequit compelli ad ſoluendum, vt diximus ſupra.

Declara hunc ſecundum caſum non
58 procedere, quando † filius cum patre obligatus medio iuramento, & certioratione, de qua proximè diximus, renunciauit beneficio legis 1. & 2. ff. & C. quod cum eo, quia tunc non opitulatur dictum beneficium legis,& inuentarij, etenim ſi non teneatur ex perſona,& hæreditate paterna,obligatus tamen remanet ex perſona ſui ipſius vigore dictæ renunciationis, & certiorationis, de qua ſupra.

Tertius eſt caſus,quando filius verè,
59 & realiter † à domo paterna ſeorſum etiam viuebat,in hac facti ſpecie ſecundum ſupradictæ Reg. Prag. diſpoſitionem filius efficaciter obligatur, *vt per Carauit. vbi plenè* §. 13. *per totum Paſchal. de virib. patr. poteſt. d. cap* 6. *nu.* 126. *verſic. Alter verò, Rouit. in eadem Reg. Pragm. in princip.*

Declara primò, quod ſufficiat mo-
60 mēto habitaſſe † ſeorſum tēpore obli-
gationis, vt valeat obligatio per ipſum
facta, quia nō determinat Regia Prag-
matica tempus præfixum ad habitan-
dum, & ita refert fuiſſe iudicatum, *Vr-
ſill. ad Afflict. in deciſ. 308. num. 18. &
num. 19. verſic. Sed non obſtantibus.*

Secundò declara ſupradictū tertium
caſum, quod etiam ſi in eadem domo patris
61 † permaneat, dūmodo proprijs expen-
ſis viuat, adhuc dicitur ſeorſum viuere,
*vt per Rouit. in ead. Reg. Pragm. num. 3.
verſic. Vt autem*, cum allegatis, quibus
conueniunt adducta *per Caſſan. in con-
ſuet. Burg. §. 3. Le filſ. num. 1.*

Amplia ſupradictum caſum de iure
62 communi, † quo diſponitur, vt filiuſ-
familias, qui per decem annos ſeorſum
à patre viuit à patria poteſtate ſolutus
dicatur, & efficaciter obligari poteſt,
l. 1. ibi diu paſſus C. de patr. poteſt. vbi
hanc opinionem ✳ dicit veriorem
*Salicet. Caſſan. in conſuetud. Burg. d. §. 3.
Le filſ. num. 1. verſic. De iure folio mihi*
842 *Clement. de patr. poteſt. cap vltimo
nu. 103. Franc. Scaglion. in d. Reg. Prag.
nu. 15. & num. 35. Comm. opinion. Sintag.
lib. 14. in litera P, vol. 2. folio 182. col. 2.
lin. 55. Herinc. Bouer. ſingul. 44. Præ-
ſumptio, & fuſius num. 47.*

Contrarium, quod requiratur ſpa-
tium viginti annorum, tenet *Vrſill. ad
Afflict. dicta deciſ. 308. num. 17. verſic.
quis autem.*

Quartus eſt caſus, quādo filius cum
63 iuramento falſo † patremfamilias ſe
eſſe aſſeruit, in quo, quamuis iure com-
muni inſpecto dubitaretur, an benefi-
cium ſupradicti Senatusconſulti locum
haberet, vt *per Anton. à Canar. & Co-
uar. in locis commemoratis, & relatis per
Philip. Paſchal. in dicto tract. de vir. patr.
poteſt. cap. 6. num. 3. verſic. Item.*

Tamen hodie abſque dubitatione
64 non obſtante † dicto iuramento, &
abſque aliqua pœna per hoc ius mu-
nicipale irrogata, vt diximus ſupra in
ſecundo caſu, minimèque obſtante di-
cta falſa aſſertione iurata, obligatio
nulla reſultat, *vt per eundem Paſchal.
ibidem num. 3. & 4.*

Nec detineri, ſeu aliter carcerari eſt
permiſſum, *vt per eum ibidem num. 11.
verſic. Vnde ſi debitor.*

Declara, vt hæc aſſertio, etiam ſi fi-
liusfamilias ſub patria poteſtate eſſet
65 conſtitutus † patri non noceat, quia
nihilominus pro eius intereſſe poteſt
hanc filij obligationem impugnare, *vt
ex Tiraquell. & Ioanne de Mont. firmat
Paſchalis vbi ſupra num. 14. verſic. No-
tandum autem eſt.*

Amplia hanc declarationem etiam
filiofamilias falſo aſſerenti eſſe patrem-
66 familias, licitū † eſſe in promptu pro-
bare obligationis tempore filiumfa-
milias fuiſſe, & licèt poſſit ad liquida-
tionem in vltimo peremptorio proce-
di, tamen ſuperſedendum eſt in perſo-
nali prehenſione, *Carauit. in Rit. 166.
num. 77. Paſchal. vbi ſupra num. 14. ver-
ſic. Imò etiam.*

Quintus exiſtere videtur caſus, quan-
67 do filiusfamilias † abſque patris con-
ſenſu fecit contractum in eius vtilita-
tem; Hoc enim caſu, quamuis ſine cer-
ta ſolemnitate cōtrahere prohibeatur,
poteſt tamen ſolemnitate omiſſa ad ſui
fauorem contractum perficere, ac de-
bitorem eius compellere, *Tiraquell. de
legib. connubial. gloſ. 8. in octaua, & deci-
ma quæſtione nu. 56. & num. 91. Philipp.
Paſchal. d. cap. 6. num. 19. 20. & 21.* qui-
bus addo Gamam *deciſ. Luſit. 257. Si-
mon Diaz nu. 3. verſic. Et reſpondebant.*

Limita tamen hunc caſum non pro-
68 cedere attenta † diſpoſitione Reg.
Pragmat. de Senatuſconſ. Maced. ex
qua cum ſit certa introducta forma,

ſub

ſub qua filiusfamilias contrahere debeat, & ſine qua contractus fieri prohibetur, & ſi fiat, non valeat, ideo nedum nullus reſultat actus, ſed etiam ſi filius ſui iuris effectus ratificare voluerit contractum factum tempore, quo ſub patris poteſtate reperiebatur, debitore contradicente non eſt permiſſum, *Carauit. vbi ſupra § 17. num. 26. verſic. Quæro nunquid Rouit. in d Reg. Pragm. ſub num. 5. verſic. Item limita,* quos recenſet *Paſchal. vbi ſupra dicto cap. 6. num. 25. verſic. Hæc autem.* Contrarium videtur tenere *Grammat. in dicta deciſ. 257. dicto num. 3.*

69 Amplia hanc limitationem, quod dictus contractus factus abſque patris præſentia adeo ſit nullus, vt etiam ex patris ratificatione conualidari non poſſit, *Carauit. dicto §. 17. nu 14. verſic. Quam opinionem, Rouit. vbi ſupra dicto num. 5. verſic. Item limita, Paſchal. vbi ſupra num. 12. verſic. Alia etiam,* vbi optimis rationibus id comprobat *Idem Rouit. in ead. Pragmat. num. 11. verſic. Item limita ſi poſt, in vlt. impreſſ. quibus addo Caſtrenſ. conſ. 320. Circa primam in princip. verſic. Quando verò, vol. 2.* vbi loquitur in conſimili ſtatuto, *& Gabriel. conſ. 2. num. 2. lib. 1.*

Declara dictum quintũ caſum non procedere in filiofamilias mercatore,
70 qui validè † actiuè, & paſſiuè obligationi accedere poteſt, & efficaciter obligatur, *Rouit. in d. Reg Prag. n. 7 verſic. Limita,* vt nõ procedat, vbi ſic refert fuiſſe deciſum in Sacro Reg. Conſil. cum ab eodem allegatis, quibus addo *Ioannem Baſſiam ad conſuetud. Aluerniæ cap. 1. art. 9. incipient. Sicut iure fol. m. 6. Mantic. de tacit. d. lib. 8. tit. 7. num. 19. verſ. Quartò reſtringitur tom. 1. & Ricc. in deciſ. Archiep. 55. n. 11. verſ Nõ obſtat.*

Subdeclara hanc facti ſpeciem procedere, qñ filiusfamil. mercator obligationi ex cauſa mercaturæ acceſſit, non autem ex alia, *Bald. in l. hoc edicto ff. naut. caup. ſtab. Alex. conſ. 208. Viſo ſummario nu. 10. verſ. Hoc probo, vbi ēt Apoſtilla hoc notat vol. 2. Flau. Tort. ad ſtat. Pap. rub. 58. ſtat. 58. n. 19. verſ. Et ſcias.*

Mercator autem dicitur nõ à merce,
71 ſed à verbo, mercari, † & propriè appellatur is, qui res emit, vt carius vendat, *Scard. theſaur. iur. in verbo, mercator,* vbi diuerſos mercatores à negociatoribus appellat, & fuſius hoc declarat, cui accedat *Strac. de mercat. p. 1. n. 1. & ſeq. cũ alijs allegatis remiſſiuè per Flau. Tort. vbi ſupra n. 3. & n. 5.* vbi ponit quinque requiſita ad hoc, vt qs mercator dicatur.

Sextus eſt caſus, quando filiusfam. habet bona caſtrenſia, vel quaſi in iſtis
72 enim validè † obligari, & cõueniri poteſt *l. fin. C. ad Maced. Carauit. d. §. 5. nu. 20. verſ. Sed pace, Paſchal. de virib. patr. poteſt. d. c. 6. n. 125. Rouit. in ead. prag. nu. 53. verſ. Et ſi pragmatica,* nec requiritur cõſenſus patris, *vt d. l. fin. Roui. ibi. n. 55.*

Primò declara hunc caſum, qñ con-
73 tractus fuit geſtus † in cauſam dicti peculij caſtrenſis, vel quaſi, quia tũc ſuſtinetur etiam abſque præſentia, & conſenſu ipſius patris, *Iaſ. in §. actiones aũt nu. 11. verſ. De caſtrenſi verò Paſchal. d. n. 125.* q ſemper præſumitur, donec de contrario non conſtet *Rouit. d. num. 8.*

Secundò declara, quod quamuis fi-
74 liusfamilias ex dicto peculio † poſſit obligari, in perſona tñ moleſtari, nec carcerari nequit, quia peculio non obſtãte immunis à moleſtia, & carcerationeeuadit, *Vinc. de Franch. dec. 20. nu. 3. Paſchal. d. nu. 125. verſic. Verum tamen.*

Septimus reperitur caſus, qñ filiusfa-
75 milias patre viuẽte & cũ eius † præſentia, & cõſenſu obligationem contraxit, prout præcipit dicta Regia Pragmatica, tempore verò ſolutionis emancipatus reperitur, hac in re non tenetur,

niſi in quantum facere poteſt, imò da-
tur cautela, vt ad carceres euitandas ſe
faciat emancipari, *l. filiusfamilias ff. quod
cum eo, refert Vrſill. ad Afflict. dicta
deciſione 308. num. 20. verſic. Et quia,
Philipp. Paſchal. vbi ſupra dicto cap. 6. nu.
133. verſic. Quo verò.*

Amplia hunc caſum, vt ſi dicta op-
ponatur exceptio, impediat etiam in-
76 ſtrumenti † liquidationem, iuramento
appoſito minimè obſtante, *Vincent. de
Franch. deciſione* 181. *per totam, Giurb.
dicta deciſione* 42. *num.* 19. *cum ſequen-
tibus*, quos cum alijs refert *Philip. Pa-
ſchal. omni laude digniſſimus in d. cap. 6.
num.* 134. *verſic. Et hæc exceptio.*

Limita tamen, vt nõ procedat quo-
77 ties † filiusfamilias cum præſentia, &
cõſenſu eiuſdem patris obligationi ac-
ceſſit, & renunciauit cum dicta certio-
ratione, de qua ſupra beneficio l. 1. &
2. ff. & C. quod cum eo, vt retulimus
ſupra hic proximè num. 44. quia tunc
non poteſt ſupradictam opponere ex-
ceptionem ſecundum opinionem *Ro-
uit. & Paſchal. ſupra relatam, ſed* vide
quæ diximus ibidem, vbi contrariam
ſententiam retulimus.

Octauus caſus exiſtere videtur, quan-
78 do contractus † fuiſſet à filio geſtus in
eiuſdem patris beneficium, enimuerò
etiam ſi cum patris conſenſu, & præ-
ſentia eſſet confectus, nihilominus at-
tenta ſupradicta Regiæ Pragmaticę di-
ſpoſitione eſt ipſo iure nullus; ſtante
enim ſtatuto, ne filiusfamilias poſſit
abſque patris conſenſu contrahere, iſ-
79 dem pater non poteſt † ad ſui fauorem
conſenſum pręſtare, vt ex multis firmat
doctiſſimus, & laborioſiſſimus *Rouit. in
d. Reg. Prag. nu.* 46. & 47. ſed quia hæc
quęſtio eſt ſatis vẽtilata inter Doctores
tam antiquos, quàm recentiores, ideo
eos referendo, & numerãdo, hanc par-
tem nunc relatam ſecuti ſunt omnes in-
fraſcripti, videlicet, *Bart. in l. 1. num. 5.
verſ. Et aduerte ff. de aut. tutor. Caſtren-
ſis conſ. 465. Viſo compromiſſo ſub nu. 1.
verſic. Nam compromiſſum, vol. 1. Socin.
conſ. 23. nu. 15. vol. 4. vbi * communem,
& in l. 1. §. fuit quæſitum ff. ad Trebell.
Arnon. Soliloq. 17. Corn. conſ. 294. nu. 1.
verſic. Licèt vol. 1.* vbi de * communi,
& *conſ. 254. Et licèt vol. 1. Bald. conſ.
213. Occurrit. Decius conſ. 279. nu. 7.
& 8. verſic. Et vlterius. Guid. Pap. de-
ciſ. 223. Item in cauſ. n. 1. &* 2, vbi hanc
appellat veram, & addentes magis
communem * appellant. *Ranchin. ad
d. deciſ. Pap.* vbi de magis * communi
teſtatur *Rubeus conſ. 46. nu. 5. & conſ.
127. nu. 9. verſic. Confirmo,* vbi de com-
muni, * & alios allegat *Durand. de
art. teſt. tit. 1. caut. 1. num. 4. Pariſ. conſ.
97. ſtatutum Caſenæ num. 20. 21. 22. &*
23. vbi hanc communem * dicit, &
ab ea in iudicãdo non eſſe recedendum
*vol. 3. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 308. nu. 22.
Rouit. in Reg Pragm. de Senatuſconſulto
Maced. d. nu. 46. & 47. Clarus receptar.
ſentent. in §. Donatio quæſt. 7. verſ. Quæ-
ro etiam,* vbi hanc veriorem, & magis
communem * affirmat *Bertaz. de clauſ.
clauſ. 7. gloſ. 11. nu. 8. verſ. Sed in contra-
rium, & verſ. Et hanc opinionem,* * vbi
hanc appellat veriorem *Aſcan. Clement.
de patr. poteſt. effectu* 10. *num. 6. verſic.
Amplia vt non poſſit,* vbi hanc * dicit
communem. *Kircou. comm. opin. cent. 3.
concluſ. 75. verſ. Sed priorem ſententiam,*
vbi teſtatur de * commun. *Villalob. in
ſuis comm. opinion. in verbo, filiusfam. nu.*
84. *Suarez recept. ſentent. in verbo, filiuſ-
fam. ſub nu* 193. *Gaſpar. Theſaur. quæſt.
Forenſ. 37. nu. 2. & ſeq. lib. 2.* vbi de ma-
gis * commun. *Philipp. Paſchal. de vir.
patr. poteſt. cap. 6. num.* 113. *verſic. Hinc
nullo modo,* vbi de magis * communi.

Supradictam ſuſtinentes opinionem,
hac, relictis alijs, vtuntur argumento,
ſi con-

ſi concederetur, quòd pater filio ad ſui commodum diſponenti ſuum conſenſum præſtare poſſet, ſequeretur
80 † vnicuique eſſe permiſſum ſibi ipſi authoritatem concedere, ſed conſequens eſt falſum, quia nemini hoc licet. _l.1. & l.ſi pupillus ff. de authorit. tutor. Socin. reg.35. Authorari ſibi proprio,_ eſt communis * opinio, de qua _Bald. conſil. 62. ſoluto matrimonio num.2. & 3. verſic. Stat ergo vol.4. Abbas in conſ.40. Factum in effectu, in fin. vol.2. Decius conſil.612. Concluſionem ſupra firmatam verſic. Vltimò conſiderandum,_ Ergo & antecedens.

81 Sed huic fundamento † facillimè reſpondetur, prout reſpondit _Roman. conſ. 515._ inferius pro contraria parte allegandus, etenim aliud eſt conſentire, & aliud authoritatem præſtare, vt refert _ex Innocent. in cap. cum conſuetudinem de conſuet._ Pupillus enim contrahēdo abſque tutoris authoritate nihil agit, vnde non mirum, ſi non eſt permiſſum eidem tutori ſibi, & pupillo dictam authoritatem interponere, Filius verò cum ſit homo ſui iuris; & integri conſilij, & iudicij exiſtat, vt inquit _Alex. in d.§. fuit quæſitum ſub nu.8. verſ. Item tenet,_ poteſt multa etiam abſque patris conſenſu, non obſtante, nec dicta Reg. Prag. nec Senatuſconſult. Maced. vt in filiofam. mercatore, qui validè, & efficaciter obligatur, vt diximus _ſupra nu. 70._ In filio, qui pro ſorore dotem promiſit, _vt ſupra num.37._ & in filio, qui pro patre carcerato interuenit _vt ſupra num.36._ Vnde rectè iure ei conceditur diſponere ad patris vtilitatem cum eiuſdem præſentia, & conſenſu.

Contrariam partem, patrem etiam
82 ſtante † ſtatuto ſupradicto poſſe præſtare conſenſum filio ad vtilitatem met ipſius patris diſponentis, * tenent magis cōmuniter infraſcripti videlicet: _Angelus in l.1. §. fuit quæſitum nu. 1. verſic. Ego tam conſului ff. ad Trebell. & conſil.303. Factum tale eſt num.2. verſic. Hinc tamen, & conſ.143. Tria videntur obſtare, verſic. Secundo videtur Alexander in d.§. fuit quæſitum,_ vbi ſequitur dictum _Ang. num.8. verſic. Sed Petrus, & in conſ.106. Quo ad præſens quæſitum num.2. verſic. Vnde mihi,_ vbi de magis * communi. _Addentes ad eundem Alex. in dicto conſil.106. in verbo, Mortis,_ vbi hanc appellant * veriorem ſententiam. _Caſtrenſ. in l. qui teſtamentum in fine ff. de teſtam._ vbi teſtatur vidiſſe plurima conſilia inſigniorum Doctorum hanc partem ſuſtinentium, _& in l. ſenium num.7. verſic. Sed an poſſit,_ vbi teſtatur fuiſſe pro hac parte concluſum per plures Doctores Peruſinos _C. qui teſtam. facere poſſ. Petrus de Bellapert. in l.1. ff. de author. tutor._ quem refert _Bald. in l. bonorum num.11. verſic. Ex prædictis C. qui admitti, Cinus in d.l. Senium in penult. quæſt._ * _Iaſon. in d.§. fuit quæſitum,_ vbi magis communem appellat _num.3. verſic. Contrarium in hoc Ranchin. ad Pap. in d. deciſ.223. verſic. Angelus tenet Decian. conſ.2 Ex hoc facto num.45.46. & 47. verſic. Non obſtat quintum vol.5._ vbi quam plurimos allegat, & alias rationes adducit _Oldrad. conſil.182. Licèt de victoria nu.2._ vbi reſpondet ad contraria _Æmil. Gall. in tract. de except. ſucceſſ. except.9. verſ. Ita infertur Roman. in l.1. C. vnde vir, & vxor, & melius conſil.515. In quæſtione qua quæritur per totum, Imol. in d.l.1. ff. de authorit. tutor. Bald. in l. bonor. num. 11. verſic. Ex prædictis C. qui admitti, in conſil.62. ſoluto matrimonio per mortem num.3. verſic. Sed Petrus vol.4. Gugl. de Bened. in cap. Rainutius in verbo, Matrem, inſuper cleram num.46. de teſtam. Bertrand. conſ.156. num.10. lib.1. & in 2. parte, & conſil.162. poſt nu.1. lib.1. ead._

ead.2. part. Ripa in d §. fuit quæſitum
num.2. verſic. An filiusfam. Felinus in
cap. cum Nuncius num.4. verſic. Et ad
idem de teſtam. Mand.ſ. ad d.conſ.Rom.
515.in lit.B. in verbo, Interponere, vbi
* appellat contrariam magis * commu-
nem,& hãc magis veram *Fachin.con-*
trouerſ.iuris lib.5.cap.26. verſ. Sed quo-
* *niam* vbi hanc veriorem * appellat,&
reddit rationem *Tiraquell. de legib.*
connubial. gloſ.8. à num.115. vſque ad
num.122, vbi ſic ſeruari ſecundum
conſuetudinem relatam,& ibi dat cau-
telam,quod Iudicis decretum, ſiue au-
thoritas interueniat. Mouentur ſu-
* pradicti hãc magis * communem ſen-
tentiam ſuſtinentes, & mihi magis
veram,& æquiorem, hoc inter alia po-
tiſſimo medio.

Inducta ad augumentum non debẽt
diminutionem operari, & fauor non
debet in odium retorqueri *vulg. l. quod*
fauore ff. de legib.

83 Sed patria poteſtas † erga filios eſt
de iure Romano introducta ad fauo-
rem parentum, vt per *Modernos Pa-*
riſienſ. ad Alex. in d.conſil. 106. in verbo,
*Mortis, vol.*1. quibus accedant cumu-
lata *per Aſcan. Clement. de patr. poteſt.*
cap.4. num.10. verſic. Conſiderantes, &
conceſſa etiam de iure diuino, *vt ex Eſ-*
dra 2. cap. 5. commemorat Paſchal.de vir.
patr. poteſt.cap.1. num.9. verſic. Hæc au-
tem, Ergo non debet in odium retor-
queri,& diminutionem operari,& per
conſequens dictum conſenſum in pa-
tris præiudicium prohiberi.

Et quamuis ardua ſit hæc altercatio
inter Doctores, vt apparet ex ſupra re-
latis, tamen ſi rectè intueamur ea, quæ
pro hac parte, quam ſecuti ſumus, re-
tulimus, facillimè reſolutio apparebit
ex infraſcriptis.

Si enim de caſtrenſi, vel quaſi ca-
ſtrenſi peculio ſermonem habemus,&
84 ſi inter patrem, & filium † naturalis
ſola,non autem ciuilis obligatio reſul-
tare poſſit, ſecũdum vnam opinionem
in l. frater à fratre §. quæſitum, vbi Do-
ctores, & præcipuè *Cagnol. in eadem leg.*
num.12. & 13. verſ. Secundò præmit-
tendum eſt ff. de condict. indebit. d. Aſcan.
Clement. effect.2. num.4. verſic. Hinc eſt,
85 ex ea ratione,quia cum † pater,& filij
ſint vnum, & idem, *l. fin. C. de impuber.*
& alijs ſubſtit. Ioſeph. de Ruſtic. in ſuis
elegantiſſimis commẽtarijs ad l. cum auus
cap. 1. num. 19. verſic. Quinimò, obliga-
tio ciuilis inter eos locum habere ne-
quit,quia ſibi ipſi quis obligaretur, *Ca-*
gnol. vbi ſupra d. num. 13. verſic. Prima
ratio.

86 Tamen quo ad dictum peculium, &
ciuilis, & naturalis oritur obligatio, &
actio, *Cagnol. vbi ſupra num. 237. verſic.*
Concluſio, vbi de * communi teſtatur,
& Aſcan. Clement. de patr. poteſt. d. ef-
fect.2. num. 5.

87 Quia iuris fictione filiusfamilias iu-
re patrisfam. potiri dicitur, *Cagnol. ibi-*
dem, & Aſcan. Clement. d effect.2. num.
6. & per conſequens quo ad dictum
peculium ob ipſius patris fauorem con-
trahere, & diſponere filio permiſſum
eſt.

Si in peculio aduentitio,& eius pro-
prietate diſceptatio exiſtat, quamuis
88 fructus † patri quærantur, proprietas
autem apud filiũ remaneat *l. cum opor-*
tet C. de bon. quæ liber. vbi omnes & §.
1. *inſtit. per quas perſon. nobis acquir.* &
hæc ſit indubitata, & communis om-
nium Scribentiũ opinio, * vt refert *Vi-*
uius meus conciuis omni laude digniſſimus
in opin.138. lib.1. quem commemorat
etiam *Clement. d. effect.2. num.27. ver-*
ſic. Tertium eſt cum alijs ab eo adductis.

Tamen in hoc etiam peculio aduen-
89 titio, † & eius proprietate inter pa-
trem, & filium, & naturalis, & ciuilis
hodie

hodie reſultare poteſt obligatio, *Ripa in l. ſi conſtante num. 110. verſic. Nam hodie ff. ſol. matrim. Cagnol. in d.l. frater à fratre num. 157. & num. 158. verſic. Quarit poſtea, & verſ. Sed pro clariori, vbi Iaſon. num. 28. verſic. Quarta concluſio*, vbi teſtatur de * cõmuni, *Clement. d. effect. 2. num. 29. verſic. Hinc eſt.*

90 Vnde ſi filio placuit patri † donare, vel ad eius fauorem diſponere de peculij aduentitij proprietate eo præſente acceptante, & conſenſum præſtante, quia dominium, & proprietatem habet, recto iure perficere poterit, & nedum huiuſmodi donatio valet, & morte confirmatur, vt inquit ſubtiliſſimus *Fachineus d. cap. 26. verſic. Sic enim controuerſ. iur. lib. 5.* Sed etiam iuramento firma remanet, *Gabriel. concluſ. 4. nu. 2. in tit. de donat. Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 72. num. 5. allegati per Mancin. de iuramen. effect. 41. nu. 2. verſic. Idemque dicas.*

Imò, quamuis in alium non poſſit
91 filius † ſine patris conſenſu bona, in quibus pater habet vſufructum, alienare *l. fin. §. filijs autem C. de bon. quæ liber. cum ſimilibus*, nihilominus alienatio in extraneum facta iuramento firmatur, vt aſſeuerat *Mancin. de iuram. effect. 70. num. 4. licèt Cæſar de Graſſis in deciſ. 150. num. 7. verſic. Circa quartam*, hinc inde adducat magis * communem opinionem, & contrarium ſuſtinuiſſe Rot. Roman. affirmet.

92 Si de peculio profectitio exhibatur quamuis illud abſque dubio patri quęratur *d. l. cum oportet C. de bon. quæ liber. & §. igitur liberi, & §. 1. inſtit. per quas perſon. nobis acquiritur*, vbi omnes, & *Clementin. vbi ſupra d. effect. 2. num. 7. verſic. Aut quæris.*

Tamen quando proprio nomine ne-
93 gociationem † contraxit, & patris pecuniam contulit, dimidium lucri pecuniæ, alterum induſtriæ tribui debet, vt * eſt magis * commun. opinio, de qua poſt innumeros allegatos, teſtatur *Clementin. d. effect. 2. num. 11. Suarez receptar. ſentent. in verbo, filius, num. 221. & Viuius opin. 136. in verbo, filiusfam. lib. 1.*

Et ex hoc peculio duę conceduntur,
94 quando † filius contrahit, actiones, & obligationes, vna datur inſolidum aduerſus filium, & aduerſus patrem, alia non inſolidum, ſed quatenus eſt in peculio *l. ſi quis cum filio 45. ff. de pecul. Iaſon. in d. l. fratre à fratre num. 5. verſ. Et vt iſtud.*

95 Vnde ſi filius voluerit † dictam partem lucri donare, quæ de iure ſibi obuenire debet, rectè cum cõſenſu, & abſque conſenſu, & præſentia ad fauorem patris diſponere libebit, quia vt diximus *ſupra num. 70.* mercatori eſſe permiſſum obligationem indifferenter contrahere non obſtante dicta Regia Pragmatica, ſiue alio ſimili ſtatuto, licito etiam iure ad patris fauorem eidem filiofam. donare, & aliter diſponere permiſſum videtur.

Ex quibus omnibus dicta Doctorum ardua controuerſia facillima apparere videtur.

SVMMARIVM.

AMPL. XI.

1 *Calculatores electi tam à iudice, quàm à partibus dicuntur.*

Tabularij, & in Regno rationales.

2 *Rationalis dicitur qui priuatæ rationi, vel rei præeſt.*

3 *Tabularij appellantur, qui in tabulam calculandi artem docent.*

4 *Significatoriæ non habent exequutionem paratam, ſed vide num. 6.*

5 *Priuatæ perſonæ nequeunt iuriſdictionem conferre.*

Signi-

6 *Significatorijs de conſuetudine fides adhibetur.*

7 *Priores, Magiſtratus, & Conſules Ciuitatum poſſunt deputare rationales ad computa reuidendum.*

8 *Arbitrator dicitur electus à parte, arbiter autem electus à Iudice.*

9 *Calculus probat ſi ex Iudicis commiſſione fuit prolatus.*

Paratam exequutionem habere dicitur, ſi fuit per partes acceptatus num.10.

Et multò magis procedit, quando pactum de non contraueniendo interuenit num.11.

Idem ſi medio iuramento fuit firmatus num.12.

Ex confeſſione erronea poteſt retractari num.13.

Etiam ſi confeſſio ſit geminata num.14.

Non ſufficit probare dolum præſumptum num.16.

17 *Debitor negans calculum non admittitur ad dicendum de errore ob mendacium.*

18 *Significatoriæ per Rationales Reg. Cam. ſummariæ prolatæ habent executionem paratam.*

Procedit etiam in ſignificatorijs emanatis per adminiſtratores rerum Eccleſiaſticarum num.19.

Et multò magis in ſignificatorijs, & computis pertinentibus ad fiſcum num.20.

Non procedit in ſignificatorijs, & rationibus prolatis à rationalibus Baronum num.21.

22 *Ciuis tenetur inſolidum, quando eius Ciuitas eſt condemnata.*

Calculus, & ſentẽtia lata, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam non retractatur num.23.

24 *Calculus non retractatur ex errore quando partes ad tranſactionem deuenerunt.*

25 *Inſtrumentum, in quo certa quantitas eſt promiſſa ex errore calculi non redditur illiquidum.*

26 *Calculus finalis etiam à debitore conſcriptus non probat, niſi recognitus.*

AMPLIATIO XI.
Etiam virtute ſignificatoriæ.

Significatus vigore ſignificatoriæ, an poſſit arreſtari, vel aliter carcerari ex condemnatione per calculatores ab Vniuerſitate, vel alijs deputatos?

CALCVLATORES ab
1 Vniuerſitate, † vel à Iudice, vel etiam à partibus electos, quos etiam tabularios lex appellat, & Græci [illegible] nos Rationales nuncupamus, & antiquitùs procuratores Cæſaris erant *l. fiſcum 5. l. cum aliquid 8. & l. penult. C. vbi cauſa fiſcal. l. vltima C. ad leg. Iul. Maieſt. l. vlt. C. ſi aduerſ. Fiſc. l. 2. C. ne vxor. pro marito l. 2. C. de mod. mulct. l. 3. C. de conueniend. fiſc. debitor.*

2 Et rationalis dicebatur, qui † priuatæ rationi, vel rei etiam præerat *l. vnica C. de annon. & capitatione, & l. ſi quis 7. C. de bon. proſcriptor.*

3 Et tabulari dicebantur, † qui in tabula calculandi artem docebant, *l. 1. §. ludi ff. de extraord. cognit. & l. vltima ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer. Cuiac. in l. vniuerſos decuriones C. de decur. lib. 10. & l. 2. vbi etiam Luc. de Penna C. de iur. fiſc.*

4 Huiuſmodi calculationes, quas † nos
ſignificatorias dicimus, non videntur habere exequutionem paratam, & propterea earum vigore debitores ſignificati non ſunt carceribus coercendi,
5 quia priuatæ perſonæ † non poſſunt
iuriſdictionem conferre, *l. priuatorum C. de iuriſd. omn. iudic.* etiam ſi per Rationales per vniuerſitates, vel Barones electos emanauerit ſignificatio, *Muſcat. in prax. ſacr. conſ. part. 1. glos. poteſt num. 176. & ſeq. & num. 179.* Et po-

teſt

teſt ſemper vſque ad triginta annos opponi de errore calculi, *l. vnica*, vbi præcipuè *Iaſon. & Curt. iun. C. de error. calcul.*

6 In contrarium veritas † ſe habet, Licèt enim Rationales de iure iuriſdictionem non habeant, de conſuetudine tamen eorum calculationibus, & ſignificatorijs fides adhibetur, *Rota Ianuenſ. deciſ.* 141. *Viſum fuit Rotæ num.* 1. & ſaltim ſemiplenam probationem inducere videntur, *vt in deciſ.* 141. *eodem num.* 1. cuius ſemiplenæ probationis vigore quis ſiſti poteſt pro iudicij aſſecuratione, vt infra dicemus *ampliat.* 18. *princ. Guttier. pract. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 37. *in princ.*

7 Cum poſſint etiam conſules, † ſeu priores Ciuitatis eos deputare ad computa adminiſtrationis reuidenda, & dictorum Rationalium, ſiue Calculatorum determinationes, ſententiæ, & decreta appellantur, *Paul. de Caſtr. in l. ſi cui libertas* 49. *num.* 2. & 3. *ff. de condit. & demonſtrat. Angel. conſ.* 130. *Viſis, Maſcard. de probat. concluſ.* 252. *num.* 8. *verſic. Rationem vol.* 1.

8 Electi enim à partibus dicuntur † arbitratores, à Iudice autem arbitri, qui iuriſdictionem habere dicuntur, *Corn. conſ.* 43. *Circa hanc conſultationem ſub num.* 1. *verſ. Ergo fuerunt propriè arbitri vol.* 1. *fol.* 50. *Alex. conſil.* 21. *In quæſtione circa principium lib.* 2.

Eorumque determinatio ne dum probat, verum etiam paratam habet executionem *l. inſtar. C. de iur. fiſc. lib.* 10. *Corn. d. conſil.* 43. *d. num.* 1. *verſ. Et ex quo, Pariſ. conſil.* 69. *num.* 32. *verſic. Ex relationibus vol.* 1. Et in appellatione earum ſummariè etiam procedēdum eſt, vt ex multis cumulatis firmat *Thor. compend. deciſ. in verbo, ſignificatoriæ.*

Tantò magis ſi ex Iudicis commiſ-
9 ſione calculus † fuerit à perito prolatus, & iuramentum aſſertiuum eidem fuerit delatum; eſt communis ✳ opinio, de qua *Burſat. conſ.* 105. *num.* 9. *lib.* 1. vbi quod contra aſſignatos in debitores per iuridicam calculationem procedi debet, *commun. opin. ſintag. in verbo, calculus, volum.* 1.

Declara, vt ita habeat paratam
10 † exequutionem, ſi poſt perfectam calculationem partes per pactum expreſſum, & ſtipulationem legitimè ſubſequutam ad calculi acceptationem deuenerunt, quia hoc caſu non poteſt, nec etiam prætextu erroris calculi retardari eius executio, argum. *l. emptor. §. Lucius ff. de pact. Bartol in d. l.* 2. *C. de iur fiſc. Iaſon in l. vnica num.*.. *C. de errore calcul. Socin. conſ.* 190. *Memini verſ. Ex quibus patet vol.* 2. *Maſcard. de probat. d. concluſ.* 252. *num.* 9. *verſic. Quæ concluſio, Decian. reſponſ.* 27. *Quia ſatis copioſè num.* 6. *verſic. Tamen quando vol.* 5. *Commun. opin. ſintag. tom.* 1. *vbi Puteus in verbo, calculatio, fol. mihi* 76. *lin.* 44. *col.* 1. *Menoch. de arbitrar caſu* 209. *num.* 37. *verſic. Decimò illud.*

Subamplia ſupradictam declaratio-
11 nem † etiam procedere, quando in calculatione interuenit abſolutio, & pactum de non cōtraueniendo, nam tunc exequutionem habere dicuntur, nec prætextu ſolius erroris rationes iterum ſunt reddendæ, *Alex. Trentacinqu. variar. reſolut. lib.* 3. *in tit. de ſolut. reſolut.* 7. *num.* 15. *verſic. Secundò principalis, Menoch. de arbitrar. iudic. caſu* 709. *nu.* 37. *verſic. Dicitur illud.*

12 Maximè ſi iuramentum † interuenerit, *Mancin. de iuram. effect.* 39. *num.* 1. & *ſeq. Seraphin. de priuileg iuram. priuileg.* 90.

Contrarium, quod ex cauſa erronea
13 † etiam confeſſione non obſtante poſſit retractari, tenent ✳ communiter Doctores, vt teſtatur recolendæ memoriæ

moriæ dictus *Alexander Trentacinqu. d lib. 3. variar. reſolut. d. tit. de ſolut. d. reſolut. 7. num. 3. verſic. Quæ concluſio cum allegatis*, quibus accedat *Maſcar. de probat. d. concluſ. 252. num. 17. verſic. 5. Nec me mouet, & num. 18. 19. & 20. Borell. conſ. 18. allegatus per Rouit. in Prag. 5. num. 44. verſ. Et ſemel de adminiſtrat. vniuerſ. Angel. Aretin. in conſ. 47. num. 12. & nu. 14. verſic. Secundo quia*, vbi dicit * communem *Aſin. in tract. de execut. §. 1. cap. 19. folio mihi 11.*

14 Etiam ſi confeſſio geminata † fuerit ſecundum communem * ſententiam, de qua *Alex. Trentacinqu. vbi ſupra nu. 4. verſic. Procedit etiam.*

Etiam ſi de errore non fuerit dictum in prima inſtantia, dummodo tranſitum non fecerit in rem iudicatam *Trentacinqu. ibidem nu. 5.* Et hanc contrariam opinionem ſubſtinendo.

15 Declara, vt procedat ſi error † ex apertiſſimis probationibus appareat, & ex dolo fuiſſe factum, nec ſufficit probare dolum præſumptum, *Menoch. de arbitr. d. caſu 209. num. 34. & nu. 40. Trentacinqu. vbi ſupra num. 14. verſ. In caſibus.*

Secūdò declara principaliter, quan-
16 do † ex partiū diſcordia iudex ad electionem calculatoris proceſſit, *Bart. in l. 1. §. ex hoc de ventr. inſpic. Panorm. Decius, & Felyn. in cap. propoſuiſti de probation. Neuiz. conſ. 94. in fine.* Tunc enim ex Iudicis electione calculo ſtādum eſt, donec contrarium probetur, *Alex. Trentacinqu. variar. reſolut. vol. 1. lib. 1. d. tit. de ſolut. num. 8. verſ. declaratur ſecundo fol. mihi 64.* & dictorum calculatorum determinatio paratam habet executionem, vt etiam proximè diximus.

Declara tertiò quando reus cōuen-
17 tus † arreſtatus, & coram Iudice ductus calculū negauerit, creditor autem incontinenti per ſignificatorias reū conuentum debitorem apparere probauerit, tunc enim etiam ſi noluerit errorem per teſtes probare ob mendacium commiſſum nō admittitur, *Paul. de Caſtr. conſ. 10. In caſu præſenti num. 3. verſ. Si verò vol. 1. Alex. Trentacinqu. vbi ſupra nu. 6. verſ. Dubitatur & Curt. iunior. in d. l. vnica num. 13. verſ. Secundò commendabitis C. de errore calcul.* vbi citat *d. conſil. Paul. de Caſtr.* ſed corruptè.

Declara quartò quando debitor
18 † fuit carceratus, vel arreſtatus vigore ſignificatoriæ per Rationales Regiæ Camer. editæ iuxta diſpoſitionem Regiæ Pragmaticæ *in tit. de offic. procur. Caſar. in ordin. 38.* vbi *Regius Conſ. Rouit. remiſſiuè*, vel per alios Rationales, ſeu calculatores ad computa alicuius Vniuerſitatis reuidenda, vt per Reg. Prag. 5. de adminiſtration. vniuerſ. quia non obſtante quacunque exceptione, appellatione, reuiſione, ſupplicatione, ſtatim executioni demādari debet, præſtita prius cautione in caſu retractationis, vt per aliam *Reg. Prag. 37. ſub tit. de offic. procur. Caſar. Vinc. de Franc. deciſ. 374. Per Reg. Pragm. plenè Muſcatell. in prax. appellat. gloſ. 1. num. 173. & ſeq. verſic. Decimusquintus, Gutier. Pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 37. Rouit. in d. Prag. 5. in fine.*

19 Primò amplia, hāc quartā declarationē procedere in ſignificatorijs emanatis per Rationales deputatos per adminiſtratores rerum eccleſiaſticarū, Confraternitatum Cōgregationum, Collegiorum, ſiue aliorum locorum piorum, quando quidem huiuſmodi etiam calculationes ſignificatoriæ, ſeu condemnationes paratam vt ſupra executionem habere debent, *Angel. in §. Oeconomos in fine in auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. Marant. in prax. ſub tit. & quandoque appellatur num. 198.* quos ita firmando allegat *Muſcat. vbi ſupra num. 24.* & con-

conueniunt quæ diximus ſupra *num.6. & 7. & latè Guttier. vbi ſupra*.

Secundò amplia, vt etiam procedat
20 in ſignificatorijs, rationibus, † & computis pertinentibus ad Reg. Fiſcum, quoniam etiam executioni demandari debent, non obſtantibus quibuſcunque exceptionibus, vt ſupra opponendis, vt *per dictam Reg. Prag. 37. in d. tit. de offic. procur. Cæſar.* vbi etiam *Rouit. l. abſtinendum C. quor. appellat. non recipiantur*; quem adducit *Muſcat. vbi ſupra num.* 175. & diximus etiam ſupra.

Limita hãc eandem quartam decla-
21 rationem in ſignificatorijs à † rationalibus Baronũ emanatis, ſiquidem executionem paratam non videntur habere, vt firmat *Capiblanc. in tract. de Baron. Prag. 16. n. 63. Muſcat. vbi ſupra n. 175. 176. & 177.* cum rationibus adductis, *Thor. in compẽd. deciſ. in verbo, ſignificatoria*, & ſic ẽt in his partibus obſeruamus.

Declara quintò, quãdo Ciuis eſt car-
22 ceratus, vel arreſtatus † vigore ſignificatoriæ latæ cõtra eiuſdem Ciuis Vniuerſitatem, in qua Vniuerſitas fuit ad certam ſummam cõdemnata, quoniam cum in debito vniuerſali quilibet teneatur inſolidum, vt diximus ſupra latius *ampliat. 3. princ. nu. 9. & 10.* quãdo Vniuerſitas per ſupradictos Rationales eſt condemnata, vt fieri ſolet, eius Ciues recto iure in carceribus mancipari poſſunt, vt ibi retulimus *num. 30.* ex rationibus ibidem adductis, *& num. 32.*

Declara ſextò, quando poſt calcula-
23 tionem fuit † lata ſententia cõdemnatoria, quæ tranſitum fecit in rem iudicatam, nam hoc caſu retractari non poteſt, *Alex. Trentacinq. d. reſolut. 7. tit. de ſolution. num. 6. verſic. Declaratur tertiò, cum ibi allegatis.*

Septimò declara, quando partes cal-
24 culando † errauerunt, & cum eodem errore ad tranſactionem deuenerunt, quandoquidem non obſtante errore, trãſactio debet locum habere, nec prætextu erroris poteſt reuocari, *l. vnica C. de errore calcul.* eſt commun. opin. * de qua *Iaſ. in d. l. vnica ante num. 12. verſic. Secundus eſt caſus*, vbi eam ſequitur *Curt. iun. num. 27. & 28. & num. 32.*

Octauò declara, quando facto calculo in inſtrumento guarentigiato eſt
25 certa quãtitas promiſſa, † pacto etiam inito, quod ſi facto calculo de minori appareret quantitate, illud tantum deberetur, ſiquidem non obſtante pacto, nec dicta exceptione erroris calculi oppoſita, inſtrumentum executioni demandari debet, *Grammat. deciſ. 85. Magnifica Margherita num. 11.* eum refert, & ſequitur *Cartar. deciſ. Genuæ 83. Cum quidam per totam*, vbi ſic refert fuiſſe deciſum; *Bernard. Pand. de execution. inſtrum. par. 3. 19. declar. num. 53. verſic. Illud ex abundanti.*

Nonò declara, vt etiam calculus, ſeu
26 computus finalis † non habeat executionem paratam, etiam ſi à debitore fuerit cõſcriptus, niſi prius idem debitor computũ recognouerit, vt ex multis iuribus firmat *Boer. deciſ. 295. n. 14. verſ. Item fallit vſque in finem*, vbi plenè hunc examinat articulum, *Aſin. in tract. de execut.* §. 1 *cap. 19. in fine*, & conueniunt quæ diximus *ſupra quæſt.* [illegible] *n. 13.*

Subdeclara non procedere, ſi calculus in iudicio fuit productus, quia tunc plenè probat contra producentem, ſic poſt *Pariſ. conſ. 47. num. 3. in primo concludit Genuenſ. in tract. de ſcript. priuat. lib. 1. quæſt. 4. num. 153. verſic. Hinc.*

Decimò declara in computo, ſeu calculo tranſmiſſo, hi enim ſatis probant contra ſcribentem, & tranſmittentem, *l. quadam §. nummularios, vbi Gloſ. ff. de edend. Bartol. in l. admonendi num. 20. Iaſ. nu. 110. & 112. verſic. In primo caſu ff. de iureiur.* & poſt ſupradictos allegatos

aſſerens hanc eſſe * cõmunem ſentẽtiam, ſequitur *Decian. reſponſ. 109. nu. 18. verſic. Secundò, vol. 2.* vbi ampliat id procedere etiam ſi computus, ſeu calculus tranſmiſſus creditori per debitorem, fuerit alterius manu conſcriptus, *vt ibidem num. 19.* vbi refert hanc opinionem ſuſtinentes.

SVMMARIVM

AMPL. XII.

De actione ex teſtamento pro legato [illegible] inſt. de actio. & ex maleficijs [illegible] actio mixta fol. 493 [illegible] Parm. de ma. proc. [illegible] confeſ. fo. 56.

1 *Legatarius propria authoritate occupans legatum ſibi factum illud amittit, vide num. 4.*

Debet de manu hæredis illud accipere numero 2.

3 *Hæres poteſt detrahere quartam in legatis à teſtatore relictis.*

4 *Pro legato tres dantur actiones perſonalis ex Teſtamento, & hipothecaria.*

5 *Legatario conceditur via exequutiua pro legato conſequendo.*

6 *Creditor ne dum appellatur ille, cui pecunia debetur, ſed etiam alius, qui ex quacunque actione aliquid conſequi debet.*

7 *Legatarius ſub conditione non eſt propriè creditor.*

Poteſt pro legato perſonam hæredis ſiſtere num. 8.

Dummodo conſtet hæredem eſſe num. 9.

10 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij nec infra nouem dies à morte teſtatoris non poteſt pro legato moleſtari.*

11 *Legatario, cui relinquitur vſusfructus plenus, integer, & liber permittitur propria authoritate rem legatam accipere.*

In legatis pijs idem permittitur num. 12.

Idem quando iudicio teſtatoris hoc fuit ei conceſſum num. 13.

Ex tacita teſtatoris voluntate poteſt legatum apprehendere num. 14.

15 *Inſtitutus in re certa poteſt propria authoritate rem relictam capere.*

16 *Legatarius, ſi eſt teſtamenti executor poteſt rem legatam exequutiuè recipere.*

Idem quando eſt relictus tutor teſtamentarius num. 17.

18 *Vxor, cui legata eſt domus, cum præcepto ne hæredes moleſtia eam officiant, poteſt propria authoritate domus poſſeſſionem accipere.*

19 *Legatarius tutius agit accipiendo poſſeſſionem iudicis authoritate.*

20 *Contradictor legitimus, ſi exiſtat denegatur legatario poſſeſſionem rei legatæ apprehendere.*

21 *Legitimus contradictor dicitur, qui opponit titulum, & poſſeſſionem.*

22 *Legatarius contra hæredem cum beneficio legis, & inuentarij non poteſt petere legatum, niſi elapſo tempore impartito.*

AMPLIATIO XII.

Etiam ad inſtantiam legatarij.

An legatarius poſſit hæredem arreſtare, vel bona defuncti & rem ſibi legatam propria authoritate capere, & exequutiuè procedere pro legati conſecutione?

1 LEGATARIVS rem ſibi legatam propria occupans † authoritate perdit legatũ ſibi relictum, & à iure ſuo cadere videtur, *l. non eſt dubium vbi Doctores C. de legat. Comm. opin. ſintag. in verbo, legatum perditur, vbi P. Andora lib. 10. tomo 2. folio mihi 23. colum. 1. lin. 56. Anchar. conſil. 3. Non eſt dubium in princip. verſic. In nono autem, Zabarell. conſ. 51 in fin. verſic. Ad ſeptimum, Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 2. num. 1. 2. & 3. Craſſ. de ſucceſſ. in art. Tranſmiſſio quæſt. 10. nu. 1. & 2.* vbi diſtinguas ſecundum eum *Flau. Tort. ad ſtat. Pap. 2. nu. 36. & 37. verſic. Eſt autem folio mihi 34.*

Nam

2 Nam de manu hæredis debet † le-
gatũ accipere, *vt d.l.non eſt dubium, & Doctores in locis commemoratis, Surd. de aliment. tit.9. quæſt.40.num.10. & 11.verſic. Secundò facit folio 352.* quod
ea præcipua ratione inductum eſt, vt
3 hæres † quartam ſibi debitam detrahe-
re poſſit, *Bartol. in l.prima in fine, vbi Rip. num.4. ff.quor.legator. Menoch. de adipiſc.poſſeſſ.remed.2.num.6. verſic. Et quamquam, Mart. deciſ.20.nu.11. verſic. Item prouiſio.*

4 In contrarium facere † videntur in-
fraſcripta. Pro legato conſequendo
tres competunt actiones, ſcilicet per-
ſonalis, ſiue rei vendicatio, Ex teſta-
mento, & hipothecaria, eſt communis
opinio, * de qua *Doctores in l.1. ff. de legat.* 1. quam commemorat *Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ.23. num.3. verſic. Secundò, Bernard.Trott.ad Rip.in dicta l.1. num.38. Craſſ. de ſucceſſ. §.legatum quæſtione 74. num.1. commun. opin. ſintag. in verbo, legatarius, d.lib.10. tomo 2. folio 25. colum.1. lin.4. vbi P.Andora, Vi- uius deciſ.285. num.9. verſic. Prout tomo 2. folio mihi 388.*

Et licèt vera ſit regula, quod lega-
tarius non poſſit propria authoritate
rem ſibi legatam accipere, tamen vera
reſolutio ſe habet, quod pro legato
5 † conſequendo via executiua, vel per
viam præcepti agere poteſt, *Menoch. de adipiſcend.poſſeſſ. remed.4. num 694. verſic. Hocetiam,* eſt communis * opi-
nio, de qua *Ioſeph.Ludou. dicta deciſ. 23. num.9. verſic. Contrarium,* vbi hanc
æquiorem, & veriorem appellat *Coler. de proceſſ.executiu.par.3.cap.2.num.29. verſic. Licèt autem, Craſſ.de ſucceſſ. §.legatum dicta quæſt.74. Graſſ. in tract. de except. in prælud. num.37. verſic. Et hoc intellige,* vbi de communi, *Cumia in rit. Regn.Sicil.cap.19.num.73. verſic. Item de iure.*

Et creditoris appellatione non tan-
6 tum † comprehendi dicũtur, qui pecu-
niam mutuo dederunt, ſed & illi, qui-
bus ex quacunque actione, vel perſecu-
tione, vel iure ciuili purè, vel in diem,
vel ſub conditione debetur, *l. creditores 10. & l.creditores 11. & l.ſicuti 12. ff. de verbor.ſignificat. l.creditoribus 4. in fine ff. de ſeparat,*
7 Et quamuis ille, cui legatum † ſub
conditione relinquitur, ea pendente
creditor non ſit, tamen ea adueniente
creditor appellatur *l.is, cui 41. ff. de act. & obligat. l.qui in fraudem 27. ff. qui, & à quibus l. condicionales 54. iuncta l. ſequenti ff. de verbor. ſignificat. & §.ex conditionali inſtitut. de verbor.obligat.*

Vnde quia creditor eſt, & ei actio
8 perſonalis competit, ideo ei † licitum
eſt defuncti bona, & hæredis perſonam
ſiſtere pro legato conſequendo, acce-
dẽte maximè fugæ ſuſpicione, vt etiam
determinat *Petr.Pecc. apud Gottofred. in tractat. de iure ſiſtẽn. & man. iniect. cap.3. numero 3. in fine folio mihi 591.* vbi dixit, non eſſe de hoc dubitan-
dum.

Declara tamen vt procedat, dum-
9 modo conſtet hæredem † hæreditatem,
adiuiſſe, vel per oſtenſionem præam-
buli, vel per teſtes legitimè exami-
natos, vel etiam per ſcripturas fidem
facientes productas, *vt in ampliatione 14 princip. num.26. verſic. Declara hanc quintam.*

Declara ſecundò, vt non procedat
10 contra hæredem † cum beneficio legis,
& inuentarij, nec infra nouem dies à
morte ipſius teſtatoris, quia dicto tem-
pore durante nec conueniri, nec arre-
ſtari poteſt eius hæres, vt dicemus *in d. ampliat.14. princip. num.18. verſic. Limita primò cum ibi allegatis.*

Quod autem diximus non eſſe per-
miſſum legatario propria eius authori-

tate rem ſibi legatam accipere, *vt in dicta l.non eſt dubium*, adſunt multi caſus, in quibus legatarius propria eius authoritate poteſt rem legatam inuadere.

11 Primus caſus eſt, quando teſtator relinquit vſumfructum, integrum, plenum, & liberum, tunc enim legatarius propria eius authoritate poteſt rem legatam capere, *Iaſon.in l.nemo poteſt nu. 38. & ibi Rip. num.62. verſic. Imò legatarius de legat.* 1. *idem Ripa in l.1.nu.12. ff.quor.legator. Mart.d.deciſ.20.nu.12. verſic. Item quia.*

Secũdus caſus exiſtere videtur, quan-
12 do teſtator ad pias † cauſas legauit, tũc etiam legatario permiſſum eſt propria eius authoritate rem legatam accipere, eiuſque poſſeſſionem adipiſci, *Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ priuileg.* 45. *Polidor. Rip.* eum adducit, & hoc firmat *in obſeruat.*323. *num.*5. & 6. *verſic. Legatum enim.*

Tertius caſus ſe offert, quando ap-
13 paret ex lectura † teſtamẽti teſtatorem cõceſſiſſe legatario propria eius authoritate accipiendi poteſtatem, vt quando dixit, capiat, accipiat, percipiat legatum ſibi relictum, vel alijs ſimilibus verbis vſus ſit, quia hoc caſu cum voluntatis teſtimonium apertis verbis probetur *l.Labeo de ſuppell.legat. Tiraquell.in l.ſi vnquam,in verbo, libertis nu.* 17. *verſic.Et hæc quidem,C.de reuocand. donation.* vtique erit permiſſum rem legatam propria authoritate inuadere, vt recenſet *Menoch. de adipiſcend.poſſeſſ.d.remed.2.num.48.verſic.Secundum Rip. in l.1.num.9.verſic. Declara ff.quorum legatorum cum allegatis per Menoch. vbi ſupra. Addo Surd.de aliment.d.tit.9. q.40.num.19.verſ Videtur,Comm.opin. ſintag.in verbo,Legatarius, lib.10.tom.2. col.1.lin.65. folio 23. verſic. Limita,niſi eſſet dotata,* cum iuribus ibidem adductis *per P.Andoram, Craſſ.de ſucceſſ.§. teſtamentum quæſt.67. Coler. de proceſſ. execut. par.2.cap.2.nu.26.verſic.Quarto,* vbi alios refert, & magis ✱ communem affirmat, licèt tutius ſit hoc caſu cum Iudicis licentia ingredi poſſeſſionem, vt notat *Menoch. vbi ſupra num. 51. verſic. Nec quicquam.*

14 Subamplia hunc caſum, vt etiam ex tacita voluntate teſtatoris legatarius poſſit legatum capere, *Decius conſ.476. num.5. verſic. Sed etiam, & conſil.418. num.4. & conſ.243. num.3. verſic. Sed in caſu iſto. Menoch.de adipiſc. poſſeſſ. remed.2. num.46. verſic. Extenditur.*

Quartus caſus clarior apparet, quan-
15 do quis eſt † inſtitutus hæres in re certa, quia hoc etiam inſpecto poteſt propria eius authoritate rem relictam acquirere, *l.cum hæredes ff.de acquiren. hæredit.* eſt communis ✱ opinio, de qua *Dec.in l.fin. C.de edicto Diui Adrian.toll.* quã etiam adducit *Craſſ.in d.art. Tranſmiſſion. d.quæſt.10.num.5.verſic.Quæro an inſtitutus,* quibus addo *commun.opin. ſintag.vbi ſupra to.2.d.fol.23.col.2.verſ. Limita quartò, vbi P.Andora, Ang. poſt hæc ſcripta viſus in tract.de legit.contrad. quæſt.2.num.218. & ſeq.verſic. Quia.*

Quintus caſus videtur, quãdo lega-
16 tarius eſt etiam † teſtamenti executor, quia propria authoritate poterit rem legatam prehẽdere, *l.fiſtulas §.fundum ff.de contrahend.empt.P.Andor.vbi ſupra verſic.Limita ſecundò, & Craſſ.in d.art. Tranſmiſſio d.quæſt.10.nu.4.verſ.Quæro num legatarius cum allegatis, & Dec.in d. conſ.476. nu.5. & d.conſ.418.nu.4. & d.conſ.243.d.num.3.Rip.in l.1.num.10. verſ.Amplia, vt procedat ff.quor.legator. Menoch. de adipiſcend.poſſ.remed.2.num. 46. & 47. verſic. Extenditur.*

Subamplia hunc caſum, vt idem ſit
17 quando legatarius † eſt relictus tutor teſtamentarius, quia quemadmodum

poteſt

poteſt ſibi ipſi ſoluere, ita etiam propria authoritate rem legatam inuadere, *Decius d.conſ.243. d.num.3. verſic. Sed in caſu*, vbi magis in ſpecie *addentes ad eum in litera B, in verbo, ſoluere*, vbi contrarium ſuſtinet in immobilibus vigore ſtatuti, vt per eos.

Sextus caſus eſt, quando teſtator
18 vxori † domum legauit, & hæredibus præcepit, ne eius vxori moleſtiam inferrent, quia ex his verbis videtur data poteſtas eidem vxori dictam domum capere ex propria voluntate, *Angel. in l.hæc ſi hæres verſic. Nota diligenter ff.de rei vendicat. Dec.d conſ.418.nu.5.verſic. Et bene facit*, vbi dictum Angel.allegat.

Et quamuis omnes ſupradicti caſus, & alij relati per præfatos Doctores al-
19 legatos, ſint veriſſimi, tñ † tutius erit poſſeſſionem apprehẽdere cum Iudicis authoritate, vt in ſimili præcipit *tex. in l.creditores 3. C.de pignor.* & in caſibus ſupradictis familiam implorare, etiam parte non citata, & cum ea legatarium aſſociari, vt in ſimili diximus *ſupra 5. ampliat.princip. num.16. & 17. an debitor ſuſpectus de fuga poſſ. propria credit. authorit.detin. & arreſt.* & ſic etiam in praxi conſului, & obſeruari.

Declara tamen ſupradictos, & alios conſimiles caſus non procedere, quãdo
20 adeſt legitimus † cõtradictor, quia tũc nec hæres, nec legatarius immittitur in poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur, ſed debet viam ordinariam experiri, *l.fin. §.ſin autem legitimus C. de edicto Diu. Adrian.tollend. Ioſeph.Ludou. dicta deciſ.Peruſin.23.num.6. Theſaur. deciſ. 26.num.9.* cum alijs allegatis per eundem *Graſſ.de except. in prælud. num.41. Rip. in dicta l.nemo poteſt dicto num.62. verſic. Sed pro concordia.*

21 Legitimus autem contradictor dicitur ille, qui opponit titulum, & poſſeſſionem bonorũ, de quibus agitur *Craſſ. ibidem num.42. verſic. Quis autem*, vbi multos adducit concordantes *folio mihi 11. à tergo*, de quo plenius adeundus eſt, *Angel.in ſuo tract.de legitim.contradict.art.1.quæſt.1.per tot.* poſt hæc ſcripta viſus.

Declara ſecundò ſupradictos caſus non procedere, quando hæres Vniuer-
22 ſalis adiuit † hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, quandoquidem non poteſt legatarius relicta petere, niſi poſt tempus impartitum ad conficiendum inuentarium, *vt per Guttier. de iuram.confirmat.par.2.cap.6. ſub num.20. verſic. In legatarijs folio mihi 252.*

Sed latius Deo dante dicemus *in lib. 4. huius tractat. de vltim.voluntat. execut.* nunc enim ſat eſt ſupradicta ſcripſiſſe *per ea, quæ hic retulimus num.8.*

SVMMARIVM

AMPL. XIII.

1 *Paria ſunt inter ſe cautio de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo.*

2 *Carceratus vti ſuſpectus debet præſtare cautionem de iudicio ſiſti.*

Et alteram de iudicatum ſoluendo numero 3.

4 *Mercator carceratus vti ſuſpectus de fuga debet præſtare vtramque cautionem de iudicio ſiſti, & de ſoluendo iudicatum.*

5 *Debitor carceratus ſi præſtat cautionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, & non eſt proteſtatus dicitur in Iudicem conſentire.*

6 *Debitor, qui non poteſt opponere fori declinatoriam, poteſt tamen compromiſſum petere.*

Non procedit quando vigore inſtrumenti ſententiæ, & obligationis liquidæ eſt debitor num.7.

8 *Agnoſcẽs debitũ non admittitur ad cauendũ, nec creditor tenetur recipere pignus.*

9 *Confeſſio pro iudicatū habetur.*

10 *Debitor ſi confitetur debitum debet admitti ad fideiuſſionem de ſoluendo debitum infra dies decem.*

11 *Confeſſio debitoris non nocet fideiuſſori.*

12 *Debitor ſignificatus non admittitur ad cauendum.*

13 *Ciuis pro ſua vniuerſitate ſignificata poteſt carcerari.*

14 *Debitor ſub conditione, ſi carceretur, relaxatur cum cautione ſoluendi conditione adueniente.*

15 *Fideiuſſor idoneus dicitur, quando eſt eiuſdem fori.*

16 *Debitor Forenſis, & pauper relaxatur ad iuratoriam.*

Etiam ſi cautio à ſtatuto exigatur numero 17.

Conceditur ne teneatur ad impoſſibile numero 18.

Statur iuramento debitoris, quod fideiuſſorem non inueniat num. 19.

Contrarium quo ad iuratoriam ſuſtinent multi num. 20.

Et ei conſultum pro alijs remedijs nu. 21.

22 *Iuratoria cautio conceditur multò magis debitori Doctori.*

Et Iudex negando tenetur in ſindicatu num. 23.

Clericus admittitur cum fideiuſſione ſoluendi, quando peruenerit ad pinguiorem num. 24.

Vſufructuarius ad eam admittitur num. 25. Sed contrarium firmant multi numero 26.

Admittitur ad eam debitor bonæ conditionis, & famæ num. 27.

Malæ conditionis debitor ab ea reijcitur num. 28.

Decoctus non admittitur, quia notatur infamia num. 29.

30 *Debitor magnæ quantitatis non admittitur ad iuratoriam.*

31 *Magna, vel parua quantitas eſt Iudicis arbitraria.*

32 *Periurus reijcitur à cautione iuratoria.*

33 *Cautio iuratoria non habet locum in debito liquidato.*

Non tenetur ad eam præſtandam debitor, qui tempore contractus non erat idoneus num. 34.

Contrarium ſuſtinent multi, & verius num. 35.

36 *Iudex poteſt relaxare debitorem cum pignore.*

37 *Debitor carceratus non debet detineri in carceribus tenebroſis.*

38 *Executio annui cenſus non retardatur, nec poteſt cōtra eam opponi vlla exceptio.*

39 *Apoca de receptis etiam trino teſte notatā quo ad cenſus ſatisfactionem non probat, niſi recognita.*

40 *Emphiteuta non admittitur ad allegandam exceptionem ad impediendam canonis ſolutionem.*

41 *Exceptio hoſtita reijcitur in contractu cenſuali, nec eius exequutionem poteſt retardare.*

42 *Exceptio nouendij luctus non admittitur in contractu cenſuali.*

43 *Cedendarum exceptio poteſt opponi, & eſt admittenda.*

Non impedit exequutionem cenſus numero 44.

Competit fideiuſſoribus mãdatoribus Correis, tertijs poſſeſſoribus num. 45.

Non competit fideiuſſoribus, quando diuerſis temporibus interuenerunt nu. 46.

Vt valeat, debet ante ſolutionem, vel in ſolutione, vel ante incōtinenti opponi n. 47.

48 *Creditor tenetur cedere actiones cum inſtrumentis, & omnibus qualitatibus.*

49 *Cedendarum exceptio poteſt fieri pro tota ſumma, vel pro rata.*

Non habet locum, quando eſt renunciatum beneficio cedendarum num. 50.

Et quando eſt renunciatum beneficio de fideiuſſoribus Diui Adriani num. 51.

52 *Patri ſoluenti pro filio non ſunt cedendæ actiones.*

Vxor

53 *Vxor conſentiens alienationi factæ per eius virum, non habet beneficium cedendarum actionum.*

54 *Condemnatus in exilium relaxari debet cum cautione de redeundo in carceribus finito exilio, & quomodo procedat vide ibidem.*

AMPLIATIO XIII.
In cautione de iudicio ſiſti, & de ſoluendo iudicatum.

An debitor carceratus debeat præſtare tantum cautionem de iudicio ſiſti, vel alteram etiam de ſoluendo iudicatum, vel ad iuratoriam poſſit admitti?

VT diximus *ſupra in præludijs num. 3. nu. 10. &*
1 11. carceratus † pro iudicij aſſecuratione omninò ſatiſdare tenetur. Magna tamen altercatio inter iuris Interpretes habetur, an debeat præſtare vnicam tantum cautionem de ſtando iuri, ſiue de iudicio ſiſti, quæ paria ſunt inter ſe, vt diximus *in d. præludijs num. 15.* an verò, & alteram de iudicatum ſoluendo.

2 Quod ſufficiat prima † de iudicio ſiſti videntur ſuſtinere *Angel. in l. dies feſtos num. 5. verſ. Et per eam, Salyc. nu. 1. verſ. Ex quo, Roman. num. 3. Socin. num. 2. C. de ferijs, Bartol. in l. ait Prætor, §. ſi debitorem num. 3. verſ. Sed in die feriata ff. quæ in fraud. cred. Cornazz. deciſ. Luc. num. 15. Bald. in l. cum proponas 8. num. 2. C. de bon. auth. iud. poſſid. Proſper. Carauit. ad Afflict. in deciſ. 170. in verbo, Ad iſtam deciſionem,* vbi alios adducit ibique dicit hanc opinionem ferè omnes Doctores * ſuſtinere, cui videtur etiam accedere *Vrſil. ibidem num. 2. & 3. verſ. Circa verò,* & hanc teſtatur eſſe magis * communem *Marchiſ. Amn. in Silua pract. quæſt. 37. nu. 1.*

3 Contrariam partem, † quod nō ſolum debeat præſtari ſupradicta de iudicio ſiſti, ſed etiam altera de iudicatum ſoluendo, tenet *ſupradictus Marchiſ. vbi ſupra,* & hanc in conflictu vti magis * veram ſequitur *verſic. Fateor tamen,* Hanc etiam veriorem, & in praxi magis receptam dixit *Anton. Hering. tract. de fideiuſſor. cap. 1. num. 40. 42. & 43. fol. m. 51. & 52.* cum allegatis, & cumulatis per eum, quibus addo *Coler. de proceſſ. execut. par. 3. cap. 11. num. 93.* vbi teſtatur * ita practicari, & fuſius *cap. 1. num. 83. & 84. part. 2. Galter. prax. inſtrument. part. 3. princip. rubr. 2. num. 16. 17. fol. 259. Muſcatell. in prax. fideiuſſ. part. 1. mod. 12. & 13. Roman. corruptè per eum allegatus in ſingul. 242.* & ita fuiſſe iudicatum refert *Aloyſ. Ricc. in deciſ. 61. Cur. Archiep. Neap. num. 5.* Sic etiam fuiſſe iudicatum per Sacr. Conſ. refert *Afflict. in deciſ. 170. Habuimus in facto num. 4. verſic. Sed magnum,* maximè ſi cum forenſe tractatur, *Vrſill. ibidem num. 3. verſ. Sed contra hæc,* & ibi etiam alij addentes *Thor. poſt hæc ſcripta viſ. in compend. deciſ. in verbo, Debitor, ſuſpectus,* vbi alios allegat *fol. mihi 140. in 2. impreſſione.*

Et hanc etiam in praxi ſemper abſque difficultate ſeruamus, aliàs iudicium eſſet eluſorium, etenim ſi ſolum illa prima præſtaretur fideiuſſio de iudicio ſiſti, lata ſententia, vel aliter facta condemnatione, ſeu mandato executiuo relaxato, nullam creditor haberet executionē, quia ſi fideiuſſor ſoluere non promiſit, contra forenſem nullus daretur in his partibus regreſſus, ideo ad vtrumque teneri rectè firmauimus, pro qua concluſione optimè conueniūt tradita per *Marant. in ſua prax. part. 6. 8. membr. ſub num. 11. verſ. Hinc datur.*

Sub-

Subamplia primò, etiam ſi carceratus debitor aſſignauerit cauſam, pro qua reperitur carceratus eſſe compromittendam, ſiquidem ad vtramque fideiuſſionem tenetur ante compromiſſi ſtipulationem, *Afflict. deciſ.* 170. *Thor. in compend. deciſ. in verbo, Debitor fugitiuus*, vbi alios allegat.

Secundò ſubamplia, etiam ſi merca-
4 tor † ſit ſuſpectus de fuga, quia ſi carceratur, vti talis, debet cauere de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, ſic refert fuiſſe iudicatum tam in Archiepiſcopal. Cur. Neapol. quàm in Sacr. Reg. Conſ. ex pluribus *Ricc. in deciſ. Archiepiſcop. Neapol.* 61. *per totam par.* 1. *folio mihi* 46.

Tertiò ſubamplia hanc 13. ampliationem principalem, vt ſi debitor car-
5 ceratus præſtiterit † dictam fideiuſſionem de ſtando iuri, & de ſoluendo iudicatum, nec fuerit proteſtatus, ſe noluiſſe in iudicem conſentire, niſi ſi, & quatenus, videtur in iudicem conſenſiſſe, nec poteſt poſtea fori declinatoriam opponere, *Petr. Pecc. vbi ſupra cap.* 15 *verſ. Tamen longè, vbi citat Capellam Tholoſ. in deciſ.* 180. *quæ eſt* 181. Item fuit quęſitum ſi aliquis fuit conuentus, *& ibi Aufrer.* Sed ibi hoc non habetur, immo contrarium aſſeuerat *Aufrer.* Licèt hodie hæc difficultas recedat propter renunciationes, quibus debitores renunciant eorum foro, & ſe ſubmittunt huic, vel alio foro, & quod poſſint vbique conueniri, vt diximus *ſupra quæſt.* 2. *num.* 29. *& infra ampliat.* 20. *princip. num.* 8.

Declara hanc ſubampliationem, quod licèt non poſſit in caſu ſupradicto fori declinatoriam debitor oppo-
6 nere, † non tamen prohibetur compromiſſum petere eſt notabile dictũ *Franc. Aretin. conſ.* 87. *In præmiſſa conſultatione per totum, Borell. de compromiſſ.* §. 2. *gloſ.* 3. *num.* 23. *& num.* 24. *Anton. Hering. in tract. de fideiuſſor. cap.* 16. *num.* 22. *verſic. Atque folio mihi* 311.

Limita hanc declarationem, vt non
7 procedat quoties † carceratus apparet debitor vigore inſtrumenti ſententiæ, vel obligationis liquidæ, vt præcipit noſtra Reg. Pragm. 1. de arbitr. in fin. quia in dictis caſibus nõ eſt permiſſum de iure municipali huius Regni compromiſſum petere.

Limita, & declara primò hanc 13. ampliationem principalem, vt debitor
8 ad dictam fideiuſſionem † de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo non admittatur, ſi debitum agnouerit, ſeu in iudicio ẽt parte pręſente confeſſus fuerit, quia nec creditor hoc caſu compelli poteſt pignus recipere, & niſi præciſè ſoluat, vel promiſſa adimpleat non relaxatur *l. ſi finita §. ſi quis damnum, cum l. ſeq. ff. de dam. infect. cap. ex parte, il primo de verbor. ſignificat. Cumia in rit. regni Sicil. cap.* 19. *num.* 108. *verſic. Item confeſſio, Aſin. de execut.* §. 1. *cap.* 17. *Colcr. de proceſſ. exequut. d. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 88. *verſic. Si verò, Graſſ. de except. in prælud. num.* 24. *verſic. Quintò, Giurb. deciſ.* 62. *num.* 32. *verſic. Aut ſi*, vbi alios allegat. *Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt.* 5. *nu.* 14. *verſ. Quartus caſus.*

9 Quia confeſſi pro iudicatis † habẽtur *l. poſt rem iudicatam ff. de re iudic. l.* 1. *& l.* 3. *ff. de confeſſ. & l.* 1. *cum ibi allegatis per Gloſ. C. de confeſſ.* dummodo confeſſio certam contineat quantitatem, aliàs contra confitentem non relaxatur executio, *vt per Rot. Rom. diuer. deciſ.* 324. *per tot. par.* 2. *& vide quæ latius dicemus in ampliatione* 36. *princip. per totam.*

Declara hãc primam limitationem,
10 vt ſi debitor † vti confeſſus voluerit fideiuſſionem præſtare de ſoluendo debitum infra dies decem, debeat ad dictam

ctam fideiuſſionem admitti, quia dictus terminus decem dierum poſt eius confeſſionem de conſuetudine ei conceditur, eſt communis * opinio, de qua *Rot. Roman. cum allegatis deciſ.* 146. *num.* 2. *verſic. Nam communis part.* 2. *in nouiter nouiſſ. fol. m.* 680. *plenè per Graſſ. in tract. de except. in prælud. num.* 24. 25. *&* 26. *cum allegatis, folio mihi* 10. vbi etiam de ratione conceſſionis dicti termini *Trentacinqu. Var. lib.* 2. *in tit. de ſolut. reſolut.* 2. *num.* 30. *verſic. Nota.*

Declara ſecundò, vt ſi fideiuſſio fue-
11 rit præſtita † per debitorem, qui poſtea confeſſus fuerit debitum, iſtiuſmodi cõfeſſio non noceat fideiuſſori, aliàs eſſet in debitoris facultate fideiuſſorem grauare, *Surd. deciſ.* 218. *Lencius conductor per totum folio mihi* 482.

Subamplia primò dictam primam
12 limitationem, debitorem deuictũ † nõ eſſe ad dictam fideiuſſionem admittendum, quando, vel fuerit arreſtatus vigore ſignificatoriæ editæ per Rationales Reg. Cam. ſummariæ deputatos, vt præcipit *Reg. Pragm.* 38. *de offic. procurat. Cæſar folio mihi* 251. vel per ſignificatorias emanatas per Rationales, vel alios per Vniuerſitatem deputatos ad computa Vniuerſitatis reuidenda, *vt per Reg. Prag.* 5. *§.* 10. *de adminiſtr. Vniuerſit. folio mihi* 16. *Vinc. de Franch. deciſ.* 347. *Per Reg. Pragmaticam editam par.* 2. *folio mihi* 55. *Muſcat. in praxi ciuili iudic. lib.* 2. *part.* 1. *gloſ.* 1. *ſententia nu.* 173. *&* *num.* 174. *fol. mihi* 11. quia ſignificatus, ſeu cõdemnatus debet præcisè ſoluere non obſtante appellatione, ſeu reclamatione præſtita, tamen per eundem cautione in caſu retractationis, vt per *Vinc. de Franchis, & Muſcatell. in locis proximè commemoratis*, & diximus *ſupra ampl.* 13. *princ.*

Subamplia ſecundò dictam primam
13 limitationẽ, quando Vniuerſitas, † vel Caſtrum fuerunt ſignificata, vigore enim ſignificatoriæ per dictos Rationales editæ, poteſt ciuis eiuſdem Vniuerſitatis pro iudicij aſſecuratione arreſtari, & detineri, & quando eſt in dicta ſignificatoria comprehenſus, non debet per dictam fideiuſſionem relaxari, niſi præcisè ſoluat, vel deponat, Quemadmodum enim ciuis ex contractu per Vniuerſitatem ſolemniter confecto validè obligatur, vt diximus ſupra 3. *ampliat. princ. nu.* 9. *&* 10. ita etiam poteſt compelli per dictas ſignificatorias contra Vniuerſitates emanatas, quoniam in debito Vniuerſali quilibet tenetur inſolidum, ne in plures aſtringatur aduerſarios, qui cum vno contraxit, vt diximus ſupra *in eadem ampliat.* 3. *principali.*

Limita, & declara ſecundò, vt non
14 procedat in debito † incerto in diem, vel ſub conditione, quia ſi talis debitor, vt ſuſpectus de fuga capiatur, vt dicemus *infra ampliat.* 22. relaxatur cũ cautione de ſoluendo die, vel conditione adueniente, *Bartol. in l. ſi debitori nu.* 2 *&* 3. *ff. de iudic. Coler. de proceſſ. execut. d. cap.* 11. *num.* 91. *verſ. Niſi fortè, Ioſeph. Lud. concluſ.* 8. *verſ. Tertiò limita in debitore ſuſpecto folio mihi* 14. *à tergo.*

Declara tertiò, dummodo fideiuſſor
15 † de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo ſit idoneus, quando ſcilicet inter alia eſt eiuſdem fori, aliàs fruſtra pro iudicij aſſecuratione accederet, *l. ſi fideiuſſor ff. qui ſatiſdare cogantur, Gloſ. in l. neque fœmina in verbo, non poteſt, ff. de procurator. Bald. in l.* 2. *C. per quas perſon. nob. acq. Roman. in conſil.* 62. *Florentina num.* 7. *verſ. Illa enim idoneus*, vbi ſupra dicta iura allegat.

Limita, & declara quartò in debito-
16 re † forenſe, & extero, qui propter eius paupertatem, vel propter abſentiam cau-

cautionem non reperit, hoc enim caſu ſi debitor non fuerit confeſſus, debet ad iuratoriam cautionem relaxari, maximè ſi bonæ conditionis, & famæ appateat, Hoc cõmuniter * obſeruari dixit Curt. iun. de ſequeſtr. quæſt. 2. nu. 55. & ita per Cameram Imper. reperitur deciſũ, vt refert Andr. Gail. pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 148. num. 6. relatus cum alijs per Coler. de proceſſ. exequut. par. 3. quæſt. 11. à nu. 49. vſque ad finem fol. mihi 711. quibus addo Franc. Marc. deciſ. 1057. tom. 1. fol. 518. Caualcan. de brac. reg. par. 2. nu. 171. verſ. Et quoniam, Cauenſ. in rit. 170. num. 10. verſic. Et ſi iuraſſet, & nouiſſimè Anton. Hering. d. tract. de fideiuſſor. cap. 18. num. 96. verſic. Tamen contraria fol. m. 354. vbi ſic * teſtatur fuiſſe deciſum in Cam. Imper. vt num. 97. Surd. deciſ. 141. num. 7. cum allegatis folio mihi 313. Graſſ. in tract. de except. except. 32. nu. 163. verſic. Et hæc noſtra, cum multis allegatis folio mihi 228. Trentacinqu. var. reſolut. lib. 2. tit. de appellat. reſolut. 1. nu. 9. alios etiam cumulat Giurb. deciſ. 4. num. 15. verſic. Quod iuratoriam, Ricc. in collect. 318. verſ. Tertiò, par. 2. Mart. deciſ. 158. num. 8. verſic. Item dicebatur, Cumia in Rit. Sicil. cap. 101. nu. 23. verſic. Sed in contrarium, Farinac. de carcer. quæſt. 23. num. 43. verſic. Amplia ſecundò fol. m. 73. vbi alios adducit.

17 Etiam ſi à ſtatuto † exigatur, vt per quamplures, quos allegat Graſſ. de except. except. 32. num. 165.

Fundamentum præcipuè huius primæ opinionis eſt ipſa pietas, qua dum pauperrimi forenſes, & exteri non habent, nec conſanguineos, nec vllũ amicum, qui pro eis ſatiſdare velint, ne
18 † teneantur ad impoſſibile, & in carcere macerentur introductum eſt iuratoriæ cautioni ſtandum eſſe, vt per Coler. & Anton. Hering. in locis commemoratis plenius per Surd. d. deciſ. 141. num. 8. 9. & 10.

Et in hoc caſu ſtatur iuramento
19 † debitoris, quod fideiuſſores inuenire nequit, Gloſ. in l. 1. ff. qui ſatiſd. cogant. Bald. in l. generaliter num. 2. C. de epiſcop. & Cleric. Frecc. in tract. de præſentat. inſtrument. part. 9. quæſt. 6. num. 2. & ſufficit quod iuret cum difficultate id reperire poſſe, vt per Frecciam ibidem, quem cum alijs allegat Graſſ. d. except. 32. num. 166. 167. 168. fol. mihi 128. Giurb. d. deciſ. 4. num. 34. verſic. Saltim iuramento, Mancin. in tract. de iuramen. part. 4. effect. 84. num. 1. fol. 317. Ricc. collect. 1424.

20 Cõtrariam partem, quod dictus debitor non debeat ad iuratoriam relaxari fideiuſſionem, tenet Specul. de ſequeſtrat. poſſ. §. 1. num. 2. per l. 2. ad fin. C. de debit. Ciuit. lib. 10. Imol. & Antonius Butr. in cap. 2. num. 7. & Abb. num. 75. extra de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Bald. in l. fin. num. 2. & 3. C. de ordin. cognit. Iaſon in l. 1. num. 13. fallentia 11. & 12. ff. qui ſatiſd. cogant. Bald. & Angel. in l. filiusfamil. §. diui de legat. 2. cum allegatis per eundem Coler. vbi ſupra eodem nu. 84. Socin. conſil. 120. num. 4. vol. 1. Anton. Sol. ad conſtit. antiq. Sabaud. in rubr. de concluſ. in clauſ. decret. part. 3. gloſ. 1. num. 16. allegatus per Anton. Hering. vbi ſupra num. 95. & in caſu, de quo agitur fuſius num. 117. Manc. de iuram. effect. 149. num. 3. verſic. Econtra par. 4.

Fundamentum iſtius opinionis eſt,
21 quia vbi alio † remedio iſtis debitoribus eſt conſultum, quam per dictã cautionem, nunquam ipſa iuratoria debet admitti, vt per Iaſon. & alios ſupraallegatos, & præcipuè per Giurb. d. deciſ. 4. nu. 44. verſic. Neque enim, vbi quamplures adducit, Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 18. num. 24. Mancin. in tractat. de iuramen. dicto effectu 149.

num.

num. 5. verſic. Primò quando. Suſtinēdo ſupradictam primam opinionem, quam in praxi ſeruamus.

Primò ſubamplia hanc quartam limitationem, vt multò fortius ad dictam
22 iuratoriam † cautionē admitti debeat Doctor, quando aliam non poteſt præſtare, quia propter eius præſumptam fidem ſtandum eſt eius iuratoriæ, & Iudex cōtraueniendo tenetur in ſindi-
23 catu, † *Bald. in l. 1. qui bon. ceder. poſſunt, Paris de Put. in tract. de ſindicat. in verbo, Doctor. cap. 1. num. 1. idem Bald. in tract. de carcer. cap. 7. num. 4. cum allegatis per Farinac. de carcer. quæſt. 27. num. 79. & num. 80. fol.* 8.

Secundò ſubamplia in clerico, qui
24 debet admitti † ad iuratoriam cautionem de ſoluendo debitum cum ad pinguiorem peruenerit fortunam, *Farinac. de carcer. d. quæſt. 27. num. 66. verſ. Si propterea cum allegatis*, quibus addo *Leon. in prax. epiſcopal. part. 1. cap. 2. nu. 15. de priuileg. clericor. fol. m. 132*.

25 Tertiò ſubamplia in vſufructuario, qui etiam debet admitti ad dictam iuratoriam, *Surd. d. deciſ.* 141. *num.* 12. & 13.

26 Cōtrarium quod vſufructuario non ſuccurratur per iuratoriā, tenet *Mancin. de iur. effect.* 149. *num.* 21. vbi hanc quæſtionem dicit dubitabilem, & adhuc ſub Iudice pendere litem, *Angel. conſil. 91. num.* 4. & hanc tenet *Anton. Gabriel. concluſ. 1. tit. de vſufruct. num. 37. Bellon. conſil. 54. num. 6. quem cum alijs citat Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 63. num. 16. & 17. verſic. Idem videmus*, ſed Anton. Gabriel videtur cōtrarium ſuſtinere.

Declara dictam quartam limitationem procedere, quando dictus debitor
27 foreſis, & longè † diſtās, & nihil poſſidens in bonis, eſt bonæ, & integræ æſtimationis, & famæ, idque conſtet ipſi Iudici per ſummariam informationem capiendam, & per eiuſdem debitoris iuramentum, quod fideiuſſorem non inueniat, vt diximus *ſupra nu. 19.* quia, cum iſtis requiſitis debet ad dictam iuratoriam admitti, *Papa deciſ. 189. Minſing. obſeruat. 11. cent. 2. num. 3. verſ. Verum, Gail. obſeruat. 47. num. 9. verſic. Prædicta lib. 2. Ricc. in collect. 1424. verſ. Primò enim*.

Sublimita primò hanc quartam limitationem, vt non procedat in debi-
28 tore † malæ conditionis, & famæ, qui, ſua culpa eſt decoctus, vel propter eius corruptos mores, & eius corruptam vitam ſuam peierauit conditionem, quoniam non debet ad dictam iuratoriam admitti, maximè ſi per creditorem aliquo modo hoc fuerit probatum *plenè Iaſon. in l. 1. num. 23. verſic. Septimò limita ff. qui ſatiſdar. cogant. Ricc. d. collect. 1424. Mancin. in d. tract. de iur. am. d. effect. 149. num. 15. & 16. verſ. Nonò fallit, Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 18. num. 39. Giurb. d. deciſ. 4. nu. 35. verſic. Et ibidem prius, Caualcan. de brac. reg. d. part. 2. nu. 171. fol. 72. Vinc. de Franch. deciſ. 317. in fine*. Decocti
29 enim infamia † notātur, & multæ pœnę contra eos ſunt inflictæ, *Boer. deciſ. 215. num. 5. & ſeq. Duen. in reg. 389. limit.* 8. quos allegat *Philip. Paſchal. de vir. patr. poteſt. cap. 9. num. 62. verſic. Sunt enim part. 2. Anton. Hering. vbi ſupra d. cap. 18. num. 109. verſic. Quintò limitatur*.

Sublimita ſecundò, vt non procedat
30 in debitore † magnæ quantitatis, qui non relaxatur ad iuratoriam cautionem, *Seraphin. d. priuileg. 18. num. 46. & Mancin. d. effect. 149. num. 19. verſ. Placet, Anton. Hering. vbi ſupra num. 113. verſ. Octauò*.

Quæ autem dicatur magna quan-
31 titas, † vel parua arbitrio Iudicis ſcri-

ptum

ptum reliquit *Menoch. de arbitr. iudic. conſil,72, num. 10. verſic. Crebrior*, iuxta rerum, & perſonarum qualitatem, vt per eundem *Menoch. vbi ſupra in fine dicto num.* 10. quibus etiam conueniunt relata *per Mancin. in d. tract. de iuram. part. 2. artic 6. num. 7. verſic. Alij aliter cum alijs adductis*.

32 Sublimita tertiò in periuro, † vel in illo, qui aliàs ad iuratoriam relaxatus fuit, quia ſi appareat periurium eſſe, vel aliàs non ſoluiſſe, non relaxatur ad dictam cautionem, *Bald. in auth. ei qui iurat in princip. C. de bon. auth. iudic. poſſid, Roman. in l. 2. ff. ſolut. matrim. Iaſon. in d. l. 1. num. 23. verſic. Tertiò limita ff qui ſatiſd. cogant. Mancin. d. effect. 149. num. 8. & num. 20.*

Sublimita tertiò, vt non procedat
33 quoties, carcerato † debitore pro iudicij aſſecuratione, vel virtute inſtrumenti, ſecundum formam guarantigiæ, vel ritus noſtri, vel ex cenſuali inſtrumento contra eundem debitorem citatio fuit expedita, vel ſuper tenore inſtruméti, vel ſecundum Reg. Pragmat. de cenſibus, & mediante decreto debitum vel fuit liquidatum, vel debitor fuit condemnatus ad ſoluendum vigore dictæ Regiæ Pragmaticæ de cenſibus, & prouiſum quod exequeretur realiter, & perſonaliter, quia in dictis cauſis non relaxatur nec ſub dicta iuratoria, nec etiam ſub alia de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo; ſed debet præcisè ſoluere ſeruata formá inſtrumenti, & ita puto eſſe intelligendum dictum *Rebuff. in ordin. Regn. Gall. de liter. obligat. art. 11. gloſ. 3. nu. 10. relatus per Coler. de proceſſib. execut. part. 1. cap. 6. num. 122. verſic. Sed contrariam ſententiam. folio mihi* 208.

Limita quintò, quando debitor tem-
34 pore contractus † non erat idoneus, & ſuſpectus, quia hoc caſu nõ ſolum non teneri ad dictam ſatiſdationem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, ſed nec etiam poſſe carcerari affirmat *Riccius in allegat. deciſ. 61. num. 7. fol. mihi 46. vol. 1. deciſ. Cur. Archiepiſcopal. cum allegatis ab eo*.

35 Sed contrarium in praxi † obſeruamus, in qua ſiue debitor fuit ſuſpectus, & non idoneus tempore contractus, ſiue hoc ex poſt facto ſuperuenerit, ne dum poteſt carcerari vt ſuſpectus de fuga, vt dicemus latius *infra limit. 14. principali per totam*, ſed tenetur vtraque fideiuſſionem de iudicio ſiſti, & de ſoluendo iudicatum præſtare, vt ſupra firmauimus.

36 Limita ſextò, quando debitor † vult præſtare pignus loco fideiuſſoris, quia ſi id Iudici videbitur, dummodò fideiuſſio à ſtatuto non requiratur, poteſt debitorem cũ pignore ide neo à carceribus dimittere, *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des Iuſtices rubr. 1. §. 1. n. 171.* prout ita eum referendo concludit *dictus Caualcan. in d. tract. de brac. reg. d. part. 2. num. 174. verſ. Poſſet tamen folio mihi 73.*

Septimò limita, & declara, vt ſi de-
37 bitor non † habeat fideiuſſionem; nihilominus non eſt permiſſum eundem debitorem detinere pro debito in carceribus tenebroſis, & ſubterraneis, vt in carceribus criminalibus, quia debitores etiam fugitiui arreſtati ibi non poſſunt detrudi *Coler. de proceſſ. execut. par. 1. cap. 6. num. 101. verſic. fallit quartò cum allegatis, Addo Cartar. deciſ. Ianue. 117. num. 5. Mancin. de iuramen. effect. 224. num. 5. par. 4. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 91. num. 3. verſic. Quia videbatur, Farinac. de carcerib. quæſt. 28. num. 96. & 97. verſic. Amplia primò.*

Limita octauò in annuo cẽſu debito
38 vigore † inſtrumenti celebrati inter creditorem, & debitorem, cuius medio

ſi fue-

ſi fuerunt literæ exequutoriales relaxatæ, debitor carceratus ad dictam fideiuſſionem de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo non admittitur, quia eius exequutio nulla poteſt exceptione impediri, niſi realis ſolutionis, vt præcipit Regia Pragmatica de cēſibus ibi, *Quæ quidem executio Benedictus Bon. de cenſibus lib. 1. art. 74. num. 107. folio mihi 178. Caſſan. in conſuetud. Burg. in tit. rubr. 2. §. 6. Follerius de cenſib. in tit. Quæ quidem executio num. 73. folio mihi 268.* ✱ & hæc eſt magis communis ✱ opinio, de qua *Intrigliol. in tract. de cenſibus, quæſt. 40. num. 9. verſic. Quia cenſus, & quæſt. 41. num. 1.*

Amplia hanc limitationem, vt di-
39 cta executio † nō poſſit impediri etiam per apocam de receptis manu creditoris conſcriptam, & trino teſte notatam, quia licèt hæc de iure vt publicum inſtrumentum habeatur, *vulg. l. ſcripturas C. qui potior. in pignor.* tamen quo ad hanc ſatisfactionem non probat, niſi recognita, *Nicol. de Paſſer. in tract. de ſcriptur. priuat. lib. 2. in tit. de apoc. man. debitor. conſcript. num. 13. verſic. Coarctatur ſecundò folio mihi 128. in ſecunda editione, Intrigliol. de cenſibus quæſt. 23. num. 6. & per totam,* vbi clarius, & fuſius *Conuerſ. in addition. ad eum ibi folio mihi 71. & 72.*

Amplia ſecundò, quod ſi Domi-
40 nus auocet, ſeu recuperet † rem emphiteuticam ob canonem nō ſolutum, ſiue ob alienationem abſque Domini aſſenſu, ſiue propter eius deteriorationem, ſiue finita prima conceſſione, debitor non poteſt opponere exceptionem, eſſe reſolutum cōtractum cenſualem, quia nō obſtāte dicta auocatione, ſeu recuperatione debet cenſum ſoluere, *Intrigl. de cenſib. dicta quæſt. 40. nu. 8. verſic. Contrariam nihilominus folio mihi 121. vbi etiam Conuerſ. in litera B,* & quomodo hoc ſit intelligendum eſt adeundus idem Conuerſanus ibidem.

Tertiò amplia, quod nec etiam poſſit opponi exceptio Hoſtica aduerſus
41 † executionem cenſus, etenim cum hæc exceptio ſit moratoria, & expreſsè prohibita per dictam Regiam Pragmaticam ibi, *& ſi fortè non eſt, neque admittenda aduerſus eius executionem, Graff. in tract. de except. except. 3. num. 30. verſic. Et pro concluſione folio mihi 45. Conuerſ. ad Intrigliol. quæſt. 20. verſic. Rurſus eſt intelligenda folio mihi 61.*

Quartò amplia aduerſus exequutio-
42 nem cenſus, † nec eſſe admittendam exceptionem nouendij luctus, *Intrigliol. de cenſib. quæſt. 54. num. 8. Graff. d. except. 3. num. 31. & 32. fol. mihi 46.* licèt cōtrarium ſuſtineat *Conuerſ. ad Intrigl. in d. q. 20. d. verſic. Rurſus in fine.* ſed vide quæ latius diximus *in ampliat. 14. princip. num. 56. & ſeq.*

Sublimita primò non procedere dictam limitationē in exceptione ceden-
43 darum actionum † ſi quidem hæc non obſtante Regia Pragm. proponi, & admitti debet, ſecundum magis ✱ communem ſententiam à nemine reprobatam, de qua *Dec. Rom. Bened. de Barzio, & Petr. de Gregor. allegati per Intrigliol. de cenſib. q. 41. num. 3. verſic. In contrarium, Milanenſ. deciſ. 1. nu. 5. lib. 2. Graff. de except. except. 10. nu. 15. folio mihi 66. Gaſpar. Rodrig. in tract. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 9. adducti per Conuerſ. in dicta quæſt. 41. in litera A, Carol. de Graff. in tract. de except. except. 10. nu. 15. & 16.* vbi de ✱ communi *folio mihi 66.*

Et ratio inter alias ea eſt præcipua, quia hæc exceptio non opponitur ad
44 retardandam † executionem, & ideo non ſolum cōtra inſtrumentū cenſuale admittitur, Verū etiā in quolibet alio contractu recipitur, ēt prohibente ſtatuto oēs exceptiones, *Graff. & Cōuerſ.*

vbi ſupra cum allegatis, quibus addo *Anton.Hering. in tract. de fideiuſſoribus par.3. cap.27. num.2. folio mihi 618. & Bertazzol. in tract.de clauſul.gloſ.4.clauſ. 40. ſub num.8.verſic. Et in tantum folio mihi 206. Carol. de Graſſ. vbi ſupra dicto num.15.*

Primò declara hanc ſublimitationem, vt dicta exceptio cōpetat ne dum
45 fideiuſſoribus † & mandatoribus, verum etiam correis, tertijs poſſeſſoribus, negociorū geſtoribus, procuratoribus, & omnibus pro alijs ſoluentibus, quibus creditores contra reū, ſeu correum principalem, & alios confideiuſſores actiones cedere tenētur, vt fusè *per Bertaz.d.clauſ.40.gl.4. ſub n.6.verſ.Hūc ſecundò, Intrigl.de cenſib. d.q.41.n.6.& 8.*

Declara ſecundò quo ad confide-
46 iuſſores non procedere, quādo † diuerſis temporibus interuenerunt, quia ſi à creditore fuit liberatus ſecūdus, primus non poteſt hanc proponere exceptionem, niſi aliter ab initio fuerit conuentum, *Intrigliol. vbi ſupra num.11.*

Declara tertiò, quod ad hoc, vt va-
47 leat huiuſmodi ceſſio debeat fieri, † vel ante factam ſolutionem, vel in eadem ſolutione, vel poſtmodum incontinēti, *Bertaz.d.gloſ.4.nu.8. verſ.Viſum eſt, Hering.in d.tract.de fideiuſſor.c.24.n.6.p.3.*

Et creditor tenetur actiones cedere
48 cum inſtrumentis † principalis debiti, & cum omnibus eius qualitatibus, ſcilicet cū vſuris præteritis, & futuris cum hipothecis, & pignoribus, ac eorum reſtitutione, *Ant.Hering.in d.tract.de fideiuſſor. d.par.6. num.3. Bertazz.de clauſ. clauſ.40.d.nu.6.& 7.cū allegatis ibidem.*

49 Declara quartò, vt huiuſmodi ceſſio quando fit contra correum, vel fideiuſſorem non ſemper fit pro tota ſumma, & inſolidum facienda, ſed tantum pro rata, niſi fiat contra principalem, ad quem tota peruenit pecunia, vel totum pertineat negocium, *Gloſ.in l.fideiuſſoribus, vbi Caſtrenſ. & in l.cum pupillus ff. de tut. & ration. diſtrahend. Bertazz. vbi ſupra num.10. verſic. Si verò.*

Declara, & ſublimita quintò non
50 procedere, quando eſt † renunciatum huic beneficio cedendarum actionum, vt fieri ſolet, quia dicta renunciatione exiſtente non tenetur creditor actiones cedere, *Anton.Hering.in d.tract.de fideiuſſoribus d.par.2.c.27.n.19.20. & 21. Intrigl. de cenſib. d.q.41.nu.12. vbi Conuerſan,* & ibi hoc etiam extendūt, quando eſt renunciatum beneficio de fide-
51 iuſſoribus, † Diui Adriani, nouarum conſtitutionum de fideiuſſoribus, & reis debēdi, ac omni alio legum auxilio, de quibus etiā plenè *per Graſſ.d.except. 10.nu.37.38.& 39.verſ.Limita tertiò.*

Declara, & ſublimita ſextò in patre pro filio ſoluente, quia hoc beneficium
52 † non conſequitur, *Boer. deciſ.221. nu. 11. Anton.Hering.vbi ſupra nu.21.Bertazz.d.clauſ.40.num 1 . Graſſ. d.except. 10.num.34. verſic. Limita ſecundò.*

Declara, & ſublimita ſeptimò in muliere conſentiente viro, qui alienauit,
53 † & renunciauit hipothecę, quia ſi agat contra correum, vel fideiuſſorem obligatum ad dotis reſtitutionem exceptio hæc non poteſt opponi, *Viu. deciſ.100. parte 1. Afflict. deciſ.343. cum alijs allegatis per Graſſ. dicta except.10. num.30. verſic. Limitabis, quibus add. Bertazz. de clauſ.dicta clauſ.40. gloſ.40. numero 14. verſic. Et de muliere, & Anton.Hering. in dicto tract. de fideiuſſ. parte 3. cap.27. numero 14. verſic. Quo etiam.*

Limita nonò principaliter in eo,
54 qui eſt condemnatus in exilium, † vel aliter relegatus, vel deportatus, quoniam hoc caſu etiam contradicentibus creditoribus eſt tranſmittendus in exilium, cum cautione de redeūdo in carceribus

teribus finita relegatione, vel exilio completo, & in defectũ ad iuratoriam debet admitti, *vt per Vinc. de Franc. d. deciſ.317. per totam*, quod dixit procedere Fiſco inſtante, ſed eo ceſſante non relaxatur, niſi præcisè ſoluat, vel aliàs ſuæ indemnitati prouideat, vt per eundem in fine.

SVMMARIVM

AMPL. XIV.

1 *Tempus ad deliberandum hæredi conceſſum recenſetur.*
Non poteſt illud coanguſtari, niſi ex iuſta cauſa num.2.
Coanguſtatur, ſi hæreditati curator conceditur num.3.
Ex cauſa coarctari poteſt num.4.
Conceſſum, denegatur poſtea beneficium inuentarij num.5.
A Palatijs videtur receſſiſſe num.6.
Ex Iudicis arbitrio moderari ſemper eſt permiſſum num.7.
Non conceditur quando aduerſarius contrarium docere paratus eſt num.8.
9 *Inuentarium per hæredem debet inchoari, & terminari infra trimeſtre.*
Procedit etiam ſi bona ſunt ſituata in diuerſis Prouincijs eiuſdem Regni n.10.
11 *Exceptio nouendij luctus opponi poteſt per hæredes.*
12 *Ius deliberandi aſſequens priuatur beneficio inuentarij.*
Poteſt tamen eo elapſo repudiare hæreditatem num.13.
Dicitur repudiaſſe etiamſi tacitè pertranſeat num.14.
15 *Hæreditas adita, vel repudiata quando dicatur, videas remiſſiuè.*
16 *Statuta non recipiunt interpretationem extenſiuam.*
17 *Statuto dictante quod debitor carcerari poſſit, permittere videtur carcerationem hæredis.*
Procedit etiam in inſtrumento guarentigiato num.18.
19 *Pactum, quod debitor poſſit carcerari non exercetur contra hæredes.*
20 *Hæres vigore pacti initi cum defuncto, poteſt carcerari.*
Procedit quãdo cõſtat hæredem eſſe nu.21.
Adeundo quaſi contrahit cum creditoribus num 22.
23 *Praxis conueniendi hæredem recenſetur.*
24 *Hæres adeũdo confitetur ſe eſſe hæredem.*
25 *Confeſſio notorium inducit.*
26 *Confeſſus pro iudicato habetur.*
27 *Reg. Pragm. de cenſibus declaratur.*
28 *Confeſſio ad alium effectum prolata, quando iuuet.*
29 *Pactum cum defuncto contractum, quare non tranſeat ad hæredes.*
30 *Actio perſonalis inhæret perſonæ, vt non poſſit ab ea abdicari.*
31 *Actiones, & obligationes tranſeunt in hæredes, & contra hæredes.*
32 *Hæres adeundo non ex pacto primæuo, ſed ex nouo contractu obnoxius eſt.*
33 *Obligatio oriens ex contractu defuncti quò ad perſonam, dicitur extincta per mortem obligati.*
34 *Iuramentum non egreditur perſonam iurantis.*
Quo ad obſeruantiam contractus in hæredes tranſmittitur num.35.
36 *Hæredes etiam ſi in inſtrumento non obligauerit debitor virtualiter continentur.*
Hodie de ſtilo notariorum in omnibus contractibus obligantur num.37.
Offerentes ſoluere de bonis hæreditarijs, ſi abſque beneficio non audiuntur nu.38.
39 *Hæres in feudo hæreditario cogitur vendere etiam per capturam perſonæ vigore Reg. Prag. de cenſibus compellitur ſoluere, ſi hæres exiſtit abſque inuẽtario n.40.*
Procedit multò magis exiſtente pacto quod inſtrumẽtum exequi poſſit, ſicut ſi eſſent penſiones domorum Ciuitatis Neapolis num.41.

Tenetur pro rata hæreditatis ad ſoluendum cenſum num.42.

Procedit etiam pro cenſibus decurſis, & non maturatis num.43.

Non citatur in Regno ſuper tenore inſtrumenti num.44.

Contrarium firmant multi relati num.45.

Concorda dictas contrarias num.46. & num.47.

Infra tempora conficiendi inuentarij moleſtia affici nequit num.48.

Conuentus rei vindicatione non opponit beneficium inuentarij num.49.

Conuentus ex funeris impenſa non habet exceptionem inuentarij num. 50.

Neque quando pro alimentis in iudicio vocatur num.51.

Pro legatis pijs non tenetur vltra vires num.52.

53 *Eccleſia debet forum conſcientiæ in exigendo obſeruare.*

54 *Hæres non gaudet beneficio inuentarij pro alimentis futuris.*

In feudo hæreditario non poteſt venire contra factum defuncti num.55.

Habet exceptionem nouẽdij luctus nu.56.

Extenditur in parentibus, liberis, coniuge, agnatis, & alijs num.57.

Procedit in quocunque debito, num.58.

Non vendicat ſibi locum in contractu cenſuali num.59.

Contrarium ſuſtinent relati, & melius num.60.

61 *§.Hac autem Auth. vt cum de appellat.cognoſcit. interpretatur.*

62 *Minor hæres non carceratur.*

AMPLIATIO XIV.
Etiam contra Hęredes, An Hęres teneatur de perſona.

Facit Caroc. Except. 108 fol. 91 fol. 93

Hæredes antequam adeant hæreditatem, vel ſe aliter immiſceant diuerſa iuris munera, & beneficia conſequi poſſunt, quæ hic recenſere non erit ſuperuacuum ad releuandum ſaltim lectorem à reuolutione librorum; & vt faciliora inferius dicenda reſultent.

PRIMVM itaque beneficium, quod hæredi adire recuſanti conceditur, eſt tempus, ſeu terminus ad deliberandum; Illud enim ſiue inſtantibus creditoribus, legatarijs, ſiue alijs, quorũ intereſt de iure Cod. vlterius prorogare non eſt per-
1 miſſum † à centum diebus vſque ad menſes nouem, ſi à Iudice concedatur, vel vſque ad annum, ſi Princeps illud idem impartiatur, *l.fin.* §. *ſed quia quidam C. de iure deliberandi*, & vlterius, ſiue bis prorogatum non opituletur, vt poſt multos relatos *in d.*§. cõcludit nuperrimè, *Mich.Craſſ. de ſucceſſ. vol.2. art. de iur. deliber. q.3. num.5. verſ. Quo verè. Plenè Valaſc. in prax. partition. c.7. n.30. & 31. verſ. Sed quia. Menoch. de arbitrar. caſu 1 num.4. & 5. verſ. Nec textus*, niſi ex partium conſenſu prolixius tempus Iudex differat, vt per eundem *Menoch. & Valaſc. vbi ſupra, ſed vide num.7.*

Amplia, quod ſi de adeunda hæreditate, vel bonorũ poſſeſſione agnoſcẽda
2 agatur, nullo modo † coanguſtari po-
* teſt, vt eſt communis * opinio, de qua poſt *Dec. in rubric. de ſucceſſ. edict. nu.4.* & alios relatos teſtatur *Menoch. vbi ſupra num.8. verſic. Primum caput, Craſſ. d. quæſt.3. num.7. verſic. Priori, Vaſq. de ſucceſſ. par.3. §.18. num.44.*

Niſi aliter iuſta cauſa ſuadeat, ex qua Iudex poſſit ex iuſta cauſa illud tempus limitare, vt inquit *Menoch. ibidem num.9. & Valaſc. infra citandus.*

Limita hanc ampliationem non
3 procedere, quando † debet dari Curator hæreditati iacenti, vt creditoribus ſatisfaciat, in hoc inquam caſu hæredibus adire reluctantibus, poteſt

poteſt tempus conceſſum ad deliberandum breuius coarctari,& non facta per hęredes deliberatione in tempore prefixo prouideri de Curatore *l.ſi curatoris C.de iur. deliber.* vbi Iaſon,cæterique Scribentes hoc firmant *Vaſq. vbi ſupra Craſſ.d.quæſt.3.n.7.verſ.Poſteriore, Menoch. d.caſu 1. num.12. verſic. Secundum per text. in l.1. ff.de curator. bonis dand.*

Dũmodo cauſa motus Iudex id pmit-
4 tat, † ſecundum veriorem opinionẽ relatam *per Menoch.ibid.nu 16.17.& 18.*

Declara ſupradictum beneficium,vt
5 ſi ad petitionem † creditorũ,ſiue hæredum, ſit tempus ad deliberandũ præfixũ,eſſe poſtmodum per Iudicem denegandum beneficium inuẽtarij inferius proponendum , quandoquidem non vtrunque beneficium hæres conſequi poteſt, ſed duorum alterum eligere,vt concludit *Iaſ.in dicta l.fin.§.fin.num.1. & 2. C.de iur.deliber.* vbi etiam bonam affert rationem, *Craſſ.in dicta quæſt.3. num.9. verſic. Quæro an ille.*

Quamuis hodie hoc deliberandi be-
6 neficium† videatur à Palatijs,& Curijs receſſiſſe;& ſi aliquando petitur, licèt de iure videatur præfixum ſecũdum ea, quæ ſuperius narrauimus, tamen ſiue petatur tempus ad deliberandum, ſiue ad bonorum poſſeſſionem agnoſcen-
7 dam ex Iudicis arbitrio, † & ex cauſa moderari poteſt, & ad modicum reduci, prout in praxi obſeruauimus, *& poſt Caſtrenſ. in rubric. de iur. deliberand.* in praxi etiam teſtatur ſeruari *Valaſc. in prax.partition.c.7. nu.32.& 33.verſ. Cum autem, Franc.Marc.deciſ.25.par.1. relatus per Ricc.in collect. deciſ.939.p.4.*
8 vbi limitat tempus ad deliberandũ† nõ eſſe hæredi concedendum quando aduerſarius contrarium,ſcilicet hęreditatem fuiſſe aditam eſt paratus docere, *Secundum Papon. lib.15. tit.9. arreſt.5.*

Secũdum beneficium à iure impartitum eſt tempus trimeſtre ad inuenta-
9 rium † conficiendum, quo ne hęres vltra vires hereditarias deuinciatur, poteſt dicto beneficio gaudere, dummodo inuentarium cum ſolitis à iure requiſitis infra dies nonaginta incipiat, & perficiat, ſecundum receptiſſimam omnium ſententiam, de qua poſt alios recentiores teſtatur *Michael Craſſ. in tract. de ſucceſſ. vol.2. in articul. inuentar. quæſt.5. num.2. verſ. Contrariam, Valaſc. in praxi partit. cap.8. num.1.2. & 3.cum alijs relatis.*

Dictumque tempus nonaginta die-
10 rum locum obtineat, ſiue teſtator † in vna,vel in alia Prouincia huius Regni decedat, ſiue bona eiuſdem teſtatoris in diuerſis Prouincijs eiuſdem Regni ſint ſituata, enim verò trimeſtre tantum ad incipiendum, & perficiendum conceditur, non autem annus, vt contra innumeros relatos teſtatur fuiſſe deciſum per ſacr. Conſ. Neapol. *Gizzarell. in deciſ.43. Referente quondam Petro Paulo per totam fol.m.216.*

Tertium beneficiũ eſt exceptio no-
11 uendij luctus,per quã heredibus † conceduntur nouem dies ad lugendum defunctum,in quibus heredes nulla moleſtia tergiuerſari poſſũt, imò elapſo nouẽdij tempore poſſunt & ipſimet hæredes beneficiũ inuentarij petere, vt concludit *Gizzaller. in dec.79.n 4.verſ.Sed licèt*,& latius diſceptabimus inferius.

Hæc aũt legis munificentia differt à prima ſuperius relata *n.1.& 2.* ſiquidẽ
12 ius deliberandi aſſequens † priuatur beneficio inuẽtarij, quod nequaquam accidit in nouendij luctus exceptione, hęc inquam conceditur,& ea elapſa etiam beneficium inuentarij hæres conſequitur, vt proximè retulimus.

Quartum,quod euenit in cõſequentiam iuris deliberandi, eſt beneficium
13 repudiationis, † ſeu abſtenſionis, ius

enim deliberandi ſi fuit à Iudice, vel à
Principe permiſſum, vt prædiximus,
hæres eodem tempore lapſo poteſt be-
neficium repudiationis,& abſtenſionis
hæreditatis in ſcriptis proponere,& ſi
id perficere recuſauerit inſolidum, &
vltra vires hæreditarias obnoxius re-
manet, ſufficitque termino ad delibe-
randum conceſſo, vel expreſsè in iudi-
14 cio ipſam hęreditatem repudiare, † vel
tacitè pertranſire, ſiquidem vtroque
caſu repudiatam eſſe hæreditatem, af-
firmat *Caſtrenſ.in rubrica de iure deliber.*
quem etiam poſt alios refert *Menoch.
de præſumpt.lib.4. præſumpt.102.nu.6.
Valaſc.in prax.partition.cap.15.num.30.
31.& 32.verſic.Sed & illud, Mantic.de
coniect. lib.12.tit.12.num.18.*
Quando autem dicatur adita, vel re-
15 pudiata † hæreditas adeundi ſunt, *Me-
noch. d.præſumpt.102.& Maſcard. de
probat.concluſ.853.vol.2.& Mich.Craſſ.
in tract.de ſucceſſ.vol.2. in art.Omiſſio,&
in art. Acquiſitio per tot.*
His itaque præmiſſis, vt ad ea, quæ
inferius dicenda ſunt adaptari poſſint,
pro faciliori cognitione ſunt ſeparan-
di infraſcripti caſus.
Primus enim occurrere ſolet quãdo
16 extat † ſtatutum, ſiue cõſuetudo, quod
debitor poſſit pro debito arreſtari, vt
ex cõſuetudine immemorabili introdu-
ctum apparet in hac Aquilana Ciuita-
te, quam ſuperius *in quæſt.3.* retuli-
mus, in hoc enim euentu, licèt ſtatuta
non recipiant interpretationem exten-
ſiuam, vt inquit *Caſtrenſ. conſil.249.
Statuto Paduæ amittitur nu.3. verſic....*
17 Nihilominus ſtatuto exiſtente, † quod
debitor carcerari poſſit, debitoris hæ-
res poteſt pro iudicij aſſecuratione car-
cerari, quãuis in eodem ſtatuto de hæ-
rede commemoratio non fiat, vt inquit
idem *Caſtrenſ.in d.conſ.249.nu.2.verſic.
Et benè, Bart.in l.poſtulante 44.per illum
tex. ff.ad Trebell. ſic etiam ex Anton.Sol.
& Franc.Milanenſ.in deciſ.12.num.74.
& 75.lib.2. firmat Hering.in tract.de fi-
deiuſſ.cap.20.§.10.num.55.verſic. Quod
ſtatuto fol.m.418. Craſſ.de ſucceſſ. in §.
hæreditas quæſt.12.nu.3. verſic. Infertur
ſecundò fol.m.17. Gothofred. prax.ciuil.
tit.4.de in ius vocand.vbi Petr.Pecc.c.4.
nu.10.verſ.Idem quoque col.603. Frecc.
de præſentat.inſtrum. par.11.q.1.verſic.
Sed cõtrariam partem nu.15. fol.m.165.
Bertaz.de clauſ.clauſ.12.gloſ.4.n.2.verſ.
Operatur folio m.76.& in gloſ.16.clauſ.
29.nu.3.fol.155.Cumia in rit.Sicil.c.28.
num.1.& ſeq. Craſſ.in tract.de except.in
prælud.n.219.verſ.Quæ limitatio,& nu.
223.fol.30. Caſſan. in conſuetud.Burg.
rubr.5. Des rentes §.3.nu.4.verſ.Et non
eſt dubium,* vbi loquitur etiam in inſtru-
18 mento † guarentigiato *folio 829.Flan.
Tort.ad ſtat.Pap.154. num.10. verſic.
Vtrum, In ciuilibus folio mihi 656. Aſin.
in ſua prax.§.31. cap.2. Ampl.2. 16.
ampliat. princip. folio mihi 172.*
Secundus caſus diſſimilis à primo,
quando fuit in ſtipulatione deductum,
19 † quod ſi debitor non ſoluerit in tem-
pore præfixo poſſit carceribus mãcipa-
ri, enimuerò hac in re hæres iure com-
muni inſpecto, nunquã tenetur de per-
ſona, licèt in ſtatuto ſecus ſit diſpoſitũ,
vt determinat *Iaſ.in l.4.nu.13.verſ.Per
hoc infert, poſt Bartolum ab eo commemo-
ratum ff.qui ſatiſdar.cogant.* vbi recenſet
rationem differentiæ inter ſtatutum,&
legem *ſub num.14. verſ. Et puto,* quod
breuitatis ſtudio omittimus, ſic etiam
poſt alios allegatos firmat *Craſſ.in tract.
de exceptionibus in prælud.nu.222. ver-
ſic. Et licèt, Coler.de proceſſ.executiu.par-
te 1.cap.10. verſic. Fallit octauò.*
Contrariam partem, quòd hæres etiam
iure cõmuni inſpecto teneatur de per-
20 ſona,& poſſit carcerari † videtur ſuſti-
nere *Gloſ.in l.actionum.24.§.in perſonam*

in

in verbo, Eundem ff. de actionib. & obligat. & *Gloſ. in ritu huius Regni* 168. *in litera C, vbi etiam Carauit. num.* 5. *Pecc. de iur. ſiſtend. cap.* 4. *num.* 10. *verſic. Quo caſu, relatus per Gothofred. prax. ciuil. titul. de in ius vocand. folio mihi* 604. *lib.* 2. *Alex. in l. ſi poſtulante* 44. *num.* 4. *verſic. Secundò addit, ff. ad Trebellian. Boer. deciſ.* 10. *num.* 1. *&* 2. *verſic. Et pro vtroque, Marſil. in praxi criminal.* §. *attingam, qui eſt penultimus num.* 59. *verſic. Modò,* & ſic etiam fuiſſe deciſum per Rotam Lucenſ. diuerſorum teſtatur *Camill. Lepid. in deciſ.* 122. *Cum adſint inſtrumenta fol. m.* 185. *Carthar. in deciſ. Rot. Ianuenſ.* 22. *num.* 1. *fol. m.* 86. *poſt Roland. in conſil.* 20. *num.* 8. *&* 9. *verſic. Quibus, & num.* 15. *&* 18. *vol.* 1. *cum alijs allegat. Benedict. Bon. de cenſibus art.* 74. *num.* 107. *verſic. Si tamen, Aſin. in tract. de execution.* §. 2. *cap.* 6 *nu.* 3. *Grammat. deciſ.* 103. *nu.* 102. *& nu.* 103. *verſic. Vnde, Ioſeph. de Seſſe deciſ. Arag.* 88. *num.* 33. *&* 34. *verſic. At verò, Cenc. de cenſibus poſt hæc ſcripto viſus part.* 2. *cap.* 2. *art.* 7. *num.* 2. *verſic. Ampliatur primò,* & ſuſtinendo hanc contrariam, & declarando vtramque.

Primò declara hanc eandem cõtrariam opinionem, in qua diximus creditori eſſe permiſſum in carceres conijcere hæredem, procedere quando con-
21 ſtat † eundem hæredem eſſe talem, vel ex præambulo, vel per ſummariam informationem de Iudicis mandato roboratam, equidem hoc caſu poteſt hæres vigore inſtrumenti cum defuncto celebrati, vel vigore ſententiæ contra eundem defunctum latæ capi, & carcerari, *Bald. in l. per diuerſas nu.* 14. *in fine C. mand. Boer. deciſ.* 10. *num.* 2. *Cenc. de cenſibus part.* 2. *cap.* 2. *art.* 6. *num.* 13. *& art.* 7. *num.* 5. *verſic. Dummodo.* Ete-
22 nim hæres adeundo † quaſi contrahit cum creditoribus hæreditatis, & ex quaſi contractu obnoxius exiſtit, & obligatus remanet, & perſonali actione conueniri poteſt, vt inquit textus *in* §. *hæres inſt. de obligat. quæ ex quaſi contractu naſcunt. vbi Doctores, & nouiſſimè Oinotom. in* §. *Item ſi nu.* 3. *&* 4. *verſic. Quintò, & in* §. *ſed olim nu.* 15. *verſ. Quod igitur inſtit. de legat. Grammat. deciſ.* 103. *num.* 103. *verſ. Quia adeundo Frecc. de præſent. inſtr. par.* 11. *quæſt.* 1. *num.* 18. *Argel. de leg. contrad. quæſt.* 10. *num.* 8. *Mart. deciſ.* 63. *nu.* 2. *&* 3. *verſ. Ego dixi, Boer. deciſ.* 57. *Præſuppono nu.* 1. *Ioſeph. de Seſſe d. deciſ.* 88. *num.* 33. 34. *&* 35. *Rota Roman. in deciſ.* 313. *In cauſa Romana num.* 3. *in recollectis à Cenc. in tract. de cenſ.*

Et ideo præmiſſa citatione ad di-
23 cendum, † ſi eſt hæres, & probato eſſe hæredem, vel per teſtes examinatos, vel ex præambulo per eundem hæredem confeſſo ſeruata forma Ritus Magnæ Cur. Vicar. 181. *vbi Carauit. num.* 1. 2. 3. *&* 4. & productò per creditorem in termino à Iudice præfixo, relaxantur literæ executoriales contra hæredem realiter, & perſonaliter ad electionem creditoris, vt diximus ſupra in contraria opinione relata *num.* 20. *& inferius in ampliat. principali* 35. *num.* 21. *verſic. Declara hanc,* & de ratione *vide num. ſeq.*

Et perſiſtendo in eadem opinione contraria aduerſus hæredem præſuppoſito aditionem eſſe probatã per exhibitionem præambuli, eadem opinio ratione probatur, ſiquidem dum hæres ex præambulo facit ſe declarare he-
24 redem, † cõfitetur in iudicio ſe eſſe ta-
25 lem, & per talem confeſſionem † notorium inducit *cap. olim de verbor. ſignific. cap. veſtra de cohabitat. cleric. & mulier. l.* 1 *ff. & C. de confeſſ. Carth. deciſ.* 32. *Rot. Ianuenſ. per tot.* & latius diximus *in ampliat.* 36. *principal. per tot.* & con-

26 confeſſus pro † iudicato habetur nil
aliud expectãs, niſi executionem, vt ibi
annotauimus. Vnde ſtante iudiciali
hæredis confeſſione licito iure conceditur
contra eundem hæredem executio,
& ſic puto eſſe intelligendam
Reg. Prag. primam in tit. de cenſibus,
27 † ex qua permittitur contra hæredes,
ſeu vniuerſales ſucceſſores prehenſio
perſonæ, debet enim præcipuè locum
habere contra hæredes, quãdo ex præambula
petitione, & decreto inde prolato
hęredes demoſtrantur, ſiquidem
hoc caſu hæres quaſi contrahendo rectè
obligatur; vt prope diximus, & nulla
exceptio videtur dictis hæredibus
conceſſa aduerſus propriam confeſſionem
*dicta Rot. Lucenſ. diuerſ. 122. vbi
Camill. Lepid. relator fol. m. 85.*

Nec obſtare videtur ad alium effe-
28 ctum dictam confeſſionem † eſſe emanatam,
nempe, vt idem hęres poſſit nomina
debitorum exigere, inſtrumenta
liquidare, & obligationes accuſare, &
per conſequens iura ſupradicta eoſdem
hęredes non afficere, vt non valeãt ſuas
proponere exceptiones, *l procuratore
ff. de interdict. Graſſ. de except. except. 14.
nu. 20. verſ. limita ſecundò*, cum allegatis,
quoniam in facto, de quo agitur,
reſponderi poteſt, ſatis conſtare ex eadem
confeſſione, hæredem talem eſſe
abſque alia probatione, vt contra eum
creditor cenſus viam executiuam proponere
poſſit, iuxta diſpoſitionẽ Reg.
Prag. de cenſibus, quia hęres adeundo
ex quaſi contractu creditoribus perſonali
actione obſtrictus remanet, vt prędiximus.

Et conciliando ſupradictas contrarias
opiniones ſupra relatas *num. 19.
& 20.* declara primam opinionem,
ideo contra hæredem non procedere,
29 † quia alia ratio eſt in pacto ſimplici
cum defuncto inito, in quo nimirum,
ſi hæres non tenetur de perſona, quia
ex pacto defuncti reſultat actio perſo-
30 nalis, quæ inhærere videtur † perſonę,
& oſſibus, vt non poſſit à perſona abdicari
*l. 3. ff. pro ſocio, Iaſ. plenè in §. omnium
num. 1. inſtit. de actionibus*.

Diuerſa autem ratio reſultat in hæ-
31 rede adeũte, † hic enim non ex pacto,
ſed ex nouo quaſi contractu obligatur,
vt retulimus, quod ceſſare videtur in
ſimplici pacto, quia & ſi actiones, &
obligationes tranſeant & in hęredes,
32 † & contra hęredes, vt ex pluribus adductis
firmat *Ioſeph. de Seſſ. d. deciſ. Aragon.
88. num 34. & 35.* tamen hoc abeſt,
quando verſamur circa ſimplex
pactum, actionem perſonalem produ-
33 cens, obligatio enim oriens ex eo, dicitur
extincta per mortem obligati, *Signor.
Homod. conſil. 4. ſtatuto ciuitatis
num. 2. verſic. Secundò probat*.

34 Et licèt iuramentum † non egrediatur
perſonam iurantis, & per conſequens
in hęredes non tranſmittatur,
*Afflict. deciſ. 383. in fine Mancin. de iuram.
part. 5. effect. 15. num. 1. & part. 4.
effectu 5. Galleſ. ad form. Cameral. obligat.
part. 2. quæſt. 1.* licèt contrarium ibi
ſuſtinere enitatur.

Nihilominus quoad robur, & ob-
35 ſeruantiam † contractus etiam ad hęredes,
& ſucceſſores extenditur, vt optimè
concludit *Mancin. d. part. 4. effect.
5. num. 1. Afflict. deciſ. 381. num. 8.
verſic. Nec obſtat, Caualcan. deciſ. 9. nu.
19. verſic. Effectus, Ludouic. deciſ. Peruſin.
15. num. 12. Seraphin. de priuileg.
iuramen. priuileg. 67. nu. 22. & ſequent.
cum pluribus allegat. Intrigliol. de cenſibus
quæſt. 61. nu. 26. verſic. Et pactum
vſque ad finem, Galleſius vbi ſupra d. par.
2. quæſt. 1. nu. 1. verſic. Quæritur, Graſ.
de except. in prælud, nu. 219. verſ. Quæ
limitatio.*

36 Secundò declara procedere ſupra-
dictum

Mancin fol. 214 Seraph. ibi fol. 353 Sabr de iur. aur. concl. 6 fol. 258 Altimar de n. 2 ex lib. cap. 165 fol. 343 Marchesan de commis relaxat. iur. cap. 5 à n. 13 fol. 50 Gail. obser. 11 lib. 6. p. fol. 23

dictum caſum ſecundum, & opinionem cõtrariam ſuperius relatam etiam ſi debitor non obligauit in inſtrumento ſuos hæredes, & ſucceſſores, quandoquidem virtualiter in inſtrumento continentur *l.* 1. *C. ſi certum petatur, Pecc. de iure ſiſtend. d. cap. 4. vbi ex Bal. Caſtrenſ. Rom. Angel. & alijs* hanc ſubſtinet opinionem *Bertazz. de clauſul. clauſ.* 12. *gloſ.* 4. *ſub num.* 1. *fol. m.* 75. *Coler. de proceſſ. executiu. d. part.* 1. *cap.* 10. *nu.* 272. *verſ. & Ioannes fol. m.* 341. *Hering. in tract. de fideiuſſor. cap.* 20. *nu.* 58. *verſ. Ne igitur Oinotom. in §. final. num. final. verſ. Notandum inſtit. de obligationibus.*

Quod etiam hodie abſque difficul-
37 tate procedit, cum in † omnibus contractibus ex ſtilo Notariorum hęredes cum effectu per debitores obligationi ſupponantur, *vt inquit Carauit. in rit.* 168. *ſub num.* 5.

Tertiò declara multò magis procedere eandem contrariam opinionem,
38 quando hæres iudicio † executiuo cõuentus, offert ſoluere de bonis hæreditarijs, etenim hoc caſu releuatur creditor ab onere probandi, conuentum, eſſe hæredem, & iudicio executiuo condemnari poteſt *l. pro hærede §. Papinianus*, vbi hoc notatur *& per Bart. in l. gerit* 3. *membro principal. ff. de acquirend. hæredit. Carthar. plenè in d. deciſ.* 32. *num.* 2. *verſic. Et huiuſmodi*, vbi alios allegat, nec audiendi ſunt ſi inuentarium oppoſuerint, vt diximus *inferius limit.* 3. *princ. circa finem vbi videas.*

39 Quartò declara in feudo hæreditario, in quo hæres poteſt compelli ad vendendum feudum, ad hoc vt de pretio poſſint creditores, & legatarij ſatisfieri de eo, quod erat grauatus defunctus, & pro [illegible] gatis ab eodem relictis, & vẽde[illegible] [illegible] hærede reluctante, poteſt c[illegible], vt fuit deciſum per ſacr. Conſ. referente *Vinc. de Franc. deciſ.* 704. *per totam ſol. m.* 66. etiam ſi inuentarium confecerit, vt poſt multos allegatos concludit *Surd. in tract. de Aliment. tit.* 4. *quæſt.* 10. *num.* 13. 14. & 15. *verſ. Procedit.*

Quintò declara procedere etiam contra hæredes bonorum annuo cenſui ſubmiſſorum, quandoquidem dum
40 Reg. Prag. concedit † perſonalem, & realem executionem, nedum contra principales debitores, verum etiam contra eorum hæredes, & alios tertios poſſeſſores, ac ſingulares bonorũ ſubmiſſorum detentores, vt præcipit ad literam eadem Regia Pragm. de cenſibus, præcedente citatione, & diſcuſſione an ſint hęredes, quia videntur quaſi contrahere, vt ſupra annotauimus, relaxari ſolẽt literę executoriales realiter, & perſonaliter, vt annectit *Foller. de cenſib. in text. tamquam res iudicata num.* 18. *verſic. Tamen, Galter. in praxi inſtrum. in* 2. *ſecundæ partis principalis rubr. vnica num.* 38. *verſic. Secundò*, & ſic etiam non obſcurè firmat nouiſſimè *Cenc. in tract. de cenſibus* poſt hęc ſcripta viſus *part.* 2. *cap.* 2. *art.* 7. *num.* 2. *verſic. Ampliatur*, vbi alios allegat.

Sextò declara multò magis locũ hoc
41 obtinere, quã in inſtrumento † adeſt pactum executiuum, ſcilicet, quod inſtrumẽtum exequi poſſit, ſicut ſi eſſent penſiones domorum Ciuitatis Neapolis, etenim hoc pacto adiecto, & in inſtrumento exiſtente, citatiſque hæredibus, ſeu alijs tertijs poſſeſſoribus ad dicendum, ſi ſunt hæredes, & ſi tenẽt, & poſſident bona annuo cenſui ſubiugata, & conſtito per ſummariam informationem etiam ſine partis citatione ad videndum iuramenta teſtiũ conceduntur literę executoriales iuris forma ſeruata, vt concludit *Galter. in praxi inſtrument. in d.* 2. 2. *partis principal. d. rubr.*

d. rubr. vnica nu.38. verſ. Secundo ſublimita, poſt Viu. in deciſ. 381. Foller. vbi ſupra num.60. Galleſium in loco ſuperius citato, part.2. quæſt.1. num.18.

Sextò declara pro rata hæreditatis
42 eſſe † cenſum ſoluendum, non autem per ſucceſſores, ad quem obuenit prędiũ ſubmiſſum iudicio teſtatoris, *Viu. deciſ.333. num.3. lib.2. fol.m.446. Coſta de port. rat. quæſt.72. num.1. & 2. Monach. deciſ. Florent.33. num.1. Guttier. pract. quæſt. lib.5. cap.92. num.12. cum alijs allegatis per Cenc. in dicto tract. de cenſibus dicta part.2. quæſtione 5. art.7. numero 4. verſic. Non tamen,* niſi hipothecaria actione, vel Saluiano interdicto conueniantur, quia tunc inſolidum conueniri poſſunt, vt poſt *Roder. de ann. reddit. quæſt.9. num.61. lib.2.* concludit *Cenc. de cenſibus part.2. quæſt.5. artic.9. num.31. verſic. Etiamſi* & videas quæ ſupra retulimus *in ampl. 6. princ. num.41. & ſeq.*

Septimò declara executionem contra hæredem, & contra tertium eſſe
43 concedendam, † etiam pro cenſibus decurſis, & non maturatis antequam bona cenſui ſubmiſſa ad dictos hæredes, & tertios poſſeſſores deueniſſent, *Rouit. in d. Reg. Prag. de cenſibus nu.2. & 3. Galter. vbi ſupra num.40. verſic. Et quod executio, Cenc. de cenſibus d. par. 2. cap.2. quæſt.5. art. octauo nu.5. verſ. Cum autem,* vbi optimè diſtinguendo declarat, ita hæredem ac etiam tertium poſſeſſorem obnoxium eſſe ad ſoluendum etiam cenſus decurſos, & non ſolutos antequam bona cenſui ſubmiſſa ad eoſdem deuenerint, quando ſcilicet conueniantur in iudicio hipothecario, vel ſaluiano interdicto, ſiue remedio aſſiſtentiæ, quod idem importat, vt alibi diximus, hoc inquam caſu ad ſoluendum omnes cenſus antea decurſos compelli poſſunt, vt concludit *Cenc. in d. tract. de cenſ. d. part.2. cap.2. d. quæſt.5. art.8. nu.5. & art.9. num.28. Gaſpar. Roderic. de ann. reddit. lib.2. quæſt.9. num.51. verſic. Sed cum Idem Cenc. vbi ſupra part.2. cap.2. d. articul. 9. num.29. verſic. Ampliatur.* Sed ſi conueniantur actione perſonali in rẽ ſcripta, tunc ad ſoluendum tertias & cenſus decurſos à die poſſeſſionis bonorum detentorum tantum aſtringi poſſunt, vt poſt *Surd. deciſ.204. num.9. & Gabriel. conſ.47. num.14. lib.1.* concludit *Cenc. in locis proximè citatis.*

Octauò declara inſolidum, non autem pro rata hæredes poſſe conueniri ad dotem præſtandam, quando ſcilicet pater inſtitutis pluribus filijs hæredibus vniuerſalibus, legauit filiæ mille pro dote, etenim hoc caſu ex peculiari priuilegio dotis hæredes inſolidum compelli poſſunt, & eidem filiæ datur electio, vel omnes hæredes pro rata, vel vnum pro tota dote legata conueniendi *l. cum ab vno ff. de leg.2. vbi etiam Bartol. Afflict. deciſ.232.* quem refert, & ex multis alijs hanc firmat ſententiam *Vinc. de Franc. deciſ.581. per tot.* & ſic fuit iudicatum per *Rotam Lucenſ. referente Horat. Roccat. in deciſio. 140. Diuerſorum verſic. Et quamuis poſt eundem Afflict. in d. deciſ. num.2. vbi Vrſill.*

Primò limita modò ſupradictum caſum nõ procedere inſpecto iure municipali huius Regni, quo diſponitur
44 non eſſe permiſſum † hæredem citare ſuper tenore inſtrumenti, nec contra eum poteſt procedi ad liquidationem, & interrogationem ſecũdum formam ritus Magn. Cur. Vicar. quia hæres iuſtam cauſam ignorantiæ dicitur habere, vt firmat alius Ritus eiuſdem Magn. Curiæ 178. vbi etiam *Carauit. nu. 2. & 3. verſic. Nota ibi ſecus, Marant. de ordin. iud. par.6. art.8. limit.4. nu.24. verſic.*

verſic. Quartò limita, vbi firmat contra hæredem eſſe procedendum iuris ordine ſeruato, *Pand. de præſentat. inſtrum. part. 1. declarat. 3. num. 4. & 5. verſic. Verum, Marin. Frecc. de præſentat. inſtrumenti part. 11. quæſt. 1. à num. 1. vſque ad 14. fol. m. 153. Foller. in praxi cenſuali in text. tanquam res iudicat. num. 21. verſic. In Regno.*

45 Contrariam partem etiam iure municipali inſpecto ſuſtinet *Frecc. vbi ſupra d. part. 11. d. quæſt. 1. num. 14. verſ. Sed contrariam* cum iuribus & rationibus adductis, *vbi ſub nu. 25.* dat cautelam pro obſeruantia ritus, quod creditor interpellet hæredem exhibendo inſtrumentum debiti, quo certior hæres factus non dicitur habere iuſtam ignorantiæ cauſam, & in conſimili ſtatuto, ac etiam iuri communi inſpecto teſtatur fuiſſe deciſum contra hæredem condemnatum via executiua ex debito contracto cum defuncto, teſtatur fuiſſe deciſum *Camillus Lepid. in deciſ. 122. Rotæ Lucenſ. diuerſorum.*

46 Concordando ſupradictas opiniones declara primam procedere iure municipali inſpecto, quo hæres non poteſt condemnari de perſona, & via ritus ad pœnam, & ita loquuntur & intelligendi ſunt Doctores pro ſupradicta prima opinione allegati.

47 Secunda verò opinio procedat iure communi inſpecto, ex quo hæres executiuè compelli poteſt, & de perſona condemnari vigore inſtrumenti initi cum defuncto quoties conſtat conuentum hæredem eſſe, vt ſuperius retulimus num. . . .

Secundò limita eundem caſum non
48 procedere contra hæredem † cum beneficio legis, & inuentarij, qui infra tempora conficiendi inuentarium nec conueniri, nec arreſtari poteſt, *vulg. l. final. §. donec, §. & ſi præfatam C. de iure deliberand. Pecc. de iure ſiſtend. cap. 4. num. 10. verſic. Principio relatus per Gothofred. vbi ſupra num. 505. Conuerſ. ad Intrigliol. de cenſib. quæſt. 20. verſic. Tertiò infertur,* vbi adducit etiam contrarium ſuſtinentes, *Capell. Toloſan. deciſ. 158. vbi Addent. in fine, Marta deciſ. 63. num. 3. verſic. Et licèt, Guttier. de iur. confirmat. part. 2. cap. 4. nu. 19. verſ. Sed iam, Graſſ. de except. in prælud. nu. 222. verſic. Et licèt, Aſin. in tract. de execution. §. 2. cap. 6. num. 2. & num. 4. Gizzar.* poſt hæc ſcripta viſus *in deciſ. Sacr. conſ. 79. ſub num. 4. Craſſ. de ſucceſſ. in art. inuentar. quæſt. 16.* vbi hanc vno ✱ ore receptam eſſe affirmat, *vol. 2. Cenc. de cenſib. part. 2. cap. 2. artic 6. verſic. Non tamen,* vbi adducit contrarium ſuſtinentes, pro qua limitatione vide plenius quæ retulimus in *hoc eod. tract. in limitat. 3. principal. num. 17.*

Declara primò hanc ſecundam limitationem, quando hæres cum beneficio inuentarij rei vendicatione in iudicio conuentus eſt, hoc enim caſu, quia non conuenitur vt hæres, ſed vti
49 tertius poſſeſſor, ideo † dictum beneficium nō poteſt opponere *l. de eo §. penultimo ff. ad exhibendum, DD. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, vbi Angel. nu. 16. Imol nu. 18. ff. ſi cui pluſquam per leg. Falcid. relati per Pecch. vbi ſupra d. quæſt. 4. num. 10. verſic. Poſtremò, Gizzar. d. deciſ. 79. num. 7. Craſſ. in d. artic. Inuentarium d. num. 1.* licèt ibi contrarium aſſeueret *Blanc. de compromiſſ. quæſt. 4. princ. nu. 64. Intrigliol. de cenſibus quæſt. 54. num. final. fol. m. 184.*

Secundò declara nō procedere eandem limitationem, quando hæres moleſtiam recipit pro funeris impenſa,
50 equidem hac in re † non competit eidem hæredi beneficium inuentarij, ſed executiuè compelli poteſt ad ſoluendum, *Ang. in l. 1. §. hac ſtipulatio nu. 16. verſic.*

verſic. Tertiò fallit, ff. ſi cui pluſquam per leg. Falcid. Corneus in d.l.final. §.donec ff. de iur. deliber. Pecc. de iur. ſiſt. d. cap.4. num. 10. *verſic. Tertiò Gizzarell. d.deciſ. 79.num.6. verſic. Sed prædictam.*

Tertiò declara, nõ procedere quando hæres in iudicio conuentus eſt pro rebus, quæ dilationem non recipiunt,
51 † prout ſunt alimenta legata, pia, & ſimilia, hoc quidem caſu non iuuatur beneficio inuentarij, vt concludit *idem Angel.d.§.hæc ſtipulatio d.num.* 16.*Gizzarell. d.deciſ.79. d.num.6. Surd. de aliment.tit.8. priuileg.* 12.*num.*1.& 2.*fol.*
* *m.*240. & nouiſſimè hãc magis * receptam commemorat *Mangil.de imput. & detract. quæſt.*132.*num.*36. *verſic. Septimò,* vbi alios concordantes allegat.

52 Primò ſubdeclara hanc tertiam declarationem, quod licèt hæres cum beneficio poſſit conueniri etiam eodem beneficio pendente pro conſecutione legatorum piorum, nihilominus tam hæres cum beneficio, quàm etiam ſine beneficio, non tenentur vltra vires hæreditarias, nec ad ſolutionem legatorum piorum, ſi hæreditas non eſt ſoluendo, eſt originalis opinio *Bartol. in l. 1. in 3. quæſt. num. 45. verſic. Tertiò quæro C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi Addent. ad eum,* alios commemorant ibique etiam in eius repetitione, *Andr. de Beſſutio num.* 129. *verſic. Super tertia nu.* 36. quem cum alijs allegat *Vinc. de Franc. deciſ.* 136.*Conuenitur nu.* 29.*verſic. Vnde ex prædictis,* vbi concludit ſic ſeruari in ſacro Reg. Conſilio, quia
53 Eccleſia ſolet, & debet † forum conſcientiæ in exigendo obſeruare, etiam quod hæres non conficiat inuẽtarium, vt inquiunt *Bartol. & Vinc. de Franc. vbi ſupra,* quam etiam opinionem ſequitur *Mangil. de imputat. & detractíon. d. quæſt.* 132. *num.*42. *verſic. Nonò fallit,* vbi declarat procedere quando de viribus hæreditatis conſtat. *Abbas in conſil.*73.*Circa primum dubium in fine num.*8. *verſic. Et hoc caſu.*

Secundò ſubdeclara quando ſunt
54 præſtanda alimenta futura † determinata, & certa, vel quando alimenta debentur pauperi, vel egeno, *Surd. de aliment. d. tit.8. d.priuileg.*11.*num.*4. *verſic. Ideo videmus, & priuileg.*12.*Mangil. de imputat. & detract. d.quæſt.*132.*nu.* 36.37.38.& 39. vbi hoc optimè declarat.

Quartò declara in feudo hæreditario, in quo etiam ſi hæres feciſſet in-
55 uentarium † non poteſt impugnare factum defuncti, ſed tenetur præcisè creditoribus, & legatarijs, ac alijs per teſtatorem relictis ſatisfacere, vt poſt multas rationes concludit *Surd. in d. tract. de aliment. tit.4. ead. quæſt.* 10. *nu.* 14.15.& 16. *verſic. Procedit.*

Limita ſecundò eundem caſum non obtinere in creditore, qui infra nouem
56 † dies à morte ipſius defuncti moleſtia afficit eius hæredem prætextu debiti contracti cum eodem defuncto, hoc enim tempore intermedio nullo angore torqueri hæres poteſt, quandoquidem dictum tempus nouem dierum eſt impartitum, ne dum hæredibus ad lugendum defunctum, verum etiam illud cõceditur parentibus, liberis, con-
57 iugi, agnatis, & cognatis, † affinibus, & fideiuſſoribus defuncti, ſiue à defuncto, ſiue à dictis perſonis nominatis debitum eueniat, eſt caſus ſingularis *in §.hæc autem, verſic. Sancimus, Authen. vt cum de appellat. cognoſcitur, vbi etiam Bartol.* & poteſt hęres, & perſonę ſupra enumeratę exceptionem nouendij opponere, *Graſſ. de exception. except.* 3. *nu.* 3. *Intrigliol. de cenſibus quæſt.* 54. *num.*8. *fol.m.*184. *Conuerſan. ad eund. Intrigliol. in quæſt.* 20. *in fine, Guttier. de iuram,*

luram. confirmat. par. 2. cap. 4. num. 18. verſic. Sextò, Hering. de fideiuſſor. cap. 62. verſic. Vigeſimò.

Primò declara hanc limitationem procedere, & dictam exceptionem competere, tum ſi hæres † conueniatur ex debito contracto cum defuncto, tum ex debito contracto cum eodem hærede, vt interpretando dictum textum *in dicto §. hæc autem, Gizzarell. dicta deciſ. 79. num. 4. verſic. Sed licèt,* reprobata opinione contrarium aſſeuerãtium, extendit procedere ſiue creditores moleſtent hæredes ex cauſa oneroſa, ſiue lucratiua, & elapſis dictis nouem diebus ad lugẽdum defunctum, ſi voluerint inuẽtarium cõficere debeat, & poſſit eius beneficio gaudere, vt *ibi per eum d. n. 4.*

58

Secundò declara, dictam nouendij exceptionem nõ habere locum in con-
59 tractu cenſuali † ſecundũ formam Bullæ Nicolai V. & reg. Prag. de cenſibus, vt colligitur ex contextu eiuſdem Reg. Prag. in verbo, Et ſi fortè, quam ſic interpretando adducit *Graſſ. d. except. 3. n. 31. & 32. verſ. Et ratio, poſt Intrighol. d. quæſt. 54. num. 8. verſic. Tertiò infertur.*

60 Contrarium ſuſtinet † *Conuerſanus ad Intrighol. in d. quæſt. 20. in verſ. Rurſus in fine, poſt Maur. Mut. in commentarijs. Regni Siciliæ cap. 35.* motus, quia licèt dicta Reg. Pragm. excludat moratorias introductas per reſcriptum, ſiue aliud ſtatutum, non autem excludit moratorias inductas per ius ciuile, & per conſequens dum dicta exceptio inducitur per legem generalem, non debet excludi per ius municipale, vt ſuadet *tex. in*
61 *d. §. hæc autem* † *ibi, Debiti nomine, quod à defuncto deſcendit, ſiue alterius cuiuſcunque cauſa,* & ſic etiam videtur concludere *Gizzarell. dicta deciſione 79. dicto num. 4.* vbi affirmat vllo pacto hæredem cõueniri poſſe ex quacunque cauſa, & occaſione cuiuſcunque debiti contracti tam cum defuncto, quàm cum eodemmet hærede.

Limita tertiò in minore, qui vt hæ-
62 res non poteſt † carcerari pro debito per defunctum contracto, nec etiam arreſtari pro iudicij aſſecuratione, plenè *Roman. conſ. 120. Circa primum per totum, Pand. de præſentat. inſtrumenti par. 4. declarat. 11. num. 82. verſic. Infantes.*

Sed videas quæ prolixius annotauimus infra *in hoc eod. lib. limit. 11. principali in princ. & per tot. & ſupra ampl. 6. princ. ſub n. 22. verſ. Etiã contra minorem.*

SVMMARIVM.

AMPL. XV.

1 *Debitor obligatus cum pacto de capiendo poteſt carcerari, & vnico tempore in bonis moleſtari.*

Offerens pignus idoneum non liberatur num. 2.

Contrarium ſuſtinent multi num. 3. Sed vide num. 5.

4 *Iudex detinens debitorem offerentem pignus tenetur in ſindicatu.*

6 *Electa vna via, quando in executiuis verſamur, altera non tollitur.*

Procedit multò magis ſtante pacto, quod vna via electa altera non tollatur nu. 6.

7 *Pactum de capiendo poteſt exerceri contra principalem debitorem, & contra ſingularem ſucceſſorem.*

8 *Debitor vigore pacti poteſt detineri, etiam cum mercibus.*

9 *Boues, & alia inſtrumenta ad culturam neceſſaria nequeunt pignorari.*

Procedit etiam de iure huius Regni nu. 10.

Expignorari poſſunt à proprijs colonis, & propria authoritate recuperari num. 11.

Cuiuſcumque generis ſint, non poſſunt detineri num. 12.

13 *Pactum exequutiuum tenet, & valet.*

14 *Exequutio etiam in ſubſidium non poteſt fieri in bobus aratorijs.*

P *Con-*

Contrarium firmant multi num.15. vide num. ſeq.

Poteſt fieri executio etiam in bobus, & inſtrumentis agriculturæ num.16.

17 *Ioſephi Campellæ Iuriſconſulti Aquilani merita recenſetur.*

18 *Animalia damnum dantia pro damno poſſunt detineri.*

19 *Damni dati cauſa poteſt ciuiliter, & criminaliter proponi.*

20 *Animalia damnum dantia poſſunt detineri in loco damni dati.*

21 *Inuecta, & illata ſi à fundo extrahantur, non poſſunt arreſtari.*

22 *Domus non licet diſcooperiri tegulis, nec executio poteſt fieri in tegulis oſtijs trabibus, & alijs domui affinis.*

AMPLIATIO XV.
In perſona, & in bonis.

facit Cabal. milleloq. 651 652 fol. 44. par. 2 Coſta de por. ract. q. 228 fol. 286.

An vno, eodemque tempore ad creditoris inſtantiam, poſſit fieri exequutio in bonis, & in perſona?

1 OBLIGATVS cum pacto de capiendo, † vt fieri ſolet in inſtrumentis in hoc Regno ſecundum formam ritus confectis, vel ſecūdum cuiuſcunque loci guarentigiam, vel etiam in inſtrumentis cenſualibus, & in obligationibus penes acta curiæ ſtipulatis, poteſt nō ſolum de perſona detineri, ſed vno, eodemque tempore, ēt bonis non diſcuſſis in eius bonis exequutio fieri, dixit expreſsè, *Bart. in l. conſentaneum 8. nu. 17. verſic. Quæro ſecundò, C. quomod. & quand. iud. & ibi addent. ad eum cum allegatis, Iaſ in l. 1 in princ nu. 23. ff. ſi quis ius dicent. non obtemper. Ranc. ad Pap in deciſ. 71. Vrſill ad Afflict in dec. 326. n. 3. & 4. Vinc. de Franc. deciſ. 200. nu. 3. Caroc. tract. de ſequeſt. par. 3. q 17. n. 2. Coler. de proceſſ. execut. par. ., cap. 5. num. 42. verſic. Quod ampliatur, & . o. 2. num. 152. folio mihi 59. Caualc. de bra. reg. in 6. par frag. 124. num. 2. verſic. Præterea, Muſcatell. in prax. ciuil. lib. 2. par. 3. . ſ. ſeruata nu. 30. verſ. Vnde mihi ſol. 87. . in tract. de execut. §. 2. cap. 3. per tot. fol. m. 28.*

2 Et ideo ſi carceratus offerat pignus idoneum, nō liberatur, † quia aliud pro alio inuito creditore non ſoluitur *vulg. l. 2. §. mutui datio, & ibi Gloſ & Doct. ff. ſi certum petatur, & in l. eo à quo C. de ſolut. plenè Guttier. de iuram. confirmat. par. 1. c 29. per totam fol. mihi 118. Monach. deciſ. Bonon. 35. nu. 8. folio mihi 69.* & hanc magis * communem dixit *Anton. Hering. in tract. de fideiuſſor. cap. 18. num. 68. verſic. Sed hic folio mihi 351. Carab. in ſingul. 54. Debitor carceratus,* vbi alios allegat.

3 Contrarium ſuſtinet † *Galter. in pract. criminal. inſtrumentar. 3. par. princip. rubr. 2. num. 25. verſic. Tertiò prædicta limita folio mihi 294.* vbi, ſi pignus idoneum reperiatur, non poteſt debitor in vinculis detrudi, *vt ibidem num. 26.* Imò

4 ſi Iudex ſub illis † pignoribus eum relaxare recuſauerit, tenetur in ſindicatu actione iniuriarum, *Farinacc. de Carcer. quæſt. 33. nu. 7.* plures alios concordantes adducit *dict. Anton. Hering. in dicto tractat. de fideiuſſor. d. cap. 18. num. 69. verſic. Sed obſtat dicto folio 351.*

Sed declara dictam primam magis communem opinionem procedere, quando debitor ex alia cauſa, quàm inſtrumentali carceratur; debitor autem

5 vigore inſtrumenti obligatus † debet præcisè ſoluere, etiam ſi fuerit carceribus mancipatus, quia in exequutiuis

6 vna † via electa, altera nō tollitur, *Lancellot. in tract. de attentat. par. 2. cap. 4. limit. 2. num. 84. folio mihi 125.* maximè ſi fuerit appoſita clauſula, vt aſſolet fieri, quod vna via electa altera non

tolla-

Digitized by Google

tollatur, *Muſcatell. vbi ſupra dicto lib. 2.*
par. 3. Gloſ. ſeruata nu. 31. verſic. Quod
vnà cum allegatis, Vrſill. ad Afflict. de-
ciſ. 326. num. 2. verſic. Et maximè ſolio
mihi 312. Boer. deciſ. 295. num. 10. ver-
ſic. Item fallit regula. quia in alterna-
tiua remediorum, electione vnius alte-
rum non tollitur, *Aſin. vbi ſupra dicto*
cap. 2. num. fin. verſic. Quia, & videas
quæ ſuperius retulimus *in quæſt. 2. nu.*
28. 29. 30. & 31.

Primò amplia hanc concluſionem
ſuperius firmatam, quam diximus poſ-
7 ſe fieri executionem † vigore pacti, &
in bonis, & in perſona, nedum eſſe per-
miſſum dictum pactum exerceri contra
principalem debitorem, verum etiam
cõtra ſingularem ſucceſſorem rẽ ſiſten-
tem, *Vrſill. deciſ. 326. nu. 4. Pecch. de iur.*
ſiſt. cap. 4. relat. per Gothofred. prax. ciuil.
lib. 2. tit. 4. verſ. Singularis quoque, Char-
tar. deciſ. Gen. 12. vbi plenè.

Sed videas, quæ ſuperius *ampliat. 6.*
princip. retulimus.

Amplia ſecundò hãc eandem cõclu-
ſionem, quod vigore dicti pacti poſſit
8 dictus debitor obligatus † detineri ẽt
cũ mercibus, animalibus, & mulis, licet
ibi non ſortiatur forum, *Caualc. deciſ. 1.*
n. 18. verſ. Et hoc eſt quòd aliqui dixerũt.

Limita, & declara hanc ſecundam
ampliationem, vt non liceat arreſtare
9 boues, & alia inſtrumenta † ad cultu-
ram neceſſaria, etiamſi debitum ſit fi-
ſcale, *Pecch. vbi ſupra cap. 5. nu. 16. Gut-*
tier. de iuram. confirmat. parte 1. cap. 17.
nu. 8. verſ. Ex quibus, Ferret. in tract. de
Gabell. nu. 125. & nu. 126. to. 12. tract.
fol. m. 82. in vlt. impreſſ. Afflict. in conſtit.
Regn. Ab officialibus rubr. 90. num. 7. to-
mo 2. Giurb. deciſ. 40. nu. 2. Coler. de pro-
ceſſ. execut. par. 2. cap. 3. nu. 179. & ſeq.
Idem procedere videtur contra ruſti-
cos, dum reperiuntur in actu agricultu-
ræ, quãdoquidem nemini licet eoſdem
ruſticos carcerare abſque pœnæ in-
curſu, *tex. in authent. Agricultores C quæ*
res pignori obligari poſſint, Thepat. variar.
ſententiar. tit. 280. cap. 2. verſic. Ruſti-
cus, & plenius diximus *inferius 17. li-*
mitat. princip.

Et pro ſupradicta limitatione con-
10 cordat Regia Pragmatica † ſecunda
tit. de Beſt. Vaccin. non macelland. vbi
Rouit. & cap. Regni 4. in tit. de Bob. ara-
tor. non pignor. vbi Niger. num. 9. verſic.
Nota quod boues, & ſi ſupradicti boues
11 expignorati † fuerint propria authori-
tate à colonis recuperari poſsũt, *Giurb.*
d. deciſ. 40. num. 4. Caroc. de locat. in tit.
de inuect. q. 20. n. 2. & 3. verſ. Concluſio.

Primò amplia hãc primã limitatio-
nẽ de iure regni procedere in quocum-
12 que genere bouũ † etiãſi huiuſmodi a-
nimalia eſsẽt creditoribus in ſpecie ob-
ligata, quia nec ad fiſci inſtãtiã, nec pro
quacunque fiſcali cauſa, ſiue donatiuis,
vel alijs quibuſcũque nec in bobus, nec
in vitulis, nec in quocũque genere iſto-
rum animaliũ, nec cõtra Vniuerſitates,
13 neque cõtra eorum particulares † po-
teſt executio fieri, vt pręcipit alia prag-
matica 38. de offic. ſacr. Reg. Conſ. *Ro-*
uit. in d. prag. 1. de Beſt. Vaccin. non macel-
land. in fin. plenè Niger. in d. cap. 4. num.
9. verſic. Et aduertè.

Secundò amplia hanc eandem limi-
tationem, vt de iure cõmuni, nec etiam
in ſubſidium poſſit fieri executio in bo-
14 bus † aratorijs, ſeu in inſtrumentis ad
culturam neceſſarijs, etiam quãdo nul-
la alia bona debitoris extant, vt firmat
Gloſ. Cin. Alber. & Salicet. in l. executores
C. quæ res pignori obligari poſſint, plenè
Giurb. d. deciſ. 40. num. 13. verſic. Secun-
da fuit negatiua, vbi alios refert hanc
eandem ſuſtinentes, *Coler. d. cap. 3. num.*
181. Carocc. vbi ſupra num. 6. verſ. Limi-
tatur.

15 Contrarium videtur † eſſe determi-

fuit. ſ. ampl. 8 n. 44 fol. 118 Giurb. cit. deciſ. 40
fol. 202

P 2 natum

natum *ex diſpoſit. text. in l. ſtipendia C. de executorib. rei iudic. cum alijs* pro hac parte relatis per *Giurb. d. deciſ. 40. nu. 12. verſic. Prima fuit,* vbi ex relatis apparet eſſe permiſſum in aliorum bonorum defectu boues, & ruſticalia inſtrumenta pignorare, & executioni demandare, *Coler. dicto cap. 3. nu. 280. & ſeq. vbi teſtatur ita de conſuetud. ſeruari.*

Et apud nos ſuppoſita tam diſpoſitione iuris cõmunis, quàm etiam mu-
16 nicipalis in ſubſidium paſſim fit † executio etiam in bobus aratorijs, ne dum pro debitis fiſcalibus, verum etiam pro debitis priuatis, & ad inſtantiam quorumcumque creditorum, & paſſim videmus etiam regias prouiſiones expeditas per Sacr. Reg. Collaterale Conſilium, & per regiam Cameram Summariæ, quibus præcipitur Iudicibus inferioribus, vt permittant dictam executionem in bobus aratorijs ad inſtãtiam creditorum, dummodo creditores ante dictam executionem præſtent cautionem de non macellando, nec extrahendo dictos boues, & in ſubſidium condemnato debitore, & facta diſcuſſione bonorum, ſi alia non reperiantur rectè boues, & inſtrumenta ruſticalia, & aratoria expignorari poſſunt, vt ita ex pluribus adductis, & cumulatis refert fuiſſe deciſum. *dictus Giurb. in fin. d. deciſ.* Et in Regno hoc eſt determinatum per cap. Regni 156. & per *Ioannem Anton. de Nigr. in dicto cap. 4. num. 12. verſic. Fallit ſecundò.*

17 De qua re præclarè eleganter, & doctè ſcripſit *Ioſeph. Ciampella meus Conciuis,* & à nunquam ſatis laudando viro *Vincent. de Franc. in deciſ. 222. nu. 3. commemoratus* ac æternę memoriæ dignus, in ſuo *tractatu de annona* cõſcripto dum Neapoli aduocationi operam præſtabat, mihique oſtenſo per Ioannem Baptiſtam Ciampellam ex fratre nepotem Doctorem eximium, & pluribus virtutibus prædictum Aquilæ adhuc viuentem, & hilari animo à me perlecto, etenim magno labori inter anguſtias Aduocationis Illuſtriſſimarum Domorum Aſtenſis, Columnæ, Cantelmi, & aliarum, quæ ſilentio emittuntur difficillimum fuit finem imponere, & niſi ſuum clauſiſſet diem, ad præſens hac luce ex typis ad communem omnium vtilitatem pateret.

Declara tertiò non procedere in bo-
18 bus, & alijs † animalibus, quæ reperiuntur damnum dantia in alieno territorio, & herbagijs, quia pro damno dato licet illa retinere, & arreſtare, *Petr. Petch. de iur. ſiſtend. cap. 4. nu. 24. Ferrett. de Gabell. num. 519. verſic. Et capi fol. 91. tomo 12. tract. Giurb. d. deciſ. 40. num. 1. & 2. verſic. Veram credimus.* Sed vide *infr. ampliat. 26. princip.* & diximus *in tit. de repreſal. verſic. Sextus caſus.*

Et in cauſa damni dati poteſt ciui-
19 liter, † & criminaliter procedi ex Iudicis arbitrio, ſi damnum datum ſit lata, vel leui culpa; aliàs ciuiliter agitur, *Ioannes Anton. de Nigr. in cap. Regni 235. verſic. Et ſimiliter folio mihi 241. à tergo,* dummodo quando criminaliter agitur exprimatur dies, & locus damni dati, aliàs non creditur accuſatori, & iuranti, *Bart. in l. libellorum colum. 4. ff. de accuſat. Flau. Tort. ad Stat. Pap. ad ſtat. 42. num. 76. verſic. In verbo, in ciuilibus, folio mihi 371.*

Declara quartò, vt pro venditis, aut
20 locatis † paſcuis, liceat retinere boues, & alia animalia, quæ ſunt reperta in dictis paſcuis, *l. in ſumma, vbi Salicet. notat. C. de pignor. Menoch. de recuper. remed. 11. nu. 8. cum alijs allegat. per Giurb. dicta deciſ. 4. num. 7. verſic. Cæterum folio 201.*

Subdeclara in animalibus ſupradictis
21 † in loco damni dati, & dictis paſcuis

reper-

repertis, aliàs ſi in iiſdem locis non exiſtunt, retineri nequeunt, prout de inuectis, & illatis dicimus, quæ ſi à fundo extrahantur locator ius exequendi non habet *Giurb. in eadem deciſ.4. num.7. 8. & 9.*

Limita, & declara ſecundò, vt non
22 liceat diſcooperire † domum, & exequi in cuppis, ſeu tegulis tecti, ne vrbs deformetur, *Bartol. in l.nutu §.fin. ff.de legat.3. Bertacch. in tractat. de gabell. parte 4. num.18. verſic. Et facit tomo 12. tract. folio 59.à tergo. Iaſon in l.cetera §.hoc Senatuſconſultum num.2.verſic. Secundò nota ff.de legat.1.* vbi hoc extendit etiam ad trabes, oſtia, & ad alia domui affixa, etiam ſi executio pro debito fiſcali fieri debeat, *& ibi Alex. num.2.*

Limita, & declara tertiò hoc procedere in iudicijs exequutiuis, in ordinarijs verò adeundus eſt *Muſcatell. in prax. ciuil. lib.2. parte 3. Gloſſ. ſeruata ſub num.31. verſicul. In iudicijs verò vſque ad numer.36.* vbi plenè quomodo, & quando liceat creditori variare.

SVMMARIVM.

AMPL. XVI.

1 *Hæres cum beneficio legis, nec tempore inuentarij, nec tempore conceſſo ad illud conficiendum poteſt moleſtari.*

Poteſt tamen eius debitores pendente dicto tempore conuenire num.2.

Procedit etiam ſi non eſt nominatus in inſtrumento num.3.

Debet oſtendere ſe eſſe hæredem num.4.

Etiamſi à parte non opponatur num.7. & 8.

Ex præambulo efficacius admittitur numero 5.

6 *Filius ergo hæres, quando de eius commodo agitur.*

AMPLIATIO XVI.

Etiam in hærede cum beneficio inuentarij.

An hæres poſſit agere contra debitorem de fuga ſuſpectum pendente etiam beneficio legis, & inuentarij?

LICET de iure heres tam
1 tẽpore deliberãdi † conceſſo, quàm etiã in tempore, quo conficit inuẽtarium nõ poſſit conueniri *l.ſcimus §.donec C.de iur.deliber.* niſi rei vendicatione, & tũc non vt hæres, ſed vt extraneus, vt eſt communis opinio ✻ de qua *Craſſ. in tract. de ſucceſſ. volum.2. art. Inuentarium quæſt.16. nu.1. Vincent.de Franc. deciſ.352.nu.1.*
2 tamen infra tempora conficiendi † inuentarium debitores hæreditarios rectè poteſt cõuenire, *Boer. deciſ.53. num.4. Crauet. conſ.593. num.18.* cum alijs allegatis *per Craſſ. d.quæſt.16. in fine numeri primi.*

Et multò magis ad capturam debi-
3 toris † poteſt agere, etiam ſi in inſtrumento nominatus non ſit, *Rebuff. in ordinat. Reg. tom.1. art.6. gloſ.3. num.14. Angel. in l.1.§.1. ff.ſi cui plus quàm per leg.Falcid. Rip. in cap.1.num.88.de iudic. Iaſon. in l. vinum ff. ſi cert. petat. cum alijs allegatis per Petr.Pecch. de iur. ſiſtend. relatus per Gothofred. in prax. ciuil. lib.2. tit.4. de in ius vocan. folio mihi 598.*

Primò declara hanc ampliationem
4 procedere, dummodo † oſtendat ſe hæredem eſſe, *Boer. in deciſ.10. Ceſſionarius in fine. Alex. conſil.115. Viſa ſcriptura in fine verſicul. Non omitto,* vbi etiam moderni *Pariſienſ. lib.7. & conſilio 188. num.2. lib.2. Gothofred. vbi ſupra verſicul. Et in ea quoque ſententia.*

Declara ſecundò, & multò fortius
5 procedat ſi probauerit † ſe eſſe hære-
dem præcedente præambula repeti-
tione, & Iudicis decreto ſecundum
Ritum huius Regni 81. vbi Carauit.

Declara tertiò, vt multò magis pro-
6 cedat in filio, † quia quando de eius
commodo tractatur, filius ergo hæres
*l. 1. § qui ſunt in poteſtate ff. ſi quis omiſſ.
cauſ. teſtam. l. ſi fratres C. de iur. deliber.
Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt.*
99. *num.* 5. & in filio agente tenet ex-
preſsè *Magon. deciſ. Lucenſ.* 38. *num.* 25.
*& ibi in addit. in litera E, & in deciſ.
Lucenſ.* 62. *num.* 11. 12. *&* 13. *verſic.
Nam illud, & in addit. in litera D,* vbi
ſic intelligendum eſſe dictum Beati
Pauli, filius ergo hæres, *Roman. in l.
neceſſarijs* §. 1. *ff. de acquir. hæredit. comm.
dicit Abbas in cap.* 1. *num.* 3. *de ſolut.* de
communi, & magis ∗ recepta ſen-
tentia pluries teſtatur *Ioſeph. Ludouic.
concluſ.* 16. *verſic. Tertiò declara*, & in
filio agente hoc non habere dubium
affirmat *Ricc. deciſ. Archiepiſcop. Neapol.*
142. *num.* 1.

Declara quartò, ita eſſe conceden-
dum hæredi agete contra debitorem,
& cõtra eundem paratam habere exe-
7 cutionem, dummodo probet † ſe eſſe
hæredem, etiam ſi à parte non petatur
quandoquidem quis nõ admittitur vti
talis niſi probet, ſe eſſe talem, *l. non igno-
rat C. de his qui accuſar. non poſſ. Dec. conſ.*
411. *num.* 3. *Alex. conſ.* 115. *Viſa ſcripta
in fin. lib.* 7. *Alciat. de præſumpt. reg.* 1.
præſumpt. 28. *num* 9. *Pariſ. conſ.* 115.
lib. 4. *Beccius conſ.* 75. *num.* 6. *Carthar.
deciſ. Gen.* 33. *num.* 1. 2. *&* 3. vbi alios
concordantes allegat *num.* 7. & in ſpe-
8 cie procedere etiam † ſi à parte nõ op-
ponatur, *Zabarell. conſ.* 72. *verſ. Dubito,
Decian. conſ.* 37. *nu.* 64. *lib.* 3. *& Riminal.
iun. conſ.* 494. *num.* 20. *lib.* 5. & idem lo-
cum obtinere in filio ſi ad hæreditatem
patris agit firmat *dictus Carthar. ibid.
num.* 4. *ex Roland. conſil.* 32. *num.* 14. *&
ſeq. & conſil.* 10. *num.* 22. *lib.* 3.

SVMMARIVM

AMPL. XVII.

1 *Fideiuſſor dicitur propriè debitor. Poteſt carcerari vt principalis debitor num.* 2.
Vbi principalis detineri permittitur nu. 3. *Etiam ſi principalis debitor in carcere reperiatur num.* 4.
Procedit multò magis, ſi iuramentum interueniat num. 5. *Contrarium num.* 6.
Author conciliat opiniones num. 7. *Conueniri poteſt vigore inſtrumenti guarentigiati num.* 8.
Procedit etiam in inſtrumento vallato ad formam ritus Magn. Cur. Vic. num. 9.
Ex contractu cenſuali nulla facta diſcuſſione debitoris conuenitur num. 10.
Nec hæredi nec tertio poſſeſſori in contractu cenſuali competit aliqua exceptio numero 11.
In Terris Eccleſiæ ſubiectis obſeruatur num. 12.
De iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo non competit excuſſio num. 13.
14 *Cautela pro conueniendo debitore de iudicio ſiſti recenſetur.*
15 *Citatio debitori carcerato nequit notificari. Sed contrarium ibidem.*
16 *Excuſſio non habet locum in curia mercatorum.*
17 *Filiusfam. pro patre fideiubens carceratur. Etiam ſi ſit minor num.* 18.
Fideiuſſor ex mora debitoris carceratur num. 19. *& num.* 20. *&* 21.
22 *Fideiuſſor obligatus principaliter, & inſolidum poteſt conueniri abſque excuſſione principalis.*
Procedit in eo, qui ſe obligauit per clauſulam omni meliori modo num. 23.
Dummodo quantitas ſit liquida numero 24.

Et

Et fideiuſſor accedat in eodem inſtrumento num.25.

Obligatus principaliter abſque clauſula ſolidi habet beneficium excuſſionis numero 26.

Contrarium firmãt relati, cum quibus pertranſit Author num.27.

Conuenitur ſtante inopia principalis debitoris num.28.

29 *Debitoris inopia probatur per exhibitionem æſtimi.*

30 *Creditor aliquando debet probare.*

31 *Fideiuſſor non conuenitur ſi inopia debitoris eſt dubia.*

Conueniri poteſt quando principalis non eſt facilis ad conueniendum num.32.

Vel quando debitor principalis mortuus eſt ibid. num.33.

Et quando renunciauit beneficio excuſſionis num.34.

Vel quando negat eſſe fideiuſſorem & conuincitur de mendacio num.35.

Conuentus per fiſcum non opponit beneficium excuſſionis num.36.

Poteſt conuenire executiuè principalem debitorẽ etiã ante dãnum paſſum nu.37.

Non carceratur quando creditor habet pignus num.38. Vel quando debitor habet dilationem quinquennalem num.39. Habet exceptionem nouendij luctus nu.40. Nõ obligatur ſub pœna bamni n.41.

Nec pro indebitè carcerato num.42. Nec in caſu Iudicis rigoroſi num.43.

Neque ſi creditor prorogauit tempus ſolutionis nu.44. tempus prorogatum non dicitur idem tempus num.45.

AMPLIATIO XVII.
Etiam in fideiuſſore.

An fideiuſſor poſſit carcerari?

1 FIDEIVSSOR propriè † dicitur debitor *l.4. ff. de ſolut. l. ſi ſeruum §.nunc videamus in fine de verb. obligat. Bartol. in l.1. vbi cæteri Scribentes. ff. ſi cert. petatur Scard. Theſaur. iur. in verbo, fideiuſſor. Coler. de proceſſ. execut. part.2. cap.3. ſub num.42.* & ideo ſicut pro iudicij aſſecuratione poteſt debi-
2 tor carcerari, ita etiam † eius fideiuſſor, qui in eodem contractu interuenit,
3 etenim vbi principalis † conueniri poteſt, ibi etiam eſt permiſſum eius fideiuſſorem, ſi ibi reperiatur conuenire, *Bald. in l.final. nu.2. C. de fideiuſſ. quem allegat Duen. in reg.276. relatus 1.tom. regular. iur. in verbo, executio fieri poteſt contra fideiuſſorem, folio mihi 509. Petr. Pecch. de iur. ſiſtend. cap.4. num.9. fideiuſſor poteſt arreſtari, relatus per Gothofred. in praxi ciuil. lib.2. in tit.4. de in ius vocan. fol.m.603. Suar. inſtit. de los emplaſimento num.23. Caball. in tract. de euict. §.3. quæſt.5. num.129. Auer. conſil.78. num.10. Borgnin. Caualcan. deciſ. 1. num.9. verſic. Vbi extendunt, Coler. de proceſſ. execut. d.part.2. cap.3. num. 42. verſic. Quæ autem folio mihi 464.*

4 Amplia primò etiam ſi debitor † in carceribus reperiatur, quia nihilominus eius fideiuſſorem carcerare eſt permiſſum, *Bald. in cap. contingit num.20. de dol. & contumac. Hippol. de Marſ ſingul. 398. Dixi tibi num.2. verſic. Sed modò prædictis tom.1. ſing. Doctor. fol.m 401. Idem in rubr. de fideiuſſor. nu.380. cum alijs allegat. per Duen. in d.reg.276. Aſin. in tract. de execut. §.2. cap.3. num.4. fol. mihi 28.*

Secundò amplia, vt multò fortius poſſit carcerari fideiuſſor, ſi in fideiuſ-
5 ſione † præſtita iuramentum interuenerit, ſiquidem etiamſi oppoſuerit beneficium excuſſionis, nihilominus debet ſoluere, prout determinat *Bald. in cap. ex reſcripto per illum text. de iuriur.* & hanc vti cõmunem ✱ ſequitur *Seraphin. in tract. de priuileg. iuram. priuileg. 78. num.2. & num.5. verſic. Cæterum fol.*

fol.mihi 472. cum multis allegat. quibus addo *Guttier. de iuram. confirmat. part. 1. cap. 22. nu. 27. & 28. in fin.* vbi hanc ſequitur *verſic. Primò quod ſimplex folio mihi 107.* & hanc opinionem magis communem * appellat *Gabriel. com. concluſ. in tit. de fideiuſſ. concluſ. 1. nu. 43. verſic. Primò limita in fin. d. num. 45. Mancin. de iuram. part. 4. effect. 32. num. 1. fol. mihi 271. Ricc. in Collect. finali par. 1. verſic. Limita tertiò, fol. m. 129.* hanc defendendo vti magis communem, * & conſcientiæ magis tutam, & æquiorem *ſequitur Anton. Hering. in tract. de fideiuſſor. cap. 27. à nu. 51. verſic. Et hanc vſque ad num. 67.*

6 Contrariam partem, † quod per iuramẽtum fideiuſſoris non intelligatur excluſum beneficium excuſſionis, tenet *Barbat. conſil. 43. num. 10. vol. 2. relat. per Guttier. vbi ſupra ſub d. nu. 28. verſic. Si quis,* alios autem, hanc partem tenentes recenſet *Mancin. vbi ſupra nu. 2. Muſcat. in prax. fideiuſſ. part. 2. quæſt. 10. num. 4. verſic. Tertius eſt caſus, fol. m. 29. Intrigliol. de cenſib. quæſt. 60. nu. 3. 4. & 5. verſic. Quam limitationem fol. 201.* & alios contrarium tenentes recenſet *dictus Anton. Hering. vbi ſupra num. 36. verſic. Idque adeo,* & hanc opinionem vti * veram ſequitur noſter *Viu. deciſ. 389. num. 6. verſic. Imò etiam, lib. 2.* vbi refert, ſic pluries fuiſſe iudicatum, & hãc etiam ſequitur *Gaſpar. Theſaur. ad deciſ. Theſaur. patr. 166. Graſſ. de except. except. 10. num. 70. verſic. Limita quartò.*

Et licèt ſupradicta prima opinio ſit
magis communis, vt apparet ex ſupra
7 relatis, mihi tamen † ſatis dura videtur,
ſi enim hoc eſſet, locũ non haberet beneficium excuſſionis, ſiquidem dum in omni contractu per fideiuſſorem confecto accedit iuramentum, ſi eius vigore non poteſt beneficium excuſſionis habere locum, nunquam ex cõſequentia daretur dictæ excuſſioni, & ſic vanum eſſet eius remedium, quod ferendum, & dicendum non eſt, vt etiam innuunt *Muſcatell. & Intrigliol. vbi ſupra;* Vnde fœdere diſtinctionis dicerem, dictam primam opinionem magis communem habere locum, quando fideiuſſor cum iuramento in ſpecie ſoluere promiſit; ſecundam verò contrariam obtinere, quando idem fideiuſſor promiſit ſoluere abſque ſpecifico iuramento, & in hoc ſecũdo caſu non ſufficere iuramẽtum generale in omni contractu apponi ſolitum. Pro qua concluſione facere videntur quæ dicemus in *Ampliat. 23. in fine,* quibus lectorem remitto.

Amplia tertiò, vt multò fortius fi-
deiuſſor poſſit conueniri abſque excuſ-
8 ſione † principalis debitoris, quando
in inſtrumento guarentigiato acceſſit *Graſſ. in tract. de except. except. 10. num. 60. verſic. Et primo dico, fol. m. 71. cum allegatis,* addo *Bernard. Pand. in tract. de præſent. inſtrum. par. 2. 27. declarat. nu. 110. verſic. Neque obijcere inter tract. Marin Frecc. folio mihi 470. Muſcatell. in practic. fideiuſſ. part. 2. quæſt. 10. nu. 38. Vinc. de Franc. deciſ. 414. De iure eſt abſolutum.*

9 Et multò fortius procedit † in fide-
iuſſore, qui acceſſit in inſtrumẽto confecto ad formam ritus Magnæ Curiæ Vicar. vel in obligatione ſtipulata penes acta. *Muſcatell. vbi ſupra quæſt. vlt. num. 37. & 38. verſic. Vigeſimuſquintus, fol. vlt. Foller. de cenſib. in text. Tamquam res iudicata num. 20. verſic. In Regno.* etiam in fideiuſſore ex in-
10 ſtrumento cẽſuali † adhibito, qui tam
inſpecto iure municipali huius Regni, quàm etiam attenta conſtitutione Pij V. rectè poteſt conueniri, nulla facta principalis debitoris excuſſione, *Petr.*

de

Digitized by Google

de Gregor. de cenſ. quaeſt. 6. num. 5. Anton. de Ball. Iun. ad prag. de cenſib. quaeſt. 20. in fine, quos refert, & ſequitur *Marcell. Conuerſ. ad Intrigliol. de cenſib. dicta quaeſt. 6. in litera B, fol. m. 204.* cum rationibus ab eo adductis, quia ſi neque
11 tertio † poſſeſſori, neque hæredi conceſſum eſt vllam exceptionē opponere, vt exemplificat *Conuerſan. vbi ſupra*, & conueniunt etiam, quæ tradit *Foller. vbi ſupra à num. 12. vſque ad num. 25.* ita nec fideiuſſori hoc videtur permiſſum, & licèt contrarium aſſeueret *Intrigliol. d. quaeſt. 60.* tamen ab hac Conuerſani opinione non aſſentior eſſe recedendum, & hanc ſequitur *Cenc. de cenſib. poſt hac ſcripta viſus part. 2. cap. 2. art. 5. num. 19.* vbi hoc etiam extendit ad hæredes fideiuſſoris *num. 20.*

Amplia quartò, vt in obligatione
12 clericorum, & in Terris † eccleſiæ immediatè ſubiectis, contra fideiuſſores poſſit ad capturā procedi, etenim fideiuſſores vinculis ſubijciuntur nulla facta principalis debitoris excuſſione, quę iure Pontificio inſpecto, nō habet locum, ſic ex pluribus adductis firmat *Graſſ. de exceptionib. except. 10. num. 74. & num. 75. verſic. De iure autem, Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 88. nu. 7. verſic. Et hinc eſt.*

Amplia quintò in fideiuſſore de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo,
13 † qui præcisè obligatus ſoluere compellitur, nec ei concedenda eſt excuſſio principalis debitoris, pro quo in iudicio acceſſit, *Bald. in l. cum eodem C. de ſentent. Muſcatell. in d. prax. fideiuſſor. d. quaeſt. 10. num. 23. verſic. Vigeſimus, Coler. de proceſſ. executiu. part. 1. cap. 1c. num. 352. Anton. Hering. de fideiuſſor. cap. 27. num. 317. verſic. Vigeſimotertiò Fab. in deciſ. 8.* cōmemoratus per nunquam ſatis laudandum *Ricc. in. collectan. deciſion. par. 1. collect. vltima, verſic. Item fallit in fideiuſſoribus.*

Declara hanc quintam ampliationem, ita procedere dummodo principalis debitor ſit condemnatus, vel per ſententiam, quæ trāſitum fecit in rem iudicatam, vel contra eundem ſint relaxatæ literæ executoriales, ſeu mandatum executiuum realiter, & perſonaliter vigore publici inſtrumenti ſeruatis ſeruandis, in actis exhibiti, & in vltimo peremptorio liquidati.

Et ad obtinēdam dictam executio-
14 nem hic Aquilæ datur cautela, † quādum debitor principalis carceratus reperitur, antequam relaxetur cum dicta fideiuſſione de ſtādo iuri, & iudicatum ſoluendo, citatione ad creditoris inſtantiam obtenta, vel ad dicendū cauſam quare non debeat executio relaxari realiter, & perſonaliter pro cenſibus decurſis, vel ad reſpondēdum ſuper tenore inſtrumēti, notificatur eidem carcerato cum debita relatione, vt poſtea poſſit fieri liquidatio vel ſecūdum formam Reg. Prag. de cenſibus, vel ſeruata forma Ritus M. Curiæ Vicariæ, Alioquin relaxato debitore abſque dicta citationis notificatione, difficillimū eſt eundem debitorem citare, maximè, hic Aquilæ, vbi debitores ſunt forenſes, & poſt eorum excarcerationem redeūtes ad eorum incolatum, Officiales, Baronales eoſdem notificari non permittunt, & ſic ex poſt facto iudiciū aſſecurationis redditur eluſorium, prout pluries contingere ſolet, Vnde, prout diximus, opus eſt notificare eidem debitori præfatam citationem, quoniam poſt eandem citationis notificationem, accuſandi contumacias, & relaxandi literas executoriales nobis facultas eſt, & eas tam contra principalem debitorem, quàm etiam contra dictum fideiuſſorē executioni demādare, ſed videas quę ſubnectimus inferius.

Sed

Sed præfatæ cautelæ à nobis in medium propoſitæ, videtur obſtare cita-
15 tionis defectus, quæ non poteſt † debitori carcerato notificari, dum in carceribus deprehenſus reperitur, & notificata non valet, vt eſt text expreſſus *in l.2. vbi Bartol. Angel. Salicet. commemorati per Alexandr. ibidem num.6. verſic. Facit ff. de in ius vocand.* & eò magis procedere videtur, quia Iudex, qui eiuſdem debitoris capturam conceſſit, relaxauit eandem citationem, & ſic ſcientiam habuit eiuſdem debitoris detentionis, & quamuis valeat citatio, tamen huic debitori reſtitutio in integrum conceditur *l. quæſitum cum Gloſ. in verbo, Iudicatum, ff. de re iudicat. Alex. vbi ſupra cum alijs adductis.*

Sed contrariam opinionem tenet *Bartol. in l. is qui reus de public. Iudicijs,* vbi firmat carcerationem non opitulari carcerato citato, qui poteſt per procuratorem in iudicio adeſſe, quando eius culpa in carceribus detentus reperitur, vt refert *Alexand. vbi ſupra,* vbi etiam bona apoſtilla alios adducit, & ſic etiam in praxi abſque difficultate quotidie ſeruamus.

Amplia ſextò in Curia Mercatorũ,
16 in qua fideiuſſores † nulla facta principalis debitoris excuſſione carcerantur, quia excuſſio inter Mercatores locum non obtinet, *Gloſ. in §. final. authent. de fideiuſſ. vbi Bart. num.11. Caroc. de excuſſ. bonor. part.2. quæſt.32. in fine, & quæſt.48. in princ. Graſſ. de except. d. except. 10. nu.76.* vbi alios commemorat, & hæc eſt receptiſſima * opinio, de qua *Anton. Hering. vbi ſupra d. quæſt.27. num.281. & ſequent.* vbi plures alios cumulat, *Anton. Faber. deciſ.3. adductus per Ricc. d. collect. vlt. verſic. Limita decimò par.1. Capell. Tholoſ. deciſ.197. Boer. deciſ.221. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. d. quæſtione 5. num.109. verſic. Trigeſimuſquartus.*

Amplia ſeptimò in filiofamilias, qui
17 † cum poſſit pro patre, matre, auo, proauo, & alijs deſcendentibus fideiubere, vt diximus ſupra *in ampliat.10 principal. num.25.* & pulchrè etiam exiſtente Reg. Prag. de Senatuſconſult. Macedon. adnotauit *Paſchal. de virib. patr. poteſt. cap.6. num.123. verſic. Quæ concluſio part.1. Anton. Hering. de fideiuſſor. cap.7. à nu.348. verſic. Porrò, Bertazz. de clauſ. gloſ.5. clauſ.39. num.2. verſic. Et quia ſol. m.201.* etiam ſi ſit minor,
18 † maximè ſi pro patre carcerato interueniat fideiuſſor, rectè carcerari poteſt, nec beneficio reſtitutionis in integrum iuuatur, vt diximus ſupra *in d. ampliat.10.* & ſic concludunt præfati DD. allegati, & *Hering. d. cap.7. n.336. verſic. Quemadmodum cum alijs ſequentib.* vbi alios citat concordantes.

Amplia octauò, vt fideiuſſor de ſtãdo iuri, & iudicatum ſoluendo ad de-
19 biti ſolutionem teneatur, † quando ſe obligauit, debitorem deuictum, & ſub eius fideiuſſione relaxatum ſtare debere in iudicio, quandoquidem ſi idem fideiuſſor negligens fuerit, ne debitor relaxatus iuri ſteterit, & in mora dictus debitor per citationem cõſtitutus fuerit, hoc caſu fideiuſſor ad debiti ſolutionem ex mora, & contumacia debitoris teneri debet, vt eſt text. *in l.2. §. final. ff. qui ſatiſdar. cogant.* vbi hoc notat *Alex. num.6. verſic. Eſt igitur,* & de communi * teſtatur, & ibidem *Iaſon. num.9. verſic. Limita, & num.15. verſic. Nam reſponde.*

Et in mora dicitur conſtitutus debi-
20 tor † ſi citatus fuerit per edictum, & nõ comparuerit, hoc enim caſu citatio per edictum debet à Iudice concedi, & relaxari; Quandoquidem dum huiuſmodi citatio locum obtinere valeat,

quan-

quando quis per ſe, vel per alios prohibuerit, ne citatio ad eum perueniat, *vulg. clement.* 1. *de iudic. cum ſimilibus, Andr. Gail. practic. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 57. *in princ. verſic. Primò igitur, Boccat. in tract. de citat. cap.* 10. *verſic. Hæc citatio*, quem cum alijs commemorat *Gothofred. praxi ciuil. lib.* 2. *tit.* 4. *fol. m.* 917. *ſub litera C*, & hæc prohibitio
21 præcluditur per officiales † Baronales, & multò magis per metipſos Barones, qui inhibent, ne eorum Vaſſalli citentur, & ab eorum iuriſdictione auocentur, meritò hæc citatio per edictum concedi, & relaxari debet, & recto iure ex ea & debitor conſtituitur in mora, & fideiuſſor ad debiti ſolutionem & ad intereſſe ex debitoris mora compelli poteſt, vt annuunt præfati *Doctores in d.* §. *finali*, ſed cautela à nobis ſuperius relata *num.* 14. tutior eſt.

Nonò amplia, vt multò magis fi-
22 deiuſſor † abſque vlla principalis excuſſione poſſit conueniri, quando in inſtrumento non ſtetit in puris terminis fideiuſſionis, ſed vti principalis, & inſolidum, vt fieri ſolet, in eodem inſtrumento acceſſit, & ideo recto iure executiuè nulla facta diſcuſſione conueniri poteſt *l. Marcellus, vbi Alex. ad Bartol. in princ. ff. de fideiuſſor* & ſic concludit *Cenc. de cenſib. part.* 2. *cap.* 2. *quæſt.* 3. *artic.* 2. *num.* 8. *&* 9. *& num.* 17. *verſic. Primus cum allegatis, Caroc. in tract. de excuſſ. quæſt.* 3. *par.* 2. *Graſſ. de except. except.* 10. *num.* 66. *verſ. Item nec fideiuſſor, Mohedan. deciſ.* 2. *de fideiuſſ. Ricc. in collect.* 237. *verſic. Limita ſextò*, vbi eundem refert.

Primò declara hanc ampliationem etiam procedere, quādo fideiuſſor ob-
23 ligauit ſe in inſtrumento † etiam in puris terminis fideiuſſionis, per clauſulam omni meliori modo, cum interpoſitione iuramenti, & obligatione in forma Cameræ, quandoquidem hoc caſu nulla facta principalis excuſſione poteſt conueniri, vt poſt *Rot. Rom. deciſ.* 139. *nu.* 4. poſt eius tractat. impreſſum affirmat *Cenc. vbi ſupra nu.* 11. *verſic. Dicitur*, cui determinationi conueniunt ea, quæ ſupra adduximus *nu.* 8.

Secundò Declara hanc eandem ampliationem procedere, quando quan-
24 titas † debita eſt certa, & liquida, ſecus verò, quando eſt illiquida, vel negociū, de quo agitur non ſpectat ad ipſum fideiuſſorem principaliter, vt ſi eſt fideiuſſor tutorum, vel ſimilium, etenim & ſi non poſſit tunc opponi exceptio excuſſionis ſecūdum terminos *Authent. præſente C. de fideiuſſor.* poteſt tamen opponere, vt ſumma liquidetur, *Gloſ. in d. Auth. de fideiuſſoribus in princ. Aret. in* §. *ſi plures circa finem inſtit. de fideiuſſor.* cum alijs allegatis per *Graſſ. d. except.* 10. *num.* 65. *verſic. Sed hic aduertendum*.

Tertiò declara procedere, quando
25 dictus fideiuſſor † principaliter, & inſolidum ſe obligauit in eodem inſtrumento, ſecus ſi in vno inſtrumento debitor tantum acceſſit, & in alio fideiuſſor principali nomine, & inſolidum ſe obligauit, in hoc inquam caſu, fideiuſſor non poteſt conueniri, niſi prius principali debitore excuſſo, & ſic recto iure poteſt beneficium excuſſionis apponere, vt poſt *Gloſ. in d. auth. de fideiuſſ. in princ. in verbo, fideiuſſorem, verſ. Item quid ſi principaliter, Capell. Tholoſan. vbi Aufrer. deciſ.* 80. *Minſing. cent.* 2. *obſeruat.* 5. *num.* 1, & alios relatos firmat *Cenc. de cenſib. d. part.* 2. *cap.* 2. *quæſt.* 3. *artic.* 2. *num.* 15. *& ſeq. verſic. Quæ concluſio*, vbi reſpondet ad contrarium affirmantes.

Quartò declara procedere, quando
26 inſolidum, † & principaliter ſe obligauit, vt diximus in hac præſenti no-

ua

ua ampliatione, ſecus verò quando fideiuſſor ſe principaliter obligauit, abſque illa clauſula, *& inſolidum*, etenim hoc caſu, etiamſi in eodem inſtrumento accedat non poteſt conueniri, niſi prius principalis excutiatur, vt poſt *Petrum de Rauenn. in ſingul.* 200, firmat *Cenc. d. artic. 2. nu. 19. verſ. Ego tamen*.

27 Contrariam partem, quod † iſti fideiuſſori nõ competat beneficium excuſſionis, ſed teneri via executiua ad ſoluendum, ex pluribus relatis firmat *Oinotom. inſtit. de fideiuſſ. §. ſi plures nu. 11. verſ. Sed iam oritur*, ex illa præcipua ratione, quod ſi aliàs diceretur, fruſtratoria eſſet illa clauſula principaliter ſe obligauit, & omnes clauſulæ in inſtrumento debent aliquid operari, Quod multò fortius procedere affirmauit, quando in dicta clauſula principaliter adiecit alia verba, animo nouandi, quia tũc per nouationem transfertur obligatio *l. fin. C. de nouationibus*, abſque controuerſia poteſt nulla facta excuſſione conueniri, vt ibi firmat.

Decimò amplia fideiuſſorem abſque dubio conueniri poſſe nulla fa-

28 cta diſcuſſione principalis, quãdo † de eiuſdem principalis inopia conſtat, & id manifeſtum, & notorium eſſe apparet, ſecundum *Gloſ. final. in l. decem 16. ff. de verbor. obligat.* & hanc opinionem poſt *Doctores in d. Auth. præſente firmat Oinotom. in d. §. ſi plures nu. 4. verſ. Secundò ceſſat inſtit. de fideiuſſor. Afflict. deciſ. 318. Ricc. in collect. 237 verſ. Limita octauò, Iaſon plenè in §. in fraudem 6. num. 58. verſic. Primò ergo limitatur*, vbi alios allegat, *inſtit. de action.* vbi creditori incumbere hoc probare, affirmat *num. 70. verſ. Et iuxta*, & præci-

29 puè ſi creditor producat librum, † ſeu fidem æſtimi, ſiue cataſtri, ex quo probatur inſufficientia bonorum eiuſdem debitoris, vel ſi omnia bona alienata appareant per exhibitionem ſcripturarum, ſi bonis dictus principalis ceſſit, vel per famam, & alias probationes, de quibus plenè idem *Iaſon vbi ſupra num. 75.*

Et ſi contrarium aſſeueret creditor aſſerens plura alia bona reperiri vltra deſcripta in cataſtro, eidem creditori

30 † incumbit onus probandi, vt per multa exempla firmat idem *Iaſon vbi ſupra num. 71. 72. 73 & 74.*

31 Verum, ſi incertum † ex probationibus colligitur, quia principalis debitor aliqua bona poſſidet, tunc locum eſſe excuſſioni, affirmauit idem *Oinotom. vbi ſupra nu. 5. verſ. Aliàs*.

Vndecimò amplia, non eſſe admit-

32 tendam excuſſionis † exceptionem quando principalis debitor non eſt facilis ad conueniendum, vel quia eſt Tirannus, vel rixoſus, & non ſoluere conſuetus, his caſibus creditor poteſt agere contra fideiuſſorem, nulla facta principalis excuſſione, vt firmat *Iaſon in d. §. in fraudem nu. 69. verſic. Et per hanc*, vbi perpetuò hoc eſſe menti mandandum affirmat *Oinotom. in d. §. ſi plures, verſic. Tertiò ex prædicta*, vbi aſſerit hoc eſſe diligenter notandum contra eos, qui pro Ducibus, & alijs potentioribus eorum fidem interponunt, *Capell. Tholoſ deciſ. 196.* relati per *Ricc. collect. 237.*

Duodecimò amplia procedere, quã-

33 do principalis † debitor vita functus eſt, quando quidem nulla facta diſcuſſione hæredis principalis debitoris, poteſt fideiuſſor conueniri, dummodo defunctus in mora fuerit conſtitutus, & hæredis interpellatio præceſſerit, vt firmat *Cenc. de cenſib. d. artic. 2 num. 21. verſic. Limitatur ſecundò per text. in l. fideiuſſor obligari, § final. in fine ff. de fideiuſſor. Caroc. de excuſſ. bonor. part. 2. quæſt.*

*quæſt.*71. *num.*3. & *Capella Tholoſan. vbi Aufrer. deciſ.*130. *in fine*.

Decimotertiò amplia nec eſſe locum exceptioni excuſſionis, quando
34 † fideiuſſor renunciauit huic beneficio, quoniam dum hoc eſt de iure permiſſum, licitè fideiuſſor abſque alia diſcuſſione conueniri poteſt, *Gloſ. in Authent. hoc ita C. de duobus reis ſtipul. Oinot. in dicto* §. *ſi plures numero decimo, verſicul. Septimò ſilet, Cenc. de cenſibus dicto articulo ſecundo, numero vigeſimo, verſicul. Limitari*, vbi alios commemorat, *Capell. Tholoſ. deciſ.*166. *Ricc. in collect.*237. *verſic. Limita quartò*.

Decimoquartò amplia, quando fi-
35 deiuſſor conuentus negat † eſſe fideiuſſorem, etenim ſi de mendacio fuerit conuictus, non habet beneficium excuſſionis, *l. ſi dubitet* 10. §. *ita demum ff. de fideiuſſor. Iaſon. vbi ſupra numero* 79. *Oinot.* hoc firmat *in dicto* §. *ſi plures numero nono. Theſaur. deciſione* 50. *relatus per Ricc. in dicto collect.* 237.

Decimoquintò amplia in fiſco, qui abſque diſcuſſione principalis debi-
36 toris † poteſt fideiuſſorem conuenire, vt poſt *Guid. Pap. deciſ.*9. firmat *Ric. in d. collect.*237. *in fine*.

Declara omnes ſupradictas ampliationes, & alias, quæ breuitatis ſtudio omittuntur, vt quamuis poſſit fideiuſſor conueniri in caſibus relatis nulla facta excuſsione principalis de-
37 bitoris, poteſt etiam debitorē, † pro quo fideiuſsit eadem via executiua conuenire, quando idem fideiuſſor recepit ſtipulationem ſuæ indemnitatis ante damnum paſſum, vel vigore obligationis Cameralis, vel alterius inſtrumenti guarentigiati, vt latè hunc articulum etiam nulla facta per fideiuſſorem ſolutione, firmat *Cenc. de cenſibus dicta parte* 2. *cap.*2. *quæſtione tertia, artic.*3. *à num.*11. *vſque in finem*.

Limita primò, vt fideiuſſor datus non poſſit neque carcerari, neque aliter conueniri, quando credi-
38 tor † habet pignus à principale debitore, de quo poſſit commodè ſatisfieri, *Caſtrenſ. in l. inter eos* §. *creditor ff. de fideiuſſor. Hippolit. de Marſil. de fideiuſſor. in principio numero decimooctauo*, hoc eſſe indubitatum dixit *Polidor. Rip. ſingular. obſeruat. obſeruat.*60. *numero* 6. *verſic. Amplius folio* 56. vbi plures allegat.

Limita ſecundò, quando credito-
39 res conceſſerunt dilationem † quinquennalem, vel moratoriam principali debitori, quoniam hoc caſu nec eius fideiuſſores moleſtari poterunt, vt determinat *Carauit. in Ritu* 287. *numero decimoſeptimo, Graſſ. de except. dicta except. decima numero finali, verſicul. Vnum tamen, Anton. Henrig. in dicto tractatu de fideiuſſor. capitulo vigeſimoſecundo, numero* 82. *verſicul. Et magis, & capitulo vigeſimoſeptimo, numero* 79. *verſic.* Vel ſi, & videas quæ latius dicemus *in ſexta limitat. princip.*

Tertiò limita, vt quemadmodum parentes, filij, proximi, & cognati *Adhiuq de exeah. fi. fol.44 cap. 7i.*
40 defuncti debitoris, non poſſunt † per dies nouem à creditoribus moleſtari, ita etiam nec eius fideiuſſores, vt per *dictum Antonium Hering. de fideiuſſ. capitulo vigeſimoſeptimo numero* 73. *verſicul. Vigeſimum*, & diximus ſupra *in decimaquarta Ampliatione principali. An hæres poſſ. de perſon. carcerari numero* 56. & 57. *verſicul. Limita ſecundò*, vbi omninò videas.

Q Quar-

Quartò limita, quando fideiuſ-
41 ſor ſub pœna † banni ſe obligauit,
quia cum hæc obligatio ſit infirma,
vt tenet *Gail. de pac. publ. capitulo
ſecundo à princip. vſque ad numerum*
13. quem allegat ſequendo *Anton.
Hering. de fideiuſſ. capitulo vndecimo
numero 222. verſic. Sed poſſunt fo-
lio mihi 302.* ex conſequentia non
poteſt carcerari, vt bannum adim-
pleat.

Limita quintò, quando fideiuſ-
ſor acceſſit promittendo, quod car-
ceratus non diſcedat ab aliquo loco;
42 quia ſi † carceratus fuit iniuſtè de-
tentus, & aufugiat, non tenetur nec
eius fideiuſſor, nec ob fugam car-
cerati detineri poteſt; nec ad ali-
quam pœnam condemnari; ſic ex
pluribus diſputando concludit *Fa-
rinac. de carcer. & carc. quaſtione 30.
à num. 61. verſic. Limita primo hanc
quintam vſque ad numerum 70. folio
mihi 39.*

Limita ſextò, quando reus rela-
xatus ſub fideiuſſoribus aufugerit
43 † metu Iudicis rigoroſi, qui contra
eumdem reum minatus fuerit, ete-
nim ſi idem fideiuſſor datus citatus
fuerit, omninò liberatur, nec tene-
tur ad pœnam in fideiuſſione con-
tentam, *Vrſill. ad Afflict. deciſione
130. numero tertio, Baer. deciſione
215 numero 27. & numero 28. Fa-
rinac. de carcer. quaſtione 34. nume-
ro 136.* quos cum alijs allegat *An-
ton Hering. de fideiuſſor. capitulo 30.
numero 86. verſic. Formula. folio mi-
hi 695.*

Limita ſeptimò, quando creditor
44 debitori ſuo tempus ſolutionis † pro-
rogauit, quia ſi nouus conſenſus fide-
iuſſoris non interuenit idem fideiuſ-
ſor liberatur, nec hoc caſu poteſt
moleſtari *l. ſi cum Hermes C. locat. An-
dreas Gail. pract. obſeruat. libro primo
obſeruat. 91. numero vigeſimoſecundo,
verſic. Singulariter, & libro ſecundo,
obſeruat. 30. numero 12. verſicul. Item
quod.*

Declara tamen ita demum proce-
dere, quando fideiuſſor primo loco
obligationi acceſſit cum termini præ-
fixione, quia tunc liberatur fideiuſ-
45 ſor, tempus † enim prorogatum non
dicitur idem tempus, *Felin. in capit.
de cauſis numero tertio, de offic. & po-
teſt. Iudic. deleg.* ſecus verò quando
primo loco datus fuit fideiuſſor abſ-
que termini circumſcriptione, quia
hoc caſu dicta prorogatio, etiam ſi
fideiuſſor non accedat, obligatio-
nem eiuſdem fideiuſſoris non tollit;
ſic ex *Alexandro, Decio, & alijs Do-
ctoribus* concludit *Andr. Gail. dicta
obſeruat. 30. numero 12. verſic. Secus
eſt folio mihi 149.*

SVMMARIVM.

AMPLI. XVIII.

1 *Semiplena probatio definitur.*
*Eius quatuor Species recenſentur nu-
mero 2.*
3 *Teſtis vnicus deponens medio iuramento
in iudicio ſemiplenè probat.*
4 *Literarum comparatio inducit ſemiple-
nam probationem.*
*Eſt vltimum ſubſidium veritatis eruen-
dæ num. 5.*
6 *Ex ſcripturis priuatis inducitur ſemi-
plena probatio.*
7 *Fama an inducat ſemiplenam probatio-
nem, remiſſiuè.*
8 *Semiplena probatio ſufficit ad carce-
randum debitorem de fuga ſuſpe-
ctum.*

AM-

AMPLIATIO XVIII,
Etiam in ſemiplena probatione.

An debitor ex ſemiplena probatione poſſit carcerari?

SEmiplena probatio
dicitur illa, per quam
1 † rerum geſtarum fides
aliqua bono viro, hoc
eſt Iudici, fit, non tamen tanta, vt ex ea,
ſententiam poſſit proferre, *Maſcard. de probat. concluſ.* 11. *numero primo. Scard. eleganter in Theſaur. iur. in litera P, Probationis varia ſunt ſpecies verſicul. Alterum caput fol. mihi* 751. *Farinac. pract. crimin. quæſt.* 36. *num.* 19. *verſic. Probatio verſus.*

Eiuſdem ſemiplenę probationis qua-
2 tuor ſunt ſpecies, † Prima eſt, quan-
do vnicus teſtis pro actore, vel pro
reo in iudicio medio iuramento de-
3 ponit, cuius depoſitio † ſemiplenam
probationem inducere determinat Gl.
communiter * approbata *in l. iuriſiurandi C. de teſtibus, Scard. vbi ſupra verſicul. prima cum teſtis, & Maſcard. dicta concluſione vndecima, numero ſecundo, verſicul. Primum, plenè Farinacc. in tractat. de teſtibus, quæſtione* 53. *numero* 52. *verſicul. Limita decimoſeptimò*, vbi communem * appellat, *Mancin. in tractatu de iurament. parte ſecunda articulo* 6. *numero tertio, verſic. Inſurgitque.*

Secunda ſpecies ſemiplenæ proba-
4 tionis eſt literarum † comparatio, de
qua plura, diximus *ſupra quæſtione quarta de ſcriptura priuata*, vbi quando, & quomodo literarum compara-
tio probet differuimus, literarum au-
5 tem comparatio eſt vltimum † ſubſi-
dium indagandæ veritatis; quando
nec teſtes, nec tabellio produci poſſunt, vt veritatem ſcripturæ controuerſæ atteſtentur, de qua diffinitione, *Maſcard. vbi ſupra quæſtione duodecima per totum, & Scard. in dicto verbo, probationis varia ſunt ſpecies, verſicul. Secunda ſpecies, & Farinac. practic. criminal. dicta quæſtione* 36. *numero vigeſimoſecundo, verſicul. Semiplena.*

Tertia ſpecies ſemiplenæ proba-
6 tionis eſt illa, quæ conſtat † ex Scri-
pturis priuatis, de quibus diximus *ſupra quæſtione* 3. 4. *&* 5. de qua ſpecie verba facit, *Scard. vbi ſupra verſicul. Tertia ſpecies, Maſcard. de probation. quæſtione* 13. *per totam volumine primo.*

Quinta, & vltima ſpecies ſemiplenæ probationis reſultat ex illis præſumptionibus, quæ indubitatam fidem non habent, prout in fama exemplificat *Maſcard. de probation. dicta quæſtione* 11. *numero* 21. *verſic. Secunda verò*, & ibi per eumdem remiſſiuè in locis commemoratis, in quibus
7 adeundus eſt, quia fama ſola † per
ſe inducit præſumptionem quandam, ſed ad finem inducendam non afficit *l.* 3. *§. eiuſdem de teſtibus, Scard. vbi ſupra, verſic. Quarta denique ſpecies folio mihi* 751. *& in eadem litera P, verbo, Probatio, & præſumptio verſic. Oritur quæſtio folio mihi* 752. & quando, & in quibus caſibus fama in ciuilibus probet, videndus eſt *Farinac. tomo ſecundo partis primæ in titul. de indicijs, & tot. quæſtione* 47. *à numero* 94. *vſque ad numerum* 153. *& numero* 172.

Vnde in caſibus, in quibus ſemiple-
8 nam † habemus probationem, poteſt
procedi ad capturam perſonę, & rerum pro Iudicij aſſecuratione, *notat Angel.*

in l. nemo carcerem C. de exact. tribut. lib. 10, Iaſ. contr. Bartol. in l. ſi fideiuſſori § fin. num. 12, verſic. Breuiter tene, cum allegatis per eum C. qui ſatiſd. cogant. Cenal. commun. contr. commun. quæſtione 133. num. 6. folio mihi 115. Ioſeph. Ludouic. deciſione Peruſ. 41. numero 6. verſicul. Quo verò.

SVMMARIVM.

AMPL. XIX.

1 *Litis pendentia non dicitur, niſi reus per citationem inſtruatur.*
Sex requiſita recenſetur ad hoc, vt dicatur exiſtere num. 2.
Alia recenſentur ex quibus reſultat numero 3.
Per citationem circumductam non inducitur num. 4.
5 *Debitor carceratus, ſi allegat litis pendentiam, non auditur.*
6 *Exequutiuo iudicio competunt plura remedia.*
Non procedit in iudicio ordinario numero 7.
Maximè, ſi lis fuit conteſtata numero 8.
9 *Actor qui iudicium ordinarium proponit non poteſt exequutiuè pro eadem cauſa procedere.*
Dummodo non fuit proteſtatus numero 10.
11 *Debitor carceratus pro iudicij aſſecuratione, ſi appellat non relaxatur.*
Et multò magis procedit in debitis fiſcalibus num. 12.
Effectus ſuſpectus lite pendente carceratur num. 13.
14 *Actori non licet iudicium mutare.*
15 *Mutare iudicium quando dicitur.*
16 *Continentia cauſæ non eſt diuidenda.*
17 *Exceptio litis pendentiæ, & cauſæ continentia eſt opponenda ante litis conteſtationem.*
18 *Captura debitoris lite pendente non inducit attentatum.*

AMPLIATIO XIX.
Etiam lite pendente.

An lite pendente poſſit debitor vti ſuſpectus de fuga ad carceres deduci?

GVID. *Pap. in quæſt. 488. Lis non dicitur folio mihi 674. & Minſing. obſeruat. 26. cent. 4. Non ſemel in Camera,* quos etiam ad literam refert *Gothofred prax. ciuili lib. 2. tit. 4. de in ius voc. folio mihi 1023. & 1024. lib. 2.* affirmant litis
1 pendentiam † non dari, niſi per citationem reus inſtruatur, *text. in Clementina cum lite, vt lite pendent. nihil innouetur.*

Et propterea concludunt in ſupra-
2 dictis locis, ſex requiſita † neceſſaria eſſe ad hoc, vt lis pendere dicatur. Primò, quod citatio emanauerit. Secundò à Iudice competente. Tertiò, quod ad citatum peruenerit, vel per eum ſteterit, quo minus peruenerit. Quartò, quod ex citatione plenè inſtructus ſit. Quintò, quod citatio ſit apta. Sextò, quod nuncius legitimè denunciauerit; Septimum requiſitum addit † *Ranchin. ad dictam deciſ. Guid. Pap.* quod poſt dictam notificationem, & relationem contumaciæ incuſentur in iudicio die certa, & ſtatuta, & cum iſtis requiſitis per ſolam citationem inducitur litis pendentia ſecundum magis
* communem * ſententiam relatam *per Anton. Hering. in tractat. de fideiuſſor. capitulo vigeſimotertio, numero 46. & 49.* vbi ſic puto eſſe intelligendam

dictam

dictam magis communem ſententiam.
3 Et lis pendere dicitur † per libelli
oblationem, per appellationem, per re-
lationem Principi per Iudicem factam,
per Iudicis recuſationem, per reſtitu-
tionis in integrum petitionem, Guid.
Pap. deciſ. 337. Pro declaratione num. fin.
& addent. ad eundem Pap. in d. deciſ. ſeu
quaeſt. 488. in litera A, in verb. Pendere,
qui addunt per libelli porrectionem,
per impetrationem Iudicis, & per cau-
ſæ commiſſionem, de quibus omnibus
fusè, eruditè, & doctè plura tradidit,
Lancellot. in tract. de attentat. parte 2.
cap. 4. num. 1. 2. 3. 4. 5. & pluribus alijs
ſequentibus folio mihi 45.

Sed per citationem circumductam
4 † non inducitur litis pendentia, Muſca-
tell. in prax. ciuil. lib. 1. par. 2. Gloſ. tribu-
nali nu. 6. folio mihi 28. cum allegatis, vbi
nu. 7. & 8. quando citatio dicatur cir-
cumducta; quibus addo adducta per
Anton. Hering. in tract. de fideiuſſ. cap. 23.
num. 47. verſic. Niſi modò.

In caſu, de quo agitur, quamuis cre-
5 ditor † eius debitorem per citationem
conuenerit in foro eiuſdem debitoris,
ſi tamen in foro creditoris fuerit ca-
ptus, vti ſuſpectus de fuga, ſi litis pen-
dentiam allegauerit, tamen nõ obſtan-
te litis pendentia allegata, debet iudi-
cium aſſecurare, & fideiuſſionem de
ſtando iuri, & iudicatum ſoluẽdo præ-
ſtare, Caualc. deciſ. 1. num. 15. verſic. Licèt
in executiuis cum allegatis, Rip. in cap. 1.
verſic. Sextò amplia ſub num. 88. de iudic.
folio mihi 19. Petr. Pecch. de iur. ſiſt. cap. 4.
verſ. Quinimò, relatus per Gothofred. vbi
ſupra folio mihi 601. Galter. in prax. in-
ſtrum. 3. part. princip. rubr. 2. nu. 18. fo-
lio 291. Marant. diſput. 6. num. 7. ver-
ſic. Septimò, quia in executiuis abſque
6 litis † conteſtatione proceditur; Ideo ſi
coram vno Iudice creditor iuſtitiam
non fuerit conſequutus, poterit co-
ram alio paratam habere exequutio-
nem, Coler. de proceſſ. execut. par. 4. cap. 1.
num. 59. verſic. Cuiuſmodi folio 755. &
part. 1. cap. 10. num. 191. verſic. Haec adie-
ctio folio mihi 325. Et poſſunt in exe-
quutiuis plura intentari remedia, nec
eſt permiſſum in eis litis pendentiam
allegare, Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4.
limit. 2. num. 84. verſic. Quintò ſimiliter
folio mihi 125. cum allegatis, Giurb. deciſ.
100. D. Antonia nu. 16. verſic. Tum quia
folio mihi 502. & deciſ. 55. num. 18.

Primò declara hanc ampliationem
7 non procedere quoties † creditor iudi-
cium propoſuerit ordinarium, & eoſ-
dem iudicio pẽdente, vult exequutiuè
procedere, quia hoc caſu non poteſt
debitor forenſis pro iudicij aſſecura-
tione detineri, ſed creditor tenetur iu-
dicium proſequi vſque ad ſententiam.
Caualcan. dicta deciſione 1. num. 16. ver-
ſic. Tamen hoc procedit, Coler. vbi ſupra
dicta parte 4. cap. 1. dicto num. 59. ver-
ſic. niſi fortè folio mihi 756. Muſcatell.
prax. ciuil. lib. 1. parte 2. Gloſ. Tribunali
in addit. in litera C, in verbo, Continen-
tia folio mihi 29. Rot. Roman. diuerſ. in
deciſione 590. Dubitaui an Dominus par-
te 4. quod eò magis procedere vide-
7 tur ſi lis fuerit conteſtata, † vt firmat
Vrſill. ad Afflict. deciſ. 326. num. 2. ver-
ſic. Tamen Alexander, & Decius folio mi-
9 hi 312. etenim ſi actor ordinariè † cœ-
pit agere, non poteſt viam illam relin-
quere exequutiuè procedendo l. proin-
dè §. notandum, vbi Gloſ. ff. ad leg. Aqui-
liam, Guttier Pract. Quaeſt. lib. 3. quaeſt.
29. num. 3. verſic. Sed pro contraria fo-
lio mihi 195. Cenc. in tract. de cenſibus
par. 2. cap. 2. quaeſt. 5. art. 6. nu. 28. verſic.
Limitatur, Giurb. d. deciſ. 100. num. 53.
verſic. Nam ſi ordinariè cum allegatis, &
deciſ. 55. num. 18. verſic. Secundò, Muſca-
tell. in dicta par. 2. dicta Gloſ. Tribuna-
li in addit. in dicta litera C, in verbo,

Continentia, Rot. Roman. Diuerſ. d. deciſ.
590. par. 4. Frecc. de præſent. inſtr. par. 9.
quæſt. 9. per totam.

Subdeclara tamen non procedere,
10 quando agens † via ordinaria fuerit
proteſtatus, quod per dictam electio-
nem noluit viæ executiuę præiudicare,
quia hoc caſu non obſtante electione
viæ ordinariæ, poteſt ad executiuam
regreſſum habere, *Guttier. vbi ſupra d.*
quæſt. 29. num. 5. verſic. Secundò limita-
tur, Giurb. d. deciſ. 100. dicto num 53.
verſic. Niſi eam viam, Muſcatell. in dicta
prax. ciuil. lib. 1. parte 2. Gloſ. Tribunal.
in addit. in lit. C, in verbo, Continentia, in
fine, Cenc. de cenſib. d. artic. , nu. 29. verſ.
Quod tamen, vbi aſſerit ſic fuiſſe de-
ciſum.

Secundò declara, vt ſi debitor carce-
11 ratus appellet † non obſtante appel-
latione debeat ad carceres duci, & de-
tineri, *Bart. in l. ab executione 5. num. 3.*
verſic. Ex quo nota C. quor. appell. non re-
cipiant. Pap. deciſ. 225. vbi etiam adden-
tes folio 370. Lancell. de attent. parte 2.
cap. 12. limit. 15. num. 10. verſic. Et ſi-
militer.

Amplia, vt multò fortius procedat
12 in fiſcalibus † debitoribus, qui ad ap-
pellationem non admittũtur, *Peregrin.*
de iur. fiſc. lib. 6. tit. 7. num. 24. verſic.
Debitores folio mihi 43.

Tertiò declara, vt ſi lite pendente ef-
13 ficiatur debitor † ſuſpectus de fuga,
poſſit non obſtante litis pendentia ca-
pi, & arreſtari, etiam propria credito-
ris authoritate, *Alex. conſ. 105. Magni-*
ficè Prætor num. 1. lib. 3. folio mihi 88.
Lancellot. in tract. de attent. d. part. 2. cap.
4. Ampliat. 1. num 5. folio mihi 100. vbi
ex Angelo ſic teſtatur receptum eſſe in
praxi, *plenè Frecc. de præſent. inſtrum.*
parte 9. quæſtione 9. num. 8. folio mi-
hi 141.

Quartò declara, vt non liceat actori
14 mutare iudicium, † quia ne dum mu-
tans tenetur ad expẽſas, & perdit cau-
ſam *l. eum quem 79. cum ſimilibus ff. de*
iudic. Specul. de libell. concept. §. 8. num. 2.
& 3. & 4. & magis explicitè num. 9.
Hieronym. Vercell. in edita actio, numero
167. vbi hanc appellant communem
C. de edend. ſed hodie punitur arbitrio
Iudicis, *Iaſon. in l. nulli prorſus C. de iu-*
dic. Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 354. nu-
mero 1.

Mutare autem tunc dicitur quando
15 illud idem, † quod propoſui corã vno
Iudice, coram alio proponere volo,
Muſcatell. in d. prax. ciuil. d. par. 2. Gloſ.
Tribunali num. 18. verſic. Nam mutare,
& tunc habet locum *l. vbi ceptum de iu-*
dicij, vt per Muſcat. ibidem.

Quintò declara, vt non ſit permiſ-
16 ſum, † nec etiam continentiæ cauſam
diuidere, *l. nulli C. de iudicijs,* & diui-
dens cauſæ continentiam arbitrio Iu-
dicis punitur, latè *Menoch. de arbitrar.*
iudic. caſu 371. num. 2. Minſing. ſingul.
obſeruat. centur. prima obſeruat. 4. & ob-
ſeruat. 97. cum alijs allegatis, & quo-
modo, & in quibus caſibus proce-
dat, *vide latè Menoch. vbi ſupra per to-*
tum.

Differentiam autem inter litis pen-
dentiam, & ne cauſa continentiæ diui-
datur, ponit *Muſcatell. in d Gloſ. Tribu-*
nali num. 22. verſic. Ipſi autem.

Subdeclara tam dictam tertiam,
quàm etiam quartam declarationem,
17 quod exceptio † litis pendentiæ, &
ne cauſæ continentia diuidatur debent
opponi ante litem conteſtatam, quia
ſunt exceptiones dilatoriæ, vt de litis
pendentia ait *Muſcatell. vbi ſupra di-*
cta Gloſ. Tribunal. numero 13. verſic. Item
non dubia, & Minſing. dicta obſeruat.
97. num. 3. verſic. Illud quoque, niſi op-
ponens fuerit proteſtatus, vt prope di-
ximus.

Sextò

Sextò declara, vt captura ſupradicta etiam lite pendente facta non in-
18 ducat attentatum, quia † non fit, vt ſoluatur, neque ad effectum exequendi, ſed vt debitor caueat de ſtando iuri,& iudicatum ſoluẽdo, prout ita fuit deciſum *per Rot. Rom. in nouit. nouiſ. deciſ. 926. par. 2. fol. mihi 371. Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 4. num. 245. fol. mihi 61.*

SVMMARIVM
AMPL. XX.

1 *Iudicis incompetentię oppoſitio propriè non eſt exceptio, ſed defenſio.*
Non eſt reiecta à ſtatuto num. 2.
3 *Debitor ſuſpectus de fuga poteſt arreſtari coram quocumque Iudice incompetenti.*
Procedit duobus concurrentibus requiſitis ſecundum aliquos num. 4.
5 *Iudicis incompetentia non admittitur, quando eſt deſtinatus locus ſolutionis.*
Non habet locum, etiam ſi Iudex, qui commiſit capturam ſit mortuus numero 6.
7 *Obligatus in forma Cameræ non poteſt opponere Iudicis incompetentiam.*
Nec quando promittit poſſe vbique conueniri num. 8.
Procedit etiam in obligatione iurata numero 9.
Actoris eſt electio pro conueniendo debitore num. 10.
11 *Bannitus poteſt vbique ſuum debitorem conuenire.*
12 *Exceptio incompetentiæ Iudicis non poteſt opponi contra inſtrumentum liquidum.*
13 *Confraternitates, & eorum officiales conueniuntur coram Iudice laico.*

AMPLIATIO XX.

Etiam coram Iudice incompetenti.

An debitoris captura poſſit fieri coram Iudice incompetenti?

1 IVDICIS incompetentiæ oppoſitio † non eſt propriè exceptio, ſed defenſio ſecundum *Bal. in l. 1. num. 4. C. de iur. & fact. ignorant. Muſcatell. in prax. ciuil. lib. 1. par. 2. Gloſ. Competentes num. 21. verſ. Præterea Graſſ. in tract. de except. except. 18. num. 2.*

Et quamuis hæc exceptio non vi-
2 deatur † reiecta à ſtatuto omnes reijciente exceptiones, *Gloſ. fin. in Clem. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* & ex pluribus authoritatibus exornat *Graſſ. d. except. 18. num. 1.* & impediat carcerationem, *Pand. de execut. inſtrumentor. par. 5. num. 40. 23. declar. fol. mihi 527.* Tamen in caſu, de quo agitur, debitor de
3 † fuga ſuſpectus coram quocumque Iudice incompetenti arreſtari poteſt, *l. de pupillo §. ſi quis riuos, vbi Iaſon num. 2. verſ. Imò ff. de oper. nou. nunciat.* maximè ſi fugæ ſuſpicio eidem Iudici apparere oſtendatur, *Roland. à Valle plenè in conſ. 65. Captura cõmiſſa vol. 3. per totum, Minſinger. ſingular. obſeruat. obſeruat. 65. cent. 2. Petr. Pecch. de iur. ſiſtend. & man. iniect. cap. 8. verſic. Excipio in fin. fol. mihi 633. & cap. 10. num. 11. verſic. Poſſumus quoque fol. 639. & in vtroque loco apud Gothofred. vol. 1. Nouiſſ. Anton. Hering. in tract. de fideiuſſor. cap. 5. num. 41. cum allegatis folio mihi 51. inter Noſtrates Cauenſ. in ritu 170. num. 8. & num. 12. inter ritus Carauit. fol. mihi 206. vbi etiam addentes liter. C. Mancin. in tract. de Iuram. effect. 6. nu. 20. part. 4. folio mihi 218. Galter. in prax. crimin. inſtrument. part. 3. principali rubr. 2. num. 21.* vbi declarat procedere
4 duobus cõcurrentibus, ſi Iudicis † cõpetentis præſentia non reperiatur, & captus

captus Iudici competẽti tradatur, ſed eius dictum non procedit in ſequentibus declarationibus, nec in his partibus admittitur dicta diſtinctio, *Graſſ. d.except. 18. ſub nu. 12.* vbi alios quamplures allegat. *Caball. Milleloq. 646. Ariſm. Tepat. var. ſentent. tit. 280. cap. 2. & Flau. Tort. ad ſtat. Pap. ad ſtat. 7. num. 31. & 32. verſic. An autem folio mihi 255.*

Amplia primò, vt multò fortius reijciatur hæc exceptio incompetentiæ
5 Iudicis, quando eſt deſtinatus † locus ſolutionis, quoniam ſi debitor ibi inueniatur ibi conueniri poteſt, ratione enim deſtinatæ ſolutionis debitor eundem locum ſortitur, *Abbas in cap. dilecti in princip. de for. compet. Amat. deciſ. 81. num. 8. Graſſ. de exception. d. except. 18. nu. 11. verſic. Quæro ſextò cum alijs commemoratis, Rota Ianuenſ. deciſ. 161. Perijt Gaiatius num. 6. & 7. fol. m. 216.*

Amplia ſecundò idem procedere, quando debitor promiſit ſoluere vbique locorum, etenim hoc caſu dicta exceptio Iudicis incompetentię reijcitur, & debitor vbique conueniri poteſt, *Bart. in l. ſi cõuenerit ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* eſt commun. opinio, * de qua teſtatur *Carthar. deciſ. Rota Ianuenſ. 6. num. 5. verſic. Quod,* vbi plures alios adducit.

Et ideo in facti contingentia ex dicta clauſula in inſtrumento apposita pluries reſpondi, rectè debitorem conueniri poſſe in tribunali regiæ Dohanellæ menepecudum Aprutij, quod & ſi deſtinatum appareat ad rationem reddendã contra patronales pecudum, earumque Paſtores, nihilominus ex dicta clauſula rectè debitor, etiamſi dictum forum non ſortiatur, conueniri poteſt, vt paſſim in praxi abſque controuerſia ſeruatur.

Contrarium firmare videtur *Mart. vot. 96. Ego dixi num. 1. & 2.* vbi aſſerit debitorem eſſe conueniendum in loco idoneo, vel ratione domicilij, vel quia in aliquo loco repertus fuit, ſed prima opinio * eſt magis communis, *vt per Carthar. vbi ſupra,* & vide alia allegata *inferius num. 8.*

Tertiò amplia, etiamſi Iudex, qui
6 capturam commiſit † mortuus ſit, quia nihilominus debitor coram eodem Iudice conuentus detineri poteſt, *Bart. in l. fundi nu. 4. ff. de acquir. poſſeſſ. Galter. in prax. inſtrument. Rubr. 2. num. 2. par. 3. princip.*

Amplia quartò dictã exceptionem
7 eſſe reijciendam, quando debitor † apparet obligatus in forma Cameræ, is enim poteſt vbique per creditorẽ conueniri, *l. ſi conuenerit ff. de iuriſd. omn. iudic. Galleſ. de obligation. ad form. cam. part. 2. quæſt. 1. Surd. conſil. 280. nu. 13. lib. 2. Amat. d. deciſ. 81. nu. 2* quos cum alijs adducit *Graſſ. d. except. 18. num. 4. verſic. Sed aduertendum.*

Amplia quintò eandem exceptionem eſſe reijciendam, quando debi-
9 tor † ſe obligauit, vt poſſet conueniri coram quocumque iudice, & promiſit ſoluere ibi, & coram quo, vel quibus fuerit cõuentus, vt ex pleniſſimis clauſulis in inſtrumento apponi ſolitis apparet, ijs enim attentis, non poteſt debitor Iudicis incompetẽtiam opponere, maximè ſi eius foro renunciauit, & quod poſſit vbique capi, vt diximus *ſupra quæſt. 7. num. 29.* Equidem propter effuſum ſermonẽ poteſt cõueniri in loco ſatis remoto, *Coler. de proceſſ. exequut. part. 2. cap. 1. num. 94. verſic. Secus ſi promiſerit ſoluere* cũ allegatis, ſic etiam diſtinguendo concludit *Graſſ. de exception. d. except. 18. num. 7. verſic. Quæro Secundo,* & hanc opinionem appellat magis * cõmunem, *Coler. vbi ſupra par. 1. cap. 10. nu. 184. 185. 186. fol. m. 25.*

&

& in hoc caſu bona poſſunt ſequeſtrari extra territorium vigore hypothecæ in contractu appoſitæ, *Flau. Tort. vbi ſupra num.* 36. vbi allegat *Anchar. conſ.* 140. *& Carot. de ſequeſtr. part.* 3. *quæſtione* 26.

Declara hanc quintam ampliationem, vt multò fortius procedat, ſi di-
9 cta promiſſio † fuerit iurata, prout ſunt omnes obligationes inſtrumentales, etenim hoc caſu obligatur debitor, vt poſſit cõueniri coram quocumque Iudice, *Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.* 74. *num.* 165. *& num.* 166. *verſic. Tertiò quamuis* cum alijs allegatis *per Graſ. vbi ſupra num.* 7. *verſic. Item ego diſtinguo.*

Secundò declara, quando reus ha-
10 bet plures Iudices † competentes, coram quibus ſecundum verba contractus poteſt conueniri, prout ex dictis pleniſſimis clauſulis apparet, tũc enim electio eſt actoris, corã quo velit ſuum conuenire debitorem, *Afflict. ſuper conſtit. regni rubr.* 37. *nu.* 18 *Intrigliol. conſ.* 19. *num.* 4. *lib.* 1. quos allegat dictus *Graſſ. in d. except.* 18. *num.* 12. *verſic. Et quando reus.*

Amplia ſextò in Bannito, qui po-
11 teſt † cõuenire eius debitorem in quocumque loco, etiam quod ibi non ſortiatur forum, eſt *Gloſ. ſingularis in l. vſuras C. de ſolut.* eam ſequitur *Roman. conſil.* 72. *Franciſc. Cremenſ. ſingul.* 125. quos ita tenendo adducit *Curt. iun. in l. hæres abſens* §. *ſi quis tutelam num.* 3. *verſic. Notabilis ff. de iudic.*

Amplia ſeptimò in inſtrumento li-
12 quidato, vel proximè † liquidando, contra quod cum non poſſit opponi aliqua exceptio, niſi realis ſolutionis, vel in vinculis, vel facto depoſito, nec Iudicis incompetentię exceptio contra illud opponi poteſt, *vt ex Carauit. ex rit.* 166. *nu.* 74. *verſic. Tu autem*, concludit *Conſil. Rouit. in prag.* 1. *nu.* 4. *verſic. Dixi de tit. abuſ. in ſcript. ſublat. ſolio mihi* 620.

Amplia octauò in confraternitatibus, vel in earum officialibus, qui con-
13 ueniuntur † coram Iudice laico, quia hoc caſu non poteſt opponi de Iudicis incompetentia, ſiquidem abſque dubio ſunt conueniendi, & debent conueniri coram Iudice Laico, dummodo nõ agatur de re ad Eccleſiam, vbi confraternitas, vel ſocietas congregatur pertinenti, ſic ex pluribus allegatis firmat *Caualc. deciſ.* 17. *num.* 69. *verſic. In fraternitate col.* 2. *fol. mihi* 504. *deciſ. diuerſorum.*

SVMMARIVM

AMPL. XXI.

1 *Ceſſionarius agere poteſt via executiua, quia hæc cedi poteſt.*
Multò magis ſi debitor eſt fugitiuus numero 2.
3 *Statutum faciens mentionem de creditore, habet locum in ceſſionario.*
4 *Debitor ſi poteſt arreſtari per creditorem, poteſt etiam arreſtum fieri per ceſſionarium.*
5 *Ceſſione actionis facta, dicitur conceſſa poteſtas capiendi debitorem.*
6 *Ceſſionarius non obſtante litis pendentia, ſuper ceſſione petit executionem inſtrumenti.*
Dummodo non appareat de nullitate ceſſionis num. 7.
Pro cenſu agitur via executiua num. 8.
Maximè ſi in ceſſione appoſita eſt clauſula ponens num. 9.
Ex facultate conceſſa poteſt poſſeſſionem adipiſci num. 10.
Procedit, dummodo conſtet de ceſſione numero 11.
Et non ſit facta in potentiorem num. 12.
13 *Potentiores perſonæ quæ dicantur.*

Ceſſio-

14 *Ceſſiones factæ in potentiores ſunt omninò prohibitæ.*
15 *Cedens in potentiorem perdit omne ius.*
16 *Legatum in teſtamento poteſt collocari in potentiorem.*
17 *Clericus non continetur in ſtatuto loquente de Magnatis.*
18 *Ceſſio facta in potentiorem, non habet locum ſi eſt facta malitioſè.*
19 *Ceſſionarius non repræſentat inſtrumentum via ritus.*
Poteſt obligationes accuſare num.20.
Poteſt cum cedente repræſentare inſtrumentum num.2.
22 *Cedens an poſt ceſſionem poſſit agere contra debitorem ceſſum, vide remiſſiuè.*

AMPLIATIO XXI.
In ceſſionario.

An Ceſſionarius arreſtare poſſit debitorem?

ad Papienſ. in form. libel. ... gloſ. ... fol. 644. Caballi. Millelog. 632 fol. 39.

HOc ius executiuum, de quo in præſenti tractatu ſermonem habemus, non ſolum poteſt exerceri per principalem creditorem, verum etiam per eius ceſ-
1 ſionarium, † etenim actio, quæ paratam habet excutionem cedi, & renunciari poteſt *l. ſi hæres 7. vbi Gloſ. in verbo poteſtatem in fine ff. famil. herciſc.* prout etiam executiui iuris ceſſio fieri poteſt *text. in l. 1. C. de contrar. iudic. tutel. Tiraquell. de retract. lignag. gloſ. 3. §. 29. num. 23. verſic. Vigeſimoſextò, Menoch. de adipiſcend. remedio 4. num. 254. verſ. Quintò*, & præcipuè illud, quod creditor habet pro captura debitoris fu-
2 gitiui, hoc enim † & cedi, & demandari poteſt, vt per *eumdem Tiraquell. in d. gloſ. 3. num. 24. verſic. Vigeſimoſeptimò, per text. in l. Imperator, ff. qui ſin manum. ad libert. peruen.* quem etiam notat *Franc. Aret. in l. ſi ita ſtipuler per te ff. de verbor. obligat.* & ideo ſi ſtatu-
3 tum † dictat, vt debitor poſſit carcerari ad inſtantiam creditoris, poterit etiam carcerari ad inſtantiam ceſſionarij ipſius creditoris, *Bald. in l. per diuerſas in 10. quæſt. C. mandati, Iaſon in §. fuerat num. 62. inſtit. de action. Alex. in l. poſtulante num. 9. & 10. ff. ad Trebel. cum alijs allegatis per Graſſ. in tract. de except. in prælud. nu. 194. verſ. Ita etiam Coler. de proceſſ. exequutiuis par. 2. cap. 2. num. 29. verſic. Ac quod ſtatutum*, vbi
* de magis * communi teſtatur.

Et cõſequenter ſi debitor fugitiuus,
4 vel de fuga ſuſpectus † poteſt arreſtari ad inſtãtiam principalis creditoris, poterit etiam in carceres detrudi ad inſtantiam ceſſionarij ipſius creditoris, *vt per Bald. in d. l. per diuerſas, Rom. conſ. 142. Quia ceſſionarius, Rebuff. ad ordinat. Regni Gall. tom. 1. art. 6. gloſ. 3. num. 42. verſic. Et quia melius Gothofred. in praxi ciuil. lib. 2. in tit. de in ius vocan. cap. 3. num. 6. vbi Petr. Pecch. fol. mihi* 594. & hæc eſt recepta omnium ſententia, * de qua teſtatur *Bertaz. in trac. de clauſ. clauſ. 29. gloſ. 10. num. 2. verſ. Sed non leue dubium folio mihi* 155. vbi impugnando diſtinctionem *Aret. in l. 1. nu. 23. ff. ſi cert. petat.* hanc vti communem * approbat & ſequitur. *Cumia in Rit. Sicil. cap. 29. num. 1. & ſeq. folio mihi 149. Tiraquell. de retract. lignag. in d. §. 29. gloſ. 3. d. num. 23. & 24. Bernard. Pand. de execut. inſtr. part. 2. 23. declar. num. 93. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap. 2. num. 18. verſic. Sexto extenditur, & num. 30. verſic. Vnde alij, Iaſon. in l. 1. §. fin. num. 4. in fine ff. de oper. nou. nunciat.*

Amplia primò, quod cedendo actio-
5 nem videtur etiam † eſſe conceſſa poteſtas capiendi debitorem authoritate propria in primo inſtrumento ſtipulatam,

tam, *Bar. in l. 1. §. fin. ff. de nou. oper. nunc.*
& hoc nullam habere difficultatem di-
xit *Mareſcot. var. reſolut. lib. 1. cap. 40.
num. 1. folio mihi* 102.

Secundò amplia etiam pendente
nullitate, & lite ſuper iure eidem ceſ-
6 ſionario † conceſſo, quia non obſtante
litis pendentia inſtruméti ceſſi execu-
tionem idem ceſſionarius petere po-
teſt, & ad eam debet admitti, *Socin. in l.
pecuniam num. 11. ff. ſi certum petat. &
conſil. 78. num. 10. vol. 3. Carthar. deciſ.*
113. quos allegãdo ✱ ſic fuiſſe deci-
ſum teſtatur *Giurb. in deciſ. 100. num.
1. verſ. Primus eſt, & nu. 11. verſ contra,*
& ita *ex Vinc. de Franc. deciſ. 373.* fuiſſe
iudicatum refert.

Declara tamen hanc ampliationem
7 non procedere, quando † euidenter ex
ceſſionis inſtruméto appareret, ceſſio-
nem omninò eſſe nullam, *Gratian. di-
ſcept. 118. nu. 46.* quem refert ſequen-
do *d. Giurb. d. deciſ. 100. ſub d. n. 1. in fin.*

Tertiò amplia, vt multò magis pro-
8 cedat in ceſſionario cenſus, † qui po-
terit etiam executiuè, prout poterat
cedens procedere contra debitorem
cenſus, ſecũdum cõmunem ✱ opinio-
nem, de qua *Intrigliol. in tract. de cenſ.
quæſt. 13. num. 1. & ſequent. & in ſin-
gular. 13. lib. 2. vbi plenè Conuerſ. Foller.
de cenſib. in text. tanquam res iudicata
num. 26. verſ. An autem. Barz. deciſ. 56.
num. 39. & 40. folio mihi* 150. vbi di-
9 xit maximè procedere, † quãdo in ceſ-
ſione eſt appoſita illa clauſula, prout
ſemper apponitur, *Ponẽs eundem ceſſio-
narium in vniuerſum ius locum, & priui-
legium ſuum conſtituens, &c.* vt ibi per
eum, *Roderig. de ann. reddit. par. 2. c. 17.
num. 11. verſic. Sed his non obſtantibus
fol. mihi 515. Galter. in prax. inſtrumen.
part. 1. ſecunda part. num. 25. verſ. Se-
cundò ſublimites. Cenc. de cenſib. part. 2.
cap. 2. art. 6. num. 7. verſic. Primò,* vbi
alios adducit concordantes.

Amplia quartò in ceſſionario, cui
eſt conceſſa facultas, & licentia in-
10 grediendi, & adipiſcendi † poſſeſſio-
nem propria authoritate, qui recto iu-
re poteſt eandem poſſeſſionem adipi-
ſci, prout ipſi cedenti erat conceſſum,
*Bartol. in l. prima §. vſufructuarius ff. de
nou. oper. nunc.* cum alijs pluribus mo-
re ſolito congeſtis per *Menoch. de adi-
piſcend. poſſeſſ. remed. 5. num. 100. verſ.
Quæro decimoſextò,* vbi declarat, ita
demum procedere, dummodo ciuiliter
agatur, & perſonalis etiam actio ceda-
tur, & ceſſio ſpecificè ſit facta, vt *nu.*
102. 103. & 104. ſed vide quæ dixi-
mus *ampliat. 5. per totam.*

Declara tamen dummodo in ſupra-
11 dictis caſibus conſtet † de ceſſione, &
ceſſionarius in promptu ceſſionis in-
ſtrumentum oſtendat, *Iaſon. in l. ſi ſic
legatum §. ſi quis ita ff. de leg. 1. Bertaz.
de clauſ. clauſ. 29. gloſ. 10. num. 2. in fin.
verſic. Et iſta opinio, Gaſpar. Rodrig. vbi
ſupra num. 24. verſic. Cum autem,* vbi
dicit quod in executione, quæ fit ad
inſtantiam ceſſionarij, debet procede-
re diſcuſſio, & liquidatio, quod agens
ſit ceſſionarius, aliàs ceſſio dicitur ſi-
mulata *ſecundum Rot. Rom. deciſ. 41.
part. 2. lib. 2. fol. mihi 37. in nouiſſ. nouiſſ.
Graſſ. vbi ſupra num. 202. Menoch. in
tract. de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4. nu.
255. verſic. Hæc tamen procedunt folio
mihi 35. Cenc. in tract. de cenſib. d. part.
2. cap. 2. num. 8. verſic. Dummodò.*

Limita nõ procedere, qñ huiuſmodi
12 ceſſio facta † eſt in potentiorem, aut
perſonam priuilegiatam, quia tũc non
poteſt ceſſionarius agere contra debi-
torem cedentis, etenim huiuſmodi ceſ-
ſio videtur fraudulenta ſecundũ *Guid.
Pap. in deciſ. 273. verſic. Sed hæc curia,*
quem citat & ſequitur *Coler. de proceſſ.
execut. dicta parte ſecunda cap. 2. nu-
mero*

Digitized by Google

mero 38. verſicul. Quod tamen.

13 Potentiores verò dicuntur, † & eorum loco habentur, qui publicas curas, & vices gerunt, & qui coram Iudicibus diſponere poſſunt, vt *per Math. ad d. deciſ. Papæ in Addit.*

14 Et tales ceſſiones in potẽtiores † prohibitæ dicuntur, quocumque titulo inter viuos cõficiantur *l. hoc edicto §. 2. & l. non ſolum ff. de alienat. iudic. mutat. cauſ. fac. Federic. de Senis conſil. 84. nu. 2. verſic. Preterea, Abb. in cap 2. nu. 3. verſic. Si verò ceſſio de alien iudic. mutat.*

15 *cauſ. fact.* & cedens omne † ius, quod habet perdit *l. 2. C. ne lit. potent. Abb. vbi ſupra.*

Primò declara hanc limitationem

16 non procedere, quando alienatio † eſt facta per legatum, vel aliam vltimam volũtatem, quia hoc caſu poteſt etiam fieri in potentiorem, *Federic. de Sen. d. conſil. 84. num. 1. verſic. Preterea Abbas latè in cap. 2. num. 3. verſic. Cum ergo de alienat. iudic. iud. mut. cauſ. fact.*

Secundò declara non habere locum

17 dictam limitationem, ſi alienatio, † ſeu ceſſio fiat in clericum, quia etiam ſi filius Magnatis, ſeu Potentioris ſit, tamen non continetur ſub ſtatuto contra Magnanes loquẽte, *Federic. de Sen. d. conſil. 82. num. 2. verſic. Preterea.*

18 Tertiò declara procedere, quando huiuſmodi ceſſio fit in potẽtiorem malitioſè, cauſa opprimendi aduerſarium, ſecus ſi fieret bona fide, quæ ex coniecturis poteſt apparere, quoniam hoc caſu valet ceſſio, vt determinat *Abb. in d. cap. 2. num. 4. verſic. Aduerte.*

Secundò limita de iure municipali huius Regni, in quo ceſsionarius non

19 poteſt † repræſentare inſtrumentum via Ritus, quia non eſt celebratum de facie ad faciem cum ceſsionario, *Afflict. in conſtit. eos, qui ſcienter num. 16. in tit. de periurijs ſup. 2. conſtit. fol. mihi 220. Cauenſ. in rit. 286. num. 2. & 3. eum ſequitur Bernard. Pand. de execut. inſtrument. d. part. 2. 23. declarat. num. 93. & 94. Vinc. de Franc. deciſio. 353. num. 1. folio mihi 57. par. 2.* vbi ſic obſeruari teſtatur, quibus omnibus accedat *Galter. in praxi inſtrumentar. par. 1. 2. partis nu. 22. verſic. Secundò limita, & num. 23. & 24.* vbi teſtatur ſic in praxi ſeruari, prout etiam abſque difficultate ſemper ſeruamus.

Primò declara hanc limitationem, in qua licet ceſsionarius non poſsit liquidare inſtrumentum ad formam ri-

20 tus, tamen non prohibetnr † accuſare obligationes ad formam ritus penes acta curiæ ſtipulatas, quia quemadmodum procurator ſpecialiter ad id deputatus poteſt dictas obligationes accuſare *Vinc. de Franc. deciſ. 118. nu. 9. verſic. Quod ſi creditor legi folio mihi 83.* ita etiam ceſsionario hoc videtur permiſſum, *Galter. vbi ſupra d. 1. par. ſub num. 24. verſic. Hanc tamen*, vbi ex Carauita dat cautelam.

21 Secundò declara non procedere, quãdo ceſsionarius obligare fecit creditorem, vt tempore liquidationis cum eodem ceſsionario liquidaret inſtrumentum, quia hoc caſu recto iure ceſſionarius cum cedente poterũt inſtrumentum liquidare ſecundum formam Ritus *Cauenſ. in rit. 163. num. 21. Galter. vbi ſupra num. 31.* vbi ex *Viuio in opin. 826. lib. 2.* hanc cautelam docet.

22 Et an cedens poſt ceſsionem † poſſit agere contra debitorem ceſſum vide plenè, & doctè *per Oſaſc. deciſ. 61. per totam fol. mihi 219.*

SVMMARIVM

AMPL. XXII.

1 *Debitor in diem, vel ſub conditione non eſt propriè debitor.*

Index

2 *Iudex non poteſt compellere debitorem pendente die, vel conditione.*

3 *Creditori non permittitur cautionem petere à debitore ſub conditione, vide nu. 4.*

4 *Debitor ſuſpectus de fuga conueniri, & carcerari poteſt etiam pendente die, & conditione.*

5 *Suſpicio debitoris fugitiui eſt arbitraria Iudicis.*

6 *Debitor in diem, vel ſub conditione, ſi carceratur, debet præſtare cautionem de ſoluendo adueniente die, vel conditione.*

7 *Fiſco inſtante carceratur eius debitor ſub conditione.*

8 *Debitor in diem, vel ſub conditione non excuſatur ob difficultatem fideiuſſoris.*

Pendente dilatione ad ſoluendum carceratur num. 9.

AMPLIATIO XXII.
Etiam in debito incerto in die, & ſub conditione.

An debitor ante diem ſolutionis, & ex quantitate incerta, vel ſub conditione obligatus poſſit conueniri?

1 DEBITOR pendente † die, vel conditione pro non debitore habetur *l. debitor, & l. cedere diem ff. de verbor. ſignificat. cum ſimilibus,*
2 nec Iudex antequam veniat dies † ſolutioni deſtinatus poteſt debitorem ad ſoluendum compellere, *l. Fulcinius §. ſi in diem ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eatur,* ſic ex pluribus exornat *Graſſ. in tract. de except. except. 41. n. 2. & nu. 3.* neque
3 cautionem à debitore † conditionali poteſt petere creditor ante conditionis euētum, *DD. in l. in omnibus ff. de iudic.* & eſt communis opinio, ✶ de qua *Giurb. deciſ. 4. nu. 28. verſ. Secundò licèt.*

Et nihilominus ſi probabilis ſuſpicio
4 dilapidationis, † vel fugæ ſuberit ante diem, vel conditionem cauere tenetur, & propterea ad id per capturam compelli poteſt, vt ex multis firmat *Anton. Hering. in tract. de fideiuſſor. cap. 10. verſic. Quadrant nu. 72. folio mihi 238. & cap. 23. num. 17.* quibus addo quamplures alios allegatos *per Giurb. d. deciſ. 4. num. 28. verſic. Si tamen folio mihi 25. Carau. in rit. 170. num. 3. verſ. Tertiò amplia fol. m. 98. Neguſant. de pignor. 4. par. princip. num. 16. verſic. Et facit, Gothofred. in dicta prax. ciuil. lib. 2. tit. 4. de in ius voc. cap. 4. num. 7. verſic. Et hæc non ſolum folio mihi 601. littera C, Graſſ. dicta except. 41. nu. 5. verſic. Et hoc procedit, Galter. in prax. inſtrum. 3. par. princip. rubr. 2. nu. 19. fol. 292. Ioſeph. Ludouic. concluſ. 8. verſ. Tertiò limita in debitore folio mihi 14. à tergo, Mancin. in tract. de iuram. par. 4. effect. 6. num. 8. Cumia in rit. Sicil. cap. 29. Coler. de proceſſ. execut. par. 1. cap. 2. num. 99. verſic. Quod adeo, & par. 2. cap. 3. num. 105. & num. 106. fol. 479. Pariſ. conſil. 99. num. 4. verſic. Et primo volum. 3. folio mihi 165.*

Et hanc ſuſpicionem eſſe in arbitrio
5 † Iudicis repoſitam, an ſit probabilis, vel non, dixit *Menoch. de arbitrar. caſu 140. in principio, Vrſill. ad Affl. dec. deciſ. 108. num. 3.* cum alijs allegatis per *Giurb. dicta deciſ. 4. num. 29. verſic. Quæ autem.*

Declara, vt quamuis in caſu ſupra-
6 dicto debitor † ante diem, vel conditionem poſſit carcerari, & detineri, tamen hoc procedit non ad finem vt ſoluat, ſed vt ſolutio ſit in tuto, & vt præſtet fideiuſſores de ſoluendo adueniente die, vel conditione, vt *per Graſſ. d. except. 41. num. 5. Coler. de proceſſ. execut. par. 3. cap. 11. nu. 91. Ioſeph. Ludou. concluſ. 8. verſic. Tertiò limita, folio mihi 14.*

Subamplia, vt magis validè ad fiſci
7 † inſtantiam, non ſolum debitor fiſcalis ante diem, vel conditionem poſſit ad ſoluendum compelli, ſed etiam debitor debitoris fiſci propter eius occurrêtes neceſſitates, dummodo interuſurium medij temporis deducatur, *la prima. C. de condict. ex leg. vbi Gloſ. & Doctores, & Bart.* dicit eſſe ibi caſum ſingularem cum alijs per nos ſupra allegatis *in 9. princip. ampliat.*

Subamplia ſecundò debitorem in
8 diem, † vel ſub conditione non excuſari, ſub prætextu difficultatis fideiuſſorem non inueniendi, *Afflict. deciſione 108. num. 3. & num. 6. folio mihi 149. Giurb. dicta deciſione 4. dicto num. 28. in fine,* vbi ſic fuiſſe iudicatum * refert.

Subamplia tertiò, vt etiam penden-
9 te † dilatione ad ſoluendum debitor ſuſpectus de fuga carcerari poſſit, *Neguſant. in tract. de pignor. par. 4. princip. num. 16. Anton. Scap. in tract. de iuram. non ſcript. lib. 4. cap. 10. num. 3. Graſſ. eos allegat in tract. de except. in prelud. num. 138.*

SVMMARIVM

AMPL. XXIII.

1 *Socij dicuntur inter ſe habere mandatum.*
Poteſt debitorem ſui ſocij conuenire numero 2.
Et pro ſocio conuenitur num. 3.
4 *Socius ex contractu ſocij inſolidum obligatur.*
Et inſolidum conueniri poteſt num. 5.
6 *Factores obligando ſe, & eorum principales, inſolidum conueniri poſſunt.*
7 *Socius pro ſocio conueniri poteſt quoad effectum ſiſtendi, non quoad effectum ſoluendi, quia tenetur in quantum facere poteſt, ſed declara numero 11.*
Poteſt conueniri durante ſocietate numero 8.
Dummodo de ſocietate conſtet num. 9.
Non conuenitur quando extra ſocietatem contraxit num. 10.
Tenetur in quantum facere poteſt ſi habet officium, ex quo poſſit alimenta quærere num. 11.
12 *Societatis inſtrumentum executionem recipit quando hinc inde ſunt redditæ rationes.*
13 *Socius non habet beneficium, vt non poſſit conueniri, niſi in quantum facere poteſt, quando huic renunciauit.*
Nec quando promiſit ſoluere num. 14.
Nec habet locum in contractu iurato numero 15.
16 *Iuramentum habet vim ſpecialis conſenſus.*
Contrarium tenent multi, & verius numero 17.
17 *Socius poſſidens poteſt propria authoritate ædificium ſocij deſtruere.*

AMPLIATIO XXIII.
Etiam in ſocio.

An ad inſtantiam ſocij poſſit ſocius arreſtari?

1 SOCII dicuntur inter ſe † mãdatum habere ad ea, quæ proſunt ſocietati, & ideo ſocius poteſt debitorẽ
2 † ſui ſocij côuenire, & arreſtare, *Bald. & alij, DD. in l. nemo ff pro ſocio, Rebuff. in tract. de mercat. art. vlt. gloſ 1. n. 25. to. 2. tract.* quia ex facto ſocij agere poteſt, *Bald. in l. cum te C. ſi cert. petat.* & pro ſo-
3 cio † conueniri etiam poteſt, *l. iuſtiſſimè ff. de ædilit. edict.* & ex pluribus comprobat *Petr. Pecch. de iur. ſiſtend.* allegatus per *Gothofred. in prax. ciuil. in tit. de in ius voc. lib. 2. titulo 4. numero 9. verſic.*

verſic. Sextò eadem ratio folio mihi 595.
latè Berol. conſilio 10. ſuper ijs num. 4.
verſic. Ex quo ſequitur volum. 3. folio
mihi 29. Iacob. de Carol. in Gem. Pauone
par. 2. color. 12. num. 10. verſic. Iſti, vbi
etiam de ratione.

Amplia, quia nedum ſocius, & fra-
ter, vt debitor fratris, vel ſocij pro
iudicij aſſecuratione arreſtatur, verum
etiam ſocius pro ſocio, & frater pro
fratre conueniri, & perſonaliter, &
realiter citari poſſunt, etenim quili-
4 bet eorum ex contractu † alterius inſo-
lidũ dicitur obligatus l. eius qui in pro-
uincia ff. ſi cert. petat. l. iure prouiſum
C. de fabricenſ. lib. 11. Bartol. in l. ea-
dem numero 9. ff. de duobus reis, Pariſ.
conſilio 93. num. 4. lib. 1. Mantic. de ta-
cit. conuent. lib. 15. tit. 2. num. 10. par. 2.
folio mihi 238. & lib. 6. tit. 22. ſub num. 8.
tomo 1. folio 426.

Et ideo inſolidum poſſunt conueni-
5 ri, † etiamſi diuerſis locis negociaren-
tur dicta l. Iuſtiſſimè, Petr. Pecch. dicto
cap. 3. num 9. Coſt. de portion. rata quæſt.
99. numero 5. folio mihi 218. Berol. di-
cto conſilio 11. num. 3. & 4. verſic. Præ-
terea, Iacobus de Carol. meus Conciuis di-
cto color. 12. num. 10.

Amplia ſecundò etiam procedere,
6 quando † inſtitores, ſeu exercitores
vulgò factores appellati obligant ſeip-
ſos, ſuoſque principales, quia quili-
bet eorum inſolidum tenetur, ne in
plus diſtringatur aduerſarius, qui cum
vno eorum contraxit Bartol. in dicta l.
eadem dicto numero nono, verſic. Si ve-
rò, Mantic. de tacit. conuent. dicto libro
15. tit. 2. numero 10. verſic. Sed ſi plu-
res eadem parte ſecunda, Coſt. de port.
rat. dicta quæſtione 99. num. 4. dicto fo-
lio 218.

Declara primò, quod licèt ſocius
pro ſocio poſſit perſonaliter, & reali-
ter citari, & carcerari, vt diximus, ta-
men hoc intelligitur quo ad effectum
7 † ſiſtendi, non autem quo ad effectum
ſoluendi, quia hoc caſu non tenetur,
niſi inquantum facere poteſt, Berol. di-
cto conſilio 10. numero 1. & 4. verſic.
Ex quo ſequitur, Guttier. de iuram. con-
firmat. parte 1. cap. 17. num. 16. verſic.
Pro qua, Seraphin. de priuileg. iurament.
priuil. 56. in principio, Pariſ. conſilio 99.
num. 64. verſic. Poſtremò volum. 3. folio
mihi 166. Monach. deciſ. Bonon. 54. nu.
55. verſic. Et nunc. Petr. de Vbald. in
tract. de duob. fratr. vlt. par. nu. 1, & 2.
niſi dolo, vel pacto dictum beneficium
amiſerit ſecundum eundem Petr. de
Vbald. ibidem ſub num. 1.

Declara ſecundò procedere duran-
8 te tantum ſocietate, † quæ ſolum dum
eſt in eſſe, eſt quædam fraternitas l. ve-
rum in principio ff. pro ſocio cum ſimi-
libus, ea finita non eſt amplius ſocie-
tas, nec vlterius dicitur ſocius dicta l.
verum in fine, & l. ſocietatem ff. pro ſo-
cio, & ſic finita ſocietate, ſocius non
tenetur pro ſocio, nec frater pro fra-
tre, Berous dicto conſilio 10. ſub num. 1.
Pariſ. vbi ſupra numero 67. verſic. Nec
etiam.

Declara tertiò ſupradicta habere lo-
cum, quando conſtat de ſocietate, quia
9 in dubio † quis ſuo nomine, & non
alieno contrahere præſumitur, An-
charan. conſil. 31. Quia quæſtio per to-
tum, & in fine, Bald. conſ. 439. Qui-
dam fratres verſic. Item cum per dictos
lib. 3. Maximè quando nomen eorum
non eſt expreſſum, Rot. Ianuenſ. deci-
ciſione 97. quia quilibet hoc caſu te-
netur pro rata, Alexand. conſilio 147.
numero 1. volum. 2 cum allegatis per Co-
ſtam de port. rat. dicta quæſtione 99. num.
1. & 2.

Declara quartò non habere locum,
10 quando ſocius extra ſocietatem † con-
traxit, ſiquidem hoc caſu ſocius non

obligatur pro ſocio, nec frater pro fra-
tre *l. iure ſocietatis ff. pro ſocio. Alex.*
conſil. 139. num. 4. lib. 5. Pariſ. d. conſil.
93. num. 27. lib. 1. Mantic. vbi ſupra
dicto lib. 15. tit. 2. num. 12. verſic. Neque
eſt omittendum, & dicto lib. 6. tit. 22. nu.
4. 5. & 6. parte 1. folio mihi 426. Coſt.
de port. rat. d. quaſt. 99. num. 14. verſic.
Secunda caſu folio mihi 218.

Declara quintò procedere, ſi ſocius
11 non habet officium, ex quo poſſit † ſe
ſuſtinere, debet enim ſoluere de bonis,
quæ poſſidet, & ex officio alimenta
quærere, vt tenet *Guttier. d. cap. 17. nu.*
36. & in marito hoc firmat *Paul. Ca-*
ſtrenſ. in l. maritum 13. ſub num. 8. ff.
ſolut. matrim. quem adducit *d. Guttier.*

Declara ſextò, ſocietatis inſtrumen-
12 tum, ita exequi poſſe, quando † hinc
inde ſunt redditæ rationes, aliàs inſtru-
mentum etiam ex quantitate conten-
ta, non poteſt executioni demandari,
vt ita fuit deciſum referente *Giurb. de-*
ciſ. 15. Verginea Herculano per totam,
vbi pleniſſimè de materia.

Declara ſeptimò non procedere,
13 quando huic beneficio † ne poſſit con-
ueniri, niſi inquantum facere poteſt, eſt
renunciatum, quandoquidem cum ſit
inductum fauore ſocietatis, rectè poteſt
illi renunciatio fieri, *Alex. conſil. 133.*
num. 2. vol. 5. Petr. de Vbald. de duobus
fratrib. vlt. par. num. 1. ſuperius allega-
tus, *Seraphin. de priuileg. iur. priuileg. 56.*
in princip. Guttier. de iuram. confirmat.
par. 3. cap. 15. circa finem, Giurb. deciſ.
42. nu. 9. verſ. Non obſtat folio mihi 209.
vbi alios quamplures allegat.

Declara octauò idem eſſe, quando
14 ſocius † promiſit integrè ſoluere, nec
opponere exceptionem iuris, vel facti
ſibi competentem, etenim hac promiſ-
ſione accedente tenetur præcisè ſolue-
re non obſtante dicto beneficio, *Alex. d.*
conſ. 133. Seraphin. vbi ſupra, & Gut-
tier. ibidem num. 38. verſic. Vltimò.

Declara nonò, quando in contractu
15 inter ſocios inito iuramentum † inter-
uenerit, quoniam cũ illud habeat vim
16 ſpecialis conſenſus, † & renũciationis,
videtur ſocius de ſuo priuilegio cogi-
taſſe, & ſic inſolidum poteſt conueniri,
vt ex multis firmare videtur *Seraphin.*
dicto priuileg. 56. num. 2. & num. 3. verſ.
Tamen, & hanc opinionem ſequitur
Fachin. controuerſ. iur. lib. 2. cap. 61. verſ.
* *Denique,* Eſt magis * communis opi-
nio, de qua poſtremò teſtatur *Graſſ.*
in tract. de except. except. 27. num. 39.
40. & 41. vbi plures alios concordan-
* tes adducit, de magis * communi te-
ſtatur etiam *Cenal. comm. contr. comm.*
quaſt. 515. num. 6. verſic. Sed profectò.

Contrariam partem, quod dictũ iu-
17 ramentum non † habeat vim ſpecialis
expreſſionis, & ſic non videtur de ſuo
priuilegio cogitaſſe, niſi expreſsè ei re-
nũciatum ſit, vel promiſſum totum, vel
integrum ſoluere cõtra Seraphin. vide-
tur firmare *Mancin. de iuram. p. 4. effect.*
201. nu. 2. 3. 4. & ſeqq. & Cenal. hanc
ſequitur opinionem *in d. q. 515. in fine,*
& plenè hunc articulum ita firmando
terminat *Giurb. d. deciſ. 42. nu. 19. verſ.*
Contrariũ, & numeris ſequẽtibus, vbi ad
cõtraria reſpõdet, abundè ẽt ſic firman-
do refert *Caſar Barz. dec. Bon. 16. per tot.*

Declara decimò, quod licèt quando
vnus ex ſocijs poſſidet, ſi alius nõ poſſi-
dens ædificet, poſſit poſſidens propria
eius authoritate ædificium tollere *l. Sa-*
binus comm. diuid. & l. ſed ſi inter me de
ſeruit. vrban. prædior. vt poſt Bartol. in l. 1.
§. nunciatio concludit *Ruin. ibid. nu. 7.*
verſic. Quid ſi vnus ff. de non. oper. nun-
ciat. Si tñ ſimul cũ eodẽ ſocio poſſideo,
non poſſum propria authoritate, ædifi-
cium per ſocium conſtructum euerte-
re, ſed ſolum actione propoſita, vt per
eundem *Bart. & Carol. Ruin. vbi ſupra.*

SVM-

SVMMARIVM

AMPL. XXIV.

1 *Debitor pro debito priuato non carceratur in domo propria.*

Suſpectus de fuga in domo propria carceratur num. 2.

Et in quolibet loco congruo num. 3.

Licèt aliqui contrarium aſſeuerent numero 4.

Non carceratur in Eccleſia, & in locis ſacris num. 5. contrarium vide num. 8.

Etiam ſi eſt excommunicatus num. 6.

7 *Eccleſia non conſecrata, Cœmeterium, & alia loca gaudent immunitate Eccleſiæ.*

8 *Debitor extrahitur ab Eccleſia in Hiſpania.*

9 *Et vbi adeſt ſimilis conſuetudo.*

10 *Decoctus cum magno reipublicæ ſtipendio exercet artem quæſtuariam.*

11 *Eccleſia non debet eſſe refugium iniquitatis.*

12 *Confugiens ad Euchariſtiæ Sacramentum non carceratur.*

AMPLIATIO XXIV.
Etiam in loco incongruo.

An captura debitoris poſſit fieri in domo propria, & in loco incongruo, vel aliàs de iure prohibito?

DEBITOR pro debito
priuato nō poteſt car-
1 cerari † in domo pro-
pria, & ſi proceditur
ad capturam, de iure
ea non ſubſiſtit, quia
debet relaxari *vulg. l. nemo de domo ſua 103. ff. de regul. iur. vbi Doctores l. plerique ff. de in ius voc. Bartol. & DD. in l. 1. C. de offic. diuerſ. iudic.* latè *Iaſ. in l. vinum num. 4. verſic. Hinc infero duas deciſiones ff. ſi cert. petat. Gabriell. comm. concluſ. in tit. de criminal. concluſ. 10. per totam, Mancin. de iuram. par. 4. effectu 240. cum allegat. per Farinac. de carcer. quæſt. 27. num. 91. verſic. Infertur ſecundò*; ſed ſi ſit ſuſpectus de fuga, etiam
2 in domo propria † carcerari poteſt, &
ab ea extrahi, & in quolibet alio loco
3 incongruo, vel aliter de iure prohibito
detineri permiſſum eſt, argumento de tempore ad locum, vt ſingulariter inquit *Iaſ. vbi ſupra, & ibi Curt. ſenior num. 11. verſic. Prima, vbi etiam Decius. Caualc. in tract. de Brach. Reg. par. 6. de æquit. & rigor. num. 436. verſic. Hinc opportunè, & verſic. Poteritque capi folio mihi 115. latè Anton. Hering. in tract. de fideiuſſor. cap. 27. num. 16. verſicul. Quemadmodum folio mihi 638. Gabriel. in d. concluſ. 10. num. 35. verſic. Vndecimò limita, Minſing. ſingular. obſeruat. centur. 4. obſeruat. 69. num. 2. 3. & 4. folio mihi 497. Graſſ. de except. in prælud. num. 139. verſic. Quintò amplia folio mihi 21. Flau. Tort. ad ſtat. Pap. ad ſtat. 7. num. 37. verſic. An poſſit capi folio mihi 255. & num. 36.*

4 Contrarium ſuſtinet † *Petr. Pecch. de iur. ſiſt. cap. 6. num. 3. relatus per Gothofred. in d. tit. de in ius voc. folio mihi 430.* motus, quia lex immunitatem concedens proprijs ædibus tamquam fauorabilis ſit amplianda.

Sed non aſſentior eſſe recedendum ab opinione contraria, probatis tamen requiſitis, de quibus diximus *ſupra quæſt. 3. num. 21 & num. 22.*

5 Limita tamen quod diximus in loco incongruo non procedere in Eccleſia, & locis ſacris, ex quibus nō poſſunt debitores extrahi abſque licentia ſuperioris, quam pro debitis priuatis imperriri non ſolent, *Curt. iun. in d. l. vinum nu. 10. verſic. Prima*, vbi etiam *Dec. ff. ſi cert. petat. Caualc. in d. tract. de Brach. Reg. par. 6. de æquit. & rigor. nu. 436. verſic. Sed caue in Eccleſia, cum allegatis,*

quibus addo *Guttier. practicar. Quaeſt. lib.1. quaeſt.1. à num.7. vſque ad num 13.* vbi * communem appellat *Gid. de imm. Eccleſ. fall.27. num.4. 5. 6. & 7.* vbi cōmuniter eſſe receptum affirmat *Couar. var. reſolut lib. 2. cap 20. num. 14. verſic. Sed profectò,* vbi etiam de communi teſtatur, & hanc vti * communem ſequitur ex multis alijs cumulatis, *Farinac. de carcer. quaeſtione 28. ampliatione 2. num.32. folio mihi 18. & numero 90. verſic. Infertur primò. Craſſ. in quaeſt.7. relatus in commun. opin. ſintag. vol.1. folio mihi 163. col.1. verſic. Contrariam opinionem cum alijs allegat.*

Amplia primò hanc primam limitationem procedere, etiam ſi confu-
6 giens † ad Eccleſiā ſit excommunicatus, quia non poteſt ab ea extrahi, non inquam ratione eius perſonæ, ſed propter reuerentiam, quæ Deo debetur, *Boer. deciſ.110. num.7.* vbi de * communi teſtatur, & eſt magis * communis opinio, de qua *Ricc. in deciſ Archiep. 94. num. 1. vbi ſic deciſum refert. Leon. in prax. Archiepiſc. par. 1. cap. 13. * num. 29. verſic. Gaudent,* vbi * etiam de communi.

Et quamuis in puncto iuris multos habeat hæc opinio contradictores, tamen in praxi non eſt recedendum ab hac communi * opinione, vt hāc ſequendo recenſet *Farinac. d. quaeſt. 28. num. 9. ampliat. 15. cum allegatis.*

Amplia ſecundò, vt idem ſit in
7 Eccleſia † non adhuc conſecrata; Idem in Cæmeterio; In domo Epiſcopi iuncta muris Eccleſiæ infra quadraginta paſſus, & non vltra; Idem in domo clerici, ſeu canonici iuncta muris eccleſiæ, vt ſupra, Idem in porticu Eccleſiæ, & in hoſpitali authoritate Pontificia, vel Epiſcopali erecto, Idem in oratorio, ſiue hoſpitali laicorum, vbi diuina celebrantur, Idem in Eccleſia interdicta, & diruta, de quibus omnibus per *Carol. Tap. in tit. de his, qui ad Eccleſ. confug. ſuper cap. Item ſtatuimus, quod in toto Regno à num.3. vſque ad numerum 12* de quibus etiam magis plenè more ſolito *Farinac. in dicto tractat. de carcer. & carcer. dicta quaeſtione 28. num. 34. 35. 36. & 37.* cum ab eo cumulatis, quibus poſtremò conueniunt declarata & cumulata *per Ambroſinum in tract. de imm. eccleſ. cap.10. per totum folio mihi 62.*

8 Contrariam partem, quòd debitor confugiens ad Eccleſiam poſſit ab ea extrahi, maximè ſi ſuſpectus de fuga appareat, tenet expreſsè *Iaſ.* arguendo de tempore ad locum *in d. l. vinum nu. 5. verſic. Secundò infero ff. ſi certum petat. Guttier. pract. Quaeſt. lib.1. q.1. nu.7.* vbi debitor etiam ad eccleſiam confugiens poteſt ab ea extrahi, præcedente requiſitione Iudicis Eccleſiaſtici, vt illum extrahat, & conſignet Iudici ſeculari cum ab eo allegatis. *Addo Card. commun. contra commun quaeſt.685. Non leuis, Commun. opin. ſintag. lib. 2. vbi Michael Craſſ. dicta quaeſt.7. refert Iaſ. in loco ſupradicto.*

Declara hanc cōtrariam opinionem
9 procedere de iure † Regio illius Regni, nempe ex diſpoſitione *l. fin. tit.2. lib.1. & l 1. & 2. tit. 9. lib. 5. Guttier. ibidem num. 13. verſic. Et hoc caſu,* vel vbi aliter extaret conſuetudo, ex qua debitores decocti ad Eccleſiam confugientes, vel aliter bona in creditorum fraudem abducunt, ſolent, & debent carcerari; Huiuſmodi enim genus perſona-
10 rū maximo † reipublicæ diſpendio quæſtuariam artem exercere videtur, & vti decocti vſurariam prauitatem cōmittunt; & confugiendo ad Eccleſiam creditores contemnere volunt, & propterea non debent immunitate Eccleſiæ
11 gaudere, quia Eccleſia, † vti Dei Taber-

bernaculũ, nõ debet eſſe refugium iniquitatis, & improborũ hominũ; *Couar. var. reſol. d. lib. 2. cap. 20. nu 14. verſ. Nec Iaſonis argumentatio*; *Boer. deciſ. 215. num. 7. cum alijs allegatis per Farinac. d. quæſt. 28. num. 32. verſ. Limita hanc decimam*, quibus addo *Ceual. commun. contra commun. d. quæſt. 581. verſic Sed pro contraria. Et nouiſſimè Ambroſin. de imm. eccleſ. cap. 13 num. 3. verſ. Ex prædicta*, vbi adducendo alios contrariũ ſuſtinentes, hanc firmat ſententiam.

Declara ſecũdò, quod diximus, decoctos dignos nõ eſſe eccleſiaſtica immunitate, procedere multò magis ſtante diſpoſitione Bullæ Pij Papæ V. qua ſunt excluſi à beneficio ſupradicto, vt poſt *Boer. in deciſ. 215. nu. 7.* refert *Ambroſin. vbi ſupra d. cap. 13. num. 4. verſ. Quam propoſitionem*, quia publicis latronibus ex eadem Bulla comparãtur.

Sed neque præſuppoſita eius opinione, in his partibus obtinere affirmarem, paſſim enim videmus iſtiuſmodi decoctos debitores, non eſſe ita reprobos, vt dictis latronibus comparari poſſint, vt aſſeuerat idem Ambroſin. & ideo decocti apud nos nunquam eccleſiaſticam immunitatem amittũt.

Amplia tertiò in confugiente ad ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramẽtum,
12 † quia nec inuitus hoc caſu euelli ab eo poteſt, ſecundum magis communem ſentẽtiam, * & veriorem opinionem, relatam *per Ceual. comm. contr. comm. quæſt. 169. Confugiens, per totam*, vbi ſecũdum omnes, limitat * quando in carcere detentus confugeret ad corpus Chriſti, quod ad eundem ſumẽdum ducitur, *ſecundum Gloſ. opinionem in cap. quæſitum 13. quæſt. 2. cum allegatis, latè Farinac. de carcerib. d. quæſt. 28. nu. 11. verſic. Amplia quartò*. Sed latius Deo annuente verba faciemus in lib. 4. eiuſdem tractatus.

SVMMARIVM

AMPL. XXV.

1 Cuſtos carcerum debet tempore nocturno intus carceres deuictos detinere, aliàs tenetur de cuſtodia.

Et tenetur ad debiti ſolutionem, & ad pœnam num. 2. & num. 3.

Quod procedit etiam ſi debitor fugitiuus aufugiat num. 4.

Opponens fugitiuum non eſſe ſoluendo non auditur num. 5.

Tenetur etiam de leuiſſima culpa num. 6.

Et ad intereſſe præſtationem num. 7.

Obligatur etiam pro ſeruo, & filio, & alijs, quibus carcerum cuſtodia commiſſa eſt num. 8.

Et eius fideiuſſor obligatus remanet nu. 9.

10 L. quoties C. de exact. tributor. lib. 10. & l. final. ff. de cuſtod. reor. declarantur.

11 Cuſtos carcerum non tenetur de alterius culpa, ſi is eſt vir probus, & legalis.

12 Officiales habet ſemper præſumptionem pro ſe.

13 Cuſtos carcerum habet præſumptionem contra ſe.

14 Diligentia probata ad fauorem cuſtodis ea præſumitur.

Procedit quando ſola præſumptio adeſt num. 15.

Ad eam probandam ſufficiunt teſtes familiares, & domeſtici num. 16.

17 Cuſtos carcerum tenetur ad debiti ſolutionem etiam ſi carceratus ad carcerem redeat.

Eius cauſa poteſt à quolibet Iudice determinare, & non datur appellatio nu. 18.

19 Effractor carcerum tenetur ad debiti ſolutionem, & ad pœnam.

Procedit etiam in fautore, & conſultore num. 20.

Cuſtos quilibet tenetur de cuſtodia vt ibidem.

21 Senes, vel infirmus, ſi aufugiat, non tenetur carcerum cuſtos.

Cuſtos

Cuſtos carcerum non tenetur de cuſtodia carceratorum, ſi ſeruata loci conſuetudine cuſtodiam adhibet; declara vt numero 2.

23 *Sacriſta non tenetur de furto facto in loco, vbi res ſeruari conſueuit.*

24 *Cuſtos carcerum non tenetur ad debiti ſolutionem, quando carceratus aufugiens, non eſt debitor.*

De caſu fortuito non tenetur num. 25.

Non tenetur, ſi carceratus aufugiens ſit vir bonæ opinionis num. 26.

Contrarium tenent multi num. 27. Sed concorda num. 28.

29 *Cedens bonis, ſi aufugit culpa cuſtodis tenetur is ad intereſſe non ad debiti ſolutionem, neque ad pœnam.*

Contrarium quod tenetur ad pœnam Iudicis arbitrio num. 30.

31 *Debitor fugitiuus non dicitur pro ſumma modica.*

32 *Cuſtos carcerum non tenetur pro pauca quantitate, ſi debitor carceratus aufugit, contrarium vide num. 34.*

33 *Summa parua, vel magna quando dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis.*

Sed Author ab hac recedit num. 34.

35 *Nocere alteri nemo debet, vt ſibi prodeſſe poſſit.*

36 *Cuſtos carcerum adhibens ſolitam diligentiam non tenetur de carcerato fugiente.*

Hoc caſu fuga dicitur caſualis, non culpa cuſtodis commiſſa num. 37.

Non tenetur pro culpa alterius num. 38.

Procedit in deputato à Principe, vel à Iudice num. 39.

Non punitur nec pro pœna, nec pro debito, quando miraculosè aufugit nu. 40.

Dummodo in loco ſolito carceratum cuſtodiat num. 41.

De proximo relaxandus ſi aufugiat, non tenetur num. 42.

Contrarium ſuſtinetur num. 43.

AMPLIATIO XXV.

In cuſtodibus carcerum.

An ſi debitor carceratus aufugiat carcerum cuſtos teneatur ad debiti ſolutionem?

OMNES carcerati cuiuſcumque conditionis, & qualitatis ſint, & maximè tempore nocturno
1 † intus carceres, & ſub claue degere debent, non autem exterius vagari, quod ſi id obſeruatum per carcerum cuſtodes non ſit, totum eis imputandum eſt, *Bald. in l. 1. nu. 4. verſic. Nota quod omnes carcerati, C. de cuſt. reor. Paris de Put. in tract. de ſindicat. in verbo, Carcer. cap. 3. nu. 15. verſ. Quinimò, Polid. Ripa eos adducit in tract. de noct. temp. cap. 74. num. 5. verſic. Rurſum. fol. m. 215 vbi num. 4. verſic. Amplius*; ſubdit, quod ſi is cuſtos nocturno tempore in ſtrictiores carceres carceratum non concluſerit, ſi aufugerit, non ſolum ad debiti ſolutionem tene-
2 bitur, † ſed ad pœnam condemnandus eſt, *ex Farinacc. quæſt. 1. nu. 36. verſ. Imo, & quod plus eſt, cum allegatis Fabr. in deciſ. 2. de cuſt. reorum, Ricc. in collect. 601. par. 1. folio mihi 303.*

Vnde ſi ſuſpectus debitor in carce-
3 ribus detruſus fugam † ex culpa negligentia, & defectu cuſtodis carcerum arripuerit, ipſum cuſtodem teneri ad ſolutionem debiti diſponit *text. in l. quoties C. de exact. tributor. lib. 10.* quē textum ad hoc allegat *Salicet. in l. in bonæ fidei 4. ſub num. 15. verſic. Tene tamen menti C. de reb. credit. & eſt text. in l. final. in fine ibi, quod ſi fugitiuus. ff. de cuſtod. reorum,* quem cum alijs refert *Gomez. Leon. in deciſ. 92. num. 2. verſic. Quod ſimiliter tom. 2. deciſ. diuerſ. folio mihi 50. Caualcan. de Brach. Reg. par. 2. num.*

Digitized by Google

num.135.verſ. Ad quod folio mihi 578. Angel. Aret. in conſil.73. num.1. verſic. Primò dicendam inter conſil.crim diuerſ. tom.1. fol.m.36. vbi impugnat ſupradicta iura, quæ pro hac parte allegantur, Caroc. de depoſit.par.1 cauſ.8. in tit. de culp. depoſit. num.27. verſic. Declaratur tertio fol. m.33.

Et in ſpecie de debitore fugitiuo carcerato, & culpa cuſtodis dimiſſo
4 † ponit caſum Ioannes de Anan.conſ.53. num.3. & num.4. verſic. Præterea neſcio, & verſic. Præterea tertium fol.m.30. & conſil.55. & plenè Petr. Pecch. in tract. de inr. ſiſtend. cap.41. verſic. Cæterum relictus per Gothofred. praxi ciuil. lib.2. tit. 4. de in ius voc. fol.m.686. & Damhauder. praxi ciuil. cap.65. in fin. verſic. Sed tunc etiam, relatus per eundem Gothofred. vbi ſupra fol. m.885.

Amplia hanc concluſionem firma-
5 tam, quod ſi cuſtos † oppoſuerit debitorem fugientem nõ eſſe debitorem, & id voluerit probare, non ſit audiendus, Angel. in l. ſed crimen §. item ſi quis in fine ff. ne quis eum, vbi ſic in practica notãdum ✱ dixit Anan. d.conſ.55. vbi Bologn. num.9. verſic. Plus dico, Menoch. de arbitr. iudic. caſu 301. num.27. verſic. Extenditur ſecundò, cum alijs allegat. per eum, Caroc. vbi ſupra num.28. verſic. Et hæc concluſio.

Primò amplia in caſibus ſupradi-
6 ctis cuſtodem nedum † de lata, ſed etiam de leuiſſima culpa teneri l.2.ff.de cuſtod. reor. Caualc. in d. tract. de Brach. Reg. d.part.2. d.nu.135. & num.143. verſic. Verum ſi, Polid. Ripa d. cap.74. num.10. verſic. Sed an leuior, Petr. Pecc. vbi ſupra, verſic. Qua ratione, Ann. conſil.31. num.7. verſic. Quinta. Angel. Aret. in d.conſil.73. num.9. verſic. Nec etiam.

Amplia ſecundò non ſolum teneri
7 ad debiti ſolutionem, ſed etiam † ad intereſſe preſtationem, Ioannes de Anan. conſil.55. num.3. verſic. Vltimò fol. m. 31. Bald. in cap. 1. num.3. de offic. deleg. Salicet. in d. l. bonæ fidei relati per Petr. Pecch. vbi ſupra verſic. Cõmentarienſem.

Amplia tertiò cuſtodem non ſolum de eius negligentia, & culpa teneri,
8 verum etiam † de negligentia, & culpa eorum, quibus carceratorũ cuſtodiam mandauit, etiam ſi ſeruus, vel filius ſit; Etenim hoc caſu tam ipſe cuſtos,
9 quam etiam eius fideiuſſor † obnoxius remanet, Bald. conſil.40. lib.1. Oldrad. conſ.84. cum alijs relatis per Petr. Pecch. vbi ſupra verſic. At cuſtos, Menoch. d. caſu 302. num.5. verſic. Extenditur, & in dictis caſibus loquuntur ſupradictæ le-
10 ges, nempè l. quoties, † & l. fin. ſuperius allegatæ, vt benè animaduertit Angel. Aret. in d.conſil.73. nu.14. verſic. Præterea, Carocc. in d.tract. de depoſit. d. cauſ.8. in tit. de culp. depoſit. num.31. verſic. Sed materiam.

Declara hãc tertiam ampliationem
11 non procedere, quando † is, cui carcerum cuſtodia commiſſa eſt, tempore commiſſionis, erat vir legalis, probus, ac fide dignus, quoniam in hac re carcerum cuſtos non tenetur de culpa eius, cui cuſtodiam commiſit, Oldrad. conſil.92. Par. de Put. in d.tract. de ſindicat. in verb. carcer, cap.5. num.4. relati per eundem Petr. Pecch. vbi ſupra verſic. Quod tamen, Baiard. ad Clar. quæſt.68. num.21. & 22. fol. m.199. Ricc. in deciſ. Archiepiſcop. Neapol.137. num.10. verſic. Et hinc etiam folio mihi 107.

Amplia quartò, vt quamuis ſemper
12 præſumatur † ad fauorem cuiuſlibet officialis l.1. C.de ſuſcept. lib.10. tñ in facti ſpecie propoſita contra cuſtodem
13 † præſumitur l. final. ff.de cuſt.reor. Alciat. reg.3. præſumpt. cap.15. nu.4. verſ. Fallit etiam, relatus per d. Pecch. vbi ſupra verſic. Et quamuis generaliter, Caroc.

vbi ſupra num.23.verſic.Sed communis,
Baiard. d.quæſt.68.nu.30. verſic. Item
adde, Ann. d. conſil.31.num.8. verſ. Se-
ptima, vbi quod probata diligentia
14 † per cuſtodem præſumitur fuiſſe dili-
gentem, ex Becio conſil.44. num.4 &
ſeq.lib.1. Farinac. d. quæſt.31.nu.21.&
nu.22 quando ſola adeſt pręſumptio,
15 ſecus verò quando † ex alijs probatio-
nibus conſtat de eius negligentia, ex
eod. Bec. d. conſil.44, num.20, & ſeq.
& ex Farinacc. d.quæſt.31.num.10.&
11. verſ. Benè verum, & verſ. Hoc ta-
men, & ad probandum dictam diligen-
16 tiam † ſufficiunt teſtes familiares, &
domeſtici, & iudicis arbitrio remiſſa
dicitur, Ann. dicto conſil.31. num.20.
& 21.

Amplia quintò dictum cuſtodem
17 ad debitum ſoluendum † teneri, etiam
ſi debitor fugiens ſine cuſtodis culpa;
ad carceres fuerit reductus, Salicet. in
d.l.in bonæ fidei d. num.15. relatus per
Gomeſ. Leon. d.deciſ.92.num.2.

Amplia ſextò hanc cauſam carce-
rati fugientis poſſe à Iudice terminari
18 † de plano, & ſine figura iudicij, nec
ab eius ſententia datur appellatio, Ba-
iard. ad Clar. in d.quæſt.68. nu.32 verſ.
Item adde, quod iudex.

Amplia ſeptimò in carcerum effra-
19 ctore, qui carceres effregit, † vt carce-
ratum extraheret, is etiam ad debiti
ſolutionem obſtrictus remanet d.l.quo-
ties C. de exactor. tribut. lib.10. Bartol.
in tract. de carcer. num.18. Menoch. ca-
ſu 302. num.27. verſic. Extenditur ſe-
cundo, quod etiam procedit in inſtiga-
tore, fautore, & conſultore, vt per eun-
dem Menoch. vbi ſupra num.25. verſ.
Extenditur, Viu. deciſ.92. Eximens à
manibus, in principio, Gam. deciſ.189.
num.2. verſic. Item qui fuit.

Amplia octauò etiam in eximente à
20 manibus Curiæ † vel familiæ fiſci, vel
priuati debitorem, is enim ad debiti
ſolutionem obnoxius remanet, nec li-
beratur ſi eundem carceratum in car-
ceribus referat d.l. quoties, Peregrin. de
iur. fiſci lib.6. cap.1. num.33. verſic. Sic
etiam fol. m.125. Baiard. d. quæſt.68.
num.33. & ſequent. Viu. d. deciſ.92.
num 1.2. & 3. cum allegatis.

Amplia nonò nedum teneri ad de-
biti ſolutionem, verum etiam alia pę-
na extraordinaria eſſe puniendum, ſic
poſt Alex. in conſil.35. vol.2. concludit
reiecta opinione Carauitæ, Baiardus d.
quæſt.68. num.33. & ſequent. Viu. di-
cta deciſ.92. in princ. vbi ille, qui exe-
mit à manibus Curiæ debitorem, fuit
condemnatus in exilium.

Amplia decimò in quolibet cuſto-
21 de, qui mercedem † ex cuſtodia con-
ſequitur, hic enim omnimodò tenetur
de periculo rei peremptæ l. qui merce-
dem, vbi Gl. affirmat cuſtodem de omni
culpa obnoxium eſſe, & in l. videmus ff.
locat. Bartol. in l. eum qui §. ſi epiſtolam ff.
de furt. & bene examinat Paris de
Put. de ſind. in verbo carcer, & carcera-
tus cap.3. num 2. verſic. In contrarium.

Limita primò non procedere quan-
do ſenex, vel infirmus à carceribus
22 † aufugiat, hoc enim caſu carcerum
cuſtodem non teneri, firmat Gloſ. in l.
ſi vt certo §. nunc videndum ff. comod.
Medic. de caſu fortuit. par.2. quæſt.10.
num.70. verſic. Octauò, Polid. Ripa de
noct. tempor. cap.74. num.18. verſ. Fal-
lunt, refert Farinac. de carceribus quæſt.
31. num.148. verſic. Amplia quintò,
vbi de communi * cum alleg. Baiard.
d.quæſt.68. num.28.

Limita ſecundò, quando cuſtos car-
cerum ſecundum loci conſuetudinem
cuſtodiam ſolitam circa carceratos ad-
hibuit, quoniam in hoc themate non
tenetur de culpa l. quid ſi fugitiuus, §.
Labeonem ff. de adilit. edict. l. fin. C. de
fideiuſ.

fideiuſ. Gabr.comm. concluſ. de criminal.
tit.de maleſic.8.nu.55.lib.7. relatus per
Caualc.d.par.2.num.144.verſic. Qua de
re, Farinac. d.quæſt.31. num.42. Polid.
Rip. vbi ſupra cap.74.num.8. & num.
12.13.& 14. vbi declarat non proce-
dere, quando conſuetudo eſt particula-
ris alterius carceris, quia tunc punien-
dum eſſe affirmat *num.11.*

Vnde Sacriſta non tenetur de furto
23 † cõmiſſo in loco, vbi res ſeruari con-
ſueuerũt, vt in ſacrario fratrum exem-
plificat *Bald. in l.creditor C.de pignorat.*
*actione, Medic. de caſu fortuit.quæſt.*10.
*num.69.verſ. Septimo cuſtos fol.m.*367.

Limita tertiò non procedere quan-
24 do debitor captus, vel arreſtatus † non
eſt debitor, & ex actis cõſtat eũdem de-
bitorem detinendum non eſſe, quando
quidem hoc caſu carcerum cuſtos, ſiue
alius deputatus non tenetur ad debiti
ſolutionem, ſi is carceratus aufugiat,
Angel. in l.ſi quis ſub conditione §. final.
ff. de condit. inſtit. Bartol. cum alijs re-
latis in l.pecunia §. ſed ſi acceperit ff. de
condictione ob cauſam, Petr.Pecch.de iur.
ſiſtendi d. cap.41. circa finem verſic. In
eo, relatus per *Gothofred. vbi ſupra fol.*
m.687. vol.2. Caroc. in tract. de depoſit.
d.part.1. caſu 8. in tit. de culpa depoſita-
rij num.29. verſic. Declaratur tamen fol.
m.33. Viuius d. deciſ.92 in fine, vbi
hoc omnes ſuſtinere * affirmat, & in
criminali cauſa procedere extendit.

Limita quartò quãdo caſu fortuito
25 † carceratus debitor carceres euitat,
quia nec ex caſu fortuito, nec ex vi, ne-
que in alijs caſibus, qui præuideri non
poſſunt, tenetur *Caualcan. in d.tract.de*
Brach. reg. d.part.2. num.146. verſic.
Nec etiam, Medic. de caſu fortuit.d.cap.
10. *num* 61. *verſic. Quartò principali-*
*ter fol.m.*365. *Pecch. vbi ſupra verſic.*
Et in ſumma, Anna. d. conſil.31. num.
24. *verſic. Decimatertia, & num.25.*
verſic. Decimaquarta, & num.28. verſ.
Decimaſeptima.

Limita quintò quando carcerum
cuſtos aliquem debitorem, vel inqui-
26 ſitum nobilem carceratum, † & bonæ
opinionis virum, non ita accuratè, &
diligenter cuſtodierit, quia ſi de modi-
ca ſumma agatur dictus cuſtos non te-
netur ad debiti ſolutionem, *Polid.Ri-*
*pa in d.cap.74.num.*15. vbi innumeros
adducit, & ſic in praxi obſeruatum
fuiſſe, & per Senatum * iudicatum, &
hanc communem eſſe teſtatur, *addo*
Baiard.ad Car in d.quæſt.68.n.27. verſ.
Item adde, & Carrocium in d.tit. de culp.
depoſit. num.37. verſ. Declaratur ſextò.

Contrariam partem quod hoc caſu
27 cuſtos carceris teneatur, † quia dicta
nobilitas, & eius priuilegium, cum ſit
perſonale, non egreditur perſonam
priuilegiatam, & ſic non eſſe exten-
dendum ad carcerum cuſtodem tenet
Leon. in d. deciſ.92. num.3. verſic. Nec
proderit.

Sed hæc opinio procedit, quia in
28 dicta deciſione † de notabili ſumma
tractatur, alia verò contraria habet lo-
cum, ſi de modica ſumma contro-
uertitur.

Limita ſextò quando carceratus
dum impetrauit à Principe ceſſionis
beneficium cum mandato, quod ce-
29 dendo bonis † liberetur ante ceſſio-
nem culpa cuſtodis è carceribus aufu-
git, etenim hoc caſu commentarienſis,
ſiue carcerum cuſtos nõ tenetur ad ſo-
lutionem debiti, ſi debitor ſoluendo
non erat, ſed tantum ad id, quod cre-
ditoris intererat, hæc fuit originalis
opinio, *Par. de Put. in tract. de ſindic.*
in verb. Carcer, cap.5. num.4. eum ſe-
quendo refert *Brun. de ceſſ. bonor.* 10.
quæſt. princip. num.3. verſic. Quod ſi
*carceratus fol. m.*104. *Petr. Pecch. de*
iur. ſiſtend. d.cap.41. circa fin. verſ. Sed

&

& Paris, Baiard, vbi ſupra nu.22. verſic, Et ſi carceratus.

30 Contra dicti Put. determinationem tenet idem *Pecch. vbi ſupra*, vbi ſaltem dictus commentarienſis debet aliqua pœna puniri, cuius opinionem recipiendam eſſe cenſeo, quando cuſtos dolo, & culpa carceratum debitorem dimiſit, vel pecunia corruptus ad effugiendum ceſſionis ignominiam relaxauit eundem carceratum, quia hoc caſu arbitrio Iudicis puniendum eſſe putarem, vt in ſimili cum allegatis pro hac parte firmat *Anna d.conſil.31. num.3. & num.5. verſic. Quarta.*

Limita ſeptimò quando quantitas, 31 pro qua debitor fuit carceratus † erat modica, quia cum in hoc caſu debitor non poſſit dici, nec fugitiuus, nec de fuga ſuſpectus, *Bald. in authent. ſed iam neceſſe C. de donat. ant. nupt. Rom. conſ. 320. num.3. Menoch. de arbitrar. caſu 8*., *num.21. Carauit. in rit. 170. nu.10.* quos cum alijs allegat *Graſſ. in tract. de except. in prælud. num.145. verſ. Et omnia ſupradicta fol. m.22. & Polid. Ripa d.cap.74. num.20. verſic. Nec enim*, & nos latius dicemus infra, ideo pro dicta parua quantitate cuſtos carceris 32 † non tenetur ſoluere debitum carcerati debitoris, qui aufugit, *Paris de Put. in d. verb. Carcer, cap.3. num.15. verſic. Etiam debebit*, allegatus per eundem *Polidor. Rip. vbi ſupra nu.19. verſic. Fallunt.*

Et quando quantitas dicatur par- 33 ua, vel modica, † vel autem magna ſecundum perſonarum qualitatem arbitrio Iudicis remittitur, *Menoch. de arbitrar. caſu 72. num.10. verſic. Crebrior, Mancin. in tract de iuram part.2. art.6. num.7. verſic. Alij aliter*, cum adductis prout diximus ſupra *in ampliatione 13. principal. num.31.*

Sed huic opinioni non aſſentior, 34 † quia cum arreſtare debitorem de fuga ſuſpectum ad Iudicem pertineat, cuius arbitrium attenditur circa paruam, vel magnam quantitatem, & ſi de modica ſumma agatur, cuſtos tenetur adhibere cuſtodiam ſolitam, & ſi ex eius culpa fugam arripuerit ſaltem ad debiti ſolutionem tenetur, quia non 35 debet quis † alteri nocere, vt ſibi prodeſſe poſſit *l.1.§.de eo opere, verſic. Sic enim debere ff. de aqu. pluu. arc. & l. non debet de regul. iur. cum ſimilibus*, eius enim officium eſt tenere carceratos clauſos, vt inquit *Baiard. ad Clar. d. quæſt.68. num.27. verſic. Item adde*, & iudicis officium eſt permittere qualiter carceratus ſit conſtituendus, *Caualcan. in d. tract. d. part.2. num.133. fol.m.60.* prout in caſu, de quo agitur, animaduertit etiam *Caroc. vbi ſupra nu. 30. verſic. Sed hæc conſideratio.*

Limita octauò nõ procedere, quan- 36 do carcerum cuſtos † ſuam adhibuit diligentiam claudendo oſtium carceris, & alia adimpleuit, quæ in ciuilibus adhiberi ſolent, & quod communiter fieri conſueuit, quia non tenetur hoc caſu ad debiti ſolutionẽ, *Angel. Aretin. in d. conſil.63. num.30.31.32. & 33. verſic. Secundò, poſito inter dicta conſilia criminalia diuerſorum d. fol.64. à tergo*, vbi ſubtiliſſimè hanc limitationem explicat, Et hoc caſu fuga non erit in 37 culpa, † ſed caſualis, & huic concluſioni nemo contradicere, firmat *Farinac. d. quæſt 31. num.126. & nu.127.* quem refert *Anna in d. conſil.31. num. 19. verſic. Decima*, & faciunt allegata pro hac parte *per Polidor. Rip. d. cap. 74. num.8. verſic. Fallunt, Caroc. in d. tract. de depoſit. d. cauſ.8. in d. tit. de culp. depoſ. num.32. verſic. Declaratur vlterius, Caualcan. d. par.2. d. nu.133. verſic. Nihilominus.*

Limita nonò, quando plures fuerũt

custo-

Digitized by Google

38 cuſtodes † deputati,ſi enim vnus aufugit,alter non tenetur, qui alterius culpam, & caſum veriſimiliter præuidere non potuit *l.fin.§.interdum ff.de cuſtod. reor. Bald.in l.filio §.eius ff.de iniuſt,irrit. teſtam. Petr.Pecc. de iur.ſiſten.d.cap.41. in fine verſic. Sanè ſi plures, Polid.Rip. in dicto cap.74. num.28. verſic. Fallunt ſextò, Farinac. de carcer. d.quæſt.31. nu. 161. & ſeq. Ann. dicto conſ.31. nu.26. verſic. Decimaquinta, Baiard. ad Clar. d. quæſt.68. num.20. verſic. Adde commentarienſem, Caroc. vbi ſupra num.39.* vbi declarat hoc procedere,quando depu-
39 tatus ſocius à Principe, † vel à Iudice eſt electus, ſecus ſi ab ipſomet cuſtode ex pluribus ab eodem allegatis, quibus addo *Baiard.vbi ſupra ſub eod.num.20. Ferd. Vaſq. controuerſ.illuſtr. lib.1.c.32. nu.6.verſ.Centeſimo fol.m.*88 vbi plures alios allegat *Flau.Tort.ad ſtat.Pap.crim. 57.num.31.verſic.Hoc tamen*,qui etiam declarat procedere,quādo alter Cuſtos eſt deputatus à Principe,vel Magiſtratu, vel ab alio authoritatem habente.

Limita decimò, quando miraculosè
40 carceratus euadit, † quandoquidem nec hoc caſu teneri cuſtodem affirmat *Menoc.de arbitr.d.caſu 302.nu.13.verſ. Declaratur, Boer.deciſ.217.nu.17.verſ. Quintò,relati per Polid.Rip.vbi ſupra nu. 26.& 27. verſic. Fallunt*,vbi idem affirmat procedere in eo,qui de alta Turri aufugit,*Ann. d.conſ.31.nu.22. verſic. Decimaſecunda*, & ibi declarat ex *Farinac.d.q.31 nu.137.* locum ſibi vendi-
41 care quando † carceratus fuit poſitus in loco ſolito, ſecus verò ſi in alio loco, in quo non debebat cuſtodiri, tenetur enim hoc caſu periculum præuidere *l.fin. C.de cuſt.reor.*

Limita vndecimò,in cuſtode,qui ex ſolita diligentia non cuſtodiuit carceratum,qui de proximo erat relaxādus,
42 † quia excuſatur,nec ad pœnā tenetur, *Angel. in l.qui ſub conditione §.fin. ff.de condit.inſtit. Baiard. ad Clar. d.quæſt.68. num.28.verſ.Item adde quod Cuſtos,Polid.Rip. in dicto cap.74. num.2. verſic. Vel etiam ſi reus, Menoch. dicto caſu 302. num.12.verſic.Declaratur quartò,* vbi communem apepllat *Farinac. dicta quæſt.31.nu.143.verſ.Amplia tertiò,* adductus cum alijs *per eundem Polid. Caroc. vbi ſupra ſub num.39.verſic.Declaratur octauò folio mihi 36.*

Sed hæc communis opinio neque
43 tranſit ſine difficultate, † quia relaxare carceratum ad Iudicem ſpectat, vt diximus ſupra *in limitatione 6.* & benè cōſiderat *Pol.Rip.nu.22.verſ.Sed certè.*

SVMMARIVM
AMPL. XXVI.

1 *Cuſtos pro eo, cui carcerum cuſtodia committitur ſumi poteſt.*
2 *Cuſtodia carceratorum ad publicum ius pertinet.*
Pro diligenti cura vſurpatur num.3.
Quotuplex ſit Cuſtodia remiſſiuè num.4.
5 *Retentio datur pro expenſis factis in ipſa re.*
Procedit etiam in carcerum cuſtode nu.6.
Contrarium in carcerum cuſtode tenent multi, num.7. Sed prima opinio in praxi recipitur num.8.
De iure eſt prohibita num.9.
10 *Ius ſibi dicere in re propria nemo poteſt.*
11 *Aduocatus nec procurator pro mercede poteſt retinere ſcripturas.*
12 *Retentio eſt permiſſa in multis caſibus.*
13 *Scriptor poteſt retinere librum ſcriptum pro mercede.*
14 *Sutor poteſt retinere veſtem pro mercede veſtis ſutæ.*
15 *Medicus equarius poteſt retinere equum pro mercede eius curæ.*
16 *Vecturalis poteſt retinere fardellum pro mercede.*

17 *Aduocatus, & procurator poteſt retinere proceſſum pro expenſis in lite erogatis.*
18 *Pictor poteſt pro tabulis pictis retinere eaſdem tabulas.*
19 *Animal pro pretio alimentorum poteſt retineri.*
20 *Creditor pro alimentis præſtitis præfertur omnibus creditoribus.*
21 *Animal pro damno dato non retinetur.*
22 *Vniuerſitas poteſt deputare cuſtodem, vt retineat animalia damnum dantia.*
23 *Retentio datur pro venditis, aut locatis paſcuis.*
24 *Retinens animalia damnum dantia non tenetur pœna furti.*
In Regno Neapolitano ſi retineat tenetur pœna furti num 25.
Percipiens aliquid à Domino animalium non tenetur pœna furti num.26.
27 *Hoſpes, caupona, & ſtabularius ſunt homines malæ conditionis.*
Publicè intereſt eorũ officiũ habere nu.28.
Poſſunt arreſtare bona pro rebus conſcriptis, & ab eiſdem præſtitis ibid.
29 *Retentio an detur pro melioramentis, vide remiſſiuè.*
30 *Mulier poteſt retinere bona mariti pro eius dote.*
31 *Retentio datur aduerſus ſententiam.*

AMPLIATIO XXVI.
Etiam in alijs cuſtodibus.

An detur de iure retentio, ſiue animal in alieno territorio repertum poſſit, vel per carcerum Cuſtodes, vel per cuſtodes deputatos detineri?

…ſta de …Scien… nt.2.fo. 24

CVSTOS pro eo, cui carce-
1 rum † cuſtodia committitur, ſumi poteſt *l. ad commentarienſem, C. de cuſtod. reorum, & l. ſuccurritur 9. ff. ex quibus ex cauſ. maior.* & pro eodem carcerato etiã cuſtodia vſurpatur, *l. cuſtodias 12. ff. de public. iud. Tertull. in apolog. cap. 44.* & quamuis propriè ad ius publicum
2 cuſtodia pertineat, † cum quis in carceribus detruſus, vel ſub cuſtodia magiſtratuum eſt *l. vinculorum 224. vbi Alciat. explicat. ff. de verbor. ſignificat.*
3 tamen aliquando pro diligenti † rei cura, prout quando diligens paterfamilias in ſuis rebus verſatur ſumi ſolet, *l. 2. in fin. ff. de pericul. & comm. rei vendend. l. quod ſæpè 35. §. ſi res ff. de contrahend. emptione,* prout ſic accipiemus hic pro eo, cui aliqua rerum cuſtodia
4 commiſſa eſt; Quotuplex autem † ſit cuſtodia explicat *Nauarr. in tract. de exequend. mand. cap. 1. num. 12. verſic. Ego verò,* vbi ponit quindecim genera cuſtodiæ *parte 1. folio 17.* cui lectorem remitto.

Pro prima verba fecimus ſupra *in ampliatione 24. principali,* & hic etiam ſubnectimus, quia Pomponius *in l. ſi neceſſarias 8. ff. de pignorat. act.* inquit *ſi neceſſarias impenſas fecerim in ſeruum, aut in fundum, quem pignoris cauſa acceperam, non tantum retentionem, ſed etiam contrariam pigneratitiam actionem habet;* & quamuis propriè carceratus non videatur in pignus traditus Cuſtodi car-
5 cerum, tamen quia qui expendit, in ipſa re, dicitur † cauſam retentionis habere in eadem re cohærentem *l. colonus 12. iunct. Gloſ. verb. Propter, ff. de vi, & vi armat. & d. l. ſi neceſſarias, l. quod dicitur ff. de impenſ. in reb. dotalib. Garz. in tract. de expenſ. & melior. cap. 1. numero 16. verſic. Inde qui,* vbi prædicta iura adducit *folio mihi* 19. meritò carcerum cuſtodi debitorem pro alimẽtis
6 † in carcere præſtitis permiſſum eſt legitimo iure detinere, vt fusè declarat *Petr. Pecch. de iur. ſiſtend. cap. 51. per tot.* cũ rationibus ab eodem adductis, quas hic referre ſuperuacuum eſt, hanc eandem opinionem ſuſtinent *addent. ad*

Guid.

Guid. Pap. deciſ. 448, *in litera A,* vbi al-
legat *d.l. ſi neceſſarias, Surd. de aliment.*
tit. 8. priuil. 62. num. 16. verſic. Contra,
Caroc. de locat. in tit. de expenſis num. 61.
verſic. Similiter fol. mihi 225. vbi etiam
alios allegat *Flau. Tort. ad ſtat. Pap. 56.*
num. 2. verſic. Sed hic, in criminal.

Cōtrariam partem, quod carcerum
7 † cuſtos non poſſit pro alimentis car-
ceratum retinere ex doctrina *Iacob. de*
Arena tenet Guid. Pap. d. deciſ. 448. & de
iure Regni Galliæ hoc eſſe prohibitū,
firmat *Ranchin. ad d. deciſ.* 448. vbi ad
inſtantiam commentarienſis relaxãtur
literæ exequutoriales contra bona de-
bitoris carcerati, dictum Guid Pap. re-
fert etiam dictus *Surd. vbi ſupra fol. m.*
278. *Rouit. in prag. 19. num. 8. verſic. Sed*
illud in tit de Baronib. folio mihi 87. in
poſtrema editione.

8 Sed prima opinio † verior videtur, &
in praxi ſaltim de facto ſeruatur in his
partibus, prout etiam teſtatur *Pap. vbi*
ſupra, & ſic refert etiam *Surd. vbi ſupra.*

9 Et quamuis retentio † ſit de iure
prohibita, quia non licet pro re aliam
rem retinere, *l. fin. C. commodat. l. ſi non*
inducta C. ex quib. cauſ. pign. tacit. contra-
hat. Doctores in l. ſi non ſortem 15. §. *ſi*
centum ff. de condict. indebit. Garzia in d.
tract. de expenſ. ſub nu. 16. in princ. fol m.
20. *Surd. in d. tract. de aliment. d. priuileg.*
62. *nu. 1. folio mihi* 277. nec poſſit quis
10 † propria authoritate ius in re propria
ſibi dicere *l. 1. ff. ne quis in propr. cauſ. iu-*
dicet, Surd. vbi ſupra nu. 2. verſ. Et ratio.

Vnde idem Surd. dixit non eſſe per-
11 miſſum, † nec Aduocatis, nec Procura-
toribus ſcripturas, & clientuum inſtru-
menta retinere pro mercede, vel ſala-
rio debito *ſub d. nu. 2. Garz. vbi ſupra d.*
nu. 16. verſic. Quod eadem, Caroc. de locat.
in tit. de expenſ. q. 1. n. 3. verſ. Contrarium,
12 tamē ſunt † multi caſus in iure, in qui-
bus licita eſt retētio, etiam propria re-
tinētis authoritate, quorū *Bald. in l. fin.*
nu. 2. verſ. Et hoc determinatur, vbi etiam
Salicet. & Angel. C. commodat, quatuor
caſus enumerat, *Garz. de expenſ. d. n. 16.*

13 Primus eſt in ſcriptore, † qui poteſt
retinere librum ſcriptū, donec merces
pro ſcriptura ſoluatur, *Garz. vbi ſupra d.*
n. 16. verſ. Quod eadem ratio, Caroc. de lo-
cat. in tit. de expenſ. n. 58. verſ. Limitatur
fol. m. 225. & in tit. de ſcriptor. quæſt. vni-
ca fol. m. 132. Guttier. canon. quæſt. lib. 2.
c. 8. n. 56. verſ. Sicut, Neguſant. de pignor.
in 4. membr. 5. p. n. 8 verſ. Et inducũt hoc.

14 Secundus caſus eſt in ſutore, † cui
permiſſum eſt retinere veſtem ſutam
pro eius mercede, *Iaſ. in d. l. ſi non ſortem*
d. §. ſi centū ſub d. n. 10. Neguſant. de pign.
in 3. memb. 5. p. princ. n. 8. cū refert *Surd.*
vbi ſupra d. priuil. 62. n. 4. verſ. Ratio eſt.

Tertius caſus occurrit in medico e-
15 quario, † qui equum curauit, etenim is
habet ius eumdem equum retinēdi pro
mercede ſui laboris, & pro expenſis, &
medicamentis erogatis in eodem equo
curando, *Caroc. de locat. in tit. de expenſ.*
num. 59. verſic. Ampliatur, & in tit. de
medico quæſt. 11. num. 1.

Quartum caſum refert idem Bald. in
16 vecturali, † qui pro mercede vecturæ,
& pro ſolutione gabellæ ab eodem ve-
cturali erogatæ, habet ius retinendi ſar-
cinam, ſeu fardellum conſignatum *l. ſi*
non ſortem, §. ſi decem & §. ſi centum ff.
de cond. indebit. Garz. de expenſ. d. c. 1. n.
16. Caroc. vbi ſupra d. nu. 59. Decian. re-
ſponſ. 109. n. 85. verſ. Et poſtremò vol. 2.

Declara dummodo retineat tantum
eas res, quæ ſufficere poſſunt ad merce-
dem, arbitrio Iudicis, qui poteſt præci-
pere, vt mulio exhibeat omnes merces
retentis ſufficientibus ad mercedem, vt
firmat *Decian. vbi ſupra.*

17 Quintus caſus eſt in Aduocato, † &
Procuratore, qui licèt non poſſint re-
tinere ſcripturas, & inſtrumenta pro

eorum ſalario, & mercede, vt diximus ſupra, nihilominus rectè eis competit retentio pro expenſis factis, & ſumptibus in lite, & proceſſu compilato *l. qui proprio §. litis impendia, & ibi Gloſ. & DD. C. de procurat. Cap. deciſ.* 11. *Menoc. de recuper. poſſ. remed.* 11. *num.* 14. *Petr. de Fideicom. quæſt.* 15. *num.* 207. *Bellon. conſil.* 10. *num.* 2. *quos refert Caroc. de locat. d. tit. de expenſ. d. quæſt.* 1. *nu.* 4. *verſic. Limitatur folio* 225. *Mareſcot. Var. reſolut. d. cap.* 112. *nu.* 3. *verſic. Sic etiam lib.* 2. *folio mihi* 238.

Sextus caſus eſt in pictore, qui pro
18 tabulis † depictis poteſt eaſdem tabulas retinere, donec eius merces ſoluatur, *Garz. vbi ſupra dicto num.* 16.

Septimus caſus inſpiciendus venit,
19 quando quis animal alienum † pauit, hoc enim caſu licitam eſſe retentionem, donec ſoluatur pretium alimentorum, tenet *Alciat. in tract. præſumpt. regul.* 1. *præſumpt.* 50. *Coraſ. in rubr. ff. de ſeruit. num.* 140. *& nu.* 138. vbi ⁎ communem dicit, quos refert ita ſuſtinendo, *Surd. vbi ſupra nu.* 3. *verſic. Si quis, Guttier. canon. quæſt. d. par.* 2. *cap.* 8. *num.* 57. *verſic. Sic etiam fol.* 318. *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.* 11. *nu.* 8. *verſ. Et ſolet aff rri fol. m.* 105. *Baiard. ad Clar. q.* 82. *nu.* 15. *Coſt. in tract. de retract. cap.* 9. *caſu* 1. *ſub num.* 12. *verſic. Ecce, folio m.* 213. vbi declarat ita procedere, ſi ab initio paſcua ſint locata, aliàs ſecus, vt per eum *Mareſcot. Variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 112, *num.* 2. *verſic. Extenditur.*

Amplia hunc ſeptimum caſum, vt
20 pro dictis alimentis † præſtitis ipſe creditor debeat præferri omnibus alijs creditoribus, etiam expreſſam, & anteriorem hipothecam habentibus, *l. huius. ff. qui pot. in pignor. habeant. Caualc. deciſ.* 23. *num.* 31. *& deciſ.* 44. *num.* 47. *par.* 1. *Surd. de alim. tit.* 1. *quæſt.* 70. *in fin.* relatus cum alijs *per d. Coſtam. vbi ſupra, Giurb. deciſ.* 40. *num.* 1. *verſic. Veram,* vbi alios refert.

Limita hunc caſum non eſſe permiſ-
21 ſum domino † fundi pro damno dato animalia damnum dantia retinere, vt eſt *tex. expreſſ. in l. quamuis* 40. *ff. ad leg. Aquil.* vbi Pomponius ait, *Alienum pecus in agro ſuo deprehenſum ſic expelli debet, quomodo ſi ſuum deprehenſum ſit, quoniam ſi dominus quid ex ea re damni ceperit, habet proprias actiones. Itaque qui pecus alienum in agro ſuo deprehendit non iure id includit; Surd. vbi ſupra d. num.* 3. *verſic. Sed non pro damno dato,* vbi allegat *Coraſ. in d. num.* 138. de communi ⁎ teſtantem *Boſſ. in tit. de damn. dat. num.* 10. *Baiard. ad Clar. quæſt.* 82. *nu.* 15. *verſic. Et de animalibus, Caſſan. in conſuet. Burg. rubr.* 1. *§.* 6. *in tex. En meſuſagie. ver. Intellige, Mareſcot. vbi ſupra d. num.* 2. *Coler. de proceſſ. execut. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 64. *verſic. Primò,* vbi de communi ⁎ teſtatur.

Primò declara, vt quamuis ab Vni-
22 uerſitate † ſuperiorem recognoſcente non poſſit cuſtos deputari ad capiendum pignora ſine ſuperioris, vel iudicis authoritate, bene tamen vniuerſitati permiſſum eſt cuſtodē deputare in defenſa, vt arceat animalia damnum dantia, vel ea expellat à paſcuis cuſtodiendis, *Capic. deciſ.* 45. *nu.* 1. *verſic. Pro Henrico, Cepoll. de ſeruit. Ruſtic. præd. in tit. de ſeruit. iur. paſcend. num.* 3. *Caſſ. in conſ. Burg. rub.* 1. *§.* 3. citati per *Nundez in d. tract. de exeq. mandat. d. par.* 1. *num.* 13. *verſic. Si autem folio mihi* 18.

Declara ſecundò hanc limitationem,
23 vt quamuis pro damno † dato retineri animalia non ſit permiſſum; pro venditis, aut locatis paſcuis rectè datur dicta retentio, vt inquit *Giurb. in deciſ.* 40. *num.* 7. *verſic. Cæterum,* vbi allegat *Salicet Menoch. & Guttier.* qui hoc non dicunt omnes.

Decla-

Declara tertiò hanc eandem limita-
24 tionem, vt quamuis † non ſit de iure permiſſum retinere animalia damnum dantia in pratis, vineis, & ſegetibus, tamen ſi dominus damni reperiet animalia in eius pratis, & in eius domo retinuit, iure cõmuni inſpecto, de furto non tenetur cum in dolo non ſit, ſed iuſtam habuit retinẽdi cauſam vſque ad damni emendationem, *Gand. in tract. Malefic. ſub rubr. de furt.* cum alijs allegatis *per Anton. de Nigr. in cap. Regni* 10. *num.* 87. *verſic. Limita duodecimo*.

Declara quartò ſecus eſſe determi-
25 natum de iure municipali † huius Regni, in quo animalia damnũ dantia non licet ſub pœna furti detinere, nec in proprio ſolo, nec in propria domo, ſed dominus damni tenetur eadem animalia conſignare officiali illius loci, vbi damnum fuit datum, vt habetur *in conſtit. Regn. Peruenit animalia rubr.* 36. *vbi Iſern. & Afflict. & in conſtit. Cum per partes, & in conſtit. Animalia Rubr.* 37. *vbi Afflict.* vt ẽt firmat *Baiard. ad Clar. d. q.* 82. *n.* 15. *verſ. Et ſi damnũ fol. m.* 223. *& Campagn. in d. cap.* 10. *d. nu.* 87. *in fin. verſic. Sed aduerte folio mihi* 57. & ſic iure municipali Saxon. inſpecto refert *Coler. vbi ſupra num.* 66. *verſic. De iure*.

Subdeclara hanc quartam declarationem, quod ſi cuſtos certã acceperit
26 pœnam † à domino animalium damnificantium, ſpontè ſoluẽte nullam committit culpam, etiam ſi Iudicis ſentẽtia non præcedat, *l. penult. §. nauem ff. locat. Bald. c. ad noſtram* 2. *de iureiur. relatus per Nundez in d. tract. de exequen. mand. par.* 1. *cap.* 1. *nu.* 14. *verſic. Si autem fol. m.* 19.

Et an damnum datum probetur iuramẽto damnum paſſi, *vide infra ampliat. princip.* 33. *num.* 28.

Octauus caſus ſe offert in hoſpite,
27 † caupona, & ſtabulario, qui licèt ſint homines malæ conditionis, & famæ, vt *in l.* 3. *ibi Prætorem curam agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominũ ff. naut. caup. & ſtab. Clar. in prax. crim. in §. furtum circa finem verſic. Mihi placet opinio,*
28 tamen quia publicè † intereſt habere eorum officium, *l. nauta ff. eod.* pro rebus conſumptis, & ab eiſdem præſtitis poſſunt eorũ debitores, vel bona arreſtare, & detinere, *Pirr. ad conſuetud. Aur. in tit. de execut. & locat. cap.* 6. *relatus per Petr. Pecch. de iur. ſiſtend. c.* 3. *n.* 2. *Rebuff. in ordinat. Regni Gall. tomo* 1. *art.* 4. *de literar. obligat. gloſ.* 2. *num.* 31. *eum refert Surd. de aliment. dicto tit.* 8. *priuileg.* 62. *num.* 15. *verſic. Et quod dictum*.

Nonus caſus reperitur in meliora-
29 mentis factis, † in quibus quando, & quomodo retentio cõcedatur, licèt fuerit explicatum per *Neguſ. Menoch. Tiraquell. & alios per Surd. commemoratos d. priuileg.* 62. *in fine*, tamen adeundus eſt, *Mareſcott. Var. reſolut. d. cap.* 112. *per totum*, vbi hunc articulum poſt alios eruditè, & doctè proponit, declarat, ampliat, & limitat, ad quem lectorem remitto.

Decimus caſus ſe offert in vxore,
30 quæ mortuo viro † poteſt retinere abſque iudicis licentia, & propria authoritate illius bona pro reſtitutione ſuarum dotium, *Bart. in l. ſi filio, la prima, ff. ſolut. matr. Bald. in l.* 2. *C. de non numerat. pecun. Bald. Nouell. tract. de dot.* 6. *priuileg.* 13. *limit.* quos cum alijs allegat *Magon. deciſ. Lucenſ.* 64. *num.* 3. *verſic. Quo verò*; Maximè quando in dotis contractu appoſitum eſt conſtitutum, per quod cenſetur tranſlatum dominium, & poſſeſſio in vxorem, vt concludit idem *Magon. ibidem num.* 4. *Iaſ. in §. item Seruiana num.* 72. *vbi nouiſſ. Oinot. num.* 32. *verſic. Et pro tali inſt. de action.* vbi ſic teſtatur obſeruari.

Vndecimus caſus euenire ſolet in re-
31 tẽtione melioramẽtorũ † hæc inquam

etiam aduerſus ſententiam latam conceditur, ita vt res in ſententia contentæ etiam aduerſus ſentẽtiam retineri poſſunt, quia talis retentio, ſeu oppoſitio non impugnat ſententiam, imò eam probat, *Neguſ. de pignor. par. 5. membr. 4. num 10. Galleſ. de cam. oblig. par. 2. 4. par. quæſt. 2. nu. 13. Benintend. deciſ. 77. n. 1. Magon. deciſ. Lucenſ. 81. num. 4. & ſequent.* quos recenſer *Rot. Lucenſ. diuerſorum* 82. *in principio, & per tot. vbi Valer. Vallar. relator, folio mihi* 118. ſed vide quæ ſcripſimus *infra* 35. *ampliatione principali, numero* 18. *& numero* 19.

SVMMARIVM

AMPL. XXVII.

quer. dec. 5. fol. 75.

1 *Carceratus pro vna cauſa poteſt pro alia recommendari.*

Procedit multò magis pro debitis fiſcalibus num. 2.

Etiam ſi indebitè ſit detentus ex priuilegio eiuſdem Fiſci num. 3.

Pro cauſa fiſcali poteſt ad priuati inſtantiam recommendari num. 4.

Pro delicto aliquo, poteſt pro alio delicto recommendari num. 5.

Habet locum etiam ſi carceratio fuit facta pro debito partim vero num. 6.

In die feriata captus non recommendatur pro cauſa ciuili num. 7.

Iniuſtè captus debet ante omnia relaxari numero 8. Contrarium ſuſtinent alij, vt ibi.

Si pro cauſa criminali, non detinetur pro ciuili num. 9.

Nulliter ſine decreto Iudicis detentus relaxatur abſque fideiuſſione num. 10.

11 *Recommendationes factæ ſuper captura nulla ſunt inualidæ.*

12 *Condemnatus in exilium non poteſt recommendari.*

AMPLIATIO XXVII.

Etiam in carcerato pro alia cauſa.

An debitor carceratus pro vna cauſa, poſſit pro alia recommendari?

1 DEBITOR carceratus, † ſi de iure in vinculis fuerit deductus, eodem iure permittente poterit ad inſtantiam cuiuſlibet priuati in ijſdem carceribus recõmendari, ſeu vt noſtrates dicunt emparari, *Bart. in l. 2. §. fin. nu. 4. verſic. Quandoque vtraque de cuſtod. reor. Et in ſua diſputatione 6. Lapus fuit captus num. 17. verſic. Iſtud probatur, & in conſ. 221. An poſitus par. 1. ſub nu. 1. verſ. Quandoque, Angel. in l. nemo carcerem C. de exactor. tributor. lib. 10. Marſil. in prax. crimin. in §. attingam nu. 31. Aſin. in tract. de execut. § 2. cap. 5. num. 2. verſic. Debitor,* vbi ſic Florẽtiæ obſeruari ✱ teſtatur *Vinc. de Franc. deciſ. 415. Exiſtente in princip.*

Primò amplia hanc regulam ſupra firmatam, vt multò magis procedat, ſi
2 debitor carceratus † fuit recommendatus ad inſtantiam exactorum rerum fiſcalium, *Bart. in l. 3. C. de exactor. tributor. lib. 10.* etiã ſi carceratus ſit indebitè
3 detẽtus, † quia in hoc fiſcus eſt ſpecialiter priuilegiatus, poteſt enim ex eius priuilegio carceratum debitorem detineri facere, *Bald. conſ. 90. Quæritur an captus in fin. lib. 5. Peregr. de iure Fiſci lib. 6. tit. 7. num. 23. verſic. Item debitor.*

Amplia ſecundò, vt carceratus pro
4 cauſa † fiſcali poſſit etiam ad priuati inſtantiam recõmendari in carceribus, in quibus reperitur, *Ang. in §. eũ quoque inſtit. de action. Guid. Pap. deciſ. 61. in fin. verſ. An incarceratus, Peregr. in tract. de iur. fiſci lib. 6. tit. 7. n. 33. verſ. Itẽ debitor.*

Amplia tertiò procedere etiam ſi re-
5 periatur detentus † ex aliquo delicto in aliquo

aliquo loco, & per Tribunal detinens
proceditur contra detentum, quando-
quidem hoc caſu per aliud Tribunal
ex alio delicto poteſt recommendari,
& proinde ordinem fieri carcerum cu-
ſtodi, quod detineat carceratum pro
cauſa cõtenta, &c. *Clar. in praxi crimin.
quæſt. 44. in fin. verſic. Aut certo, Angel.
de maleficijs in verſic. Fama publica nu.
63. vbi addentes verſic. Septimò quæro,
Bartol. plenè in d. conſil. 221. num. 3.*
vbi ſecundum eum diſtinguas.

Amplia quartò etiam ſi captura de-
6 bitoris fuit facta † partim pro debito
vero, & partim falſo, quoniam ſuſti-
netur eiuſdem debitoris carceratio pro
debito vero ex quantitate indiuidua,
in qua vtile pro inutile non vitiatur,
*Caccialup. de debitor. ſuſpect. quæſtione 6.
num. 29. Caualcan. in tract. de brach. reg.
part. 6. num. 372.* & plenius *in Frag. 48.
verſic. Nihilominus fol. m. 176.*

Limita primò ſupradictam regulam
7 non procedere quando † debitor pro
cauſa ciuili ad inſtãtiam creditoris fuit
in die feriata in carcerem vti ſuſpectus
de fuga conuictus, ſiquidem hoc caſu
nõ poteſt pro cauſa ciuili recommen-
dari, *Curt. iun. in l. vinum num. 11. ver-
ſic. Prima ff. ſi certum petatur, Brun.
de ceſſ. bonor. 11. quæſt. 4. quæſt. princip.
ſub num. 36. verſic. Quid autem; & nu.
28. verſic. Nam capturæ, Farinac. de car-
ceribus quæſt. 27. num. 108. verſic. Sub-
limita hanc* cum alijs allegatis per eum,
*Alexand. conſil. 159. num. 7. verſic. Ta-
men non poteſt vol. 2.* ...

Limita, & declara ſecundò quando
8 debitor † fuit iniuſtè captus, is enim
debet ante omnia relaxari, & ſi ſecus
fiat propriè dicitur ſpoliari libertate,
*Bart. in d. l. 2. d. num. 4. Brun. de ceſſ.
bonor. vbi ſupra nu. 24. verſic. Dic quod,
Roland. à Valle conſil. 65. num. 31. lib. 3.
Pariſ. conſil. 101. num. 7. verſ. Poſtquam
lib. 3. Riminald. iun. conſil. 125. num. 8.
lib. 2. Gabriel. comm. concluſ. in tit. de re-
ſtit. ſpoliator. concluſ. 1. num. 38. Rota
Roman. Diuerſ. deciſ. 151. nu. 2. & nu.
3. part. 2. Bald. conſil. 90. In princip. lib.
5. Alexand. plenè conſil. 159. nu. 8. verſ.
Alia ratione,* vbi hãc dicit ✻ cõmunem.

Contrariam partem, quando con-
ſtat de debito, ſi debitor fuit ad car-
ceres ductus non eſſe diſputandum de
iuris ſolemnitatibus, ſed eundem de-
bitorem eſſe detinendum, donec ſol-
uat, vel ſolitam cautionem præſtet,
firmat *Marſ. in l. patri, vel marito num.
58. & ſeq. ff. de quæſt. Addent. ad Cre-
menſ. ſingul. 93. Decius conſil. 449. num.
19.* quos cum alijs commemorat *Mart.
deciſ. 79. per tot. & Monach. deciſione
Bonon. 26. per tot. fol. m. 55. Rot. Rom.
diuerſ. d. deciſ. 151. num. 5. verſic. Bene
verum poſt multos allegatos par. 2.* & in
hoc Regno vbi proceditur ſola facti
veritate inſpecta nullam habere dubi-
tationem exiſtimarem, licet dictam
contrariam communem iure cõmuni
inſpecto diſputando ſuſtinerem.

Limita, & declara tertiò, qñ debitor
pro cauſa criminali eſt detẽtus, etenim
9 non eſt permiſſum † creditoribus pro
debito, vel cauſa ciuili eundem recom-
mendare, *Bart. in l. 2. num. 4. verſ. Vlte-
rius, Ludouic. deciſ. Peruſin. 70. num. 9.
verſic. Et ſic part. 2.* & hanc opinio-
nem dicit ✻ veriorem *Farinac. d. quæſt.
27. num. 105. verſ. Captus tamen, Mart.
plenè deciſ. 52. per tot. fol. mihi 51. Vinc.
de Franc. deciſ. 415.*

Sed licèt hæc opinio ſit communiter
recepta, attamen creditoribus inſtan-
tibus, poſt liberationem inquiſiti pro
cauſa criminali, recepto mandato, ar-
reſtantur dicti debitores pro cauſa ci-
uili, quando ſunt de fuga ſuſpecti, ſed
vide inferius *hac ead. ampl. 27. num. 12.*

Limita, & declara quartò, quando
captu-

captura fuit nulliter relaxata, quia de-
10 bitor † ad carceres ductus non fuit Iudicis decreto arreſtatus, vel probatis probationibus, ſecundum cuiuſque loci conſuetudinem carceratus, vt diximus *ſupra in quæſt.3.num.17. & ſeq.* hoc enim caſu etiam creditore inaudito poteſt debitor de ordine Iudicis abſque alia fideiuſſione relaxari, *Zaſius in l.de vno quoque ff. de re iudicat. Petr. Pecch. de iur. ſiſtend. cap.45.nu.21. verſic. Poſtremò. Vinc. de Franc. d. deciſ.415.*

Nec obſtabũt omnes aliæ recõmendationes, *Ioſeph. de Seſſ. deciſ. Aragon. 99. num.7. verſic. Vt apud*, quia dictæ re-
11 commendationes aliorum † creditorum tanquam factæ ſuper captura nulla, & inualida, omninò corruunt, *Bal. in Authen. et qui num.10. & Salicet. in l. final. num.8. C. de bon. authorit. iudic. poſſiden. idem Bald. in conſ.90. num.1. vol.5. Ancharan. conſ.292. num.2. Ripa in l. naturaliter §. nihil commune nu.56. de acquir. poſſeſſ.* cum alijs allegat. *per dictum Ioſeph. de Seſſ. in d. deciſ.99. nu. 3. & 4. Bartol. in d. conſ.221.*

Limita, & declara quintò quando
12 carceratus eſt condemnatus † in exilium, vel aliter relegatus, ſeu deportatus, etenim is non poteſt recommendari pro debito ciuili; ſed tranſmittendus in exilium cum cautione de redeundo finita relegatione, vt diximus *ſupra 13. princ. ampliat. num.54.* cum allegatis, pro qua limitatione faciunt tradita *per Vinc. de Franc. d. deciſ.415.*

SVMMARIVM

AMPL. XXVIII.

1 *Calamitates noſtrorum temporum recenſentur.*

2 *Officialis finito officio non debet carcerari. Sed contra num.4.*

3 *Cautum fuiſſe ſemel ſufficit.*

4 *Officialis ſindicandus carcerari poteſt, ſi criminaliter agitur.*

5 *Carab. in tract. de ſindicatu declaratur.*

6 *Cauſa criminalis dicitur quando pœna fiſco applicatur.*

Capitalis non dicitur quando pœna fiſco debetur num.7.

8 *Iudex detinens aliquem indebitè tenetur actione iniuriarum.*

9 *Officialis ſindicãdus debet carcerari quando adſunt querelæ capitales, vel ciuiles magnæ quantitatis.*

10 *Cauſa ciuilis ardua criminali comparatur.*

11 *Officialis parens ſindicatui ad hoc, vt carcerari poſſit, debet conſtare de crimine capitali.*

Et officialem eſſe de fuga ſuſpectum n.12.

13 *Suſpectus de fuga probatur per coniecturas, & quæ dicantur.*

14 *Michael de Aguir Hiſpanus Gubernator Ciuitatis Aquilæ fuit carceratus in eius ſindicatu.*

Fuit condemnatus ad annos triginta in inſulam per S. E. declarandam nu.15. & poſtmodum condemnatus ad exulandum ab hoc Regno per annos decem.

16 *Condemnatio ad relegandum non debet excedere annos decem.*

17 *Officialis debet parere ſindicatui per dies viginti, ſi per annum, & vltra exercuit officium, ſin minus pro rata temporis.*

18 *Tempus ſindicatus currit de momento ad momentum.*

19 *Errores, qui committuntur in libellis, & querelis formatis in cauſa ſindicatus.*

20 *Praxis in cauſa ſindicatus ab authore proponitur.*

21 *Querelæ in cauſa ſindicatus debent coadiuuari per teſtes.*

22 *Teſtes examinati parte non citata non probant.*

Non procedit quando timor teſtibus inferri poteſt num.23.

Et

Et quando ſunt examinandi pro capiendo inquiſito num.24.
25 *Querelæ in cauſa ſindicatus, ſi criminales ſunt non leguntur, ſed lis conteſtatur.*
26 *Sindicandus in criminalibus cauſis debet examinari medio iuramento.*
27 *Teſtes in cauſa ſindicatus etiam ſi ciuiliter agitur debent examinari ante lecturam querelarum.*
28 *Error circa modum procedendi in cauſa ſindicatus.*
29 *Modus libellandi in cauſa ſindicatus tam ſi ciuiliter, quàm ſi criminaliter agitur.*
30 *Cumulatio actionis ciuilis, & criminalis non conceditur, ſed declara num. ſeq.*
31 *Libellus, quo petitur Titium puniri, & condemnari ad rei reſtitutionem rectè concipitur.*
32 *Cauſa ſindicatus eſt ſummaria.*
Et in ea non attenduntur quæ ſunt de apicibus iuris num.33.
34 *Forma citationum in cauſa ſinditatus.*
35 *Aduocatus debet inſiſtere in cauſa pro defendendo officiali ſindicando.*
36 *Officialis ſindicandus non debet grauari in modo procedendi.*
Non debet ad iuratoriam cautionem relaxari num.37.
38 *Captura eſt Iudicis arbitraria.*
39 *Cautio iuratoria de conſuetudine non conceditur quando agitur criminaliter.*
40 *Officialis ſindicandus fugam arripiens durante tempore ſindicatus ſemiplenam inducit probationem.*
41 *Querelæ in cauſa ſindicatus probantur iuramento, & quomodo procedat.*
42 *Sindicandus pro confeſſo habendus eſt, ſi aufugiat.*
Procedit etiam reſpectu fideiuſſorum numero 43.

AMPLIATIO XXVIII.

Etiam in officialibus ſindicandis.

An officialis, qui poſt finitum officium paret ſindicatui poſſit carcerari?

1 NEQVEO calamitatem noſtrorũ temporum hac † egeſtate ſilentio præterire, in quo nedum officiales ſindicandi rationem villicationis non reddunt, verum etiam iniquitates extorſiones iniuriæ illatæ, barattariæ, & alia huiuſmodi ab eiſdem cõmiſſa per homines ferè inhumanos, & publici boni, & propriæ patriæ inimicos occultantur & proteguntur, prohibendo diuerſis iniuſtiſſimis medijs, & minis querelantes, & ab iiſdem officialibus oppreſſos, ne tempore ſindicatus eorum conſequantur iuſtitiã, & quod nequiſſimum eſt, id agunt, vt boni iiſdem officialibus videantur, contra quos innuit *Cicer.1.officiorum Totius iuſtitiæ nulla,* inquit, *eſt capitalior peſtis, quàm eorum, qui tum, dum maximè fallunt, id agunt vt boni viri videantur, & propterea non eſt mirandum, ſi occurrere ſolent flagella inopinata, contentiones, homicidia, inimicitiæ, & alia huiuſmodi generis,* quia iuſtus de anguſtia liberatus eſt, & tradetur impius pro eo, vt habetur *Prouerb 11.*

2 Sed redeundo ad rem, de qua verba facimus Officialis finito officio † non videtur eſſe carceri tradendus, quãdoquidem dum cautionem præſtitit finito officio de parendo ſindicatui, & de bene, & fideliter adminiſtrando, vt in hoc Regno fieri conſuetum eſt, *Paris. de Put. in tract. de ſindicat. in §. fideiuſſor officialium cap.1.num.5.verſ.Tamen*
3 *in Regno,* ſufficit ſemel fuiſſe † cautum tam in ciuilibus, quam etiam in criminalibus, vt inquiunt *Sebaſtian. Medic. de regul.iur. regul.4. num.39. parte 1. Surd.conſ.8.num.9. Randenſ. in tract. de*

de Analogis lib.1.cap.11.num.21.rela-
ti per Anton. Hering. in tract. de fide-
iuſſor.cap.13.nu.3.verſic. Nihilominus,
& ſi ſecus diceretur debitor per ſin-
gula momenta onerari poſſet, etiam ſi
primo loco idoneè fideiuſſit, vt per
eundem Hering. vbi ſupra.

4 Sed contrariam † partem de iure ve-
riorem ſuſtinemus, officialis enim ſin-
dicatui parens, ſi agitur de cauſis cri-
minalibus carcerari poteſt, vt inquit
Carab.in tract.de ſindicat.par.1.nu.117.
vbi allegat *Parid. de Put.in dicto tract.*
de ſindicat. in d. §. fideiuſſor officialium
cap.1. Verum Paris de Puteo ibi hoc
non affirmat, ſed bene concludit offi-
cialem ſindicandum carcerādum eſſe,
ſi fuerit inquiſitus de cauſa capitali, &
fideiuſſores non inueniat, vt ibi *per*
eundem num.4. verſic. Quod verum eſt,
5 Vnde dicta † Carabæ concluſio non ita
ſimpliciter eſt intelligēda, niſi duobus
concurrentibus, primò, ſi fideiuſſores
non inuenerit, ſecundò, ſi agatur de
cauſis capitalibus, & ſic non ſufficit, ſi
ſindicatur de cauſis criminalibus, quæ
differunt à cauſis capitalibus, ſiqui-
6 dem cauſa † criminalis dicitur etiam
quando pœna fiſco applicatur, capi-
7 talis verò † nequaquam, vt latè dixi-
mus *ſupra in prælud.1.ſub num.13.ver-*
ſic. Et differt. Nec aſſerimus ſuffice-
re, ſi tantum querelæ capitales fuerūt
porrectæ, niſi conſtet per aliquas pro-
bationes de delictis per officiales ſin-
dicandos commiſſis, & ſi ſecus dicere-
tur vnicuique querelanti permiſſum
eſſet querelam capitalem exponere, &
arreſtare officialem ſindicādum, quod
vtique ferendum non eſt, quia carce-
8 ratio iniuriam infert, & Iudex † inde-
bitè detinens aliquem actione iniuria-
rum tenetur, vt inquit *Farinac. de car-*
cer.quæſt.27. num.142. verſ. Amplia 1.
in fine, Monach. deciſ. Bonon.58.nu.66.
& ſeq. verſ. Reſpondetur, & in deciſ.69.
ſeq. num.26. & per conſequens ſindi-
catores, ſiue eorum conſultor indebi-
tè detinentes ſindicandum, iniuriarum
actione teneri debent.

Vnde ad euitandum euitanda ſem-
per ego conſulerem, eſſe procedēdum
ad carcerationem officialiū tribus his
9 concurrentibus; Primò, quod † debeāt
contra eundem ſindicandum adeſſe
querelæ capitales, vel ciuiles magnas
continentes quantitates, vt per eun-
dem *Carab. vbi ſupra num.117.* quia
10 ciuilis ardua † criminali comparatur,
vt ſupra diximus *in dicto præludio pri-*
mo num.17. verſic. Et cauſa ciuilis.

Secundò debet ſaltem per aliquos
11 † teſtes, etiam parte non citata exami-
natos, conſtare de criminibus capitali-
bus per eoſdem officiales commiſſis.
Tertiò, ſi conſultori videbitur, debet
12 † etiam de fuga eiuſdem ſindicandi
apparere, ſeu de coniecturis ad dictam
fugam pertinentibus, quando ſcili-
cet bona ſindicandi in aliqua eccleſia,
vel alio loco tuto aſportata fuerunt,
13 ſeu libri † aliquibus potentioribus cō-
ſignati, vel abſconditi, vel ſi equos ſin-
dicandus inueſtigauerit; conſtito enim
per ſummariam informationem de ſu-
pradictis, capiendam, etiam nec teſti-
bus, nec parte citatis, vt ſupra diximus
quæſt.4. licitum eſt ſindicatoribus cum
voto conſultoris arreſtare officialem
ſindicandum, de quibus coniecturis e-
tiam verba facit *Carab. vbi ſupra part.*
1. num.119. & videas quæ paulò infe-
rius dicam *in prima ampliatione huius*
quæſtionis num.37. & ſic fuit obſerua-
14 tū in cauſa Michaelis de Aguir † Hi-
ſpani, qui paruit ſindicatui pro officio
Gubernatoris huius fideliſſimæ Ciui-
tatis, pro quo ſindicatu fuit electus
Magnificus Aſtor de Aliferis Quarterij
Sancti Georgij, & Magnificus Ludo-
uicus

Digitized by Google

ſicus de Colantonijs Quarterij Sancti
Ioannis, & dum porrectæ fuerunt mul-
tæ querelæ, & lectæ in publico Palatio
eiuſdem Ciuitatis coram dictis ſindi-
catoribus, & cum mei interuentu vti
conſultoris electi ad compilandos pro-
ceſſus præſente dicto ſindicando, quia
inter dictas querelas continebantur
multæ criminales, & capitales, & mul-
tæ aliæ ciuiles magnæ quantitatis, &
ex teſtibus examinatis conſtabat de
aſportatione rerum cōſignatarum Ta-
bellario Neapolis, fuit interpoſitum
decretum, quod dictus ſindicandus, vel
præſtaret cautionem de tenendo pala-
tium loco tuti carceris, vel detineretur
in loco decenti, & demum, quoniam
cauſa protelabatur, ſtantibus alijs de-
poſitionibus multorum teſtium in cau-
ſis capitalibus, fuit interpoſitum aliud
decretum ſindicandum eſſe detinen-
dum in loco decenti, & tuto, & vigore
eiuſdem decreti fuit trāſmiſſus in Reg.
Caſtrum eiuſdem Ciuitatis, & poſtre-
mò ſub die 3. menſis Maij fuit con-
15 dēnatus pro duabus cauſis † crimina-
libus, & capitalibus ad relegationem
pro annis triginta in inſulam per S. E.
declarandam, exiſtentibus ſupradicto
magnifico Aſtorri de Aliferis, & Ma-
gnifico Nicolao de Antonellis altero
ſindicatore electo ob abſētiā dicti Ma-
gnifici Ludouici de Colātonijs, ex vo-
to Magnifici Doctoris Bartolomei An-
dreæ de ciuitate Piſcinæ, electi per eoſ-
dem ſindicatores, dato termino ad dā-
dum liſtam ſuſpectorum, pro votan-
dis proceſſibus iam à dictis ſindicato-
ribus, & à me compilatis, iuxta for-
mam Reg. Prag. primæ de ſind. official.
licèt dicta condemnatio ad annos tri-
ginta ſatis dura omnibus viſa fuerit,
tanquam lata contra formam omnium
16 condemnationum, quæ in Regno † &
in omnibus huius Regni tribunalibus
propalantur, in quibus vel ſunt ad vi-
tam, vel ad decem annos, vel minus,
ſed non vltra & huiuſmodi condemna-
tio tanquam nimis rigida, inſolita, &
animoſa, dedit cauſam Magn. Curiæ
Vicariæ, & eorum Magnificis Iudici-
bus ad malè ſentiendum de ſindicatu
ſupradicto, vbi ad huc lis pendet in-
deciſa, ob appellationem ab eodem ſin-
dicando interpoſitam; Et dum hæc
ſcriberem fuit concurrentibus alijs de-
lictis condemnatus ad exulandum ex-
tra regnum per annos decem.

Et ad propoſitum materiæ, quam
incidenter attingimus, animaduerten-
dum eſſe cenſeo, quod licèt vigore
Reg. Prag. primæ de ſindic. offic. aſſi-
17 gnentur viginti † dies ad porrigēdum
querelas, & alij viginti ad proſequen-
dum, ſi per annum integrum, vel vltra
officialis officium adminiſtrauerit, &
ſi minus pro rata temporis, vt dicemus
latius Deo dante in noſtris *Curialibus*
obſeruationibus centur. 1. Nihilominus
in praxi confuſè proceditur, quoniam
18 cum terminus ſindicatus † currat de
momento ad momentum, partes que-
relantes ſatis properando quo ad libel-
lorum conceptionem, & quoad mo-
19 dum † procedendi, iuſtitiam conſequi
nequeunt, ex defectibus in petitioni-
bus querelis, & proceſſibus in eodem
ſindicatu compilatis, & licèt aliqui
Doctores non contemnendæ auctorita-
tis hāc materiam in eorum tractatibus
exactè propoſuerint, tamen hanc ean-
20 dem ex praxi † hodierna in paucis
verbis reſtringendo, decreui pro tiro-
nibus Aduocatis infraſcriptas propo-
nere animaduerſiones.

Primam itaque animaduerſionem,
quæ præcipua eſt, exiſtimarem, quan-
do querelæ criminales in termino vi-
ginti dierum ad porrigendum, pro-
poſitæ fuerunt, adimpletis requiſitis
le-

l. libellorum ff. de accuſation. Iſtiuſmodi enim querelæ ſi pœnam capitalem contineant, ne ſuccedat locus fugæ, ante earum lecturam, quæ fieri ſolet elapſis viginti diebus datis ad porri-
21 gendum, debent † coadiuuari per teſtes etiam non citatos, recipiendos ante querelarum publicationem.

22 Et licèt hoc caſu teſtes examinati parte non citata in criminalibus, nihil probent, nec aliquod indicium faciãt, vt fusè tradit *Farinac. in tract. de teſtibus quæſt. 72. cap. 2. num. 87. 88. & 89. ſolio mihi 295.*

Tamen quando agitur de potentia
23 inquiſiti, ob quam † ſolet periculum imminere, ne teſtibus timor inferatur, inquiſiti citatio non eſt neceſſaria, vt per eundem *Farinac. vbi ſupra nu. 116. verſic. Sublimitate hanc;* prout occurrere ſolet in cauſa ſindicatus, vbi teſtes ex potentia ſindicandi; & ex potentia improborum hominum fautorum iniuſtitiæ, terreri ſolent, vel quando
24 † teſtes ſunt examinandi pro capiendo inquiſito, vt idem Farinac. animaduertit *ibidem nu. 134. verſic. Limita 12.* vt in caſu à nobis ſuperius relato, teſtes poſſunt recipi parte non citata, & quoad effectum ſupradictum plenè probant, & ex eorum depoſitionibus duo reſultare videntur optimi effectus; Primus quam facillimè conceditur, & permittitur captura, & carceratio officialis ſindicandi, vt ſupra retulimus,
25 ſecũdus effectus eſt lectis querelis † ciuilibus, litis conteſtatio fit in criminalibus querelis, quæ non leguntur, vt inquit *Carab. vbi ſupra,* rectius perficitur, & ſindicandus inquiſitus medio iuramento melius interrogari, & examina-
26 ri vti principalis † ante litis conteſtationem conceditur, & recepta eius depoſitione ab eodem ſubſcripta, datur terminus ſindicando ad ſe ipſum defendendum, & parti querelanti ad impinguandum, & facilius poſtea, aut teſtes parte citata repetuntur, aut pro repetitis in forma declarantur, vt fieri ſolet, & euitatur timor teſtibus inferendus, qui melius repetuntur examinato, & lite conteſtata principali inquiſito.

Idem dicerem in cauſis ciuilibus ar-
27 duis, † vt ſupra diximus, in iſtis enim etiam teſtes ante lecturam querelarum reciperem, ad ſiſtendum ſaltem ſindicandum, vt fideiubeat de ſtando iuri & ſoluendo iudicatum vt firmauimus *ſupra quæſt. 4. principal.*

Secunda conſideratio offertur circa modum libellandi, in quo etiam peri-
28 tiſſimos in errorem labi † obſeruauimus; hi enim contra ſindicandum procedendo pro eadem perſona querelante duos ſolent libellos formare, vnum criminaliter agendo, quo petunt ſindicandum pœna capitali puniri, & alium contra eundem ſindicandum, quo petunt rei reſtitutionem.

Et ad maiorem facti intelligentiam
29 pono exemplum, † quando aliquis de facto eſt carceratus pro aliqua cauſa vera, vel ficta, vt fieri paſſim ſolet de mãdato iſtorum Gubernatorum idiotarum; & pro relaxatione carcerati ſoluitur aliqua pecuniarũ ſumma, ex dicta indebita carceratione, & cõcuſſione inde ſecuta, duæ dantur actiones, vna criminalis indebitæ carcerationis, alia ciuilis pro reſtitutione pecuniæ extortæ; In ſindicatu, duo ſolent pro dicta cauſa formari libelli, vnus pro cauſa indebitæ carcerationis, pro qua ſindicandus petitur debita iuris pœna puniri, & alius libellus ciuiliter agendo pro reſtitutione pecuniæ indebitè ſindicando tempore officij ſolutæ, & in hoc formantes libellum decipiuntur,
30 putantes † non eſſe permiſſũ actionem ciui-

ciuilem, & criminalem cumulare, *ex
tex. in l.2. §.edicto ff. vi bonorum rapto-
rum, & in l.1. C.quand. ciuil. act. crim.
præiudic. Farinac. pract. criminal. q.100.
n.123. verſ. Regula 2.p.to.1.folio m.427.*

Nec animaduertunt, quod actio ci-
31 uilis & criminalis, † licèt intētari prin-
cipaliter non poſſint, tamen vna actio
criminaliter proponi poteſt, & altera
ciuilis in conſequentiā,& vtraque pro-
cedit,etiāſi in eod. libello ſint cumula-
tæ,& actor ſimpliciter dicat, Titiū pu-
niri debita iuris pœna,& ad rei reſtitu-
tionē cōdemnari; ſiquidem nō cenſetur
libellās vtrumque principaliter petere,
ſed primum principaliter,ſecundū verò
in conſequētiam,& incidenter propo-
nere,& libellus hoc caſu ſuſtineri dēt,
vt per eundem *Farinac. vbi ſupra n.152.
verſic. Limita ſeptimò cum ibi allegatis.*

Et hoc multò magis procedere debet
in cauſa ſindicatus,quę cum ſummaria
32 dicatur, † & ſola facti veritate inſpecta
in ea procedatur,ideo,quæ de apicibus
33 iuris ſunt, non debent attendi, † ſed
proceditur cumulata cauſa criminali,
& ciuili, *Bald. conſil. 178. Præſuppoſito
Statuto num.2. verſic. Item ciuilis lib.1.*

Tertia animaduerſio verſari dēt circa
34 citationes, † monitiones,& notificatio-
nes,quæ fiūt vel ſindicādo,vel teſtibus,
& parti,& in alijs incidentibus in cauſa
ſindicatus occurrētibus, quæ cū currat
de momēto ad momentū,dēt citatio,&
relatio tam in cauſis ciuilibus, quàm ēt
criminalibus fieri ad horas, ſcilicet ci-
tentur teſtes,& pars ad videndū eorum
iuramenta pro tali die,& tali hora eiuſ-
dem diei,& deinde cum continuatione
horarū,&c. & ſic procedēdo ad inſtan-
tiam partium pro publicatione,& con-
cluſione, & citatione ad dicendum in
cauſa criminali,& ad ſnīam in cauſa ci-
uili,debet idem ſeruari, ad euitandum
nullitates,& verſutias aduocatorum.

Quarta conſideratio occurrit circa
defenſiones eiuſdē ſindicandi, in qua is
35 prouidere ſibi dēt † de peritiſſimo Ad-
uocato, qui habeat oculos aperire, au-
res erigere,& diligētiam exactiſſimam
adhibere, inſiſtendo, & opponendo in
horis determinatis, & præcipuè in le-
ctura petitionum,& in litis cōteſtatio-
ne querelarum,in quibus debet inſiſte-
re, declarandas eſſe ciuiles, quando ci-
uiles ex eorum lectura appareant.

Quinta animaduerſio occurrit circa
perſonas eiuſdem ſindicādi, qui, prout
36 fieri pōt,grauari † nō dēt circa modum
procedēdi,& carcerādi,habēdo rōnem
rei, loci,tēporis,& perſonarū,quarū,vt
fertur,remanent reliquiæ; & ideo cum
munificentia, & benignitate,& hono-
rificè tractari ſindicādi debēt, monen-
do eoſdem ſindicatores, vt memoriæ
mandent homines omnes nos eſſe, &
vti homines errare quemlibet poſſe.

Et redeundo ad eandem materiam à
qua digreſſi ſumus,& vbi firmauimus,
ſindicandum eſſe carcerandum,in caſi-
bus à nobis propoſitis.

37 Ampliatur primò,multò magis nō eſ-
ſe ſub fideiuſſoria cautione relaxādum,
qn̄ agitur de pœna capitali, Licet con-
trariū aſſeuerare videatur *Par. de Put.
in tract. de ſindicat. in d.§.fideiuſſor offi-
cialiū c.1.ſub n.4. verſ. Quod eſt verū*, vbi
cōcludit nō eſſe carceribus mācipādū,
qn̄ fideiuſſores dare paratus eſt, Quia,
qn̄ de ſupradicta pœna agitur; arbitra-
38 riū Iudicis † eſſe teſtatur *Menoc. de ar-
bitrar. caſ.303.n.2. & Farinac. ex plurib.
alijs cōcludit de carcer. q.33.nu.71. verſ.
Limita tertiò,* vbi affirmat, in hoc caſu
Iudicem non eſſe redarguendum,cū ex
iuxta cauſa moueri videatur, *Foller. in
prax. criminal. 1.p.2. p. in verbo, Notatos
capiant de perſ.nu.2. verſ. Eſt ne arbitra-
riū, & Menoch. vbi ſupra quæſt.88.nu.1.*

Amplia ſecundò, vt multò minus ſit

39 iuratoriæ cautioni † commendandus,
quando de crimine agitur, *Par. de Put. vbi ſupra ſub num.* 4. quia licèt de iure
tam in cauſa ciuili, quàm criminali locus ſit iuratoriæ cautioni, de conſuetudine tamen inquiſiti ad eam non admittuntur in cauſa criminali, ut ex pluribus teſtatur *Farinac. vbi ſupra nu.* 46. *verſic. De conſuetudine.*

Amplia tertiò, ſi officialis fugam ar-
40 ripuerit durante † tempore ſindicatus,
talis enim fuga ſemiplenam inducit probationem, *Gloſ. in l. admonendi, in verbo, Exacto iuramẽto, vbi Iaſ. & Franc. Curt. ff. de iureiur.* quos cum alijs refert *idem Farinac. de indit. & tort. quæſt.* 48. *nu.* 77. *verſic. Limita quintò. Flau. Tort. ad ſtat. Pap. ſtat.* 1. *nu.* 82. *folio mihi* 23.
hoc caſu querelæ porrectæ probantur
41 iuramento † querelantium, quod ple-
nam inducit probationem *tex. in* §. *ſuper hoc Auth. de collat.* ſecundum receptiſſimam ſentẽtiam, * de qua *Farinac. vbi ſupra nu.* 78. & pro confeſſo in
42 omnibus querelis † cõtra eumdem ſin-
dicandum porrectis habẽdus eſt, *tex. in l. conſiliarios C. de aſſeſſor.* quem hunc habere intellectum *ex Maſcard. de probat. concluſ.* 498. affirmat *Farinac. vbi ſupra nu.* 81. *&* 82. vbi hoc extendit proce-
43 dere, etiam reſpectu † fideiuſſorum eo-
rundem ſindicandorum *in verſ. Amplia quartò,* & declarat tantum procedere, quando agitur ciuiliter, vel criminaliter ad reſtitutionem intereſſe, *vt num.* 83. *verſic. Sublimita primò.*

SVMMARIVM

AMPL. XXIX.

1 *Collecta in Regno eſt antiquiſſima.*
Aquilæ ex interuallo imponitur, & vocari debet munus extraordinarium num. 2.
Abſque Principis authoritate non debet imponi num. 3.
Ex neceſſitate cum Iudicis authoritate poteſt imponi num. 4.
In Comitatu ſingulo anno imponitur per æs & libram num. 5.
Et tũc vocatur munus ordinarium nu. 6.
Vocatur functio fiſcalis num. 7.
8 *Collectæ appellantur, quia non habent certam formam.*
Non debet procedi via executiua in earum exactione num. 9. *Sed contra num.* 10.
Carceratus pro earum ſolutione non debet poni in carceribus num. 11. *Sed vide num.* 14.
Bona executa non debent ex abrupto vendi num. 12.
Sed ſubhaſtantur num. 13.
De conſuetudine debitor collectarum in carceribus cuſtoditur num. 14.
15 *Vſufructuarius collectas ſoluere tenetur.*
Etiam ſi ſint deſcriptæ in cataſtro nomine proprietarij num. 16.
17 *Collector debet exigere collectam à deſcripto in cataſtro.*
18 *Vſufructuarius tenetur ſoluere præteritas præſentes, & futuras collectas.*
Procedit quando ex cauſa lucratiua fructus percipit num. 19.
Non procedit quando eſſent collectæ tam exceſſiuæ, quod omnes fructus abſorberent num. 20.
Non habet locum in vſufructuario certarum rerum num. 21.
Nec in re vendita cum pacto de retrouendendo num. 22.
23 *Collecta ſoluitur etiam per Conuerſum.*
24 *Conuerſi non ſunt perſonæ eccleſiaſticæ.*
Et ſub Iudice ſeculari conueniuntur numero 25.
26 *Emphiteuta tenetur ad ſolutionem collectarum. Sed contra num.* 28.
Et ad onera merè realia num. 27.
Dummodo poſſideat rem Laici num. 29.
30 *Princeps laicus non poteſt rem eccleſiaſticam à laico poſſeſſam onere grauare.*
31 *In dubio fauendum eſt Eccleſiæ.*

Va-

Digitized by Google

32 *Valenſi Velaſq. merita recenſentur, & num.46.*
33 *Emphyteuta cauſa publicæ vtilitatis etiam eccleſiaſticus tenetur ad collectas. Dummodo ex recurſu ad ſummum Pontificem ad ſolutionem compellatur numero 34.*
Coloni, & partiarij Clericorum poſſunt compelli ad dictam ſolutionem nu.35.
36 *Clerici non compelluntur ſoluere collectas, niſi authoritate Pōtificis, vel Ordinarij.*
37 *Collectæ ſolutio exequutioni demandatur, etiam appellatione pendente, ſed declarâ num.38. & 39. & 40.*
Recenſetur praxis quo ad prædictam exequutionem num.41.
42 *Clericus pro rebus donatis tenetur ad collectas; procedit etiam in Eccleſia num. 43. contrarium num.44. & eſt verior opinio num.45.*
Quando onus rei laicalis eſt certum, & perpetuum quo ad collectas afficit etiam eccleſiaſticas perſonas num.46.
Non procedit quando collectæ non ſunt certæ num.47.
48 *Clericus coniugatus tenetur ſoluere collectas procedit in clericis Latinis; non autem in Græcis num.49.*
50 *Eccleſiaſticæ perſonæ tenentur ſoluere collectas de rebus donatis, quando fuerunt impoſitæ ante donationem.*
51 *Colonus Eccleſiæ tenetur ſoluere collectas.*
52 *Laicus habens bona communia cum eius fratre Clerico tenetur ſoluere collectas. Procedit dummodo Clericus clericaliter viuat num.53.*
54 *Barones poſſunt imponere collectas in quinque caſibus.*
55 *Vaſſalli tenentur ad collectas pro redimenda perſona Domini.*
An teneatur ad collectas pro natiuitate filij Baronis, vel pro faſcia filij nati n.56.
57 *Prouiſio facta in vno caſu extenditur ad alium.*
58 *Vbi eadem ratio idem ius ſtatui debet.*
59 *Adiutorium debetur pro filia maritanda, vel monachanda.*
60 *Militum creatio receſſit ab aula.*
61 *Adiutorium debetur in creatione Militum Templi, ſeu Melitēſium & nu.81.*
62 *Principes ſeu perſonæ domus Illuſtriſſimæ ſuſcipientes habitum Melitenſem, ſeu alium non probant nobilitatem.*
63 *Gerūdium in, do, reſpicit tempus præſens.*
64 *Caſus non expreſſus habetur pro omiſſo.*
65 *Ratione legis ceſſante ceſſat eius diſpoſitio.*
Procedit quando vnica tantum ratio extat num.66.
67 *Extenſio quando fiat ex vi expreſſiua. Non extenditur ad caſum ſimilem, quando non conſtat de mēte diſponentis n.68.*
69 *Verba taxatiua omnes alios caſus excludunt.*
70 *Verba non niſi continent negatiuam geminatam.*
71 *Æquitas rigori eſt præferenda.*
72 *Parificatorum idem eſt iudicium.*
73 *Conſuetudo vt ſoluatur aliquid pro natiuitate filij non valet.*
74 *Non valet legis interpretatio, quod pro filio nato ſoluatur adiutorium.*
75 *Statuta de natura eorum ſtricti iuris ſunt.*
76 *Ius municipale ſtatuto comparatur.*
77 *Gerundium in, do, inducit conditionem. Reſoluitur ad actum perfectum num. 78. & 79.*
80 *Adiutorium pro natiuitate filij non debetur in praxi.*
Debetur pro creatione equitum Sanctorum Ioannis, Iacobi, Stephani, & Lazari, num.81.
Procedit etiam in ipſo Barone num.82.
Habet locum in locis, vbi conſuetudo viget num.83.
84 *Extenſio non fit in materia odioſa.*
85 *Conſtitutio, quamplurimum, eſt odioſa.*
86 *Odioſa an lex ſit vel non ſit, attenditur ſuper quo principaliter diſponit.*

87 *Conſtitutio quamplurimum fuit promulgata odio Baronum.*

88 *Similium idem eſt iudicium, quando in omnibus eadem eſt ratio.*

89 *Adiutoria pro filia monachanda, vel filio doctorando debentur fauore Religionis, & Reipublicæ.*

90 *Statuta fruſtratoria, & non debent aliquid operari in damnum alicuius.*

91 *Gerundium in, do, proprium actum denotat.*

92 *Adiutorium pro emenda terra debetur.*
Procedit ſi fiat emptio pro ſeruitio Regis, vel exercitus num.93.

94 *Lex vbi non loquitur vlterius non extenditur.*

95 *Barones emunt Terras feudales pro ſeruitio Regis.*

96 *Adoha in Regno eſt ſeruitium reale.*
Succedit loco ſeruitij perſonalis numero 97.
Confunditur in Regno cum ſeruitio reali num.98.

99 *Adiutorium debetur filio etiam ſi patri ſit ſolutum.*
Debetur non ſolum pro filia maritanda, ſed etiam pro omnibus filiabus, ſororibus, & neptibus num.100.

101 *Exempla non reſtringunt regulam.*

102 *Adiutorium debetur pro filia ſpuria, Et pro filia monachanda num.103.*
Procedit ſi profeſſionem emittit num. 104. Debetur nepti ſi conſtat de paupertate num.105.
Soluitur ad rationem carolenorum quinque pro quolibet foculari num.106.
Pro dote filiæ monachãdę, vel ſpuriæ maritandæ debetur medietas num.107.

108 *Exactor collectarum poteſt incipere à perſonali prehenſione, eodemque tempore exequi bona.*

109 *Ruſticus recedens à villa, vbi domicilium habuit, tenetur ſoluere debita contracta pro eius rata tempora incolatus.*

110 *Cedens bonis tenetur ad collectas.*

111 *Pauperes excuſantur à ſolutione collectarum.*
Procedit, dummodo paupertas ſit intolerabilis num.112.

113 *Milites hoſpitari quilibet tenetur.*
Illuſtres debent habere medietatem domus num.114.
Nil aliud eſt eis præſtandum, niſi ſola hoſpitalitas num.115.
Recenſentur qualitates militũ nu.116.

117 *Doctores maximè Aduocati non tenentur ad hoſpitandum.*
De generali conſuetudine non ſeruatur num.118.
Sed hic Aquilæ contrarium ſeruatur num.119.
Procedit etiam in Medicis, Philoſophis, Oratoribus, & Magiſtris Grammaticæ num.120.

121 *Milites, & eorum domus ſunt exemptæ ab actuali hoſpitio.*

122 *Forenſes tenentur ad collectas quoad bona, quæ poſſident in alieno territorio.*

123 *Sequeſtrum conceditur pro exactione collectarum.*

124 *Exactores collectarum procedunt executiuè finito etiam tempore.*

125 *Viduæ non tenentur ſoluere collectas.*
Aſſignatur ratio num.126. Sed contra ſub num.128.

127 *Familia pro agnatione accipitur.*
Agnatio quid ſit ibid.

128 *Familia comprehenditur ſub nomine focularis.*

129 *Viduæ non habentes in bonis vltra vnciam, non tenentur ſoluere collectas.*
Diuites compelluntur ſoluere nu.130.

131 *Pater duodecim filijs onuſtus, excuſatur à ſolutione collectarum.*
Contrarium firmant multi num.132.
Sed prima opinio eſt verior num.133.
Procedit dummodo immunitas à Prorege huius Regni obtineatur num.134.
Patre defuncto extinguitur num.135.

Viuen-

Viuente matre non extinguitur n. 136.
Conceditur etiam quoad filios naturales legitimatos num. 137.
Procedit quo ad filios in bello mortuos, vel religionem ingreſſos num. 138.
Habet locum in Nepote ex filio nu. 139.
Contrarium nu. 140. Pro concordia numero 141.
142 *Barones quo ad bona feudalia non tenentur ſoluere collectas.*
Non procedit in bonis burgenſaticis numero 143.
144 *Cenſus venditor non tenetur ad ſolutionem collectarum, ſed emptor.*
Procedit etiam ſi pactum fuerit adiectum in contrarium. nu. 145.
Habet locum quando cenſus eſt conſtitutus ad rationem decem pro centenario num. 146.
Non procedit quando ſtatutum eſt in contrarium num. 147.
Debet deduci illud plus quod excedit num. 148.
149 *Præſcriptio tollit ius ſoluendi collectas.*
150 *Meretrix excuſatur à ſolutione collectarum.*

AMPLIATIO XXIX.
Etiam in exactione collectarum.

An pro collectis poſſit executiuè procedi?

1 COLLECTA in Regno eſt antiquiſſima, † & erat munus ordinarium, *vt per Fab. de Ann. conſil. 60. Dixiſti quod articulus num. 9. verſic. Quartò & melius, Luc. de Penn. allegatus in l. 1. C. de indic. ſub num. 2. lib. 10.* vbi tradit, quod fuit à Federico Imperatore impoſita, & vſque ad tempora Alphonſi Primi perdurauit, qui impoſuit onus focilariorum, vt per *eumdem Fab. de Ann. d. conſ. 60. num. 10. & 11. plenè Capiblanc. in tract. de Baronib. Pragm. 10. à num. 1. vſque ad num. 20.*

2 Hic Aquilæ ex interuallo, † prout etiam neceſſitas vrget, imponitur & munera extraordinaria propriè vocari debent, & non ſingulis annis Ciues ad eorum ſolutionem coarctantur, de quibus per Gloſ. *in l. reſcripto §. vltim. ff. de muneribus, & honor. Bartol. Iaſ. & alij in l. placet C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. 1. & vlt C. de ſup. indict. lib. 10. Alex. conſ. 78. vol. 2. Socin. conſ. 243. in princip. volum. 2. Corneus conſ. 264. & conſ. 268. in 4. cum allegat. per Decian. conſ. 55. nu. 4. verſic. Sunt, & quædam vol. 1. Petr. Piccol. ſuper pragm. 1. num. 67.*

3 Et vulgariter collectas nominamus, & licet abſque Principis † authoritate imponi non poſſit, quia eſt de regalibus, & reſeruatis Principi *cap. 1. quæ ſint regal. Bald. in l. etiam nu. 13. verſic. Item C. de execut. rei iudic. latè Ferret. de Gabell. nu. 203.* cum allegatis, quibus accedat nouiſſimè accumulata *per Petr. Nund. in tract. de exeq. mand. p. 2. c. 14. num 1. folio mihi 195.* tamen ſi neceſſi-
4 tas, & debitum † vrgeant, quælibet Ciuitas, Caſtrum, vel Villa etiam ſuperiorem recognoſcēs, poteſt collectam imponere, & authoritate Iudicis renitentes compellere, vt fuſius tradit *Feſtas. in tract. de æſtim. par. 1. c. 2. num. 8. 9. 10. to. 12. tract. fol. 177. Petr. Nund. vbi ſupra d. cap. 14. num. 2. verſic. Et licèt. Campagn. in cap. regni 38. num. 3. & num. 11.*

5 In comitatu ſingulo anno imponuntur, & vulgariter etiam collecta nũcupatur, † & imponitur per æs, & libram, perſonæ tamen pro rebus, & pro viribus patrimonij, *vt per Fab. de Anna d. conſ. 60. num. 1. & 2. Gramm. conſ. 96. nu. 5. in ciuilibus,* propriè autem munera
6 ordinaria vocantur, † tributa dicta, ſiue pro capitibus ſingulis capitatio, ſiue pro poſſeſſoribus, & iugerum numero

iugeratio fuerit impoſita, de quibus *in l.immunitates C.de agricolis, & cenſit. lib. 11. Decian. d.conſ. 55. ſub num. eod. volum. 1.*

Vulgariter etiam à noſtratibus fiſcales
7 † functiones nuncupatæ; functio enim eſt exolutio tributorum alicuius rei *d.l.placet C.de ſacroſanct. Eccleſ. Luc. de Penn. in l.4. omnes omninò num. 1. C.de annon. & tribut. lib. 10.* & quod collecta ſit munus ordinarium firmat non minus doctè, quàm clarè *Thomat. in tract. de collect. cap. 2. ſub num. 23. verſic. Alios caſus, inter tract. diuerſ. tomo 12. folio 105. & Alex. Trentacinq. in ſuo conſil. bonaten. ſub num. 9.*

Et hæc imponitur, nedum pro ducatis quatuor, tarenis tribus, & granis octo debitis Regio Fiſco à quolibet foculari ſingulo anno, ſed eidem collectarum exactioni aggregantur ſolutiones, quæ fiũt quolibet anno Baronibus, & æs alienum per eaſdem Vniuerſitates contractum, ſecũdum temporum, onerumque diuerſitates, pro quarum exactione Collector deputatur cum mercede conuẽta, cui liber aſſignatur, continens, quid à quolibet Ciue ſoluendum ſit; & ideo collectæ dicuntur, quia
8 † non habent certam & determinatam formam, vt inquit *Iaſ. in d.l.placet nu. 5. verſic. Collectæ,* & magis clarè *Thomat. in d.tract. de collect. nu. 24.* vbi opponit, & reſoluit. Hæc collecta in his partibus noſtris imponitur per æs, & libram, duæque partes aſſignantur bonis per Ciues cuiuſlibet loci poſſeſſis, altera pars, quæ eſt tertia, aſſignatur focularibus ſingulis, ſeu ſingulis fumantibus.

Quibus breuiter præmiſſis; videbatur primò dicendum non eſſe de iure
9 permiſſum † in exactione collectarum agere via executiua, & à perſonali prehenſione incipere, quia vbi datur appellatio retardatur exequutio, ſed in extractione collectarum (maximè præteritarum) datur appellatio, ex congeſtis per *Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 12. limit. 24. num. 9. verſic. Cuius authoritate, Oſaſc. deciſ. Pedemont. 86. Quæſitum fuit num. 1.* vbi plura iura adducit, quem allegat dictus Lancellott. ibidem, ergo retardatur exequutio, quia, qui prætendit ſe defendere, debet etiam audiri *§. non aliter authent. de collat. allegatus per Oſaſcum ibidem.*

10 In cõtrarium veritas ſe habet, † etenim in exactione collectarum executiuè, & perſonali apprehenſione, vel etiam à præceptis incohari licèt *Theſaur. deciſ. 164. In patria nu. 2 Oſaſc. d.deciſ. 86. num. 2. verſic. In contrarium,* vbi innuit huiuſmodi impoſitiones cũ omni vigilantia, & vehementia exactores exigere debere, & ob id iuramẽtum præſtare, *Bald. conſ. 434. lib. 5. & conſil. 238. Ad veritatem in principio num. 5. lib. 1. Roland. conſ. 32. nu. 5. lib. 2. Lancellott. de attentat.* qui etiam alios citat *par. 2. cap. 4. limit. 25. nu. 1. & 2. fol. 151. Crauett. conſ. 111. nu. 1. verſic. Videtur dicendum, & num. 19. verſ. Solum ſupereſt, Campagn. in cap. Regni Neap. 199. nu. 100. verſic. Et vide Bartolum* cum alijs per nos allegatis *ſupra ampliat. 8. etiam in debit. fiſcal. nu. 14. 15. 16. & 17. cum alijs ſequentibus, & Feſtas. in tract. de æſtim. par. 3. cap. 1. nu. 6. verſ. Exigunt & num. ſequentibus tomo 12. tract. folio mihi 165. Hector Febe. in allegat. 21. Doctiſſimè num. 1. verſic. Et ita par. 1.*

Declara primò, quod licèt debitor
11 collectarũ † poſſit perſonaliter apprehendi, non tamen eſt permiſſum in carceribus, ſeu compedibus eoſdem debitores includere, niſi in cõtumacia perſiſtant, *Lucas de Penn. in l. nemo carcerem in princ. C. de exact. tributor. Bartol. in l. cum eo in fine ff. ad leg. Iul. peculat. Angel. Aretin. in §. pænales inſt. de actionibus,*

&

Roland. conſ. 32. fol. 85.

& Ioan. de Anan. conſil. 20. corruptè. ubi ag. per Campun. vbi ſupra d. num. 100. ſed Angel. Aret. firmat hoc *in d. §. edicto num. 2. verſ. Aut eſt, Feſtas in d. tract. de aeſt. d. part. 3. cap. 1. num. 15. & 16. verſ. Haec opinio.*

Secundò declara, vt quamuis exe-
12 quutiuè poſſit procedi, † & contra perſonam & contra bona, attamen bona pro collectis executa ex abrupto vendi non debent, *Crauet. d. conſil. 119. num. 19. verſic. Itaque Roland. conſil. 32. num. 38. in fine lib. 1. Lancellott. de attentat. d. part. 2. cap. 4. Limitat. 25. num. 7. verſic. Quod autem.*

13 Sed debent ſubhaſtari, † & ſi non reperiatur emptor, qui bona iuſto pretio velit emere, non debent viliori pretio liberari, ſed creditor debet illā adiudicari ſibi facere iuſto pretio, & praecedente aeſtimatione, *vt per Roland. d. conſil. 32. nu. 33. verſic. Sentio ead. vol.* Sed de conſuetudine ſupradicta non
14 ſeruatur, quia debitores † in carceribus mancipantur, & exactor ad illius bona manus extendit, donec integrè ſatisfiat, vt inquit etiam *Feſtas. vbi ſupra part. 3. cap. 1. nu. 16. & 17.*

Amplia primò in vſufructuario, qui
15 tenetur † non autem proprietarius, ſoluere collectas *l. actiones, & l. ſi pendeat §. ſi quid donatarij ff. de vſufruct. l. neque ſtipendium ff. de impenſ. in reb. dot. Petr. de Vbald. in tract. de collect. num. 74. & 75. verſic. Trigeſimò quaero, plenè per Caualcan. de vſufruct. mul. relict. num. 162. verſic. Vnde ex ſupradictis ſol. m. 331. Arius Pinell. de bon. mater. part. 2. num. 72. verſic. Vndecimò.*

Fructuum enim perceptor ad collectas tenetur, quia poſſidet *l. ſi pendentes §. cloacarij ff. de vſufructu, Pariſ. conſil. 96. num. 26. verſic. Vſufructuarius lib. 2. Natta conſil. 415. num. 1. lib. 2. Socin. conſil. 119. num. 1. Afflictus in deciſ. 252. ſub nu. 4. verſic. Item quia vſufructuarius, Caſſan. in conſuetud. Burg. Rub. 4. § 9. in text. Et ſupporter. num. 12. & 13. Thomat. de collect. cap. 8. num. 27. verſic. Vſufructuarius fol. 150. Monach. deciſ. Bonon. 9. per totam folio mihi 18. & deciſ. Flor. 26.*

Declara hanc primam ampliationem, procedere etiam ſi bona ſint de-
16 ſcripta in cataſtro, & libro † exactorū nomine proprietarij, *vt* vbi *Bartol. notat C. ſine cenſ. vel reliq. Bald. in l. fina. num. 1. in verſ. notand. C. eodem. d. Caualcan. vbi ſupra de vſufruct. mulieri relict. ſub eodem num. 162. verſic. Attenta,* cui addo *Barbat. conſil. 84. vbi latè vol. 3.* cum alijs concordantibus allegatis *per addentes ad Bartol. in d. rubr. ſine cenſ. vel reliq. Feſtas. in tract. de aeſtima, & collect. cap. 4. num. 3. verſic. Et hoc pro regula.*

Sed declara hanc primam declarationem procedere, quando Vniuerſi-
17 tas, † vel communitas vult agere contra bonorum poſſeſſorem pro ſolutione collectarum, quia poteſt dictum poſſeſſorem compellere; Collector verò, ſiue exactor collectarum, non poteſt à poſſeſſore exigere, ſed ab eo, qui eſt in quinterno, ſeu libro collectarum deſcripto, cuius deſcriptio dat formam eidem exactori, & ſecundum eam procedere debet, *Angel. in l. fin. C. ſine cenſ. vel reliq. per illum text.* & eſt communis opinio, ✱ de qua *Theſaur. in d. deciſ. 164. nu. 2. 3. & 5. verſ. In contrarium,* vbi ſic teſtatur ✱ fuiſſe deciſum, Vnde deſcriptus in aeſtimo poteſt ad collectae ſolutionem praeciſè compelli *l. incola ff. ad municipal. vbi Gloſ.* communiter approbata, quam ſequitur *Oſaſc. deciſione 86. numero 5. verſic. Et dicit Bald.*

Subamplia dictam primam ampliationem, quod vſufructuarius non ſolum

18 lum teneatur præſentes, † & futuras
collectas ſoluere, ſed etiam præteri-
tas, licèt pro præteritis eidem regreſ-
ſus concedatur contra proprietarium;
* eſt magis * communis opinio, de qua
☞ *Caualc. in d. tract. de vſufruct. mul. re-*
lict. d. nu. 162. maximè quando vſufru-
19 ctuarius ex cauſa lucratiua † fructus
percepit, *Alberic. in l. qui concubinam §.*
qui hortos ff. de leg 3. Caualcan. vbi ſu-
pra d. num. 162. verſic. Nam in hoc renſe-
tur, Arius Pinell. plenè de bon. mater. par.
2. num. 72. verſic. Septimò in ſupradictis,
Gutier. Canon. quaeſt. lib. 1. cap. 1. num.
111. verſic. Collecta enim, Feſtas. in d.
tract. de æſtim. & collect. cap. 4. num. 14.
& num. 23.

Subdeclara procedere, vt proximè
diximus.

Limita primò ſupradictam primam
ampliationem non procedere, quando
20 collecta, vel impoſitio † tam eſſet ex-
ceſſiua, quod omnes fructus bonorum
vniuerſalium, & particularium eiuſ-
dem vſufructus abſorbêtur, quia in hac
facti ſerie proprietarius, & non vſu-
fructuarius ad collectas teneretur,
Gl. in l. concubinam §. qui hortos ff. de leg.
3. quã exaltat *Romanus*, & ita teſtatur
in facto obtinuiſſe Florentiæ in qua-
☞ dam * cauſa ardua *ſingul. 157. Tu*
ſcisti & conſil. 230. Præſupponitur ſub
num. 2. verſic. Primò quia, Canalcan de
vſufruct. mulier. relict. num 162. verſ.
Nec obſtaret, cum ibi allegatis, addo
Caſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 4. §.
6. in text. Et ſupporter num. 5. verſ. Li-
mita tamen, folio mihi 613.

Limita ſecundò, vt non procedat
21 in vſufructuario † certarum rerũ, quia
ad Tallias, ſeu collectas non tenetur,
Bertrand. conſil. 97. in tertio dubio vol.
3. allegatus per Caſſan. in conſuet. Burg.
vbi ſupra ſub num. 11.

Secundò amplia, quod ſi fuit ven-
22 dita res cum pacto † de retrouenden-
do quãdocumque, vel infra præfixum
tempus, & tempore pendente fuit im-
poſita collecta eius ſolutio ad empto-
rem, & poſſeſſorem pertinet; non au-
tem ad venditorem, *Cagnol. in l. 2. num.*
225. C. de pact. inter emptor. & vendi-
tor. Tiraq. plenè de retract. conuent. ad
fin. tit. num. 85. verſic. Nonò quæro.

Amplia tertiò, etiamſi aliquis Ciuis,
qui collectam debet ſoluere fuerit fa-
23 ctus conuerſus † alicuius Monaſterij,
vt ſunt tertiarij, quia nihilominus ad
ſolutionem collectarum tenetur, &
poteſt reuocatoria monaſterium con-
ueniri, vt firmat expreſsè *Bart. in d. l.*
incola 34. num. 5. verſic. Videtur quod
non, vbi dat rationem, quia præſumi-
tur fraus, *C. ad municipal.* nec iſtiuſmodi
conuerſi ſunt eccleſiaſticæ perſonæ, ſed
24 tantum † certam normam viuendi ha-
bere dicuntur, ideo non ſunt immu-
nes à ſolutione collectarum, & hanc
dixit ex pluribus * veriorem *Feſtas.* ☜
in tract. de æſtim. & collect. num. 10. &
14. par. 4. cap. 1. & licèt dicti tertiarij
habeant regulam approbatam per In-
25 nocentium Tertium, † tamen ſub iudi-
ce ſeculari conueniuntur *Ioan. à Cani-*
bus in tract. de repræſal. part. 2. num. 4.
verſic. Septimò quæro.

Amplia quartò in emphiteuta, qui
26 tenetur ad ſolutionem † collectarum,
etiamſi magnum canonem, ſiue ma-
gnam penſionem Domino ſoluat, *Bal.*
in l. 1. C. de iur. emphit. Alex. conſ. 25. nu.
12. verſic. Cum ergo, & conſil. 4. num. 3.
verſic. Sed præmiſſis lib. 5. Arius Pinell.
de bon. matern. part. 2. num. 72. verſic.
Decimò ex ſcribentibus, cum alijs ab eo
adductis, & cumulatis, & non ſolum
27 ad collectas, † ſed etiam ad onera me-
rè realia. *Arius Pinell. vbi ſupra verſic.*
Vndecimò cum alleg. Monach. deciſ. Flo-
rent. 36. num. 13. vbi dicit in praxi ſic

eſſe

eſſe receptum, *Petr. Nund. in tract. de exeq. mandat. part. 1. cap. 14. num. 32.*

Cõtrariam partem, quod Dominus
28 directus † non autem emphiteuta teneatur ſoluere collectam, maximè ſi exiguum canonem ſoluat, firmat ex pluribus *Thomat. de collect. cap. 8. num. 29. verſ. Emphiteuta*, vbi hanc dicit veriorem, * & hanc etiam ſequendo, ſi præcipuè exiguum canonem ſoluat, & pactum non fuerit adiectum in contrarium.

Primò declara hanc quartam ampliationem procedere in emphiteuta, ſeu emphiteuſi priuati, ſeu laici, quia
29 † tenetur ad collectas; emphiteuta verò eccleſiæ nequaquam, nõ enim Prin-
30 ceps laicus poteſt † rem eccleſiaſticam licèt à laico poſſeſſam, onere grauare, eſſet enim contra eccleſiaſticam libertatem, & licèt hæc quæſtio anceps inter Doctores exiſtere videatur, vt apparet ex traditis per eoſdem *in l. 1. C. de iure emphit.* vt inquit *Arius Pinell. in tract. de bon. matern. par. 2. nu. 72. verſic. Decimò ex Scribentibus, & Ceual. commun. contr. comm. quæſt. 731. nu. 1.*
* & cõtraria ſit magis * cõmunis, *Sfort. Odd. conſ. 70. nu. 3.* quem cum alijs allegat *Ceual. vbi ſupra num. 10.* tamen,
* hanc * magis iuridicam, & veriorem appellat, & validioribus rationibus exornat *d. num. 10. verſic. Sed his non*
31 *obſtantibus*, & in dubio † vti Eccleſiæ fauorabiliorem ſuſtinendam, *vt ibid. num. 17. verſ. Et cum hac*, cum adductis, & cumulatis per eum, quibus addo *Caſſan. in conſuetud. Burg. rub. 4. §. 6. in text. Et ſupporter num. 6. verſic. Con-*
32 *trariam tamen, & nouiſſimè Valenzuel.* ad præſens Meritiſſimus Reg. Collateral. Conſiliar. non minus eruditè quàm doctè *in defenſ. iuſtit. & iuſtific. monitorij Paul. Pap. V. aduerſus Rempublic. Venet. part. 4. num. 126. & 127.*

& num. 133. 134. & ſequent. vbi ex quamplurimis authoritatibus ab alijs adhuc non perpenſis, & nouiſſimis rationibus hanc firmat ſententiam.

Limita hanc proximam declaratio-
33 nem non procedere † neceſſitate publica imminente, vel cauſa publicæ vtilitatis, veluti belli, peſtis, refectione pontium, fontium, viarũ, & ſimilium, quia ne dum emphiteuta ad ſolutionem collectarum pro dictis cauſis impoſitarum tenetur; ſed etiam eccleſiaſticæ perſonæ, latè *Guttier. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 3. nu. 4. & 5. verſ. Sed contrarium Ceual. vbi ſupra d. quæſt. 731. num. 1. & 19.* quibus addo *Foller. in conſtit. huius Regni Prædeceſſorum ſub num. 7. verſ. Imò vltra, in tit. de ſacroſanct. Eccleſ. Feſtas. in tract. de æſtim. & collect. part. 4. cap. 1. num. 15. verſic. Limitatur, Bertachin. de collect. 7. par. princip. num. 19. & ſeqq.* vbi plenè.

Declara hãc limitationem, vt quamuis Eccleſiaſticæ perſonæ poſſint com-
34 pelli † ad onus collectarum, exiſtente, & imminente neceſſitate, vel ratione publicæ vtilitatis, tamen hæc ſolutio permittitur habito recurſu ad ſummũ Pontificem, vel ſi vrgens immineat neceſſitas, authoritate ordinarij, non autem Iudicis, ſæcularis, vt ex pluribus iuribus, & rationibus corroborat, & firmat *Abbas in cap. 4.* vbi ponit quatuor requiſita ad hoc, vt Clerici poſſint ad ſolutionem collectarum cõſtringi *ſub nu. 5 de imm. Eccleſ. Guttier. d. quæſt. 3.* vbi reiectis argumentis *Luc. de Penn. Rebuff. Bald. Ludouic. Alex. Cepoll. Oland. & aliorum* contrarium ſuſtinentium, hanc firmat ſententiam *ſub num. 5. verſic. Quid tenendum vſque ad finem*, vbi latè examinat cui addo *Thomat. de collect. cap. 2. in fin. verſ. Vigeſimoprimo, & Feſtas. in tractatu de æſtim. & coll. par. 4. cap. 1. num. 21. verſ.* quattuor requirunt.

Et

Et hoc, & hanc etiam in praxi obſeruatam vidi, & ridiculum eſſet aliter in Iudicio obtinere, niſi aliter conſuetudo ſe haberet, *Guttier. vbi ſupra*, cui conueniunt allegata, & cumulata pro hac parte *per Foller. in cap. huius Regni, Item ſtatuimus, quod poſſeſſiones ſub num. 9. verſic Sed nunquid in tit. de ſacroſanct. eccleſ.* vbi tenet quod etſi clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ ad id compelli nequeāt, nihilominus Coloni, † &
35 Partiarij Clericorum poſſunt adſtringi ad ſolutionem, ſupradictarum collectarum, *Ripa de remed. ad conſeru. vbertat. nu. 127.*

Sed huiuſmodi cautela nec etiam in praxi ſeruari poteſt, clerici enim pro
36 defenſionibus † ſupradictorum, ordinarium adire ſolent, qui per cedulones eccleſiaſticam tuentur iuriſdictionem; & quamuis *Thomat. in d. tract. de collect. cap. 2. & 3.* ſatis abundè, & laborioſè hanc contra Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas ſuſtineat partem, vbi non deficiunt, nec iura canonica, nec Patrum, & Canoniſtarum authoritates, tamen veritas ſe habet, quod Clerici ſi renuerint, nunquam ad ſolutionem poſſunt compelli, niſi ſummus Pontifex, vel Ordinarius hoc præcipiat.

Amplia quintò, vt dicta exactio col-
37 lectarū † debeat exequutioni demandari, etiam ſi debitor conſcriptus ab execurione appellauerit, quia lite pendente ad venditionem ſeruatis ſeruandis erit procedendum, vel etiam ad debitoris carcerationem, vt ſupra retulimus; in exactione enim collectarum procedendum eſt de plano cogendo, & exigendo, & non citando, maximè ſi deſcriptus debitor appareat, vt diximus, & ſic teſtatur ✱ fuiſſe deciſum *Oſaſc. deciſ. 86. num. 6. & 7. verſ. Quid dicendum, Bald. conſ. 138, Petrinus nu. 3, lib. 2. cum alijs allegatis per Lancellott. de attent. part. 2. cap. 4. limit. 25. numero 2. & 3.*

Declara hanc quintam ampliationem procedere quoties conſtat appel-
38 lantem debitorem † collectarum exiſtere, puta, quia cōſcriptus eſt in quinterno, ſeu libro exactori conſignato; huiuſmodi enim deſcriptio dat formam rei, & ſecundum eam procedendum eſt, adeo quod non obſtante appellatione debitor inſcriptus ſoluere debet, *Theſaur. deciſ. 164. num. 2. & nu. 3. & 5.* cū alijs ſupra allegatis, & debitori imputari debet, qui neglexit eximi ab æſtimo, vel Quinterno, vt inquit *Feſtas. in tract. de æſtim. & collect. cap. 4. num. 21. & 22. verſ. Quo verò.*

Declara ſecūdò procedere, ſi in æſti-
39 mo † debitor collectarum appareat, quia etiam lite pendente contra eundem fieri debet executio, *Oſaſc. d. deciſ. 86. num. 7, Lancellott. vbi ſupra num. 3. & 4. verſic. Primò.* Dummodo ex libro æſtimi conſtet ſoluendas eſſe collectas, vel ibi liquidatas eſſe appareat, aliàs exactor deputatus ad ſatisfaciendum Vniuerſitati de non exactis compelli poteſt, vt ex multis firmat *Thomat. de collect. cap. 9. num. 10. verſ. Deduxit Vbaldinus.*

Declara tertiò procedere quando
40 de præſentium † collectarū exactione agitur; ſecus verò ſi de præteritis collectis quæſtio habetur, *Oſaſc. d. deciſ. 86. num. 8. Lancell. de attent. d. limit. 25. num. 5. verſic. Secundò, & cap. 12. limit. 24. num. 10. verſic. Cuius authoritate.*

Vel quando exactor plus ſolito debitorem collectarum grauaret, tunc enim debitor ſoluere non compellitur, *Thomat. de collect. vbi ſupra*, quem etiam allegat *Lancellot. dicta limit. 25. num. 3. verſic. Tertiò videtur, ut deatur Thomat.*

In praxi tamen, ſiue de præteritis, ſiue

41 † ſiue de præſentibus collectis agatur, ſemper in has partibus executiuè procedimus, & non obſtante quauis exceptione, & appellatione exactor deputatus debitores renitentes compellit. Benè verum eſt, quod quando apparet de errore, & hic error colligitur ex comparatione libri æſtimi, & dicti Quinterni exactori conſignati, dictus exactor non poteſt compellere debitorem pro quantitate in dicto Quinterno deſcripta, ſed prout liber æſtimi debitorem illum facit.

Amplia ſextò etiam in clerico, qui
42 pro rebus † donatis, vel relictis collectari ſolitis tenetur ad collectas, *Abbas in cap. ex literis per illum textum nu. 4. verſic. Tertio, de vit. & honeſt. cleric. Afflict. in conſtit. hac edictali nu. 3. verſ. Cui, rub. 5. de reuocand. alienat. feud. Ferret. in tract. de gabell. num. 428.*

Et etiam in Eccleſia, quæ pro rebus
43 † donatis, vel relictis tenetur ad collectarum præſtationem *capit. quamuis 23. quæſt. 8. Ferret. in d. tract. de gabell. d. num. 428. Foller. in conſtit. prædeceſſorum num. 7. verſ. Imò vltra de ſacroſanct. eccleſiis, Afflict. vbi ſupra num. 3.*

44 Contrariam partem, † quod eccleſia, ſiue eccleſiaſtica perſona non teneatur ad collectas, eſt communis opinio, & ſic etiam deciſum per Senatum Pedemontanum, * teſte *Theſaur. in deciſ. 234. Eccleſia regulariter*, de hac etiam communi * teſtatur *Thomat. de collect. cap. 2. num. 34. verſic. Pro Eccleſia*, vbi adducit octo fundamenta pro hac parte ſuſtinenda, & ad contraria reſpondet, *Tapia de iur. Regn. in d. conſtitutione prædeceſſorum num. 10.* vbi alios etiam adducit, *Bertachin. de Gabell. 7. part. princip. num. 19. verſic. Quæritur etiam, & num. ſequentib.* vbi plenè, *Doctiſſimus Reg. Valenzuel. in d. defenſionib. iuſtit. & iuſtificat. par. 4. num. 138. 134. & ſequent.* vbi elegantiſſimè de materia, & fuſius *nu. 142. 143. & ſeq. ead. par. 4. fol. m. 178. plenè Ann. alleg. 13. per totam.*

Et hoc in Regno Neapolitano præcipit Reg. Prag. 2. de cleric. ſeu diacon. ſaluat. vbi etiam *Rou. num. 17. verſic. Et dum in poſtrema editione*, per quam eſt correcta dicta cõſtitutio Prædeceſſorum, vt etiam inquit *Rouit. ibidem num. 22.*

45 Et ſuſtinendo hanc partem † vti eccleſiæ fauorabiliorem, vt diximus etiam *ſupra num. 31.*

Declara primò, quod ſi onus rei lai-
46 calis † in eccleſiam, vel eccleſiaſticas perſonas collatum, eſt certum, & perpetuum, ac non variabile, ſecundum magis * cõmunem opinionem, de qua *Foller. in d. conſtit. prædeceſſorum num. 6. verſic. Et dico*, afficit etiã Eccleſiam, & eccleſiaſticas perſonas, quæ tenentur ſoluere tributum, ſeu onus certum; vt per *Foller. vbi ſupra, & Rouit. in d. Reg. Pragm. 2. num. 19. verſic. Limitabis tamen, Tapia vbi ſupra num. 20. verſic. Et primo in ſolutione, & ſub num. 30. verſic. Ex quibus, Thomat. de collect. ante num. 35. verſic. Et iſta ratio, & numero 35.*

Vnde rectò iure clerici ementes bona laicorum, vel alio titulo acquirentes tenentur, & compelluntur ſoluere bonam tenentiam vt præcipiunt ordinationes Reg. Cam. Summariæ.

Limita hanc primam declaratio-
47 nem non procedere, quando † collectæ non ſunt certæ, prout omnes, quæ in his partibus imponuntur incertæ apparent, quia in anno quolibet creſcunt, & decreſcunt, quia hoc caſu eccleſia non tenetur ad collectas pro quibuſcumque bonis, quouis titulo acquiſitis *Thomat. de collectis d. cap. 2. ante num. 35. verſic. Et iſta ratio,* vbi de com-

communi ✱ teſtatur, & *nu.35.verſ. Si verò*, & *num.39. verſic. Iſta omnia*, vbi hanc eſſe ✱ cõmunem concluſionem omnium ſcribentium *Foller. in d. conſtit. Prædeceſſorum num.6. verſic. Cogita*.

Limita ſecundo in clerico coniugato, qui tenetur † ſoluere collectas *cap. 1. de cleric. coniug. lib.6.* & ita fuit deciſum, vt teſtatur *Guid. Pap. deciſ.383. num.2.* vbi etiam nouiſſimi addentes *Bartol. de Capua allegatus per Cãpan. in c. huius regni 98. num.16. verſic. Vlterius*, vbi declarat procedere in clericis Latinis, qui non gaudent, niſi fori priuilegio in criminalibus, & quod percutiẽtes eoſdem clericos ſint excommunicati *Couar. practicar. quæſt. cap.31. nu. 9. Matthæus in annotat. ad Pap. d. deciſ. 383.* non autem in clericis Græcis
49 † coniugatis, qui poſſunt vnam vxorem ducere, & virginem, & ſunt verè clerici *Bracchin. de gabell.7. part. princip. num.19. verſ. Item verum eſt tomo 12. tract. fol.54. à tergo*.

Declara ſecundò hanc ſextam ampliationem, quando eadem collecta
50 † fuit impoſita antequam res eſſent donatæ, vel aliter acquiſitæ eccleſiæ, vel eccleſiaſticis perſonis, quia hoc caſu clericus tenetur ſoluere collectas, ſecus verò in collectis impoſitis poſt donationem, etenim nec Eccleſia, nec clericus poſſunt compelli ad dictam ſolutionem, tantò magis, quia collecta in Regno imponitur perſonæ pro rebus, & propterea non tranſit in eccleſiam, vel clericum, vt ſupra diximus, *Afflict. in d. conſtit. hac edictali d. num.3. verſic. Cui addo, Ferrett. in d. tract. de gabell. d. num.428. Thomat. de collect. d. cap.2. num. 0. verſic. Quantum verò. & num. 31.* vbi plenè, *Alex. Trentaciq. in conſil. vnico in cauſ. Bonæt. num.11. verſic. Onera*, & ſic limitat do declarat *Tap. in d. conſtit. prædeceſſorum num.20. verſic. Tertio*.

Declara tertiò in colono Eccleſiæ,
51 qui de iure † tenetur ſoluere collectas quoad fructus à ſolo ſeparatos, qui ſunt in Dominio coloni, ſecundum
✱ communem ✱ ſententiam, de qua plenè *Ripa poſt multos allegatos in tract. de remed. ad conſeruand. vbert. num.127. verſ. Sed iſtis* vbi reiectis rationibus contrarium ſuſtinentium hanc opinionem vti veriorem ✱ affirmat, ſed vide quæ diximus *ſupra nu.33. & nu.36*.

Quartò Declara, vt etiam ſi clericus
52 habeat † bona communia, & indiuiſa cum fratre laico, pars laici teneatur ad ſolutionem collectarum, & Iudex hoc caſu poteſt laicum compellere ad faciendam diuiſionem, vt appareat quænam ſit laici pars *l.1. & 2. C. quando, & quibus, Ferrett. vbi ſupra nu.427. verſic. Quid de clerico*, non autem pars Clerici, quæ collectari non debet, *Clem. præſenti de cenſ. iuncto cap. quamquam ibidem in 6. & l. fin. C. qui ad muner. ciuitat. Ferrett. vbi ſupra d. num.427. Rouit. remiſſiuè ad dictam Reg. Prag.2. nu. 20. de cleric. ſeu diacon.*

Declara quintò, dummodo clericus
53 clericaliter viuat, † & deferat habitũ, & tõſuram, aliàs trina monitione præcedente, vt deferat habitum, & clericaliter viuat, ſi adimplere renuerit poteſt ad ſoluendum collectas omninò compelli, vt dictat *ead. Reg. Prag.2. §. 15. in d. tit. de cleric. & diacon. ſaluat*.

Amplia ſeptimò, Baronibus licitum
54 eſſe † collectas imponere in hoc Regno in quinque caſibus à conſtitutione Quamplurimum Rubr.18. in tit. de adiutor. exig. expreſſis.

Primus caſus pro redimenda perſona Domini, ſiue Baronis capti ab inimicis Regis, dum vacabat Regis Miniſterio.

Secun-

Secundus caſus pro faciendo filio, vel fratre milite.

Tertius pro maritanda filia, ſorore, amita, vel nepte, vel pro iiſdem monachandis.

Quartus pro emenda Terra vna tantum vice.

Quintus, ſi Baro ſubmonitus à Rege, vt vadat ad exercitum, ſiue Rex hoſpitetur in Terra eiuſdem Baronis, *vt per Afflict. in ead. conſtit. vbi etiam Iſern. & Gloſ. Idem Afflict. in deciſ. 265. n. 54. verſ. Tertiò, Iacob. de Aiello de iure Adohæ nu. 29. & ſeq. inter tract. diuerſ. tom. 12. in vltim. impreſſ. fol. m. 171. Capiblanc. in tract. de Baron. pragm. 1. nu. 57. & ſeq. verſ. Ad primum, latè Boer.* ẽt iure communi inſpecto *in dec. 126. 127. & 128.*

Supradicti caſus abſque cõtrouerſia in Regno locum habẽt, prout ſunt expreſſi in dicta cõſtitutione, quos etiam magiſtrali ſerie declarauit ibidem Afflictus, & alij recentiores, nos autem ſecundum receptiſſimam praxim aliqua in medium ponemus non aſpernenda pro eorum declaratione, limitatione, & ampliatione.

Circa primum caſum nulla occurrit dubitatio, etenim iure communi etiam 55 inſpecto, licitum eſt † pro redimenda perſona Domini collectas, ſiue Tallias imponere, & captus adiuuari debet per Feudatarios, & Vaſallos, & eidẽ pecunia ſubminiſtrari, vt per *Ioannem de Anan. conſ. 7. num. 14. verſic. Poteſt, Clar. in §. feudum q. 24. verſ. Cæterum*, vbi ſaltim ſi non pecuniam auxilium præſtare tenentur *per text. in cap. 1. §. item ſi delator, quæ fuerit prim. cauſ. beneſ. amitt. Boer. latè deciſ. 126. & 127.*

Secundus caſus maiorem recipit dubitationem, & ſæpè fuit hexitatũ, an ex quo debetur adiutorium pro faciendo 56 † filio milite, debeatur etiam pro natiuitate eiuſdem filij, vel vt inquiunt pro faſcia ſtatim nato filio Baronis, An verò expectari debeat tempus, quo verè, & cum effectu miles efficiatur.

Et videbatur primo aſpectu dicẽdum dictũ adiutorium deberi ꝑ natiuitate, & ꝑ faſcia filij Baronis, ex infraſcriptis iuribus, & rõnibus inferius explicãdis.

Si enim ſermonem habemus de filijs Ducum, Comitum, aliorumque Principũ, & Baronũ Illuſtriſſimarum domorum, vr̃ affirmandum idem adiutorium deberi ſtatim nato filio maſculo, quan- 57 doquidem prouiſio † facta in vno caſu ſcilicet in caſu, quo filius Baronis miles, ſeu eques efficitur, extẽditur, & dẽt locũ habere in eodem caſu, qñ miles, & eques naſcitur prout ſunt filij maſculi ſupradictorum Principũ, & Baronum, & habet locum regula vulgata non refert quid ex æquipollẽtibus fiat, Equipollens enim tempus creationis militum æquiparatur, & eſt idem quando eadem perſona naſcitur verè eques & miles, Et ſic pro natiuitate filij verè militis, & equitis nati, debetur idẽ adiutoriũ, ꝙ præſtari ſolet filio Baronis tẽpore quo miles, ſeu eques actualiter efficitur.

Huiuſmodi concluſio confirmari videtur alia ratione; determinatio enim, & rõ decidendi ſupradictæ conſtitutionis ineſt pręcipuè in expenſis, quæ tunc tẽporis fiebant in creãdis militibus. Ad pręſens verò in natiuitate filiorũ pcipuè Illuſtriſſimorũ Principum, & Baronum maior erogatur impenſa, q̃ in creatione militum, ſeu eqtum, vt hodierna docet experiẽtia, ergo vbi eadem ratio viget, 58 † idẽ ius ſtatui debet *l. à Titio ff. de verbor. obligat. l. quædam §. nummularios ff. de edend. Bart. in vulg. l. illud ff. ad leg. Aquil. cũ alijs cõcordantibus*, & caſus dum veiè eſt ſimilis, eorum idẽ eſt iudicium, *Gloſ. fin. iuncto tex. in cap. 3. de conſtit. vbi Felin. nu. 10. verſ. In Gloſ. fin. l. fin. vbi Salic. C. de conſtit. pecun. cum ſimilibus*, & diſpo-

ſpoſitum in vno cenſetur etiam diſpoſitum in alio, *inſtit. quod cum eo, qui in alien. poteſt, in princip. l.non poſſunt ff. de legibus cum alijs concordantibus*.

Et quæ dicantur ſimilia arbitrio Iudicis relinquitur, vt aſſerit *Felin. in dicto cap. 3. num. 11. verſic. Et quæ*.

Secũdò Doctores Regnicolæ faciũt extenſionem in quamplurimis caſibus à cõſtitutione nõ expreſſis, prout in ca-
59 ſu filiæ maritãdæ, † ad caſum eiuſdem filiæ monachãdæ, argumẽto matrimonij temporalis ad matrimonium ſpirituale, & in caſu noſtro faciendi filij militis ad eumdem doctorandũ argumẽto militiæ militaris ad militiã litterariam, quia Doctores militare dicũtur *Fab. de Ann. ſing. 14. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. fol. m. 168*. Ergo ſic dicendum in caſu noſtro, qui dum extenditur expreſſus ad alios non expreſſos, ex identitate rationis debet etiam extendi ad caſum noſtrũ, vbi non ſolum viget eadem ratio, ſed eadem facti contingentia ſuccedit.

Tertiò, ſi permitteretur Baroni exigere adiutorium ſolũmodo pro faciendo filio milite, prout ipſa loquitur conſtitutio, excludẽdo idem adiutorium in caſu natiuitatis filij eiuſdẽ Baronis, ipſa cõſtitutio redderetur eluſoria, quan-
60 doquidem hæc militũ creatio † iam receſſiſſe ab aula, & proinde hãc ſubuentionem nõ deberi, annotauit *Capiblanc. in tract. de Baron. pragm. 1. nu. 61*. ſed id fieri non permittitur, quia ne reddatur lex fruſtratoria licita eſt extenſio, et in materia correctoria, & exorbitanti, vt firmat *Felin. in cap. 3. in fine, verſ. Tertiò nota de conſtitut. Iaſ. in l. cũ quidam in fin. n. 32. verſ. Sextò ff. de liber. & poſth. Campan. in c. 10. nu. 157. verſ. Quintadecima*.

Ergo ne reddatur ipſa conſtitutio eluſoria debet fieri extenſio in caſu ſuperius enarrato.

Accedat poſtremò huic tertio fundamento, quod aſſerit idem Capiblan-
61 cus, affirmans hanc ſubuentionem non deberi, niſi in creatione Militum Templi, ſeu Melitenſium, *vt in ead. pragm. 1. num. 63. verſic. Et ſic;* In creatione verò militum Melitenſium, ſeu Sanctorum Ioannis, Iacobi, Stephani, Lazari, & ſimilium debent fieri probationes nobilitatis, nec admittũtur milites, niſi probatis iiſdem ex quatuor partibus, prout præcipiunt conſtitutiones dictarum religionum, quæ fiunt cum non leui impẽſa equitum cupientium habitum ſuſcipere, Et nihilominus, ſi filij dictorum Principum annuunt aſſumere habitum
62 dictarũ religionum, nõ eſt opus † probare dictas qualitates nobilitatis, quia nobiles iam exiſtimantur, & admittuntur abſque alia cõtrouerſia, etenim notoria non egent probatione, *Gl. in c. cum dilectis extr. de purg. canon. Gloſ. in l. 3. §. eiuſdem in verbo, Dicitur ſ. n. affirmare, ff. de teſtib. Salicet.* plenè præter alios *in l. ea quidem num. 78. verſic. Alia eſt Gloſa C. de accuſation.* Ergo &c.

Quartò ponderando nouiſſimè ſupradictã conſtitutionem videbatur eſſe animaduertendum, eandem loqui per gerũdium in, do, ibi Pro faciendo filio
63 milite, quod gerũdium reſpicit † tempus præſens, & ideo adiutorium debetur ſtatim nato filio, quia dictũ gerundiũ denotare videbatur effectũ, & non actum, *Alberic. in ſuo dictionario in verbo, Gerundium in, do,* vbi declarãdo tria gerundia in di, in do, & in, dum, aſſerit, quod gerundiũ, in do cum præpoſitione formatũ ab ea regitur, ſic in propoſito dũ gerundiũ in, do, eſt formatũ cũ præpoſitione, Pro, ab ea debet regi, & ideo dum dr̃ pro faciẽdo filio milite importare videtur ipſã cauſam, Vnde dictum adiutorium debetur ſtatim nato filio, pro faciendo tñ ſuo loco, & tempore eodem filio milite, vel equite, & pro expenſis

penſis quæ tunc temporis fieri ſolent.

Contrariam partem etiam iure Municipali inſpecto videbatur eſſe firmiorem ex infraſcriptis iuribus, & rationibus in medium ponendis.

Primò, caſus nõ eſt expreſſus à dicta conſtitutione, vt apparet ex eius lectu-
64 ra ad literã, Ergo habetur † pro omiſſo. Sequela probatur *per tex. expreſſum in l. ſi verò 6 5. §. de viro ff. ſolut. matrimon.* vbi Vlpianus ait.

De viro hæredeque eius lex tantum loquitur de ſocero ſucceſſoribuſque ſoceri nihil in lege ſcriptum eſt, & hoc Labeo quaſi omiſſum annotat, In quibus igitur caſibus lex deficit nõ erit vtilis actio dãda.

Secũdò ceſſante ratione legis ceſſat
65 † eius diſpoſitio *l. quod dictum cum alijs vulgatis C. de pactis.*

Sed ratio dictæ conſtitutionis permittentis adiutorium, ſeu ſubſidium caritatiuum fundatur in miſericordia, & neceſſitate ibi in tex. *Miſericorditer prouideri,* & ibi *Pro neceſſitatibus ſuis,* prout aſſeuerant Afflictus, Frecc. & alij Scribentes, quæ ceſſat in caſu ſuppoſito, ergo ceſſat eius diſpoſitio, *Gloſ. notabilis in §. ſi verò altera, verſic. Confuſionem auth. de nupt. & cum externi extra de re iudicata in fine, c. 1 1 3. diſtinct. vbi Gloſ.* de-
66 clarat procedere quando † vnica tantum eſt ratio, ſecus ſi plures concurrãt, ſed vnica ratio, & non plures concurrunt in caſu præſuppoſito, ergo &c.

Tertiò, hæc noſtra conſtitutio non exprimit caſum natiuitatis filij maſcu-
77 li, nec ex vi expreſſiua, † nec ex vi extenſiua, neque ex vi comprehenſiua; Nõ ex vi expreſſiua, quia Princeps non expreſſit caſum ſuperius relatũ, quem potuiſſet exprimere ſi voluiſſet, ergo dũ eũ non expreſſit, illũ neglexiſſe cenſendũ eſt *l. 1. §. no autem C. de cadut. tollend. vbi Bald. & Salicet.* cæterique Scribẽtes varia argumenta, atque rationes, ad hanc rem noſtram pertinentia, adducũt, quæ breuitatis ſtudio relinquũtur.

Non ex vi extenſiua, quia prouiſio facta in vno caſu nõ extẽditur ad alium
68 caſum ſimilem, † quando non conſtat ex mente diſponentis voluiſſe eundem caſum extẽdere per ea, quę refert *Bart. in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſth.* prout etiam nos diximus *inferius in opuſc. de contraband. quæſt. 2. n. 2 5.*

Nec demum ex vi comprehẽſiua ex
69 verbis † taxatiuis in dicta conſtit. expreſſis ibi. *Non niſi in ſubſcriptis caſibus tantum adiutorium petere,* quæ verba taxatiua alios caſus nõ comprehendũt, ſed excludunt, & negant omnę aliud ſimile, iuxta *Bartoli doctrinam in l. 1. nu. 1. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp.* & poſita in lege, vel ſtatuto non faciunt extenſionem ad alios caſus abſimiles, vt probat *text. in l. 2. C. de patrib. qui filios diſtrax. & in d. §. de viro, Bart. in l. ob æs alienum nu. . C. de præd. minor. & in l. ſi conſtante in 9. quæſt. 1. par. princ. ff. ſolut. matrim. cũ alijs concordant. relatis per Nigr. in c. Regni 10. n. 1 5 5. verſ. Duodecimò.*

Quod maiori ratione procedere vr̃ ex verbis ab eod. Rege Gugliel. in ead. cõſtit. expreſſis, qui ne dũ poſuit taxatiuam tm̃, ſed ad maiorẽ declarationem
70 addidit alia verba, † Non niſi, ex quibus ſolũ ſe reſtrinxit ad caſus expreſſos alios penitus negãdo, Maior. n. vis ineſt in illis verbis, *Non niſi in ſubſcriptis caſibus tãtum,* quã ſi Rex Gugliel. dixiſſet, *In ſubſcriptis caſibus tantum,* quãdoquidem vr̃ ineſſe negatio geminata, quæ enixam diſponẽtis voluntatem demonſtrat, *Grat. conſ. 1 9. n. 5 lib. 2. Signor. cõſ. 3 4. circa fin. verſ. Aut interpellatim,* Geminata autem negatio colligitur clarè ex taxatiua tm̃, & ex dictione, Non niſi.

Quartò, ſi permitteretur adiutorium pro natiuitate filij ad petitionem Baronum, ſequeretur rigorem æquitati

71 ſcriptæ † eſſe præferendũ; Rigor enim
contra Vaſallos exiſteret, & æquitas
ſcripta pro Vaſallis, ex qua apparet ad-
iutorium pro hac cauſa non deberi, vt
apparet ad literam ex ipſa conſtitutio-
ne, ſed conſequens eſt falſum, quia æ-
quitas rigori eſt præferenda *l. placuit C.
de indic. vbi Alex. de Imol. l. cum res C. ſi
alien. res pignor. dat. ſit l. ſi hæres C. ad
exhibend. l. ſi ego ff. ſi certum petatur,
Gloſ. in l. ſi tibi, in verbo, Exceptione, ff.
de donation. & in l. ſeruitutes, la tertia,
ff. de ſeruit. Corn. conſ. 293. nu. 8. vol. 4.*
Ergo & antecedens argumentorum.

Quintò purificatorũ idem iudicium
72 † reſultat, ideo quod firmatur in vno
ex parificatis habet locum in alio *cap. ſi
poſtquam §. 1. & §. final. de elect. in 6.
Anan. conſil. 27. num. 4. verſ. Sed certùm.*

Quod procedere videtur non ſolum
in ſtatuto *Rom. conſ. 32. num. 9. verſic.
Sextò, & conſil. 129. in princip.* verum
etiam in lege communi, vt annuit *idem
Rom. in dicto conſil. 129.*

Sed quemadmodum non valet con-
73 ſuetudo, vt pro natiuitate † filij ſol-
uãtur decem, vel aliud adiutorium, vel
quando naſcuntur duæ filiæ fœminæ
tantundem *l. cum antea C. de agricol. &
cenſit. lib. 11. vbi Gloſ.* dicit hoc ſibi lo-
cum vẽdicare in Sardinea, vbi eſt loca-
lis, *vt per Bartol* & alios Scribentes ibi-
dem, *Boer. refert in deciſ. 226. ante nu. 2.
verſ. Tamen non ſeruatur*, vbi aſſerit non
74 valere cõſuetudinem, † quod pro quo-
libet homine naſcituro aliquid Fiſco
ſoluatur. Ita etiam non valet hæc le-
gis interpretatio, quod pro filio nato
adiutorium, ſeu collecta ſint ſoluenda;
75 Sextò ſtatuta de eorum natura † ſunt
ſtricti iuris, & ideo à verbis eorum non
eſt recedendum *l. conſtitutionibus ff. ad
municipales l. quod conſtitutũ ff. de teſtam.
militar. vbi Bart. Bald. in l. contractus §.
1. C. de fid. inſtrum. Anan. dicto conſ. 27.
num. 5. verſic. Sed his*; & vbi ſtatutum
non loquitur ceſſat eius diſpoſitio *l. ſi
furioſi, vbi Bald. C. de nuptijs.*
76 Ius noſtrũ municipale ſtatuto † com-
paratur, vt aliàs diximus *in opuſc. de con-
traband. q. 8. num. 2.* Vnde ſi huiuſmodi
extenſio fieret, retorqueretur cõtra na-
turalem æquitatem, & cõtra ius cõmu-
ne, vt patet ad ſenſum, & in ſimili dixit
Anan. d. conſ. 27. n. 6. verſic. Et potiſſimè.
Ergo dicendum eſt nullo pacto facien-
dam eſſe ſupradictam extenſionem.

Septimò, & vltimò perſiſtẽdo in no-
uo intellectu ipſius conſtitutionis lo-
quẽtis per gerũdium in, do, Pro facien-
do filio milite, vt diximus in tertio fun-
damẽto pro contraria parte in medium
77 deducto, dicimus dictũ gerũdium † in,
do, de eius proprio ſignificatu demon-
ſtrare proprium actum ſecũdum magis
* communem * ſententiam, de qua *Ca-
ſtrenſ. Alex. & alij recentiores in rubr. C.
de edend.* quam ſequitur *Cagnol. ibidem
n. 49. verſ. Bart. poſt Cin. Conc. de cenſ. p. 2.
c. 1. q. 1. ar. 8. n. 8. & 9. verſ. Prout etiam*,
& ideo gerũdium pro faciendo filio mi-
78 lite reſoluitur †, ſi filius fiat miles, vt
animaduertit *Dec. in conſ. 433. n. 6. verſ.
Sed tale legatum*, vbi aſſerit gerundium
in, do, moriendo inducere cõditionem
ſi moriatur, *Magon. deciſ. Florent. 1. n. 8.
verſ. Neque, Monac. dec. Lucenſ. 22. n. 15.
verſ. Item & deciſ. 55. n. 14. & 15. verſ.
Maximè*, Vnde cũ videatur importare
79 proprium actũ, † vt poſt *Aretin. & Iaſ.
in rub. inſtit. de actionib. notat Bartholom.
Bertaz. in repet. l. ſi quis maior C. de tran-
ſact. num. 340. impreſſa in tract. de Clauſ.
Bertazzol. in fine folim. 15.* ſequitur di-
cẽdum dictum adiutorium non deberi.
Et hanc partem poſt hæc ſcripta viſus
tenet *Regens de Pont. in tract. de auth.
Proreg. tit. 10. ſub rubr. de diuerſis proui-
ſion. Rub. de don. et expẽſ. Vniuerſit. n. 12.
& ſeq.* & ante eũ hãc firmat ſententiam

Frac.

Precc. de ſubfeud. lib. 2. q. 59. in fi. in c. ſeq.

Ex quibus omnibus iuribus, & rationibus, quæ ex vtraque parte deductæ fuerunt, & adduci poſſent breuitatis ſtudio omiſſæ, videtur caſum eſſe dubi-
80 tabilem, ſed in praxi † hãc poſtremam ſententiã vſque adhuc receptã, etiam in caſibus in facto in dies occurrẽtibus in natiuitate filiorum Illuſtriſſimorum Baronũ, pro qua nihil ſoluitur, niſi vbi in contrarium viget conſuetudo, prout extat in aliquibus locis huius Regni, vbi aliquid vel ſoluitur ex dicta cõſuetudine, vel ex liberalitate, & voluntate Vaſallorum pro natiuitate, ſeu faſcia filiorum Baronum.

Bene tamen obſeruatum aliquando
81 vidi, adiutorium fuiſſe petitum † à Vaſallis pro creatione militum, ſeu equitum Sãctorum Ioannis, Iacobi, Stephani, Lazari, & ſimilium, & pro impenſa eorundem Baronum, ſeu eorum filiorum cupientium habitum dictarum religionum, prout in militibus Templi, ſeu Melitenſibus poſt *Bart. in l. 2. C. de his qui non implet. ſtipend. & Odd. de ſubſtitut. par. 5. 3, præmiſſo* refert *Capiblanc. in dicta pragmat. 1. nu. 62. & 63.* & quod debeatur etiam pro militia
82 † ipſius Baronis, firmat expreſsè *Gloſ. in d. conſtitut. in principio,* vbi optimas adducit rationes, & extendit hoc procedere etiam in nepote ex filio, quia filius nepos appellatur *l. liberorum cum ſimilibus ff. de verbor. ſignificat.*

Remanet ergo firma concluſio, dictum adiutorium non deberi, niſi ex liberalitate ipſorum vaſallorum, vel vbi
83 † in contrarium extat conſuetudo, vel niſi pro faciendis filio, fratre, vel nepote militibus, ſeu Equitibus Sanctorum Ioannis, Iacobi, Stephani, Lazari, & ſimilium, qui omnes Equites gaudent priuilegio militum, vt diximus *in limitat. 8. princip. huius libri num. 9. & 10.*

Ad argumẽta ſuperius adducta pro vtraque parte rectè reſponderi poteſt, ſi verò ſequeris hanc ſecundam ſententiam in praxi receptam, ſic ad ea replicare poteris.

Ad primum ex eadem Bartoli diſtinctione *in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.* dicitur prouiſio-
84 nem factam † in vno caſu, quando emanat per modum diſpoſitionis non extenditur ad alium caſum, maximè in materia non fauorabili, *l. vim paſſam 39. §. præſcriptione ff. de adulter. cum ſimilibus*, & aliàs diximus *in opuſcul. de contrab. quæſt. 2 num. 11.*

Et quod ipſa conſtitutio ſit odioſa colligitur ex diſtinctione relata *p Paul. de Caſtr. in l. qui exceptionẽ, vbi ẽt Bart. et*
85 *alij Scribentes ff. de cõdit. & demõſt.* quos refert *Brunus de ſtatut. art. 4. n. 7. fol. m.* 8. vbi affirmat, quod vbicũque actus, ſuper quo lex diſponit ex vna parte eſt
86 fauorabilis, † & ex altera odioſus, dẽt attendi, ſuper quo lex principaliter diſponit, quia reſpicitur quod principaliter fit, *l. ſi quis nec cauſam in princ. cũ concord. ibi notatis ff. ſi cert. petat.* Vnde cum hæc noſtra cõſtitutio principaliter cõtra Barones ſit promulgata ibi *Volentes igitur tam durè ſubiectorum noſtrorũ oppreſſioni miſericorditer prouideri*, vt animaduertit *Iſern. ibid. in princ.* licèt in cõſequentiam fauorabilis reſpectu vaſallorum, *Vinc. de Franc. deciſ. 215. nu. 15. verſ. Item*, dẽt reſpectu eorundem Baro-
87 num odioſa nũcupari, † qui, dũ ex voluntate adiutoria exigebant, fuit hæc voluntas coarctata ad caſus expreſſos odio ipſorum, & ſic vti odioſa, & non fauorabilis non debet extendi, quia odioſa ſunt reſtringenda vulg. iuribus,
88 Neque obſtat regula, ſimilium † idem eſſe iudicium, quia procedere videtur quando in ſimilibus per omnia, & in omnibus eadem eſt ratio, *Bald. in l. ſi*

quis non dicam num. 1. *C. de Epiſcop. & cleric. & in l. data opera num.* 18. *C. qui accuſare non poſſunt*, firmat ſimilium extenſionem fieri quando eadem, & non ſimilis ratio exiſtit, ratio autem diuerſa colligitur ex alijs ſupra adductis, quæ hic non repetuntur.

Non obſtat ſecundum, quia diuerſa ratio militat pro filia monachanda, &
89 pro filio doctorando, † nempe pro prima fauor religionis, pro ſecundo fauor Reipublicæ, vt annuunt Doctores hanc partem ſuſtinentes, licet hanc ſecundam ſententiam vix etiam admittat, *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *folio mihi* 168. quæ rationes ceſſant in natiuitate, vel pro faſcia filiorum Baronis.

Ad tertium replicatur potius interpretanda eſſe ſtatuta fruſtratoria, & ni-
90 hil operari, † quàm aliquem indebitè damnum pati, vt firmat *Albert. in tract. de ſtatut. art.* 5. *num.* 8. *& art.* 7. *num.* 6. *&* 7. *per Gloſ. vulg. in l. final.* §. *in computatione in Gloſ. magna in fine, vbi Bartol. Bald. cæterique Scribentes. C. de iure deliber. Doctores in l.* 4. § *prætor ait ff. de damn. infect. cum concord. allegatis*.

Ad quartũ reſpondetur magis communem ſententiam eſſe in contrarium, qua firmatur gerundium in, do, pro-
91 prium † actum denotare, & illud reſoluitur, ſi fiat miles, vt diximus in ſeptimo fundamento pro hac parte ſuperius relato.

Tertius caſus debetur adiutorium
92 pro emenda terra † vna tãtum vice, & hæc facti ſpecies nullam recipit dubitationem, quia indiſtinctè Barones hoc adiutorium conſequuntur, vt præcipit ad literam dicta conſtitutio, vbi etiam *Iſern. & Afflict. & in deciſione* 265. *num.* 54. *Iacob. de Aiello in tract. de iur. adohæ num.* 29. *& ſequenti, Capiblanc. in pragm.* 1. *num.* 57. vbi declarat dictum adiutorium moderari, quando Baro multas Terras feudales poſſidet.

Sed verba ipſius cõſtitutionis, ſi rectè perpendantur, non videntur, ita indiſtinctè loqui in caſu propoſito, etenim ea tantum vice locum habere di-
93 cendum eſt, quando Baro † emit Terram pro ſeruitio Regis, vel exercitus, prout ſic ſonãt verba d. conſtitutionis, Ergo extra caſum ſeruitij Regij, vel exercitus non tenentur Vaſalli ad di-
94 ctum adiutorium, quia vbi lex † non loquitur vltra non extenditur *dicta l. ſi verò* §. *de viro ff. ſolut. matrim.* vbi Doctores communiter cum allegatis ſuperius in ſecundo caſu, Vnde ſi Baro emat terram ad ſui libitum, vel vt maior euadat, non tenentur Vaſalli ad adiutorium præſtandum.

Et quamuis prima fronte videatur ſic eſſe de iure reſpondendum, nihilominus dum Barones emunt terras feu-
95 dales † ſemper dicuntur eas emere pro ſeruitio Regis, vel exercitus, quia do quidem Barones pro Terris, ſeu Caſtris Feudalibus tenentur præſtare Regiam
96 Adoham, quæ eſt † ſeruitium in hoc Regno præſtandum à Vaſallo pro feudo redditus viginti vnciarum, & dum Vaſallus ad ſeruitium perſonale cum tribus equis, & armis per tres menſes ipſi Regi aſſiſtere debet loco iſtius ſeruitij perſonalis ſoluitur Adoha, quæ eſt ſeruitium reale in pecunia, loco eiuſ-
97 dem † ſeruitij perſonalis, vt declarat optimè *d. Ius Iacobus de Aiello de iure Adohæ in principio, Regens de Ponte deciſ.* 3. *num.* 11. *Afflict. deciſione* 265. *Tapia de iure regni in pragmat.* 18. *in verbo, Adoharum, de offic. procur. Cæſar. vbi ſub-*
98 dit, dictam Adoham confundi † cũ ſeruitio Reali, quod fit à toto Regno Catholicæ Maieſtati in ſolutione ducatorum ſexaginta millium ſoluendorum pro quarta parte à Baronibus, & pro alijs partibus ab Vniuerſitatibus tam

Dema-

Demanialibus, quàm Baronalibus, de qua re latius verba facit *Reg. de Pont. d. deciſ. 3. num. 12. & ſeq.*

Amplia hunc caſum procedere, e-
99 tiam ſi dictum † adiutorium ſit ſolutum patri Baroni aliam ementi Terram, quia ſi filius poſt mortem patris aliam velit emere Terram iterum Vaſalli cōcurrere tenentur ad adiutorium præſtandum, quia in hoc filius non repræſentat perſonam patris, ſed noui Baronis, dum enim conſtitutio loquitur de Comite, vel Barone pro vna tantum vice, habet locum in quolibet Comite, vel Barone, qui pro dicta vice ſemper exigunt adiutorium à Vaſallis, vt quotidiana praxis obſeruat, vltra rationes *Afflicti & Capiblanc. in d. prag. 1. num. 64. & ſeq.*

Quartus caſus extat pro maritanda filia ſorore, vel amitá, vel nepte ipſius Baronis, vt diximus.

Primò amplia hunc caſum locum habere ne dū in vna filia, ſorore, nepte,
100 vel amita ipſius Baronis, ſed ēt † in omnibus filiabus, ſororibus, amitis, & neptibus, vt concludit *Gloſ. in d. conſtit.* vbi verba appoſita per Reg. Guglielmum compilatorem ſunt demon-
101 ſtratiua, & exemplificatiua, & exempla non reſtringūt regulam *l. damni infecti §. Sabini ff. de damno infecto*, & dū frequentius nuptui traditur vna filia, vel ſoror, ad ea, quæ frequentius accidunt iura adaptantur *vulg. l. nam ad ea ff. de legib. cum ſimilibus*, vt animaduertunt *Gloſ. & Iſern.* ſicque concludit *Iacob. de Aiello in d. tract. de iur. Adohæ num. 30. verſ. An autem*, & ibi teſtatur fuiſſe deciſum per Sacr. Conſilium, & conſultum per quam plurimos præclaros Iuriſperitos Neapolitanos, hanc etiam ſequitur *Capiblanc. in tract. de Baronibus d. prag. 1. n. 67. verſ. Contrarium, Vinc. de Franc. deciſ. 215. per totam*, & ita ex immemorabili conſuetudine ſeruari teſtatur *Gloſ. final. in d. conſtit.* vbi commemorat alios celeberrimos Doctores hanc partem ſuſtinentes.

Amplia ſecundò dictum caſum procedere, etiam ſi Baro nuptui tradat fi-
102 liam ſpuriam, † non autem ſpuriam, & inceſtuoſam, ſiquidem pro dotatione filiæ ſpuriæ poteſt Baro adiutorium à Vaſallis petere, *vt per Vrſill. ad Afflict. deciſ. 265. num. 56. Boer. deciſ. 127. per totam*, quos refert etiam *Capiblanc. vbi ſupra*.

Amplia tertiò etiam dicto adiuto-
103 rio locus eſſe † pro filia monachāda, vel ſupradictis alijs, vt ſupra diximus, & concludūt Scribentes *in d. conſtitut. Iacob. de Aiello vbi ſupra, Boer. deciſ. 126. num. 12. verſic. Et non ſolum*, vbi adducit iura, & rationes, quas etiam refert *Capiblanc. in d. prag. 1. num. 75. verſic. Num autem*.

Primò declara ſupradictum caſum, vt ſupra ampliatum procedere tempore nubilis ætatis, & conſumati matrimonij, vel tēpore, quo monialis pro-
104 feſſionem † emittit, non autem tempore, quo matrimonium per verba de futuro contrahitur, vel quo monialis monaſterium ingreditur, vt animaduertit *Capiblanc. vbi ſupra num. 77. & 78.* quæ determinatio vltra rationes adductas alia etiam confirmatur, per ea quæ ſupra retulimus in ſimili pro faciendo filio milite, & pro maritanda filia, etenim gerundium pro maritanda, conditionem, ſi fiat matrimonium, demōſtrat, vt diximus *ſupra in 7. fundamento ſecundi caſus num. 77. & ſeq.*

Secundò declara, quod diximus in nepte, ita ſibi locum vēdicare, ſi pater
105 ſit pauper † hoc enim caſu conſtito, & habita informatione de paupertate Vaſalli tenētur ad adiutorium pręſtandum *Vinc. de Frāc. deciſ. 215. in fine.*

Ter-

Tertiò declara, quod licèt adiutorium pro faciendo filio milite, & pro
106 maritanda filia debeatur † pro numero fumantium, ſeu focularium ad rationem carolenorum quinque pro quolibet foculari, vt inquit *Iacobus de Aiello in d. tract. de iur. Adoh. num. 34. verſic. Quantum autem*, & ſic cõmuniter obſeruari teſtatur, tamen pro mo-
107 nachatione † filiæ, ſiue pro maritãda filia ſpuria, medietas dicti adiutorij debetur, ſcilicet ad rationem granorum vigintiquinque pro quolibet foculari, vt poſt *Afflict. decif. 265. Gram. decif. 88. Vrſill. in d. decif. 265. num. 56. Bocr. decif. 127.* concludit ſeruari *Capiblanc. in d. prag. 1. num. 81. verſic. Et pro monachatione*.

7. ampl. vide ... n. 42. ... 27.7 ... n 54

Amplia octauò, vt pro Regijs collectis, & earum exactione vna via ele-
108 cta, † altera non tollatur; adeo quod exactor deputatus poteſt vno, eodemque tempore compellere debitorẽ per capturam perſonæ, & bona eiuſdem debitoris apprehendere, & vendere ſeruatis ſeruandis *Thomat. de collect. d. cap. 9. num. 37. verſic. Debitor muneris, inter tract. diuerſ. tomo 12. fol. m. 160.*

Amplia nonò etiam ſi aliquis ciuis, ſiue ruſticus recedat à Villa, vbi domicilium contraxit per multos annos, in quibus dicta Villa ære alieno fuit grauata, ſiquidem ſi pro dicto debito cõ-
109 tracto eſt † impoſita collecta, tenetur eam ſoluere, & pro eius rata contribuere; etenim habitando ibidem cum eadem contraxit Vniuerſitate, & onus illud ſuſtinere tenetur, & bona eiuſdem ruſtici obnoxia dicuntur pro dicto debito contracto *l. 1. in fine ff. de colleg. illicit.* vbi Alberic. hoc determinat, eum refert *Thomat. de collect. d. cap. 2. num. 41. verſic. Vlterius onus d. tom. 12. tract. fol. m. 109. Andr. Gail. de arreſt. cap. 9. num. 22. verſic. Sed quid*.

Et hoc ſæpè occurrit in facto in ſuburbanis huius Ciuitatis.

Amplia decimò in volente cedere
110 bonis, quia non admittitur † ad bonorum ceſſionem, ſi tenetur collectas impoſitas ſoluere, *Capell. Tholoſ. decif. 28. vbi Aufrer. num. 4. & in decif. 124.* cui addo *Thomat. de collect. cap. 8. num. 32. verſic. Mihi videtur ex text. in terminis in l. propter bonorum C. qui bon. ceder. poſſ. vbi Bald.* & cæteri Scribentes.

Amplia vndecimò in pauperibus,
111 quos † *Andreas Gail. de arreſt. cap. 9. num. 20.* excuſat à ſolutione collectarum, quià inanis eſt actio, quam debitoris inopia excludit, & vt inquit *Bar. in l. ſi vniuerſæ C. de legibus, Mal dà chi non hà, dice la campana di San Pietro*, & propterea exactores deputati debitis diligentijs adhibitis reſignant ipſos debitores eidem Vniuerſitati, vti impotentes, vt ſeruatur in praxi, niſi aliud fuerit in ſtipulatione deductum.

Declara hanc vndecimam ampliationem procedere, tam in perſonalibus, quàm etiam in patrimonialibus
112 muneribus, dũmodo paupertas † ſit intolerabilis, quod accidit quando oportet pauperem laborare, & victum quærere, vt ex multis firmat *Petr. Nund. in tract. de exequend. mand. par. 2. ſub num. 32. verſ. Item alij volunt folio mihi 204.*

Amplia duodecimò vt ad hoſpitan-
113 dum milites, † quilibet teneatur, & exequutiuè compelli poſſit, cum munus hoſpitandi patrimoniale dicendum ſit *l. 3. §. eos milites ff. de muner. & honor. Ferrett. de Gabell. num. 464. verſ. Quæro de non obligato to. 12. tract. fol. mihi 92. à tergo, Alciat. conſil. 105. Quæritur an facienda ſit num. 3. tom. 3. lib. 8. Viuius meus conciuis in decif. 162. Doctor Iuuenis num. 14. verſic. Et hinc aduerte lib. 1.*

Decla-

Declara quod milites illuſtres de-
114 bent † medietatem domus habere, vt
commodius poſſit hoſpitari, non illu-
ſtres tertiam partem domus, *Gloſ. in d. §. eos milites, & Viu. eam citat vbi ſupra in fin. d. num.* 14.

Decla. 2 ſecundò, vt dictis militibus
115 nihil amplius † ſit præſtandum, niſi
ſola hoſpitalitas, & ſi aliquid aliud pe-
tierint, vel hoſpitantes præſtiterint, punientur, vt eſt text. *in l. 5. deuotum, vbi Luc. de Penn. in princ. C. de metatis lib.* 12. & ibi Imperator vocat ſubditos deuotos, & fideles, *Viu. in d. deciſ.* 162. *num.* 15 *verſ. Cæterum allegat Natt. conſ.* 83. *ſentio num.* 6. *& conſ. ſeq. num.* 1. *vol.* 1. ſubdens quod licitum eſt de facto illis reſiſtere.

Sed pro noſtrorum peccatorum pœnitētia, nec etiam ſeruatur quod Reg. Pragm. in his partibus, vel Regiæ or-
dinationes præcipiunt; quia milites
116 † non hoſpitantur ſicut hoſpites, ſed
ſicut hoſtes, & vt inquit noſter *Viuius vbi ſupra d. num.* 15. ſicut mus in petra, ignis in ſinu, & ſerpens in gremio; & ideo bella pro Chriſti fidelibus ſæpè malum ſortiuntur effectum, quia pace bonorum, milites, vt plurimum ſunt Chriſtiani quo ad nomen, & lupi rapaces, imò violatores, adulteri, & raptores quo ad opera, procedentes tanquam ſi Deus eſſet Petra. Vnde nihil remanet in noſtris calamitatibus, niſi diuina pietas, & refugiū, vti portus tutiſſimus in his naufragijs, vt idē Viuī. ſic etiam exclamat *d. nu.* 15. *in fin.* quia timor Domini in cœlum migrauit.

Limita ſupradictam 12. ampliatio-
117 nem non habere locum † in Docto-
ribus, vel alijs militibus, & ſignanter in domibus Aduocatorum *l. aduocati C. de aduocat. diuerſ. iudic. l.* 14. *C. de ſacroſ. Eccleſ. & l. fin. in fin. ff. de muner. & honor. Ferrett. in d. tract. de Gabell. num.* 464. quia non tenentur hoſpitari, *Paris de Put. de ſindic. in verb. Doctor*, vbi refert quemdam Capitaneum fuiſſe condemnatum in ſindicatu ad ſoluendum, & reſarciendum intereſſe paſſum per Doctorem, ad quem miſit milites hoſpitandos, vt refert *Viu. in d. deciſ.* 162. *num.* 11. *verſ. Nec Doctor lib.* 1.

Et licèt de generali conſuetudine
118 † in Regno hoc non obſeruetur, *Carau. in rit.* 166. *Item quòd ſi qui debitores num.* 10. quem refert *Viu. vbi ſupra d. num.* 11. Tamen in hac Ciuitate Ad-
119 uocatorum domus † ſemper exem-
ptæ fuerunt ab actuali hoſpitio militum, & ſic etiam ſeruari in Ciuitate Trani refert *Viu. vbi ſupra in fin. d. nu.* 11. *Franc. Marc. deciſ.* 636. *nu.* 5. *vol.* 1. *fol. m.* 351. *Paſchal. de virib. patr. poteſt. par.* 2. *num.* 76. *verſic. Et non tenetur fol. m.* 253. vbi extendit etiam ad fratres Doctorum ſimul habitantes, *vt num.* 77.

Primò Amplia ſupradictam limita-
120 tionem in Medicis, † Philoſophis, O-
ratoribus, & Magiſtris Grāmaticæ, qui ex peculiari priuilegio nō poſſunt compelli ad hoſpitādum milites, quia gaudent etiam eodem Doctorum priuilegio, vt eſt *text. in d. l. fin. in fine ff. de muner. & honor.*

Sed in medicis tantùm aliquando vidi obſeruari dictam immunitatem, non autem in alijs profeſſoribus.

Secundò amplia in Capitaneis, offi-
121 cialibus, & militibus † quibuſcum-
que, qui non tenentur de iure municipali huius Regni alios milites hoſpitari; quia eorum domus eſt exempta ab actuali militum hoſpitio, & ab omni contributione eiuſdem hoſpitij, tam ſi deſeruiant actualiter, quàm ſi in eorum domibus commorentur, vt præcipit Reg. Prag. 10. §. 10. de militibus, & in Pragm. 2. vbi etiam hoc extendit ad

fratres,

fratres, Rouit.dummodo ſimul habitēt in eorum domo, & non diſiunctim *per text. in l.Libemus verſic. Nec adiculas C. de aduocat. diuerſ.iudic. vbi Gloſ. in verbo, ſi tamen,* & etiam in patre, & alijs ſimul habitantibus habet locum, prout apparet ex generali decreto Reg. Cam. Summariæ.

Decimotertiò amplia principaliter in forenſibus, qui in hoc Regno licèt obſtet communis opinio in cōtrarium,
122 tenētur † pro bonis, quę in alieno territorio poſſident collectari, vt præcipit cap. Regni 194. In ſingulis, & de generali cōſuetudine totius Italiæ idem ſeruatur, vt ex pluribus adductis firmat *Fab. de Ann. in conſ. 59. Dum Vniuerſitas nu. 3. verſic. Nihilominus,* & ibi contrarium ſuſtinentes iure cōmuni inſpecto adducit *Campag. in d. cap. 194. nu. 7. & 8. & Petr. Nund. in tractat. de exequend. mand. par. 2. cap. 14 num. 22.*

Amplia decimoquartò principaliter, quod pro exactione † collectarum licitum eſt collectoribus per viam
123 ſequeſtrationis interdicere ingreſſum & bonorum adminiſtrationem, donec ipſi pro debitis collectis ſatisfiant, vt concludit *Golen. de proceſſ execut. parte 1. cap. 2. num. 142. verſ. Nec habet folio mihi 56.*

Decimoquintò amplia principaliter etiam elapſo tēpore præfixo † ad
124 exigendum collectas, in quo exactores collectarum pro reſiduis collectis procedere poſſunt via executiua; quia authoritas ipſis tributa non eſt reſpectu perſonæ, ſed ratione rerum, & quantitatis in libro iiſdem exactoribus deſcriptis, & conſignatis; qui libri tam reſpectu gabellarum, quàm etiam collectarum plenè probant, vt diximus latè *ſupra quæſt. 6. num. 31. verſic. Limita primò,* & executionem paratam tribuunt, vt ſuperius annotauimus.

libri collectarum

Limita primò in muliere vidua ſine filijs maſculis à marito relicta, quia dū in hoc Regno collectæ imponātur ſingulis fumantibus, quæ Viduę non con-
125 ſtituunt, non videntur † ad ſolutionem collectarum teneri, *Capic. in inueſtit. feudorum in verbo, collecta,* quem refert, & ſequitur *Capiblanc. in tract. de Baron. prag. 10. num. 23. verſic. Vidua quæ.*

Quæ determinatio etiam ratione
126 probatur, † Etenim hæc nomina, focolares, fumantia, & familiæ ſunt ſinonima, & idem importare videntur *Bal. in authent. defuncto num. 11. verſic. Modò quæro C. ad Tertullian. Campagn. in cap. Regni 194. num. 106.* Familia au-
127 tem pro agnatione † accipitur *l. fin. C. de verbor. ſignificat. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 22. ſub num. 27. verſ. Contra verò.*

Agnatio verò continere dicitur omnes perſonas per virilem ſexum coniunctas *l. ſi filius ff. de ſuis, & legitimis, Peregrin. vbi ſupra in d. art. 22. num. 25. verſic. Agnationis,* & in propoſito omnes ſub eodem tecto commorantes, Vnde ſi pro focolari intelligitur etiam
128 † familia, videlicet vnica viuens ſub vno tecto, ſcilicet pater cum filijs, & nepotibus ſimul habitantibus *Bal. in l. 1. ff. quod cuiuſque Vniuerſit. Ripa in l. 41 §. inſor ff. de re iudic.* quos allegat *Capiblanc. in d. tract. de Baron. prag. 10. num. 20. verſ. Similiter,* tamen, rectè diximus Viduam abſque filijs maſculis relictam non teneri ad ſolutionē focolaris, quia non vī habere amplius familiam, quæ in ea ex defectu maſculi extinguitur.

In contrarium facere videntur, quia viduæ dicuntur ſtare in primo matrimonio, dum in viduitate reperiuntur *l. fin. C. de bon. matern. l. 1. C. de rei vxor. act. Petr. de Anchar. in cap. ſignificauit de par. & clemen. pati.* & ideo bene di-

xit

xit *Campagn. in d.cap. Regni* 199. quod in apretio debent concurrere, *vt per Andr. de Iſern. in* §. *plauſtrorum verſic. Talliæ, quæ ſint Regal.* allegatus per eundem *Campagn. ibidem*, licet modificandæ ſint vt ibi per eum, quia ſunt ciues,& incolæ, *Cardinal. Pariſ. in prag.* 1. *de appret. in verbo viduæ num.*28. ſuſtinendo primam opinionem, licèt de iure contraria ſit magis vera.

Declara eãdem primam opinionem
129 procedere in vidua paupere, † quæ non habet in bonis vltra vnciam, etenim hæc vidua nihil debet ſoluere, licèt in modico taxari poſſit, vt inquit *Petr. Picc. in Prag.* 1. *num.*41. *verſic. Mulieres verò* de appretio, & ſic etiam reperitur deciſum per Reg. Cam. Summariæ in fauorem viduarum, cuius decreti tenor talis eſt. *Mulieres viduæ habentes in bonis citra vnciam vnam annuatim, vel tantumdem, non tenentur*, Cuius decreti vigore & cum eius inſertione in dies expediuntur prouiſiones ad fauorem viduarum,& ſic etiam obſeruari vidimus in Caſtris,& Vniuerſitatibus Comitatus huius fideliſſimæ Ciuitatis, in quibus etiam aliquando viduæ pauperes abſque maſculis pro medio foculari ſoluere compelluntur, & ideo in hoc ſtandum eſt loci obſeruantiæ,& conſuetudini; Bene verum
130 eſt, quod mulieres viduæ diuites † cũ filijs, vel ſine filijs maſculis, ad ſolutionem collectarum arctantur, licet etiam modificari debeãt, vt inquit *Petr. Picc. & Campagn. in locis ſuperius commemoratis*, & quando diues vel pauper vidua dicatur ex Iudicis arbitrio reſultat, vt diximus inferius in hoc *eod. lib. limit.* 12. *princ. num.*8. *verſic. Pauper autem.*

Limita ſecundò in Patre duodecim
131 filios habente, † qui à collectis,& ab alijs oneribus exemptus eſſe debet, *Bart. in l. ſi quis Decurio* 24. *vbi etiam*

Trentacinq. var. reſol. de iur. immun. reſol. 1. lib. 1 fa. 67. 1. ampl. ſeq. n. 73 fol. 230

Luc. de Pen. C. de decur. lib. 10. *& in l. ſim per* §. *legem de iur. immunit. Guid. Pap. deciſ.*401. *vbi etiam addentes, Petr. Nund. in tract. de exeq. mand. p.*2. *nu.*33. *cap.*14. *fol. m.*204. & hæc eſt communis, ✱ & de iure verior opinio, de qua teſtatur, & eam ſequutus eſt *Feſtas. in tract. de æſtim. part.*4. *cap.*3. *num.*71. *& ſequent. vſque ad fin.* & de ea teſtatur *noſter Viuius* recolendæ memoriæ *opin.*226. *lib.*1. quem cum alijs allegat *d. Feſtas. vbi ſupra.*

132 Contrariam videtur ſuſtinere *Ferdinand. Paez. in tract. de muner. in princip. num.*26. *verſic. Vnde audiendi, & ſequentibus*, & magis reſolutè *num.*50. *verſic. Ex quibus*, vbi in Decurione duodecim, in priuato verò ſexdecim filios requiri aſſeuerat, & defendit, & ad contraria reſpondet plures afferendo intellectus, ſed ſuſtinendo pri-
133 mam † vti magis communem, & in
✱ praxi ✱ receptam, de qua *Theſaur. deciſ.*267, *num.*4. *verſic. Verum, & Vincent. de Franc. deciſ.*259, *in princip.*

Declara hanc ſecundam limitatio-procedere, dummodo hanc immunitatem Pater à Prorege huius Regni
134 † obtineat per priuilegium in forma Regiæ Cancellariæ expeditum, quia aliàs non gaudet, nec temporibus noſtris admittitur ad dictam immunitatem, vt per *Vinc. de Franc. vbi ſupra.*

Declara ſecundò procedere dictam
135 immunitatem viuente tantum † Patre, ipſoque enim defuncto extinguitur immunitas, quæ Patri ob filios conceditur *l. fin. C. de his, qui num. liber. lib.* 10. *Feſtas in d. tract. de æſtim. & collect. par.*4. *cap.*5. *num.*74. *verſic. Et latius.*

Contrarium, non ſolum viuen-
136 te Patre, † ſed etiam matre concedendam eſſe dictam immunitatem, firmauit Sacr. Conſ. Neap. teſte *Vinc. de Franc. deciſ.*259. *per totam*, & ſic in

pra-

praxi obſeruatum vidi pluries in hac
noſtra Ciuitate.

Amplia ſupradictam ſecundam li-
mitationem, vt lex præbens immuni-
tatem propter numerum duodecim li-
137 berorum habeat † etiam locum in fi-
lijs naturalibus legitimatis, *Ruin. conſil.*
124. vol. 4. Roland. à Valle conſ. 52. nu.
5. vol. 2. quos adducit, & hanc vti
communem ✳ firmat *Ioannes Franc.*
de Pont. conſil 16. ſi fundatur num. 20.
verſic. Ex qua concluſione, Theſaur. d. de-
ciſ. 257. num. 7.

Amplia ſecundò in filijs in bello
138 mortuis, vel religionem † ingreſſis,
quia quoad dictam immunitatem iu-
uant patrem, *Minſinger. Ioannes de Plat.*
in §. 1. inſtit. de excuſ. tutor. cum alijs
allegatis per dictum *de Pont. in d. con-*
ſil. 16. num. 21. vbi hanc veram, &
communem ✳ ſententiam appellat.
139 Amplia tertiò nepotes ex filio † auo
prodeſſe ad immunitatem obtinẽdam,
dummodò filius ſit præmortuus, vt
firmat *Vinc. de Franch. d. deciſ. 259. nu.*
14. 15. 16.

140 Contrarium ſuſtinet † *Theſaur. in*
d. deciſ. 267. nu. 6. verſic. Amplia ſecun-
do, quem allegat *Vinc. de Franch. in fin.*

Pro cõcordia videas bonam diſtin-
141 ctionem † *Gaſpar Theſaur. in addit. ad*
dictam deciſ. Theſaur. 267. in princ.

Amplia, & limita dictam ſecundam
limitationem, vt per *Anton. Theſaur.*
Patrem, & Gaſpar. Theſaur. filium, qui
latè hanc materiam pertractant, qui-
bus humaniſſimum lectorem remitto.

Tertiò Limita in bonis feudalibus,
vel in Baronibus feuda poſſidentibus,
142 quia non tenentur ad ſolutionẽ † col-
lectarum, ne duplici onere grauentur
l. tã dementis C. de epiſcop. audient. Cam-
pagn. in d. cap. 199. num. 57. verſic. Vi-
geſimo, Petr. Nund. in tract. de exequend.
mand. num. 30. verſic. Item alij volunt
folio mihi 203. parte ſecunda cap. 14.

Declara hanc limitationem, vt licèt
Baro non teneatur pro feudalibus ad
143 collectas, pro bonis † autem burgen-
ſaticis ſoluere compelli poteſt, vt per
Campagn. vbi ſupra verſic. Si verò Capi-
blanc. in tract. de Baron. prag. 12. num.
6. & 7. verſic. Et tandem.

Limitatur quartò in venditore an-
144 nui redditus, † ſiue cenſus, qui non
tenetur ad ſolutionem collectæ, ſed
emptor compelli debet, cum onus em-
ptoris eſſe debeat *Gaſpar Roder. de ann.*
reddit. lib. 2. quæſt 4. num. 1. verſic. Vn-
de inquirendum Felician. de cenſib. lib. 2.
cap. 6. num. 2. verſic. Onus, vbi plures
adducit.

Amplia etiam ſi pactum in contra-
145 rium † fuerit oppoſitum, quia nec
venditor ad ſolutionem collectarum
teneri poteſt *Gaſpar. Roder. vbi ſupra*
num. 1. & num. 5.

Primò, declara tamen in his parti-
146 bus, quando † cenſus fuit conſtitu-
tum ad rationem decem pro quolibet
centenario, vt permittit Bulla Nicol.
V. & Reg. Prag. de cenſib. ſecus verò,
quando cenſus venditur ad rationem
nouem, vel minus pro quolibet cen-
tenario, quia hoc caſu venditor, non
autem emptor tenetur ad ſolutionem
collectarum, vt in ſimili dixit *dictus*
Gaſpar. Roder. d. lib. 2. quæſt. 4. num. 2.
verſic. Fateor tamen.

Sublimita vbi ſtatutum eſt in con-
147 trarium, † vt commemorat *Felician.*
de cenſib. d. lib. 2. cap. 6. num. 2. in fin.
vbi iure Regio illius Regni ſolutio ſpe-
ctat ad venditorem, *& Gaſpar. Roder.*
d. quæſt. 4. ſub num. 8.

Declara ſecundò quod ſoluente de-
bitore dictas collectas, & annuos cen-
ſus ad rationem decem, vt diximus, il-
148 lud plus † ſolutum debet deduci de
ſorte, & cenſus, ſiue redditus annui
non

non debentur, niſi de reſiduo, *Gaſpar. Rod. vbi ſupra ſub dicto num.6. verſic. Vnde fatui*, & ne ſine ratione loquamur, ſi aliàs concederetur cenſus excederet decimam pro quolibet centenario,& ſic contractus eſſet vſurarius, & contra formam bullæ Pap.Nicol.V. & Reg.Pragmat. de cenſibus, quibus præcipitur annuos cenſus non poſſe excedere decem pro quolibet centenario.

Limita quintò, quando ius ſoluen-
149 di collectas eſſet præſcriptũ, † vel ex priuilegio Principis immunitas competeret, de quibus plenè per *Hect. Felic. dicta alleg.21. per tot. par.1. folio m.81.*

Limita ſextò in meretrice, quæ cum
150 victum quærat † ex ſui corporis propalatione non tenetur ad ſolutionem collectarum, *vt per Petr.Nund. in dicto tract.de exeq.mand.cap.14.num.32.verſic. Item alij parte 2. folio 214.*

Limita & declara ſeptimò in tertio poſſeſſore, qui licèt teneatur ſoluere collectas, & onera realia pro tempore præterito, vt concludit *Geminian. conſ. 116. num.6. verſic. His præmiſſis*. tamen hoc intelligitur procedere pro rebus tantum ab eodem tertio poſſeſſis, non autem pro alijs rebus, quæ fuerunt eiuſdem principalis debitoris in alios tertios alienatis, vt firmat tex. *in l.fin.C. ſine cenſu, vel reliquis*, vbi Imper. Iulianus inquit, *Omnes pro ijs agris, quos poſſident publicas penſitationes agnoſcant, &c.* quod etiam expreſsè firmant *Bart. in l.2. vbi etiam Salicet. & Bald. in princip. C.eod.tit. iuncta Gloſ. in verbo, Pro reliquis*, vbi exponit pro reliquis, ideſt pro præteritis.

In contrarium ſuadere videntur à nobis ſuperius relata *in ampliat.6. principali nu.19.* vbi ex multis firmauimus creditori eſſe permiſſum vnumquemque poſſeſſorem bonorum annuo cenſui ſubmiſſorum inſolidum, non autem pro rata pro præteritis tertijs decurſis conuenire. Vnde ſi pro præteritis regijs collectis eidem Collectori, qui Fiſcum repræſentat, pro rebus tantum per tertium poſſeſſis, executio concederetur, peioris conditionis eſſet Fiſcus, quàm priuatus, & propterea dum Fiſco competit hipotheca ſuper bonis omnibus debitoris, vt eſt tex. *in l.1. C. ſi propter publicas penſitationes, vbi Bartol. Bald. Salicet. cæterique Scribentes*, & pro collectis etiam tacita hipotheca eidem Fiſco tribuitur, vt inquit *Bald. in l.1. C.ex quib. cauſ. pign. tacit. contrah.* ideo, quemadmodum priuatus habet electionem in fundo per tertium poſſeſſo, etiam pro omnibus tertijs decurſis annui cenſus, ita etiam Fiſcus, & Collector, qui in eius locum ſuccedit, habet electionem in vna re in tertium alienata, ne dum pro collecta debita per idem prædiũ, ſed etiam pro omnibus alijs collectis debitis per debitorẽ pro bonis omnibus in alios poſſeſſores quouis titulo tranſlatis, vt firmat *tex. in d.l. Moſchis*. Quibus etiam conueniunt ea, quæ inferius tradidimus *in Ampliat.23. princip. num.24. & num.25.* quæ breuitatis ſtudio hic omittuntur.

Sed licèt in puncto iuris hoc ſuſtineri poſſit, tamen in praxi, & in iudicando non recedas à prima ſententia, qua firmauimus, tertium poſſeſſorem poſſe compelli ad ſolutionem præteritarum collectarum tantum in prędio in tertium alienato, non autem pro alijs collectis debitis pro aliis prædiis ab aliis detentoribus occupatis.

Nec obſtare videntur in contrarium adducta, quia diuerſa ratio militat, & vbi diuerſa reſultat diuerſum ius ſtatui debet *vulg. iuribus*; diuerſitas verò rationis aſſignatur, ſiquidẽ emptor cenſus electionem conſequitur in vna re,

X quan-

quando ſpecialiter illa res eſt hipothecata, & ſic procedit in hipotheca ſpeciali cum alijs rationibus ibi adductis, Hoc verò denegatur in exactione collectarum; pro quibus tacita tãtum hipotheca competit,& multa operatur ſpecialis hipotheca, quæ non conueniunt generali *l.ab eo C.de ſcruo pignor.dat.manumiſſ. l.2, C.de pignor. Authent. de non alienand. §.ſi autem creditor coll.2. Roder. de ann.reddit. lib.2.quæſt.9. ſub nu. 60. verſic. Facit etiam.*

Neque obſtant,quæ inferius retulimus in *ſupradicta ampliat.* 23. *princ. nu.* 24. & 25. quia procedunt de facto, non autem de iure,& militat etiam diuerſa ratio, exactor enim collectarum non poteſt à poſſeſſore exigere, ſed ab eo, qui in Cataſtro eſt deſcriptus, vt ſuperius diximus hac *ead.ampliat. numero* 17.

Denique alia ratio diuerſitatis aſſignatur;& pro qua vtraque opinio procedit. Prima, pro collectis ideo non conceditur rei perſecutio, niſi in bonis à tertio poſſeſſis, quia rès tranſit cum onere ſuo, Vnde dum *ex d.l final. C.ſine cenſ.vel reliq.* omnes poſſeſſores tenentur ſoluere collectas pro agris, quos poſſident, intelligitur pro agris emptis non pro alijs, vt determinant *Bart. Bald. Salicet.* & *alij in d.l.2.* & ſi ſecus diceretur res tranſiret, ne dum cum onere ſuo, ſed etiam cum alieno.

Secunda verò opinio ideo procedit, quia datur in vna re electio ob ſpecialem hipothecam,& ideo tranſit cũ eodem onere, ſcilicet pro eo,quod creditori debetur,ad quem ſpectat electio,& rei perſecutio in pluribus rebus, & in vna re tantum ad eius electionem,propter pleniſſimas clauſulas in inſtrumento apponi ſolitas,& ſi ſecus in facto propoſito decideretur duplici onere tertius poſſeſſor grauaretur; ſcilicet onere rei per eundem poſſeſſæ, & onere aliarum rerum per alios detentores occupatarum, contra tex. *in l.nauis* 4. *§.cum autem ff.ad leg.Rod.de iact. cum alijs concordantibus.*

SVMMARIVM AMPL. XXX.

1 *Vniuerſitatibus licèt mutare appretium ad gabellas.*

Procedit etiam ſi ciues contradicant, quia ſtandum eſt maiori parti num.2.

Gabella non imponitur abſque regio aſſenſu num.3.

Eius impoſitio eſt de regalibus Principis num.4.

Ex conſuetudine imponi poteſt num.5.

Barones non poſſunt concedere licentiam eas imponendi num.6.

7 *Gabella dicitur ex proprietate Italici ſermonis.*

8 *Vectigal dicitur ex Latino idiomate à vehendo.*

9 *Gabellarum conductores Publicani vocantur.*

10 *Pedagium gabellam denotat, dictum à pede, quod à tranſeuntibus ſoluitur.*

11 *Subbaſtatio requiritur in vectigalium venditione.*

Fieri debet præſentibus magiſtratibus nu. 12. & *ſeruatur etiam in praxi nu.*13.

*Conceditur aliquod lucrum plus offerenti num.*14.

In hoc ſtandum eſt loci conſuetudini numero 15.

16 *Gabella non poteſt conduci per Clericos, Tutores, Iudæos,* & *Magiſtratus.*

*Procedit eò magis, ſi Magiſtratus in ſubbaſtatione interueniunt num.*17.

*In regno officialès pœna plectuntur, ſi gabellam exercent, etiam per interpoſitam perſonam num.*18.

*Debitoribus Fiſcalibus non licèt eas conducere, niſi datis fideiuſſoribus nu.*19.

De

De iure Regni nec etiam fideiuſſoribus datis procedit num.20.

21 *Gabellæ exactio executiua eſt, & leuato velo proceditur.*

Earum conductores habent iura Fiſci numero 22.

Poteſt exerceri contra forenſes num.23.

24 *Forenſis poteſt compelli ad ſolutionem gabellæ.*

Non excuſatur ſub prætextu ignorantiæ num.25.

Tenetur explorare, ſi ſoluitur gabella, aliàs eſt in culpa num.26.

Non excuſatur ſi tranſeundo cum onere gabellarij id viderint num.27.

28 *Gabellarius non tenetur tranſeuntes admonere.*

Et debet aſſiſtere, aliàs tranſiliens non dicitur in culpa num.29.

30 *Forenſis licèt non excuſetur à ſolutione gabellæ, excuſatur tamen à pœna quantitate.*

31 *Mulio tenetur pro mulo, vel equo gabellam ſoluere, quando hoc præcipitur.*

Idem pro mercibus, quas defert, & poteſt à domino mercium repetere num.32.

33 *Debitor vectigalium non admittitur ad bonorum ceſſionem.*

Nec ei conceditur appellatio num.34.

35 *Gabellæ exactio fit per oſtenſionem librorum, qui probant eius ſolutionem.*

36 *Gabellarij dicuntur publica authoritate conſcripti.*

37 *Libri gabellæ probant negatiuam.*

Probant pro tertio contra tertium nu.38.

Procedit in ijs, quæ ad officium gabellæ pertinent num.39.

40 *Conductores gabellarum tenentur edere libros.*

41 *Gabellæ venditores poſſunt ad primum emptorem, licèt minus offerẽtem redire.*

Sed contra num.43. & verius num.44.

42 *Fideiuſſor primus non liberatur per ſecundum.*

44 *Gabella vendita cum conditione, vt plus offerenti liberetur, primus emptor omninò liberatur.*

45 *Offerens pretium in venditione gabellæ candela accenſa, & perficiens ea extincta præfertur.*

Eſt locus gratificationi num.46. Sed ad tollendas diſcordias debet iterum ſubhaſtari num.47.

48 *Gabellæ exactio poteſt contra oẽs exerceri.*

Procedit etiam contra milites num.49.

Sed declara num.50.

In Regno milites eam non ſoluunt nu.51.

Sed declara num.52. & 53.

Pro vſu proprio non eſt ea ſoluẽda nu.54.

Probatur hoc iuramẽto portãtis nu.55.

Conceditur potius ex vrbanitate, quàm ex iuris diſpoſitione num.56.

57 *Gabellarij poſſunt compelli ad ſolutionem pretij gabellæ conductæ, etiam ante diem ſolutionis.*

Procedit dummodo detrahatur interuſurium medij temporis num.58.

Contra eos opprimentes forenſes, exequutiuè proceditur num.59.

60 *Nauclerius non poteſt carcerari pro ſolutione rerum, quas geſtat in naui. Sed declara num.61.62.*

63 *Clerici non tenentur ſoluere gabellas.*

Non procedit in rebus, quas deferũt negociationis cauſa nu.63. Sed declara n.64.

In hac ciuitate ſoluũt aliquã gabellã n.65.

Coniugati ab eius ſolutione non excuſantur nu.66. nec etiam in minoribus conſtituti non habentes beneficium eccleſiaſticum num.67.

68 *Omiſſio in exactione gabellæ non nocet ſucceſſori.*

69 *Venditor annui cenſus non tenetur ad ſolutionem gabellæ. Sed declara nu.70.*

71 *Gabella ſemel ſoluta non eſt iterum ſoluenda. Sed contra num.72.*

73 *Pater habens duodecim filios non tenetur ad ſolutionem gabellæ. Procedit etiam viuente matre num.74.*

Habet locum etiam viuentibus omnibus

filijs nu.75.& 76.contrarium nu.77. declara num.78.

Procedit pro rebus ad vſum Patris,& familiæ neceſſarium num.79.

80 *Gabella,collecta,pedagium,& Vectigal, parificantur.*

Non debet ſolui de re profana effecta eccleſiaſtica num.81.

Officiales ciuitatum non tenentur ad eius ſolutionem num.82.

AMPLIATIO XXX.
In exactione vectigalium.

An in exactione vectigalium, ſeu gabellarum poſſit executiuè procedi?

IN hac noſtra Ciuitate viuitur per Gabellas,& per collectas, quæ non ſingulis annis imponũtur,ſed pro occurrentibus neceſſitatibus per æs,& libram,& per foculariam ciuibus,& incolis irrogatur,vt diximus ſupra.

Hoc enim de iure permittitur, ſi-
1 quidem Vniuerſitatibus † licet appretium de collectis ad Gabellas mutare, & per gabellas viuere,ad hoc vt exigendi difficultas, & rixarum occaſio, quæ ex taxationibus euenire ſolet euitetur. *Campan. in cap. huius Regni 167. in Kalendis Maij Rubr.de appretio num. 14.& num.15. Capic.deciſ.*148. *Conſueuit hactenus in principio.*

Et quamuis aliqui Ciues contradi-
2 cere † poſſint,quod fit tamen à maiori parte obſeruari debet *l. quod maior ff. ad municip.* vbi Bart. Iaſon, cæterique Scribentes, *Capic.dicta deciſ.*148.*nu.5. verſ.Secundò, Campan.in dicto cap.167. num.16. verſic. Sed quid.*

Et quando noua imponitur gabella
3 in hoc Regno † debet impetrari licentia Domini Proregis,vt fieri ſolet, & inquit *Campan. in fin. dicti cap.167.*
4 quia eius impoſitio † eſt de Regalibus Principis, *Bertachin. de gabell. par.1. in principio num.13. Roman.conſil.271. Vis tota; text.eſt apertus in l.3.& 4. C.*
5 *vectig. nou.* cõpetit ratione † immemorabilis conſuetudinis *d.l.4.* vel iis,quibus ab Imperatore,vel Regibus cõceſſum eſt, *Mart. vot.160. Dubitatur an Dominus,n.1. verſ.Et mouebatur, Paul. Mont.in Prag.5.§.6.nu.20.verſic.Quæro octauò de adminiſtr.vniuerſ.*vbi plenè.

Et quamuis Barones habere videantur merum,& mixtum Imperium, ta-
6 men ipſis non † eſt conceſſum licẽtiam imponendi gabellas impartiri abſque Principis iuſſu. *Mart.d.vot.160.nu.7. verſic.2.* niſi conſuetudo,vel neceſſitas debita ſoluendi aliter ſuadeat, vt per dictum *Paul. Mont.vbi ſupra.*

7 Gabella dicta ex proprietate † Italici ſermonis; vectigal autem ex idiomate Latino nũcupatum eſt, dictum à ve-
8 hendo,vt inquit *Ferret. de gabell. num. 17.verſic. Quod dictum eſt.*de cuius nomine, diuiſione,& ſignificatione adeũdus eſt, *Bertach.de gabell.in prælud. per tot. Caroc.de locat.& cõduct.in tit.de publ.& vectigal.*vbi conductores gabel-
9 larum † propriè publicanos vocat,Et
10 alibi Pedagij nomen † habet,dictum à pede,quod à tranſeũtibus ſoluitur, *Bertach.in dictis præludijs nu.4.verſ.Pedagium,*de quibus omnibus magis elegãter,& propriè eſt videndus *Scard.Lexicon. iuris in verbo, vectigal,& vectigalia per totũ,& in verbo,gabella,* vbi cũ alijs ex Italico ſermone, vt diximus huiuſmodi nomina prouenire dicuntur.

In predicta Ciuitate fit venditio gabellæ ad extinctum candelæ, & plus, offerenti liberatur.

11 Supradicta ſubhaſtatio † de iure in vectigalium venditione, ſeu locatione requiritur *l. penes,& ibi Bald. Salic. &*

alij

alij, C.de vectigal.& l.licitatio ff.de publi-
12 can. præſentibuſque † Magiſtratibus fieri debet, pro vt fit in dicta Ciuitate l.fin.in fine C.vectigal.nou. vbi Bald. &
13 ita etiam dixit in praxi † ſeruari, Bertachin.de gabell.par.2. num.17. verſic. Septimò quæritur; Et in hoc Regno adeſt d.Reg.Pragm.de adminiſtr.vniuerſ.5. in ordine §.8. vbi Paul.Montan. & ibi de forma vendendi, & ſubhaſtandi gabellas.

14 De iure etiam permittitur dare † aliquod lucrum plus offerenti,& concedere auantagia, Boer.deciſ.249. Peregrin.de iur.fiſc.lib.6.tit.5.nu.3.verſic. Vectigal. Caroc.de locat.in tit.de locat.vectigal.quæſt.8. verſic. Vidimus. nihilo-
15 minus conſuetudini † locorũ ſtandum eſt, pro vt diuerſimodè obſeruatur, tex. in l.4.§.in omnibus ff.de publican.Peregr. d.tit.5.num.3. Paul.Montan.in Pragm. huius Regni de adminiſtr.vniuerſit.5. in ordine §.6.num.7.verſic.Quæro quartò.

Conducere autem gabellas non eſt
16 permiſſum † Clericis, Tutoribus, Iudæis,& Officialibus, ſiue Magiſtratibus Ciuitatum, ſiue Terrarum, de quibus per Caroc.d.tit.5.nu.12.verſ.Tutores, Idem Ferrett. in Iudæis num.268. verſic. Prohibentur.

Et in officialibus, ſiue Magiſtrati-
17 bus † locorum maximè in ſubhaſtatione interuenientibus, Ferrett. vbi ſupra num.266. verſic. Prohibentur.

18 Amplia in hoc Regno, † in quo non ſolum prohibentur officiales Vniuerſitatum contrahere,ſed pœna vnciarum auri centum pro quolibet,& pro qualibet vice plectuntur, nec per eos, nec etiam per interpoſitam perſonam conducere vectigalia poſſunt, vt præcipit Reg.Pragm.de adminiſtr.vniuerſ.5.in ordine §.6. & Paul.Montan.ibid.nu.1.

19 Amplia etiam in debitoribus † fiſcalibus, quibus non conceditur gabellas conducere, niſi idoneos fideiuſſores dederint l.licitatio §.licitatores ff.de publican. aliàs Rectores, ſeu officiales Ciuitatũ tenẽtur Pereg.vbi ſup.d.tit.5.n.11.

20 Declara tamen non procedere † attenta diſpoſitione d.reg.Pragm.5. de adminiſtr.vniuerſitat. §.17. vbi etiam d.Paulus Montan.nu.1.& 2. per quam diſponitur, vt debitor teneatur realiter ſatisfacere, nec poteſt admitti ad dationem fideiuſſorum, vel pignorum, maximè ſi vniuerſitas renuerit dictos fideiuſſores recipere, vt per Montan. vbi ſupra num.3.

21 Hoc ius exigendi gabellas † eſt executiuum, quia in eius exactione leuato velo proceditur, ne dũ bona tranſeuntia detinendo, verum etiam ad capturas perſonarum procedendo tex. in l. commiſſa 19. ff.de publican. l.penultima §.nauem ff.loc. Bald.conſ.328. Ad vſitatum nu.2.vol.2. Rebuff.de literar.obligat. art.11. gloſ.3.nu.19.& de ſentent executor.art.vlt.gloſ.1.n.3.allegati per Coler. de proceſſ.execut.par.3.cap.2.nu.35.verſic. Idque firmatur; Ferrett.de gabell.nu. 381.verſic. In exactione, Caroc.de locat. tit.de locat.vectig.q.4.num.2. verſ.Ampliatur hæc concluſio folio mihi 41. Paul. Montan.in d Pragm.5.§.10.num.4.verſic. Quinimò de adminiſtr.vniuerſit. & nouiſſimè Maur.Burg. poſt hæc ſcripta viſus in tract. de mod.proced. ex abrupt.cent.1.quæſt.5.num.11.verſic Secundus caſus, vbi alios adducit concordantes.

22 Quia cõductores gabellarum † iura fiſci habere dicũtur. Peregr.de iur.fiſci d. lib.6.tit.5.num.33. verſic. Nec mirum.

23 Amplia, vt hoc ius executiuum † pro vectigalium præſtatione contra forenſes, & pro mercibus, quas deferunt exerceri poſſit, notat Bald. in l.cunctos populos num.95. verſic. Circa C.de Sum. Trinit. Bertachin.de gabell. 7.part.principal.

24 cipal. nu. 5. quia forenſis † contrahens in loco ſtatuti diſponentis ſoluendam eſſe gabellam, poteſt ad dictam ſolutionem cōpelli, *l. 1. vbi Bald. C. de contrahen. empt. Bertachin. vbi ſupra nu. 5. verſic. Quintò quæro. Ferrett. de gabell. num. 246. verſic. Quæro de forenſibus. Sanchez de matrim. lib. 3. diſput. 18. nu. 12. verſic. Hinc infertur folio mihi 266.*

Amplia ſecundò, vt dictus forenſis
25 tranſiliens † non excuſetur ſi allegat ignorantiam dictæ gabellæ, vel eius ſolutionis, quia in Italia cōmuniter exigitur. *tex. clar. in l. fin. §. licèt quis. vbi etiam Bartol. ff. de publican. Speculat. in tit. de conſtit. §. 1. verſ. Pone ergo, & ibi Io. And. in additionibus*, & ſe tenetur explorare
26 † ſi ſoluitur gabella; aliàs dicitur eſſe in culpa, nec excuſationem recipit *l. 3. vbi Bald. C. de naut. fœnor. Bertachin. de gabell. 7. part. princip. num. 5. verſic. Nec excuſatur, & num. 6. verſic. Quin etiam. Ferrett. de gabell. num. 247. verſic. Quid ſi duo forenſes.*

Etiam ſi tranſeundo, & portam cum onere, vel ſalma ingrediendo, Gabella-
27 rij viderint, † & nihil dixerint, quia nihilominus poſſunt poſt veſtigia tranſeuntium deambulare, dictum onus, ſeu ſalmam arreſtare, & auferre, pœnamque ſi adeſt exigere, nec illi poſſunt poſtea opponere non fuiſſe interrogatos. *tex. apertus in l. fin. §. Diuinoque*, vbi ſic ſummat *Paul. de Caſtro ff. de publican.* Quoniam non tenentur Gabellarij
28 † tranſeuntes admonere, *Peregrin. de iure fiſci dicto tit. 5. num. 35. verſic. Nota tamen, Bertachin. de gabell. 9. par. princip. num. 3.*

Declara primò, vt procedat ſi Ga-
29 bellarius † erat in loco, aliàs tranſiliens non dicitur in culpa, *Imol. in conſ. 171. 2. part. in primo dubio*, vel ſi per errorem tranſiuit. *Bertachin. ibidem num. 3. verſic. Secundò quæro.*

30 Declara tamen, vt quamuis † forenſis, vt diximus non excuſetur, tamen dimidium pœnæ ſoluere debet, *Bald. in dicta l. 3. C. de naut. fœnor. Ioannes Andreas ad Speculat. de conſtitut. §. 1. Ferrett. de gabellis dicto num. 247. circa finem, & Bertach. de gabell. dicta parte 7. principal. ſub num. 5. verſic. Sed pœna ei mitigatur.*

Amplia tertiò in Mulione, qui pro
31 mulo, vel equo † tenetur ſoluere gabellam vbi de eo ſoluenda præcipitur; ſi verò pro mercibus, quas equus, vel
32 mulus defert, † mulio vectigal ſoluat, poteſt, & debet à domino mercium repetere, *l. cum in plures, vbi Gloſ. & Bart. ff. locati, idem Bart. in l. 1. § hic titulus ff. de public. Bald. in l. fin. C. commodat. Bertachin. de gabell. par. 7. principal. nu. 3. verſic. Tertiò quæro.*

Amplia quartò, etiam ſi debitor ve-
33 ctigalium voluerit † bonis cedere, quia ad dictam ceſſionem non admittitur, ſed præcisè ſoluere compellitur *l. propter bonorum C. qui bon. ceder. poſſ. Cumia in ritu Sicil. cap. 95. num. 47. verſic. Ex quo infertur*, & licèt ille tex. per Cum. adductus loquatur in collectis, vt etiam inquit *Bald. ibidem* per illum text. tamen idem erit dicendum in vectigalibus, ſeu gabellis, vt *infra dicemus nu. 80.*

Amplia quintò, in ſentētia lata con-
34 tra fraudatores † gabellarum etiam lite non conteſtata, nec aliter productis probationibus, ſeu ſeruatis de iure ſeruandis, quia cū in eius exactione executiuè procedēdum ſit, vt diximus ſupra, dicta ſententia lata ſtatim debet executioni demandari, etiam ſi ab ea fuerit appellatum *l. 2. vbi Bart. Bald. Salicet. C. vbi quis decur. Ferrett. de gabellis nu. 230. verſ. Quæritur ſi contra fraudantes.*

Amplia ſextò, vt in exactione gabel-
35 læ † ad ſimplicem oſtenſionē librorum Gabellarij executiuè, vt ſupra, poſſint pro-

Digitized by Google

procedere, quia huiuſmodi libri probationem inducunt *l. quadam §. nummularios. ff. de eden.* ex illa præcipuè ratione,
36 quia gabellarij † ſunt publica authoritate conſcripti, & electi. *Bertachin. de gabell. part. 4. nu. 2. verſic. Secundò quæro, & num. ſequenti. Ferrett. de gabell. num. 582.* & in praxi ſic obſeruatur, vt ex multis etiam probat *Nicol. de Paſſer. de ſcript. priuat. lib. 4. in tit. de libr. ration. gabell.* vbi ampliat, quod di-
37 cti libri † probant etiam negatiuam, gabellam non fuiſſe ſolutam, & hanc dixit eſſe communem opinionem, & ita deciſum per ſacrum Reg. Conſil. *Afflic. deciſ. 400. nu. 9. verſic. 2.* & quod
38 probent etiam pro tertio † contra tertium, *Ioſeph. Ludou. comm.* ✱ *concluſ. concluſ. 29. verſic. Ampliatur ſeptimò.*
39 Declara tamen, vt procedant † in iis, quæ ad eorum pertinẽt officium, & nõ vltra. *Maſcar. de probat. concluſ. 976. nu. 41. Surd. deciſ. 336. nu. 4. cum aliis concordantibus allegatis per Nicolaum de Paſſer. vbi ſupra num. 10.* quibus, addo *Peregr. de iur. fiſci lib. 6. cap. 5. num. 16. verſic. Quia priuilegium, Menoch. conſ. 23. num. 15. lib. 1. cum allegatis.*

Declara ſecundò, vt conductores
40 † gabellarum teneantur edere libros contra ipſos facientes, ne illicitas cõmittant exactiones. *Bald. in l. diſſolutæ C. de condict. ex lege, Peregr. de iur. fiſci d. lib. 6. tit. 5. num. 27. verſic. Inſuper.*

Amplia ſeptimò, vt vendita gabella
41 ad extinctum † candelæ, vt fieri ſolet, & vltimo licitatori pro conuento pretio remanſa, ſi fideiuſſor per dictum vltimum licitatorem datus idoneus non reperiatur poteſt vẽditor ad priorem emptorem, licèt minus offerentem, redire, illudque executiuè ad conducendum, & idoneos fideiuſſores præſtandum compellere. *l. quod autem Sabinus ff. de in diem adiect.* & ex pluribus firmat *Viuius meus cõciuis in deciſ. 359. num. 6. verſ. Imò vltimò & per totam lib. 2. folio mihi 472.* cui addo *Bertachin. de gabell. part. 2. ſub num. 20. & verſic. Et tene mente. Ferret. de gabell. num. 277. verſic. Et occurrit diſcutere. Afin. de execut. §. 6. cap. 11. num. 6. & ſeq. folio mihi 143.*

Ex illa præcipua ratione quod per
42 ſecundum † non liberatur primus *l. Sabinus 12. ff. de in diem adiect. vbi Bar. num. 1. & ibi nouiſſimi addentes ad eum in verbo, Adde Paulum de Caſtro. Caroc. de locat. in tit. de locat. vectigal. q. 3. num. 7. verſic. Ampliatur ſecundò.*

43 Contrarium ſuſtinent † *Bald. Cremenſ. Caſſan. & Alber.* relati in locis commemoratis *per Caroc. vbi ſupra nu. 8. verſ. Contrarium,* ibique diſtinguendo conciliat, *& Boer. deciſ. 248. ſub nu. 2. verſic. Sed Paul. de Caſtro.*

44 Et ſuſtinendo hanc cõtrariam † vti veriorem, declara procedere quando bandimentum ✱ pro vendenda gabella fuit emanatum cum illa conditione, vt plus offerenti liberetur, vt in iſtis partibus fieri ſolet, quia ſi plus offerenti ad extinctum candelæ remaneat, primus, vel alius offerens omninò liberatur. *Caroc. vbi ſupra num. 8. Boer. d. deciſ. 248. ſub nu. 2. verſic. Et hæc opinio;* vbi allegat *Bald. in conſ. 391. Factum, ſuper quo in principio lib. 3. Angel. conſil. 324. Datium pannorum in princip.*

Et ſi ſecus diceretur, ſequeretur abſurdum, vt non reperto, nec idoneo fideiuſſore per ſecundum dato, licitum eſſet redire ad alium minus offerẽtem, & ſic gabellam, & eius venditores deludere, quod vtique ferendum nõ eſt.

Declara tertiò in duobus offeren-
45 tibus, quorum primus † obtulit pretium, puta mille, candela adhuc accenſa; alius verò oblationem incæpit candela accenſa, ſed eam perfecit cande-

la

la extincta, vt aliquando euenire ſolet;
hoc caſu videtur eſſe primus præferen-
dus, quia perfectè formam adimple-
uit. *Aſin. de execut.* §.4. *cap.36.* & §.6.
cap.10. nu.12. & *13. verſ. Qua propter,*
cũ rationibus ab eodem allegatis eum
refert, & ſequitur *Caroc. de locat. d. tit.*
de locat. vectigal. quæſt.3. num.12. verſ.
Quid ſi vnus.

Subdeclara, quia licèt poſſit eſſe lo-
46 cus † gratificationi, vt per *Caroc. vbi*
ſupra n.12. verſic. Amplia tertio, cui ad-
do *Peregr. de iur. fiſci. d. tit.5. num.7.*

Tamen ad euitandas lites, & diſcor-
47 dias, iterum † debet ſubhaſtari, pro vt
ſic obſeruari, dixit *Peregr. in Camera d.*
num.7. in fine.

Amplia octauò, vt hoc ius executi-
48 uum † contra omnes exerceri poſſit ad
hoc vt æqualitas ſeruetur *l. omnium C.*
de vectigal. Vnde nec etiam milites poſ-
49 ſunt † à ſolutione gabellæ excuſari.
text. expreſſ. in l. ex præſtatione 7. in fine
C. de vectigal. Peregr. de iur. fiſci lib.6.
tit.5. num.18. & *19. Bertachin. de ga-*
bell.7. part. principal. vbi declarat pro-
50 cedere † in militibus non militãtibus,
& limitat in militibus Reipublicæ, &
armis vacantibus.

Declara tamen vt non procedat de
51 iure † municipali huius Regni, in quo
milites Equeſtres non tenetur ſoluere
gabellas, vt præcipit Reg. Prag.8.§.5.
de militibus, prout nec milites militã-
tes in claſſibus Hiſpanis, qui ad ſolu-
tinem gabellarum compelli non poſ-
ſunt.

Milites autem nuncupati, *della no-*
52 *ua militia* † ſoluere tenentur medieta-
tem gabellæ, vt per aliam Reg. Prag.
10.§.10. de militibus.

Declara tamen quod dicitur de mi-
litibus nouæ militiæ procedere in ga-
53 bellis † ſolitis, non autem in nouiter
indictis. *Peregr. d. tit.5. num.22. verſic.*
Adde etiam, vbi refert * ſic fuiſſe bis
iudicatum.

Nonò amplia in rebus, quæ pro
54 vſu † proprio vehuntur, quoniam li-
cèt non ſit de illis ſoluenda gabella *l.*
vniuerſis.5. C. de vectigal. Bertachin. de
gabell. 8. part. principal. quæſt.2. Borell.
in tract. de Magiſtr. lib.3. cap.14. num.
21. verſic. Secundo. Plenè Seraphin. de
priuileg. iuramen. priuileg.14. vbi iura-
55 mento portantis † poſſe probari ad v-
ſum proprium res portatas deſeruire,
affirmat; Tamen de cõſuetudine non
ſeruatur in his partibus, vt etiam in-
quit *Ruin. conſil. 112. Circa primum du-*
bium num.8. verſic. Nec obſtat lib.5. ſed
tranſiens debet bona, quæ pro vſu de-
fert gabellario denunciare, qui vt plu-
56 rimum ex † quadam vrbanitate di-
ctam exemptionem tenetur cõcedere.
Limita ſi conſuetudo, vel ſtatutum in
cõtrarium viget, prout Senis, vbi adeſt
ſtatutum, quod quis nec etiam pro vſu
proprio poſſit lanam intromittere; de
quo mentionem facit *Seraph. d. priui-*
leg.14. num.7. verſ. Tertiò limita.

Amplia decimò, vt conductores ga-
57 bellarum, ſeu vectigalium † poſſint an-
te diem ſolutionis compelli ad ſoluen-
dum pretium gabellæ conductæ, exi-
gente tamen Reipubl. vel Principis ne-
ceſſitate *l.1. vbi Bald. num.1. Salicet.*
num.2. vbi dicit, Bononiæ ita practica-
ri contra gabellarios, & Datiarios *C.*
de conduct. ex leg. eos refert *Caroc. vbi ſu-*
pra quæſt.9. verſic. Contrarium, & ibi *ex*
Alex. Trigon. ſingul.7. teſtatur pluries
fuiſſe iudicatum, quibus conueniunt
ea, quæ diximus ſupra *in Ampl.29. prin-*
cip. num.38.39. & 40.

Declara, dummodo detrahat inter-
58 uſurium medij † temporis, vt *d. l.1. vbi*
Bart. Bald. Salic. cæterique Scribentes.
Caroc. d. quæſt.9. nu.2. & diximus etiam
ſupra in loco proximè citato.

Amplia

Amplia vndecimò, vt contra con-
ducentes vectigalia,& contra gabella-
59 rios † opprimentes forenſes tranſeun-
tes platearios, & alios in exactione iu-
rium,quæ eis debentur vel non deben-
tur,celeriter & executiuè cõtra eoſdem
eſſe procedendum, *Marant. de ord.iu-
dic. part.4. diſtinct.9.num.*182. *Aſin. in
prax. iudic.*§.3.*cap.*31.*num.*22.quos al-
legat *Maur.Burg.in tract.de mod.proced.
ex abrupt; quæſt.*5.*nu.*112.*verſ.*37.

Duodecimò amplia,vt etiam finito
tempore præfixo conductoribus vecti-
galium licitũ ſit procedere eiſdem con-
ductoribus ad exactionem gabellarum,
ac etiam eius hæredibus,propter ratio-
nem poſitam vt ſupra in *ampliat.præced.*
29.*de collect.poſt nu.*72. quia huiuſmo-
di exactio eſt impoſita rebus, & non
perſonis,& fit vigore librorum in qui-
bus debitores pro quantitate debita
ſunt conſcripti; vt diximus ibidem.

Limita primò ſupradictam conclu-
60 ſionem in Nauta, † vel Nauclero, qui
non poſſunt carcerari,nec tenentur ad
ſolutionẽ gabellæ pro illis rebus,quas
in naui geſtant, *Bart. in l.*1. *C. de naut-
bus lib.*11. Eum citat *Bertachin. de ga-
bell. 7. par.principal. num.*4. *verſ. Quar-
tò quæritur.*

Sed declara dictum Bertachinum
61 eſſe intelligendum † in Nauta publi-
cam annonam portante, ſecundum
Lucam de Penn. ibidem in princ. vel in
Nauclero bladum deferente ad Ciui-
tatem Romanam, vt inquit *Bald.in d.
l.*1. qua hoc eſt ſpecialiter inductum,
vt apparet ad literam. In alijs verò re-
bus Nauta tenetur ſoluere gabellam
de rebus per eum geſtatis, niſi aliter
loci conſuetudo, vel ſtatutum ſuadeat,
*Bertach. ibidem eodem num.*4.

Et eaſdem res, quas deferũt eſſe ta-
les, probatur per literas ipſis Naucle-
ris conſignatas, *Bartol. ibidem num.*3.
verſiculo Quæro qualiter.

Declara hanc limitationem in Ve-
62 netis † & Ianuenſibus, qui ex inuete-
rata conſuetudine habent maria di-
ſtincta, vt gabellas nauigantibus im-
ponant *Laudenſ.de fiſco quæſt.*207. *Ve-
neti, & Ianuenſes tom.*12. *tractat. fo-
lio*5.

Limita ſecundò in clericis, qui de
63 iure non † poſſunt,nec debent ad ſo-
lutionem gabellæ aſtringi, *Bald. in l.
placet C.de ſacroſanct. Eccleſ.* hoc firmat
*Abbas in cap.*4. *num.*21. *verſic. Vltimò
quæritur de immunit. Eccleſ. Bertachin.
de gabell.* 7.*quæſt. principal. num.*9. 10.
11. & 12. vbi plenè, *Ferrett. de ga-
bell. num.*423. *verſic. Quæritur de Cle-
ricis.* & nouiſſimè meritiſſimus *Re-
gens Valenzuel.in defenſ.monitor. Pauli
Pap. V.contra Sereniſſim.Rempublic. Ve-
netam par.*4. *nu.*142. *verſic. Nec ſimi-
liter*, vbi reſpondet,& declarat dictum
Diui Pauli Apoſtoli ad Romanos cap.
13. dum dixit, *Reddite ergo omnibus de-
bita, cui tributum tributum, cui vecti-
gal vectigal*; procedere reſpectu laico-
rum tantum.

Primò declara tamen, vt quamuis
clerici non teneantur ad gabellas, ta-
men ſi portauerint res, negociationis
cauſa,ad earum ſolutionem tenentur
*text. & Gloſ. in clementina præſenti de
cenſibus,Federic.de Sen.conſ.*111. *Quæ-
ſtio talis eſt, Ferret.allegat.de gabel.d.nu.*
423.*verſ. Niſi in tribus*,cui addo *Ruin.
conſil.*112.*num.*6. *verſ. Nam clerici vol.*
5. *Bertachin.de gabell. d. quæſt.*7. *num.*
64 11.vbi dicit clericũ negociari † quan-
do rem emit,& integram lucrando re-
uendit,nulla forma mutata,nõ autem
quando emit ad finem operãdi,etiam
ſi aliquid lucretur cum ea cum allega-
tis per eum.

Sed quæſo ne ponamus os in cælum.
65 Et ideò benè clerici ementes † ali-

quas

quas res in hac noſtra Ciuitate, & eas
execundo portam deferentes tenentur
ad ſolutionem gabellæ nuncupatæ *la
gabella della bolleta piccola*; At ſi ſe-
cus fieret, daretur locus omnibus
fraudibus, ſi quidem ementes in ciuita-
te ſupradicta res emptas clericis conſi-
gnarent, & illi tutè poſſent omnia ex-
trahere abſque aliqua ſolutione, & ſic
vniuerſitatem, quæ locat dictam gabel-
lam deludere, quod ferendum non
eſt.

66 Secundò declara vt non procedat
in clerico coniugato, quia ad ſolutio-
nem gabellæ debet compelli, vt fuſius
diximus *ſupra Ampl. 29. princip. nu. 48.*

Tertiò declara non procedere in
67 clericis † in minoribus cōſtitutis, non
habentibus eccleſiaſticum beneficium,
quia ex diſpoſitione Concil. Trident.
ſeſſ. 33. cap. 6. tenentur ad ſolutionem
gabellæ, vt refert *Belician. de cenſibus
lib. 2. cap. 6. num. 14. verſ. Hodie tamen
fol. m. 251.*

68 Tertiò limita in rebus, quarū † nun-
quam vectigal, ſeu gabella præſtitum
eſt; etenim nec præſtare de iure tenen-
tur, ſecus verò ſi conſuetum eſt, &
aliquis Publicanus omiſerit exigere,
quia alius ſuccedens in conductione
gabellæ non prohibetur, & propterea
poteſt tranſeuntes compellere *l. licita-
tio §. earum rerum ff. de publican. Peregr.
de iur. fiſci d. lib. 6. tit. 5, num. 31. verſ.
Inſuper earum.*

Quartò limita in venditoribus an-
69 nui cenſus, qui † etiam ex pacto non
poſſunt cogi ad ſolutionem gabella-
rum, quando ex ſtatutis locorum eſt
ſoluenda gabella de illis; hoc enim ſo-
lutionis onus ad emptorem, non au-
tem ad venditorem ſpectat *l. debet vbi
DD. ff. de ædilit. edict. Gaſpar. Roderig.
de ann. redditibus lib. 2. quæſt. 4. num. 1.
& 5.* Siquidem cenſus eſt vera em-
ptio, & venditio. *Felic. de cenſib. lib. 2.
cap. 6. num. 1. verſ. igitur & verſ. Onus
autem;* & de contractu cenſuali eſt ſol-
uenda gabella; fuit deciſum *per Senat.
Pedem. teſte Surd. deciſ. 204. ſi pro ven-
ditione folio mihi 450.*

Declara non procedere aliter ſtatu-
70 to dictante, † vt ſi per illud præcipia-
tur vēditorem teneri ad vectigalia an-
nui cenſus, prout ſtatutum eſt per le-
ges Regias in Hiſpania, vt teſtātur *Ga-
ſpar. Roderig. & Felician. in proximè cita-
tis locis.*

Declara vt diximus ſupra *Ampliat.
29. princ. num. 94. & ſequent.*

Quintò limita quando per empto-
71 rem ſemel fuit † ſoluta gabella, quia
non poteſt iterum ad illam ſoluendam
aſtringi, quando ſcilicet eſt vendita
res, appoſita illa conditione, quod non
transferatur dominium in emptorem,
niſi mortuo venditore, vel niſi ſoluto
integro pretio; quoniam hoc caſu ſuf-
ficit ſemel fuiſſe ſolutam gabellam,
nec nouis gabellarijs eſt permiſſum
moleſtiam inferre eidem venditori, *Io-
ſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 114. Euenit illa,*
vbi ſic teſtatur fuiſſe deciſum, * aliàs
ſequeretur abſurdum, quod pro vna,
eademque re duplex vectigal perſolue-
retur, *Monach. deciſ. Florent. 11. num. 7.*

72 Contrarium videtur † tenere *Surd.
deciſ. 305. Nobilis quidam per totam,* vbi
firmat de dicto contractu conditionali
non eſſe ſoluendam gabellam, niſi a-
dimpleta, vel ſpecificata conditione;
prout de iure verius eſt, & ideo emptor
ſi ſoluat, debet ſibi imputari; vnde
dictæ deciſiones non ſunt inter ſe con-
trariæ, quia dictus *Ioſeph. Ludou.* lo-
quitur quando emptor ſponte ſoluit,
& quæſtio vertit inter eundem empto-
rem, & nouos Gabellarios.

73 Sextò limita in patre duodecim † li-
beros habente, hic enim non adſtringi-
¶. ampl. 29a n. 191 fol. 299 tur

tur ad ſolutionem vectigalium, nec pro
rebus ad vſum, & neceſſitatem familiæ
requirẽtibus, nec pro alijs quibuſcum-
que ad negociationem pertinentibus,
& quamuis contrarium affirmet *An-
ton. Theſaur. deciſ. 267. nu. 14.* vbi con-
cedere videtur immunitatem ad vſum,
& neceſſitatem familiæ, & hoſpitum
tantum; Nihilominus *Gaſpar. Theſaur.
eius filius in ead. deciſ. eodem nu. 14.* te-
net contrarium, & ſic etiam fuiſſe de-
ciſum per Senatum Pedemont. ex ra-
tionibus ab eo eleganter, & doctè per-
penſis clarè teſtatur.

Amplia hanc proximam limitatio-
74 nem, vt dicta immunitas † non ſolum
concedenda ſit viuente patre duode-
cim liberorum, ſed etiam ea potiatur
mater dum viuit *Vinc. de Franc. deciſ.
259. Pater duodecim à num. 1. vſque ad
num. 14.*

Primò ſubamplia hanc proximam
ampliationem, vt dicta immunitas
75 † perduret etiam poſt mortẽ patris, &
matris, & viuentibus omnibus filijs, vt
præcipit cõſtitutio Mediolani, vbi hoc
ex illo iure municipali ſeruari teſtatur
*Polid. Rip. obſeruat. 215. per totam folio
mihi 177.*

Secundò ſubamplia, & idem ſit iu-
76 re † communi inſpecto, ſcilicet quod
dicta immunitas conceſſa Patri, & ma-
tri propter numerum liberorum, tran-
ſeat etiam poſt mortem patris, & ma-
tris ad filios, tenet *Menoch. conſ. 486.
nu. 6. & num. 11. vol. 1. Surd. deciſ. 123.
per totam* cum iuribus, & rationibus ab
iiſdem adductis.

77 Contra hanc ampliationem † tenet
*Gaſpar. Theſaur. filius in additionibus ad
deciſ. Antonin. Theſau. 267. ſuperius alle-
gatam num. 11.* vbi defendendo hanc
ſententiam *Anton. Theſaur.* ad contra-
ria reſpondet, & defendit, etiamſi per
Principis reſcriptum concedatur, quia
hæc immunitas duret poſt mortem pa-
tris filijs viuentibus in communione,
quia nihilominus priuilegium immu-
nitatis mortuo patre extinguitur; cui
opinioni etiam adhærere videor; aliàs
huic immunitati nullus daretur finis,
ſiquidem dictorum liberorum propa-
go tale ſortiri poſſet incrementũ, quod
notabile damnum eſſet allatura Rei-
public. ac pauperrimis viduis, & pu-
pillis derelictis, argumento *l. vt inter di-
uinum C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. properan-
dum C. de iudic. l. à Diuo Pio §. ſed ſi em-
ptor ff. de re iudicat. l. non diſtinguemus
§. quæſitum ff. de arbitr. cap. finem litibus
extr. de dol. & contum. Bart. in tract. de
teſt. reprob. num. 65.*

Declara ſupradictam ſextam limi-
78 tationem, dummodo † priuilegium
immunitatis, ſit conceſſum viuente pa-
tre, & expeditum, prout fieri ſolet in
his partibus in forma probante, aliàs
numerus liberorum poſt mortem pa-
tris non opitulatur, *Theſaur. d. deciſ.
267. num. 11.*

Secũdò declara hanc ſextã limitatio-
nem in hoc Regno, vbi immunitas con
79 ceſſa patri duodecim † liberorũ habet
locum tantum pro rebus ad vſum dicti
patris, & familiæ neceſſarium, & do-
nec, & quovſque ſub patria poteſta-
te permanſerint, & viuente dicta eo-
rum matre, vt proximè diximus, vt
apparet ex forma conceſſionis factæ
per Regiam Cameram Summarię Ma-
gnifico Ioãni Carolo Pica Patritio A-
quilano de anno 1557. ad cuius fa-
uorem fuit per eandem Regiam Ca-
meram Summariæ interpoſitum de-
cretum tenoris ſequentis.

Die 25. menſis Maij 1557. in cauſa
vertente in Regia Cam. Summariæ in-
ter Magnificum Ioãnem Carolum Pi-
cam de Ciuitate Aquilæ ex vna, & Re-
gium Fiſcum, & vniuerſitatem ipſius
Ciuita-

Ciuitatis ex altera, de & ſuper immunitate,qua dictus Ioãnes Carolus gaudere prætendit tanquam habens duodecim filios legitimos, & naturales, prout clarius in actis continetur; Viſa informatione capta ad inſtantiam dicti Magnifici Ioannis Caroli citato Regio Fiſco, & Procuratore generali prędictæ Vniuerſitatis Aquilæ,per quã conſtat habere duodecim filios legitimos, & naturales, viſiſque alijs actis in cauſa ipſa factis per Magnificum V.I. D. Ioannem Baptiſtam Hodegam dictæ Regiæ Cam. Pręſidentem,& cauſæ Commiſſariũ, factaque per eũ relatione in banca, exiſtente Domino Franciſco Reuerterio Locumtenente,& alijs Magnificis Dominis Præſidẽtibus, viſiſque videndis, & conſideratis conſiderandis, fuit per dictam Reg. Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur dictum Magnificum Ioannem Carolum tanquam patrem onuſtum duodecim filijs legitimis,& naturalibus debere gaudere immunitate,& exemptione iurium Fiſcalium ordinariorum,& extraordinariorum,ac etiam pro vſu ſuo,& familię,& nõ commercij cauſa omniũ diri ctuum dohanarum, fundicorum, & aliorum vectigalium,Gabellarum,& Datiorum iurium, & diri ctuum quorumcunque, tã Regiorũ,quàm Baronũ, ſi,& prout gauiſi fuerunt,& gaudent,ac gaudere poſsũt,& debẽt cæteri duodecim filios legitimos, & naturales habentes, & ſimiliter gaudeant eiſdem immunitatibus prædicti eius filij,donec,& quouſque ſub eius patria poteſtate manſerint; Verum quod contribuant in ſolutione duorũ milionum. Hoc ſuum,&c. Ioannes Baptiſta Hodega Commiſſarius Martin.Coſcolin.pro Notario,&c.

Conſimilis conceſſio fuit facta olim Magnifico Curtio Pica Patritio Aquilano filio ſupradicti Ioannis Caroli ſimiliter onuſto duodecim filijs legitimis, & naturalibus ſub die 2. Octobris 1607.& cum inſerta forma conſimilis decreti fuit per Regiam Camerã Summariæ expeditum priuilegium in ampla forma ſub die 3.Octobris eiuſdem anni 1607. Regiſtratum in communi 4. folio 300. in banca Priſci Gratiani, prout ſingillatim dicta priuilegia perlegimus,& eorum vigore ſic obſeruari vidimus.

Amplia, limita, & declara,vt diximus ſupra *Ampl.29. princip.* Et quia
80 Doctores † hos terminos in iure parificant,& de vno arguitur ad aliud, ideò quod diximus de collectis,videtur etiã vendicare in vectigalibus pedagijs, & Gabellis, vt inquit *Surd. d.deciſ.305. ſub num.32.* reliquas limitationes videas apud *Theſaurum* patrẽ,& filium, latè hãc materiam enarrãtes,quorum dictis non videtur eſſe relictus locus.

Limita in re profana effecta pleno iure eccleſiaſtica,quia de ea nõ eſt ſol-
81 uenda † gabella. Doctores communiter * *in l.placet. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l.fin. C.de exaction. tribut.* de hac communi teſtatur *Ferrett. de gabellis num.438. verſ. Quæro de profana,* ſecus verò, inquit, quando Eccleſiæ vſuſfructus eiuſdẽ rei fuit facta donatio, quia hoc caſu Eccleſiã teneri ad gabellam, & collectas affirmat; ſed eius opinio nõ videtur in iure recepta, quia Eccleſia etiam pro fructibus non poteſt ad ſolutionem collectarum aſtringi, vt diximus *ſupra ampl.29. princ. num.29. & num.30.* niſi eſſet impoſita pro oneribus, ad quæ Eccleſia teneretur, quia cum ſuccedet loco onerum tenetur ad dictam ſolutionem *Abbas in cap.4. in fine.verſic.Vltimò quæritur de immunitate eccleſiæ.*

Limi-

Limita in officialibus Ciuitatum,
82 quia † pro rebus, quas in officio vehunt, non debent ſoluere gabellas, nec etiam ſcholares pro libris, & rebus pro eorum vſu delatis. *Lucan. de priuil. fiſci parte 1. princip num. 38. verſic. Trigeſimuſoctauus tomo 12. tractat. folio mihi 8.*

Contrarium in ſcholaribus tenet *Felic. de cenſib. d. lib. 2. dicto cap. 6. num. 17. verſic. Scholaſticum.*

SVMMARIVM
AMPL. XXXI.

1 *Cauſa alimentorum dicitur ſummaria, & executiua.*

2 *Alimenta dilationem non recipiunt.*

3 *Moram non patitur venter.*

4 *Alimenta negans dicitur necare.*

5 *Heres pro alimentis poteſt conueniri etiam beneficio inuentarij pendente.*

Procedit, dummodo legatum alimentorum ſit certum, ſimplex, & præciſum nu. 6.

7 *Compenſatio non admittitur in alimentorum præſtatione.*

8 *Sequeſtrum non habet locum in alimentis.*

9 *Ceſſio pro alimentis futuris fieri nequit.*

10 *Alimentorum cauſa dicitur pia.*

Pro futuris quilibet ex hæredibus poteſt conueniri num. 11.

Non obſtante appellatione procedi debet in eis num. 12.

Etiam ſi pars petatur num. 13.

Eorum præſtatio eſt Iudicis arbitraria nu. 14. Etiam quo ad quantitatem nu. 15.

Non poteſt eis renunciari etiam per iuramentum num. 16.

Nec à lege tolli poteſt eorum præſtatio numero 17.

Debentur filijs legitimis, & naturalibus, & ſpurijs num. 18.

Quod tranſit etiam ad Fiſcum num. 19.

Procedit quando filius non habet vnde ſe alat num. 20.

Dummodo exercitium poſſit fieri ſine dedecore num. 21.

Pater tenetur relinquere filijs ſpurijs numero 22.

Eius hæredes tenentur ea præſtare etiam filijs adulterinis num. 23.

Poſſunt omnes hæredes compelli pro eorum rata num. 24.

Non poteſt in eis fieri tranſactio num. 25.

Procedit, ſi abſque Iudicis decreto tranſactio fiat, num. 26.

Procedit in alimentis in vltima voluntate relictis num. 27.

Debentur patrono ad inopiã redacto n. 28.

Etiam ſi dos data per patronum ſit perempta num. 29.

In præteritis non proceditur executiuè num. 30.

Futura, quæ dicantur num. 31.

In præſentibus executiuis debet aliquis breuis terminus aſſignari num. 32.

Debent præſtari in domo eiuſdem alimentantis num. 33.

Quæ ex hominis diſpoſitione conceduntur, debentur etiã habenti vnde ſe alat n. 34.

Debita iure ſanguinis non præſtantur habenti vnde ſe alat num. 35.

36 *Pupillus debet educari penes matrem, & non penes patrem.*

37 *Mater tenetur intra triennium filium lactare, & ibi limitatur non procedere in tribus caſibus.*

AMPLIATIO XXXI.
In Alimentis.

An in cauſa alimentorum exequutiuè ſit procedendum?

1 CAVSA alimentorum † ſummaria, & exequutiua dicitur *l. 1. §. Iulianus, & l. ſi quis à liberis §. ſi vel parens ff. de liber. agnoſcend.*

Bartol. in l. de alimentis num. 2. C. de tranſact. Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 2. num. 1. cum alijs allegatis per Ricc. in deciſ. Archiepiſcop. Neapol. 166. numero 7. verſicul. Vnde licèt, Gall. de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 13. num. 39. parte 2. Monach. deciſ. Bonon. 5. numero 6. Minad. deciſione 3. verſic. Dicebatur, Verall. deciſione 22. num. 4. & deciſione 259. parte 2. quia alimenta † dilationem non recipiunt *l. 2. ff. de re iudic.* plenè multos allegat *Giurb. deciſ. 4. num. 45. verſic. Sed alimenta, Surd. de alim. dicto tit. 8. priuileg. 11. per tot. & priuil. 70. per tot. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 5. num. 111. verſic. Trigeſimusſextus eſt caſus centur. 1.*

2

3 Nec venter moram patitur † *Bald. in l. pactum C. de collat. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 44. num. 36. & deciſ. 323. num. 9. Ricc. d. deciſ. 166. num. 9. verſic. Et ſic eſt. Giurb. d. deciſ. 4. dicto nu. 45. verſic. Quia venter.*

4 Negans enim alimenta † dicitur necare *l. necare ff. de lib. agnoſc. Iaſ. in Authent. res quæ C. comm. de leg. Andr. Gail. pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 88. numero 5. Gugliel. Caſſan. deciſione 1. de mut. petit.*

Amplia ſupradictam 29. ampliationem principalem, & concluſionem ſupra firmatam, vt pro cõſecutione † alimentorum poſſit etiam hæres cõueniri infra tempora conficiendi inuẽtarium, *arg. tex. l. ſi res dilationem ff. de appellat. Surd. d. quæſt. 44. num. 37. & deciſ. 323. num. 10. Giurb.* plures alios allegat *in d. deciſ. 4. num. 46. verſic. Inde eſt. Mangill. in tract. de imput. & detract. quæſt. 132. num. 36. verſic. Septimò.*

5

Et vbique ſeruari *ex Anchar. in conſ. 383. num. 4. dixit Giurb. in ead. deciſ. 4. num. 46. verſic. Quod vbique.*

Declara hanc primam ampliationem, ita procedere, ſi legatum † ali-

6

mentorum ſit certum ſimplex, & præciſum, quia hoc caſu tenetur etiam hæres cum beneficio legis ad eius præſtationem, vt ex *Natt. in conſ. 387. nu. 9.* declarat etiam *Mangill. in d. quæſt. 132. nu. 39. verſic. Declara,* ſecus verò quando legatum eſt relictum ad arbitrium hæredis, quia hoc caſu non tenetur, *vt per eumdem Mangill. vbi ſupra num. 41. verſic. Octauò.*

Secundò amplia, vt nec ad impediendam præſtationem alimentorum admittatur compenſatio † *l. ea quæ C. de compenſationibus, Surd. de aliment. tit. 7. quæſt. 10. num. 8. & tit. 8. priuil. 83. per totum, Giurb. d. deciſ. 4. num. 48. verſic. Reſponde, Polid. Rip. obſer. 54. in princip.* vbi quam plures alios allegat, & eſt communis opinio, * de qua *Mareſc. Variar. reſolut. lib. 2. cap. 83. num. 4. verſ. Poterat.*

7

Tertiò amplia, vt non poſſit in præſtatione alimẽtorum † fieri ſequeſtrum, *Coler. de alim. lib. 1. cap. 13. nu. 20. Giurb. d. deciſ. 4. n. 49. verſ. Sicut,* Nec aliquod compromiſſum, *Minad. deciſ. 3. per tot.* vbi teſtatur * ſic fuiſſe deciſum *in Sacr. Reg. Conſil.*

8

9 Quartò amplia, vt futurorum alimentorum † alteri ceſſio fieri non poſ-
* ſit, vt eſt magis * communis opinio, de qua *Surd. conſ. 269. num. 12. & in tract. de aliment. tit. 7. quæſt. 32. num. 14.* de qua etiam *Giurb. d. deciſ. 4. d. nu. 49. verſic. Sicuti.*

10 Quintò amplia, vt cauſa alimentorum † dicatur pia, vt eſt *tex. in l. nulla, vbi Bart. ff. de alim. & cib. legat. l. ſancimus C. de ſacroſanct. Eccleſ. Tiraquell. in tract. de priuileg. cauſ. piæ in præfat. verſic. Item legatum. Ioſeph. de Seſſ. in deciſion. Arag. 45. numero 2. verſicul. Alimentorum, Afflict. deciſione 252. numero 8. verſic. Dico quod, Capic. deciſione 164. nu. 2. Marc. Mant. ſingul. 22.*

Dici-

Dicitur fauorabilis, Oſaſc. deciſ.132. nu. 12. verſic. Contrariam, & priuilegiata quoad probationem, & quo ad proceſſus compilationem Verall.deciſ.22.

Amplia ſextò, vt pro alimentis fu-
11 turis † quilibet ex hæredibus poſſit inſolidum conueniri, licèt ſecus ſit in præteritis, *Vincent.de Franch.deciſ.203. num.1. Ricc. in collect.deciſion. parte 3. collect.548. verſic. Adde quartam, & in collect.307. verſic.Septimum,Ioſeph.Ludou. deciſ.Peruſ.92. num.1. & num.14. & 15.* vbi declarat hoc procedere, quia Iudex poteſt compellere vnum ex hæredibus ad præſtandum alimenta, vt commodius præſtari poſſint, *Vincent. de Franch. dicta deciſione 203. in fine.*

Amplia ſeptimò, vt non obſtante
12 appellatione † debeat procedi in cauſa alimentorum, dummodo alimenta debeantur officio Iudicis, & non iure actionis, *vt per Bartol.in l.fin. in principio ff.de appell.recipiend.* & ita fuit deciſum *in Rot.Rom.* prout teſtatur *Verall. deciſ.98. cauſa alimentorum, Lancellot. de attent. parte 2. cap.12. limitatione 24. num.5. & num.12. verſic. Ex præmiſſis,* vbi hoc extẽdit, etiam ſi pars
13 alimentorum † petatur, etiam ſi non ſpecificè fuerit ſuper eis pronunciatum,& ibi etiam limita,vt per eum, *vſque ad num.19. afflict.deciſ.261.num.1. verſic.Item decretum, Ariſmin.Tepat.variar.ſentent.tit.443.cap.6.verſic. Decretum, folio mihi 894. Gall.de except. ſucceſſ. d.except.14. num.43. & 44.*

Amplia octauò,vt pręſtatio alimentorum,& ſic ſi præſtanda,vel non præ-
14 ſtanda † ſint in Iudicis arbitrio reſideat, *Surd. de aliment. tit.6. quæſt.11. numero 50. & ſequenti. Burſat. conſilio 420. numero 11. lib.4. Monach. alleg. in deciſ. Bonon.17. numero 13. verſic. Aderat.*

15 Et ſic quantitas alimentorum † in eiuſdem arbitrio poſita dicitur, *Monach. vbi ſupra num.15. Rot.Rom. diuerſ. deciſ.431. in fine parte 4. fol. mihi 233. Mareſcott. variar. reſolut. lib.2. cap.83. num.12. verſic. Similiter, Garz. de expenſ. cap.4. num.20. verſic. Et Boerius,* vbi arbitrarium etiam eſſe dixit alimentorum qualitatem tempus, & modum præſtandi.

Amplia nonò, vt dicta alimenta de-
16 beantur † etiam ſi per filium in ſpecie cum iuramento eiſdem alimentis renunciatum ſit, ſiquidem hac renunciatione iurata minimè obſtante poteſt alimenta tamquam de iure naturæ debita petere,& eidem præſtari debent, plenè *Rot. Rom. in d.deciſ.431. num.1. & 2. verſic.Non obſtat, Gail.pract.obſeruat. lib.2. obſeruat.147. num.14. verſic. Et quemadmodum.*
17 Quia eorum præſtatio,nec etiam à lege tolli poteſt, *Polid. Rip.d.obſeruat.54. num.2. verſic. Nec dixi.*

Amplia decimò,vt alimenta ſupradicta ne dum debeant præſtari filijs legitimis, & naturalibus, verum etiam
18 illegitimis, † & ſpurijs,ſiquidẽ quamuis cum peccato generati dicantur,ſine peccato tamen aluntur, prout hac ratione, *Rot.Rom. in deciſ.747. num.1.2. 3. & 4. parte 4. folio mihi 409.* Sic deciſum reliquit, vbi extendit onus alendi ſupradictos illegitimos, & ſpu-
19 rios tranſire † etiam ad fiſcum *num.5. verſic. Altera, Peregrin. latè in tractat. de iur. fiſc. lib.5. tit.1. numero 75. verſic. Septimò,* & ibi declara, vt per eum, cui Rotæ deciſ. accedat, *Andr. Gail. practic. obſeruat. lib.2. obſeruat.88. numero quarto, verſicul. Sed omiſſis, Mareſcott. variar.reſolut. dicto capitulo 83. num.33. verſ.Subſequitur,* vbi de magis
* communi * non obſtante conſtitutione Pij V.contra illegitimos edita,vt per

eum ibi *Gothofred.prax.ciuil.lib.1.tit.6.*
de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. folio
mihi 410.*colum.2.quæſt.*138.

Primò declara hanc decimam am-
pliationem procedere, quando filius
20 non habet † vnde ſe alere poſſit, ſecus
verò ſi ex artificio, ſeu aliunde alimen-
ta percipiat, quia tunc pater non tene-
tur illa ſubminiſtrare *l.1. C.de mendic.*
*valid.lib.*11. *Decius conſ.*576. *Pro reſo-*
lutione caſus num.3. Gail. in d.obſeruat.
88.*num.9. verſic. Nam lex Gothofred.*
vbi ſupra, vbi vide bonam diſtinctio-
21 nem, niſi tale artificiũ ſit, vt illud exer-
cere ſit dedecus, *Garz.* plures allegat *in*
d.cap.4.nu.22.verſic Omnes tamen, The-
*ſaur. deciſ.*211. *num.*13. *verſic. Fallit,*
vbi plenè *Ariſm.Tepat. variar.ſentent.*
*tit.*440.*cap.*7.

Secundò declara hãc decimam am-
pliationem, vt non ſolum in vita ſint
22 alendi filij † naturales, vt diximus ſu-
pra, verum etiam poſt mortem, pater
tenetur alimenta ſufficientia relinque-
re, & ſi ſecus fiat filij legitimi à natu-
ralibus poterũt conueniri, *Gomet.Leon.*
*deciſ.*15. *ſapientiſſimi num.2. & 3. in*
deciſ.diuerſ.tomo 2. folio mihi 12.*The-*
*ſaur. deciſ.*211. *num.3. verſic. Amplia*
ſecundò, Ariſm.Tepat. variar. ſentent.
*tit.*440.*cap.1.vol.3. folio mihi* 889.

Tertiò declara, vt hæredes patris te-
23 neantur † alere etiam filios adulteri-
nos, & natos ex quocumque coitu, *Ca-*
*pic. deciſ.*144. *Benit.deciſ.*22. *& Vinc.*
*de Franch. deciſ.*178. quos adducit ſu-
pradictus *Ariſmin.vbi ſupra cap.2. & 3.*
verſic. Succeſſor quilibet.

Amplia, & limita, *vt per Theſaur. in*
*d.deciſ.*211, vbi plenè, & ibi etiam The-
ſaur. filius in addit.

Amplia vndecimò in alijs pluribus,
à quibus alimenta debentur, quorum
24 vnus à Iudice compelli poteſt † ad eo-
rum præſtationem, vt diximus ſupra in
hærede, cæteri verò debent compelli
partes pro eorum rata conferre *l.3.§.*
1. *de aliment. & cibar.legat. Minſing.*
ſingul.obſeruat. centuria prima obſeruat.
63. *numero primo, & ſecundo, folio mi-*
hi 410.

Amplia duodecimò, vt in cauſa ali-
mẽtorum nõ liceat tranſactionem per-
25 ficere, † ſi quidem alimentandi ſolent,
vt plurimum, paruam quantitatem pro
alimentis recipere, & ne id fiat intro-
ductum eſt, ne ſuper eis tranſactio fieri
poſſit *l.cum ij in princ.* vbi hac ratione
Prætor ſuccurrit *ff.de tranſact. Mant.*
de tacit.lib.26.tit.3.nu.1.vol.2.folio mi-
hi 698.

Primò declara, licitum eſſe tranſige-
26 re ſuper alimentis, dummodo † præto-
ris decretum cum cauſæ cognitione in-
terueniat, vt per *Mantic.vbi ſupra nu.7.*
verſic. Sextò extenditur, Fachineus lib.1.
controuerſ.cap.77. aliàs 28.

Secundò declara procedere in ali-
mẽtis ex vltima voluntate relictis, non
27 autem ſuper alimentis, † quæ ex con-
tractu debentur, etenim ſuper iſtiuſ-
modi alimentis, rectè abſque prætoris
authoritate tranſigitur, *vt d.l.cum ij §.*
*hæc oratio, Mant.vbi ſupra num.*8. & vbi
limita vt per eum.

Amplia decimotertiò, quod Patro-
28 no ad inopiam redacto debeãtur † ali-
menta ab eo, qui poſſidet iuſpatrona-
tus *cap.nobis vbi Abb.& cæteri de iur.pa-*
tronat. c.quicumque 16.quæſt.7.Mart.in
deciſ.ſeu vot.41. Hæc cauſa in princip. &
per tot. folio mihi 43. vol.1. Lambert. de
iur.patron.lib.3.quæſt.princip.art.6 alle-
gatus per dictum Mart.

29 Subamplia procedere, etiam ſi dos
donata per Patronum perempta ſit, &
Eccleſia alia bona acquiſiuerit, ſiqui-
dem etiam tenetur patronum alimen-
tare, *vt per eundem Mart. vbi ſupra*
nu.2.verſic. Quæ adeo, vbi allegat alios,
Am-

Amplia decimoquartò etiam in alimentis,& expenſis infirmitatis, quia in exactione earum poteſt via executiua procedi, *Caualc. deciſ.32.num.4. par.1. Roland. conſ.14.num.26.& ſeq. vol.1.* quos cum alijs allegat *Maur.Burg. de mod.proced.centur.1.quæſt.5.num.209. verſic.92.*

Primò declara ſupradictas amplia-
30 tiones procedere in alimẽtis † futuris, non autem in præteritis, in quibus ceſſat ratio, quod venter non recipiat dilationem, *Bart.in l.de alimentis nu.2. C. de tranſact. Marant.de ord.iud. par.4. d. quæſt.... nu 52. Surd.de aliment.d.priuil. 11.ſub nu.4.verſic.Infertur,idem Giurb. d.deciſ.4. ſub num.46. verſic. Maximè de futuris,& verſic. Nec eorum, Ricc. in collect.deciſ.par.3.collect.548.verſic.Adde quintam. Maur.Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt.5. num.111. verſic.Trigeſimusſextus eſt caſus.*

Subdeclara hanc declarationem, q
31 alimenta futura dicantur ea,quæ † in iudicio petita ſunt,& à die mote litis, vt ita fuit deciſ. teſtatur *Verall. deciſ. 20.num.4. verſic. Vnde ſtatim,& Rot. Rom.diuerſ.in deciſ.764. parte 1. Vincent. de Franc. deciſ.605.num.2.verſic. Deciſum, Giurb. dicta deciſ.4.num.47. verſic.Præterita enim. Gall.in dicto tract. de except.ſucceſſ. par.4. except.13. num. 43.& 44. folio mihi 335.*

Secundò declara, vt quamuis cauſa alimẽtorum dicatur executiua,& ſum-
32 maria,tamen debet † aliquis in ea breuis terminus impartiri *l.2. vbi Bart. in princip. verſic. Item eſt,& aliud ff.de iud. Gig. de penſ. quæſt.51.num.23. Menoch. de arbitr.iud. caſu 52.num.12.& in tractat. de adipiſcend.remed.2.nu.60. Surd. de aliment. tit.8. priuileg.2.num.6.* cum alijs allegatis *per d.Ricc.dicta deciſ.166. num.7. verſic. Vnde licèt, & numero* 8. vbi ſic interpretatur regulam, venter moram non patitur *num.9. Monach.d. deciſ.Bonon.5.num.6.*

Tertiò declara,vt quando alimenta ſunt præſtanda de iure alicui, vtputa filio,nepoti, fratri, vxori, & ſimilibus
33 tunc præſtari debent † in domo eiuſdem alimentantis, niſi is cui alimenta debẽtur probauerit iuſtam cauſam impotentiæ cohabitandi cum eo, *Roman. & Imol.in l.ſi cũ dotem §.transgrediamur in fin. ff.ſolut.matrim.* vt optimè declarat *Mareſcott.Variar.reſolut. lib.2. cap. 83.num.61. verſic. Accedit cum plur, num.ſeq. Garz.de expenſ.& melior.cap.4. nu.20. hæc autem folio mihi 186. Ariſm. Tepat. variar.ſentent. tit.448.cap.4. tomo 3. folio mihi 890. & tit.444. cap.3. verſic. Alimenta regulariter.*

Quartò declara vt alimenta,quæ ex hominis diſpoſitione conceduntur, &
34 ſic iure actionis,debentur † etiam habenti vnde ſe alat, *Afflict.deciſ.10.nu 3. Ioſeph.Ludou. dicta deciſ.Peruſ.92. per totam.*

Alimenta verò, quæ iure ſanguinis ſunt debita, non præſtantur habenti
35 † vnde ſe alat *l.ſi quis à liberis §.1.verſic.Sed ſi filius de liber.agnoſcend.Roland. conſil.55.vol.2. Natt. conſ.664.num.8.* & loquendo in vtroque caſu dictos,& alios refert *Ioſeph. de Seſſ. in deciſ. Aragon.45.nu.9.& 10. verſic. Nam cum hæc folio mihi 69. Andr.Gail. pract.obſeruat. d.lib.2. d.obſeruat.88. d.num.9.* vt diximus *ſupra de ſpur. in 10. ampl.num.18.*

Quintò declara alimenta præſtanda
36 † pupillo infra trienniũ,& ſic eundem pupillum lacte educare,eſſe præſtanda, & eundem educandum penes matrem, & non penes patrem, ſeu auum, *vt per Bald.in conſ.127.prope finem verſic.Tertium autem vol.1. Azo in Sum. C.diuort. facto,apud quẽ filij morari,vel educari debeant,*& ſic ex pluribus rõnibus,& authoritatibus firmat *Mart.in vot.236.*

per totum, vbi quamuis iudicis arbitrio, & religioni ſit commiſſum vbi pupillus educari debeat, tamen in caſu, de quo agitur, penes matrem alendum eſſe affirmat, & diximus inferius *ampliat. 37. princip. num. 14. & num. 15.*

37 Amplia decimoquintò principaliter in matre, & erit etiam ſubdeclaratio ſupradictæ quintæ declarationis, quæ poteſt cogi ad filium alendũ per triennium continuum. *l. nec filium, vbi Bartol. & Bald. C. de patria poteſt. idem Bartol. & Bald. in l. alimenta C. de neg. geſt. Alexand. Trentacinq. meus conciu. variar. reſolut. lib. 1. tit. de alim. reſolut. 2. num. final.* vbi moderat non procedere in tribus caſibus. Primò quando mater eſt inops, quia tunc pater, & non mater ad id tenetur, *Bartol. & Bald. in dicta l. nec filium.* Secundò quando non nutrit ex proprio lacte, quia tunc non tenetur aliam quærere nutricem, *Bald. in dicta l. alimenta. &* Tertiò quando mater eſt nobilis, de quibus omnibus latius, & prolixius eſt adeundus, *Surd. in tract. de aliment. lib. 7. tit. 13. per tot. folio mihi 207.*

SVMMARIVM

AMPL. XXXII.

ad Omer. inst. demand. fol. 310. Mahec. de arbitr. iud. cas. 13 fol. 899.

1 *Merces eſt laboris præmium.*
Dicitur illa, quæ pro operis retributione præſtatur num. 2.
3 *Salarium annuum erogationem ſignificat.*
4 *Honorarium ſtipendium, & ſportulæ, quæ ſint remiſſiuè.*
5 *Labor non debet eſſe ſine mercede.*
6 *Mercenarius dignus eſt ſua mercede.*
7 *Mercede fraudans aliquem effundit ſanguinem.*
8 *Labore non debet quis defraudari.*
9 *Mercedis, & ſalarij cauſa dilationem non recipit.*
Debet in eis ſummariè procedi numero 10.
Etiam ſi de mercede non eſt conuentum num. 11. Sed contra num. 14.
Debet ſolui, prout conſuetum eſt numero 12.
Cenſetur tacitè de mercede fuiſſe conuentum num. 13.
Non conuentum non debetur num. 14.
Procedit non conuentum deberi, quando famulus ſolitus eſt operas locare, & Dominus conducere, & vtrumque debet verificari num. 15.
Contrarium, quòd ſufficiat vnum tantum verificaſſe num. 16.
Hæc contraria procedit in vilioribus perſonis num. 17. & num. 18.
Vacantibus muneribus honeſtioribus Iudicis officio ſalarium conſtituitur nu. 19.
Licèt executiuè & ſummariè ſit in eorum præſtatione procedendum, debet aliquis breuis aſſignari terminus num. 20.
Tutoris non conuentum non debetur numero 21.
Hoc non procedit quando tutor ſua reliquit negocia num. 22.
Scolaris non tenetur præſtare, quando non fuit promiſſum num. 23.
Procuratori non datur niſi conſuetudo aliter ſuadeat num. 24.
Et quando is ſua reliquit negocia numero 25.
Vel quando eſt ſolitus operas locare numero 26.
Filio adminiſtranti bona paterna non debetur num. 27.
In quibus controuertitur ſalarium debet iuris ordine procedi num. 28.
Aduocato non conuentum debetur numero 29.
Honorarium vix æſtimationem recipit numero 30.
Debet aſſignari in principio. In medio ſecundum alios. In fine ſecundum communem num. 31.

Aduo-

*Aduocatorum tranſmittitur etiam ad heredes, dummodo petatur eiuſdem anni num.*32.

34 *Aduocatus in principio cauſæ dicitur habere faciem Angeli, In medio hominis, In fine diaboli.*

35 *Salarium medicorum non conuentum debetur.*

*Procedit quando infirmus non vult curari, vel vita functo num.*36.

*Magiſtris liberalium artiũ debetur etiam non conuentum num.*37.

*Hoc æquiparatur alimentis num.*38.

*Debitum Medico, Aduocato, & Ludimagiſtro, debetur quando eſt annuum hæredibus, etiam ſupradictis vita functis ante annum. num.*39.

*Debet præſtari etiam abſenti num.*40.

*Debetur etiam ſi pars ſalarij fuerit recepta num.*41.

*Non poteſt in eius præſtatione fieri ſequeſtrum num.*42.

*Non admittitur appellatio num.*43.

*Iudex ex officio ad taxationem eius poteſt procedere num.*44.

*Priuilegia duodecim remiſſiuè recenſentur num.*45.

*Famulo infirmo non debetur tempore infirmitatis num.*46.

Præſcribitur triennio Romæ biennio numero 47.

AMPLIATIO XXXII. Etiam in Mercede.

An in mercede, & ſalario ſit executiuè procedendum?

1 MERCES, eſt laboris premiũ, † vt inquit *Scard. lexic. iuris in verbo, merces, fol. m.*574. *col.*2. & *ſecundum D. Thom.* 1.2. *quæſt.*14 *art.*1. eſt illa, quæ pro operis
2 retributione † præſtatur, & reddere mercedem iuſtitiæ eſt.
3 Salarium annuam erogationem † ſignificat *Scard. in verbo, ſalarium*, & eſt propriè illud, quod Nutricibus in mercede aſſignatur, *Alciat. de verbor. ſignifi. in l. inter domum* 194. vbi de proprie-
4 tate honorarij † Aduocatorum, ſtipendij militum, ſportularum Iudicum, & de alijs ſimilibus verba facit.
5 Labor enim non debet † eſſe ſine mercede *cap. vbi adunati* 7. *quæſt.* 1. *cap.*
6 *charitatem* 12. *quæſt.*2. quia mercenarius dignus eſt ſua mercede, *Matt.*10. 1. *Cor.*3. *cap. ſuper ſpecula extra de magiſtr.* & *c. cum ſecundum Apoſtolum extr.*
7 *de præbend.* qui aliquẽ † fraudat mercede ſanguinem effundit *cap. Imolans* 24. *q.* 5. *Caſſan. in Catolog. glor. mund.* 3. *part. conſider.*1. *num.*8. *verſ. Condeſcendo, Tiraquell. in l. ſi vnquam in verbo, facultatem, de reuocan. donat. Sed Tiraquel.* hoc ibi non dicit, *Silua nuptial. in princ. Carocc. ſupradictos allegat in tract. de locat. quæſt.*10. *num.*2. *verſic. Pro concordia lib.*1. & ante eum eoſdem commemorat *Bonacoſſ. in tract. de ſeru. & fam. quæſt.*79. *circa princ. verſ. Dignus relatus per Gothofred. prax. ciuil. lib.* 1. *tit.*6. *de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. fol. m.* 403. *col.*1. *Rota Ian. deciſ.*115. *ſub nu.* 1. *verſic. Sed his.*
8 Nec debet quis ſuis fraudari † laboribus, *Crauett. conſ.*296. *ſub num.*2. *verſ. Tertiò tacitum.*
9 Cauſa mercedis, & ſalarij, quæ ſunt † ſinonima inter ſe, eſt adeo priuilegiata; quòd dilationem non patitur *arg. l. ſi neceſſarias* 8. *ff. de pignorat. act. l. huius ff. qui pot. in pignor. habeantur, Deuter. cap.*24. *Iob. cap.*4. *Leuit. cap.*30. *allegati per Caualcan. de Brach. Reg. par.* 6. *in frag.*123. *in fine, verſic. Cauſaque fol. m.*210. *Rota Roman. diuerſ. part.*1. *deciſ.*679. *num.*4. *verſic. Quare folio mihi* 418.

Et.

Et in cauſa ſalarij, & mercedis
10 † procedi debet ſummariè, *Bald. in authen. niſi breuiores ſub nu. 2. verſ. Quid de vno C. de ſentent. ex breuicul. recitand. Marant. in ſuo Specul. par. 4. 9. diſtinct. princ. num. 143. verſic. Vigeſimoquintò, Cumia in rit. Regn. Sicil. cap. 38. num. 400. verſic. Vndecimò, Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 5. nu. 126. verſic. Quinquageſimus.*

Amplia primò etiam ſi de mercede,
11 & ſalario † non eſt conuentum, *Surd. conſ. 42. num. 11. & ſeq. Menoch. conſ. 228. lib. 3. adducti per Menoch. deciſ. Bonon. 39. num. 34. & ſeq. verſic. Item fol. m. 75. Mantic. remiſſ. de tacit. lib. 5. tit. 2. num. 16. verſic. An vol. 1.* etenim
12 debet ſolui ſecundum quod aliis † ſolui cōſuetum eſt *l. exceptio C. locati l. quod ſi ſolent §. qui aſſidua ff. de ædilit. edict. Giurb. innumeros allegat in deciſione 13. num. 2. verſ. Alius,* vbi eſſe hoc indubitatum affirmat.

13 Quia merces ſolita dicitur merces conuenta, & conductor cenſetur tacitè de mercede cōueniſſe, *Rota Roman. diuerſ. par. 2. deciſ. 88. num. 9. verſ. Sed de ſubſtantia fol. m. 612.*

Contrariam partem, quod ſalarium
14 † non conuentum non debeatur eſt *text. in l. 1. ff. de var. & extraord. cognit. l. ſalarium C. mand. Put. deciſ. 43. lib. 2. Rota Roman. diuerſ. deciſione 124. deciſione 125. & deciſione 126. parte 4. & deciſione 679. num. 10. verſic. Et quod ſalarium par. 1. Farinacc. deciſ. 126. & deciſ. 815. Mart. deciſ. 99. num. 1. & 2. part. 1. Carocc. de locat. quæſt. 10. de merced. famul. verſ. Concluſio, Ceual. commun. contr. commun. quæſt. 288. num. 5. verſ. ſolent.*

Conciliando ſupradictas contrarias opiniones, declara ſupradictam primam opinionem, qua ſuſtinetur ſalarium etiam nō conuentum deberi, pro-
15 cedere, quando † qui ſalarium petit, ſolitus eſt operas ſuas locare, & Dominus ſimilis miniſterij operas conducere, etenim vtroque verificato, merces Iudicis officio declarari debet vſque ad ſummam, ad quam Dominus alias operas conducturus fuiſſet *l. excepto C. locat.* vel ad quam petens ſalarium ſolitus eſt locare *l. ſi tibi de præſcript. Rota Roman. diuerſ. deciſ. 559. verſic. Non obſtant. par. 1. & deciſ. 128. num. 2. & 3. parte 4. Put. deciſ. 44. lib. 2. Caſſador. deciſ. 120. Caroc. d. quæſt. 10. nu. 4. verſ. Declaratur,* vbi alios concordantes allegat *Gothofred. d. prax. ciuil. vbi ſupra col. 2. verſ. Si eſt ſolitus folio mihi 403. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. 85. num. 1. verſ. Et dicebatur vol. 1.* vbi alios allegat *Giurb. deciſio. 80. num. 1. & 2.*

16 Contrarium quod ſufficiat † tātum verificare famulum, ſeu alium, ſolitum eſſe operas ſuas locare, tenet *Rota Ian. in deciſ. 115. num. 5. & 6. allegata in ordine 105. ex errore Tipi per Ricc. vbi ſu-*
17 *pra nu. 2.* vbi pro concordia dixit † hoc procedere in vilioribus perſonis.

Declara ex eadem concordia ſecundariè, eādem primam opinionem pro-
18 cedere in famulis, † & vilioribus perſonis, non autem in iis, qui honeſtioribus muneribus, & diſciplinis vacāt, prout ſic fuiſſe deciſum teſtatur *Rota Roman. diuerſor. in vna Roman. merced. deciſ. 126. part. 4.* iſtis enim ex Iudicis
19 officio conſtituitur † ſalarium, vt ſic innuit *Ricc. d. deciſ. 85. num. 2. verſ. Sed hoc ſecundum, Mantic. de tacit. conuent. lib. 5. tit. 2. nu. 15. verſic. Salarium fol. m. 321. tom. 1. Magon. deciſ. Floren. 11. num. 4. verſic. Canis.*

Et in ſupradicta concordia, licèt cauſa ſit exequutiua, & ſummaria, ta-
20 men debet † in eius cognitione aliquis breuis terminus concedi, vt diximus in

cauſa

cauſa alimentorum *Ampl.*31. *num.*32.

Item conciliando ſupradictas opiniones, & ſupradictam contrariam, in qua ſuſtinetur ſalarium non conuentum non deberi.

21 Declara primò procedere † in ſalario tutoris, quod ſi non fuit conuentum non debetur, vt fuit deciſum *in Sacr. Reg. Conſ. Neapol. vt teſtatur Vinc. de Franch. deciſ.*121. *Thor. in compend. deciſ. Archiepiſcop. Neapol. in verbo, ſalarium, fol. m.*38.

Limita hanc declarationem quan-
22 do tutor † ſua reliquit negocia, vt pupilli bona curaret, etenim ſi diſpẽdium in rebus ſuis paſſus fuerit, poteſt ſalarium petere *l. à tutoribus* §. *fin vbi Gloſ. & Bart. ff. de tutel. Caualcan. de tutor. & curat. nu.*301 *Guid. Pap. quæſt.*108. quos cum alijs recenſet *Surd. de aliment. tit.*19. *quæſt.*39. *num.*6. *verſ. Et idem.*

Secũdò declara procedere in ſchola-
23 ri, qui nec etiam † tenetur præſtare ſalarium famulo, quando non fuit promiſſum, *Rebuff. de priuileg. ſcholar. priuileg.*167. & ſic fuiſſe deciſum teſtatur *Mart. d. deciſ.*99. *Gothofred. vbi ſupra vol.*1. *verſ. Et nota quod ſeruus.*

Tertiò declara in procuratore, cui
24 denegatur ſalarium † non conuentum, niſi aliter conſuetudo ſuadeat, *Gabriel. commun. concluſ. in tit. de procur. concluſ.*5. *Rota Roman. diuerſ. deciſ.*559. *par.*1. *fol. m.*343. *Mart. d. deciſ.*99. *num.*45. *verſic. Item in terminis, Ricc. d. deciſ*85. *num.*3. *verſ. Cæterum*, vbi ſic eſſe iudicatum refert, *Carrocc. de locat. d. quæſt.*10. *num.*8. *in fin.* vbi plures alios allegat, *Thor. in compend. deciſ. Archiepiſcop. Neapol. in verbo, ſalarium, fol. m.*38.

Primò limita hanc tertiam declara-
25 tionem nõ procedere, † quãdo procurator ſua reliquit negocia, vt diximus ſupra in tutore quandoquidem hoc caſu deberi ſalarium affirmat Idem *Surd. vbi ſupra num.*7.

Limita ſecundò non procedere in
26 procuratore operas † locare ſolito; locare enim videtur ſecundum eius conſuetudinem *Gabr. vbi ſupra num.*2.

Quartò declara etiam in filio, qui ſi bona paterna, vel auita adminiſtraue-
27 rit, ſalarium non conuentum † non debetur *Angel. conſ.*85. *Riminald. Iun. conſil.*428. *nu.*1. *lib.*5. *Natt. conſ.*376. *num.*5. *lib.*2 *& Granut. Theor.*12. *nu.*6. quos allegat ſic firmando *Hector Pelic. alleg.*9. *num.*12. *verſic. Etiam ſalarium lib.*3. *folio mihi* 21.

Et in ſupradictis, & alijs conſimilibus declarationibus, licèt cauſa merce-
28 dis ſit executiua, † & ſummaria, debet in eis iuris ordine procedi, quia cõtrouertitur ſalarium non deberi, vel deberi, vt diximus.

Limita modò ſupradictam eamdem ſecundam contrariam opinionem, in qua diximus ſalarium non conuentum
29 non deberi, non procedere † in ſalario, ſeu Palmario, vel honorario Aduocatorum, quod debetur etiamſi de eo non fuerit conuentum *l. properandum* §. *illo proculdubio, vbi omnes notant. C. de iud. Ricc. in d. deciſ.*85. *num.*2. *verſic. Sed hoc, Rota Rom. diuerſ. d. deciſ.*124. *part.*4. plures congerit *Caroc. de locat. quæſt.*8. *num.*8. *verſic. Primo igitur Magon. d. deciſ. Flor.*11. *n.*1. vbi dixit, quod
30 vix æſtimationem † recipit ex *text. in l. ſi pater in fine ff. de donat. & nu.*4. *Ceual. commun. contr. commun. quæſt.*288. *nu.*8. *verſic. Aduocatus. Burg. in d. tract. de mod. proced. ex abrupt. d. quæſt.*5. *nu.*145. *verſ. Quinquageſimus tertius caſus.*

Et in principio cauſæ debet aſſigna-
31 ri, † vel ſaltim in medio, vt per *Magon. d. deciſ*11. *num.*5. *verſ. In cuius*, vbi multos allegat, vel in fine ſecundum communem, ⁎ de qua *Ceual. commun.*

con-

contr. commun. quaeſt. 598. *verſ. Sed con-
trariam, Guttier. de iur. confirm.* 1. *par.
cap.* 13 *num.* 28. *& ſeq.*

Amplia ſupradictam limitationem,
32 vt dictum ſalarium † Aduocatis non
conuentum, vel conuentum, & eius
iura, tranſmitti ad hæredes, dummo-
do ſalarium illius anni, quo deceſſit,
petatur, non autem præcedentium
annorum, *Bald. in l.* 1. *verſicul. Sed ego
dico quod in ſala C. de ſuffragijs, & in
l. poſt duos C. de aduoc. diuerſ. iud.* quem
cum alijs ſic firmando refert *Minſinger.
ſingul. obſeruat. cent.* 3. *obſeruat.* 8. *folio
m.* 449. *Plenè Coſt. de port. rat. quaeſt.*
93. *num.* 1. *&* 6. *fol. m.* 205.

Tutius tamen eſt Aduocatis ſala-
33 rium petere † ad tempus non in fine
cauſæ, ſed dũ dolor eſt, quia tunc præ-
mendum, vt inquit *Ripa in tract. de peſt.
in tit. de remed. ad cur. peſt. numero*
223. *& Magon. in dicta deciſione* 11.
num. 12. *&* 13. vbi Aduocati in prin-
34 cipio cauſę † dicunt habere Angeli fa-
ciem, alio tempore faciem hominis, &
in fine faciem diaboli.

Secundò limita in ſolarijs, ſeu ſo-
35 terijs, vel Iaterijs, † vt inquit *Alciat.
vbi ſupra* medicorum, illud etiam non
conuentum deberi affirmauit deciden-
do *Rota Roman. diuerſ. deciſ.* 129. *part.* 4.
Ricc. d. deciſ. 85. *d. num.* 2.

Amplia hanc ſecundam limitatio-
36 nem procedere † etiam quando infir-
mus non vult curari, & medicum exo-
ſum habet, vt etiam in infirmo vita
functo, *Franc. Marc. deciſ.* 446. *num.* 6.
allegatus per Magon. d. deciſ. 11. *num.*
11. *ſed d. Marc.* hoc affirmat *in deciſ.*
644. *num.* 6. *vol.* 1.

Tertiò limita in ſalario Ludimagi-
ſtris debito, & in alijs magiſtris libera-
37 lium artiũ, quod † debetur etiam nulla
ſuper eo præſtando inita conuentio-
ne, *Ricc. d. deciſ.* 85. *num.* 2. *verſic. Sed
hoc, Boer. in tract. de authorit. magn. con-
ſil. in princ. num.* 31. *verſ. Et ſalarium,
Decian. reſponſ.* 14. *nu.* 47. *&* 48. *verſ.
Poſtea verò,* vbi dicit omnes ✱ antiquos
de hoc teſtari *vol.* 1. quia mercedes ma-
38 giſtrorum, expenſis, alimentorum † æ-
quiparantur, *Iodoc. Domhoud. in Enchi-
rid. par. aut ſimil. in verbo, Merces, in com-
mun. opinion. ſintag. vol.* 4. *fol. m.* 206.

Amplia ſupradictas tres limitatio-
39 nes de Aduocato, † Medico, & Ludi-
magiſtro ſalarium annuum debitũ de-
beri eorum hæredibus, etiam ſi ſupra-
dicti diem ſuum obierint, ante quam
integrum annum adimplerent, vltra
Doctores *in l. diem functo C. de offic. aſ-
ſeſſor.* eſt *text. in l. qui operas ff. de locat.*
Ripa cõmun. ✱ *dicit in tract. de peſt. in tit.
de priuileg. contract. contr. cauſ. peſt. nu.*
115. *verſ. Hinc dicit Gloſ. Villalobos in
ſuis commun. opin. in verb. Aduocatus, &
in verbo, ſalarium, Kirchou. recept. ſen-
tent. par.* 2. *in verbo, ſalarium concluſ.* 30.
fol. m. 217. vbi etiam alios adducit *Reg.
Iuris tom.* 2. *in verbo, Mors omnia ſoluit,
verſ. Vigeſimo ſalarium, fol. m.* 104. *vbi
Sebaſtianus Medic. Borell. de magiſtr.
part.* 1. *cap.* 13. *num.* 61. *verſ. Quod au-
tem, vbi alios adducit fol. m.* 45.

Amplia ſecundò hanc cõcluſionem
ſupra firmatam in hac ampliatione 32.
40 princip. ſalarium † deberi etiam ab-
ſenti, quando ex licentia abſuit, &
propterea etiam tempore abſentię pre-
ſtandum eſt ſalarium, vbi hoc procede-
re in ſtipendiario à Ciuitate deputato
in Doctore, & milite, *Surd. de aliment.
tit.* 8. *priuileg.* 97. *num.* 8. *verſic. Et Bar.
folio mihi* 293. & ex multis alijs cumu-
latis firmat *Ann. conſ.* 42. *nu.* 25. *verſic.
Et propterea folio mihi* 62.

Tertiò amplia ſupradictas limitatio-
nes, & alias conſimiles procedere, etiam
41 quod pars ſalarij ſit recepta, † etenim
ob talem receptionem non intelligitur
factum

Digitized by Google

factum præiudicium, vt reſiduum, ſeu integrum ſalarium peti non poſſit, vt fuit deciſum *in Roman. Merced. in deciſ. Rota Roman. diuerſ. 129. num. 3. verſic. Minus.*

42 Quartò amplia, vt ſalariũ, & merces non poſſit ſequeſtrari, vel aliquo modo impediri, *Salic. in authent. ſi iam cautum C. depoſ. Caualcan. in d. tract. de brach. Reg. part. 6. in frag. 123. in fine, verſ. Nec recipitur.*

Amplia quintò vt cauſa mercedis,
43 & ſalarij † dicatur fauorabilis, & in ea non admittatur appellatio *Rebuff. de ſentent. prouiſ. art. 3. gloſ. 7. & 8. allegatus per Magon. deciſ. Florent. 12. nu. 11. verſ. Mori.*

Amplia quod ad taxationem ſalarij,
44 ſeu mercedis † poſſit Iudex ex officio procedere, etiam in die feriato, maximè in paupere non habente vnde viuat, vt ex pluribus firmat *Maur. Burg. in d. tract. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 5. d. num. 126. & num. 127. fol.*
45 *n.* 20. vbi recenſet duodecim priuilegia cauſæ mercedis, quibus lectorem remitto.

Limita modò principaliter eandem concluſionem ſupra firmatam non pro-
46 cedere in famulo infirmo, † cui non debetur ſalarium tempore infirmitatis ſecundum communem ✱ ſentẽtiam, de qua *Ceual. commun. contr. commun. quæſt. 288. num. 3. verſ. Sed contrariam,* vbi adductis etiam contrarium ſuſtinentibus, hanc vti ✱ communem ſequitur, & hanc dicit communem *Viu. opin.* 108. *in verbo, famulus,* quem etiam cum alijs ſequitur *Borell. de Magiſtr. lib. 1. cap. 13. nu. 55. & 56.* vbi hoc etiam iuris rigore inſpecto extenditur ad officialem, & magiſtratum infirmos, ſecus verò de æquitate, vt per eum *Paul. Montan. ad Prag. 1. de adminiſtrat. Vniuerſitat. nu. 36. verſ. Pro concordia,* vbi etiam de procuratore, & legatis miſſis per Vniuerſitatem, quando debetur, vel non debetur ſalarium tempore infirmitatis.

Secundò limita non procedere,
47 quando per triennium ſalarium † famuli non fuit petitum, etenim hoc caſu eiuſdem triennij ſpatio præſcribitur, vt firmat *Gam. deciſ. 334. & num.* 154. ex errore Tipi allegata *per Ricc. in collect. deciſ. 285. verſ. Sed quanto tempore part. 2.*

Romæ autem, ex biennio præſcribitur ex bulla Pij Quinti 33. vt firmat idem *Ricc. ibidem, & Gratian. ab eod. allegat. deciſ. 53.*

SVMMARIVM
AMPL. XXXIII.

1 *Repræſalia eſt facultas à Principe ſuperiorem non recognoſcente conceſſa.*
Originem duxit à vetuſtiſſimis Romanorum legibus num. 2.
Vox barbara eſt num. 3.
4 *Pignoratio realem, & perſonalem prehenſionem demonſtrat.*
5 *Repræſaliæ conceduntur propter denegatam iuſtitiam.*
Duo debent extrema probari, vt obtineri, & concedi poſſint num. 6.
Regulariter non conceduntur pro facto priuatorum num. 7.
Eſt remedium extraordinarium num. 8.
Vſus earum à Curijs receſſit num. 9.
De iure verò ciuili canonico, naturali, & Diuino debent concedi n. 10. vide n. 12.
A Romanis contra Aquilanam Ciuitatem fuerunt conceſſæ num. 11.
Sed verius repræſaliæ non debent concedi num. 12.
In hoc Regno ſunt penitus ſublatæ, & concedentes puniuntur num. 13.
14 *Filius non debet patris iniquitatem portare.*

Repræ-

15 *Repræſaliæ concedi poſſunt ex forma ſtatutorum.*

Pro reparatione pontium, viarum, & fontium poſſunt concedi contra forenſes nu. 16. Sed contra tenent multi num. 17. Sed declara num. 18.

De facto ſolent fieri per Vniuerſitates pro conſeruatione confinium num. 19.

In contractu annui cenſus licet apponere pactum repræſaliarum, quæ conceduntur etiam contra non nominatum num. 20.

Contrarium de iure eſt verius num. 21.

22 *Pœna vnius non debet innocentes afficere.*

23 *Repræſaliæ in contractu cenſuali conceduntur ex conſuetudine in Ciuitate Aquilana.*

Fieri mandantur per Regios Perceptores pro regijs ſolutionibus fiſcalibus nu. 24.

25 *Ruſticorum conditio recenſetur.*

26 *Repræſaliæ fiunt de facto, & malè pro conducendo ſalem a Regijs Salinis.*

Conceduntur in cauſa damni dati nu. 27.

28 *Damnum datum probatur iuramento damnum paſſi, & quomodo ſit æſtimandum, vide ibidem.*

29 *Ciues repetunt ab Vniuerſitate damnum paſſum pro repræſalijs.*

30 *Animalia non licet retinere pro damno dato.*

31 *Repræſaliæ fiunt de facto pro ſolutione Regiæ fidæ, ſed malè.*

AMPLIATIO XXXIII.
In Repræſalijs.

An Repræſaliæ concedendæ ſint?

1 REPRAESALIA eſt facultas † ſubditis à Principe ſuperiorem non recognoſcente cauſa cognita conceſſa aduerſus exteros quoſdam ad magnas res repetendas, quæ tempore pacis vi publica ab exteris illis ablatæ fuerũt, *Bonifac. de furt. §. animo lucrifaciendi ſub num. 40.* quem refert *Caualcan. in tract. de Brach. Reg. de æquit. & rigor. part. 6. num. 379. verſic. Hinc eſt cap. Dominus noſter 23. quæſt. 3. Laud. de repræſal. num. 3. Andr. Gail. in tract. de arreſt. cap. 9. num. 13. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 269. verſ. Septimò loco, Doctores in cap. & pignorationes de iniur. & damno dato.*

Et à vetuſtiſſimis Romanorum legi-
2 bus † originem traxit, *Zaſius in l. 2. ff. de origin. iur.* vbi hanc vocem barbaram
3 appellat, † quamuis à Iuriſtis paſſim vſitata, & vt opinor, Italico ſermone magis, quam Latino recepta, *vt in d. cap. Et pignorationes.*

4 Pignoratio autem realem, † & perſonalem prehenſionem denotat *l. 1. ff. de pignorat. action. Ioannes à Canib. in tract. de repræſal. in d. rubr. de iniur. & damn. dato.*

Dixit Bonifac. vbi ſupra repræſalias
5 eſſe principaliter † propter denegatam iuſtitiam concedendas, Exemplum ponit *Lauden. de repræſal. num. final.* in mercatoribus, ſeu ſcholaribus trãſeuntibus per aliena territoria, in quibus, ſi deprædati fuerint, nec iuſtitiam obtinere valuerint, in loco deprędationis, tunc contra Vniuerſitatem, & ciues, ac eorum bona concedi debent, dummodo concedantur ab eo, qui ſuperiorem non recognoſcit, *Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 296. verſic. Conceduntur, Franc. Marc. deciſ. 358. verſ. Sed in contrarium vol. 2.*

Et ad eorum cõceſſionem obtinen-
6 dam † duo neceſſariò requiri determinatum eſt, & duo debent extrema probari; Primò quod Iudex rei pro iuſtitia obtinẽda requiſitus ſit; ſecundò, quod eidem creditori petenti idem Iudex iuſtitiam denegauerit, vel neglexerit,

Coler.

Digitized by Google

Coler, vbi ſupra nu. 171.*verſic.Habet autem;* Dictaque probatio per inſtrumentum publicũ fieri debet, *Andr.Gail. obſeruat.*28.*nu.*1.*& ſeq.lib.*1.*Coler.vbi ſupra nu.*282. Niſi in notorijs verſemur, *Bald.cõſ.*103.*Punctus talis eſt lib.*4.licèt
7 regulariter nõ deceat repręſalias † concedere pro facto priuatorum, quia poſſunt ad Iudicem ordinarium recurrere, dummodo copia haberi poſſit, & periculũ in mora nõ exiſtat, *Caualc.de Brach. Reg.de æquit.& rigor.par.*6.*n.*381.*verſ. Et non decet*, vbi ẽt plures enumerat caſus ex Iacob de Canib. in quibus etiam facto priuatorũ repræſaliæ cõcedũtur.
8 Earum conceſſio remedium extraordinarium dicitur, argumento *l.in prouinciam ff. de nou.oper.nunciat. Laud.de repræſal.num.*4. *Franc.Marc.deciſ.*119. *num.*5. *verſic. Nec obſtat vol.*1.

Et quamuis dictarum repręſaliarum
9 † vſus videatur à Curijs receſſiſſe, nihilominus ne dũ de iure canonico, & ciuili permiſſæ ſunt ſecundum communem ſententiam, ∗ de qua *Bart. de repræſal.quæſt.*1.*verſic.Ad ſecundum, & Iacob.à Canib.in d.rub.de iniur.& damn.*
10 *dat.num.*14.*verſic.Doctores tamen*, ſed etiam de iure diuino, naturali, & conſuetudinario, *vt ibidem num.*15. 16. *&* 17.*Coler.de proceſſ.execut.d.cap.*2.*num.* 172.*verſic. Et de his*, vbi etiam ∗ de communi, *& num.*278. *Franc. Marc. deciſ.*522.*num.*2.*volum.*1.
11 Dictaſque repræſalias fuiſſe cõceſſas diuerſis temporibus, vt exemplificat *Cardin.Tuſcus in ſuis concluſionibus in verbo, Repræſaliæ, concluſ.*193. vbi inter alia, Romanam Ciuitatem potuiſſe repræſalias concedere contra hanc Ciuitatem Aquilanam negligentem iuſtitiam facere, *Roman.conſ.*165.*Magiſter Paulus nu.*1. *verſic. Cum igitur* per eum allegatus, cui addo *Bertrand. in conſil.* 103.*Viſo proceſſu nu.*12.*vol.*2.*in nouis*.

Quod puto accidiſſe tempore, quo hæc inclita Ciuitas erat libera, & Domina Caſtrorũ nonagintaſex, quæ erãt de Comitatu, & ſub dominio eiuſdem Ciuitatis, quo tempore cudebatur moneta argentea, & ærea cum inſcriptione, LIBERTAS AQVILANA, vt etiam inſpicitur in pluribus monetis, quæ in dies reperiuntur, & propterea etiã ad præſens electi ad Magiſtratum eiuſdem Ciuitatis Domini appellãtur.
12 Contrariam partem, quod repræſaliarum conceſſio propter denegatam, vel neglectam iuſtitiam ſit omninò prohibita, & tã de iure diuino canonico, ciuili, & naturali, quàm etiam in Imperio Romano non eſſe concedendas firmat ex pluribus *Andr.Gail. obſeruat.*2.*nu.*3. *lib.*1.quem refert, & ex pluribus rationibus exornando ſequitur *Coler.vbi ſupra num.*283. *verſic. Vnde, & Gail. & numeris ſequentibus, & Iacob.à Canib.in tract. repræſal. par.*1.*in princip.*

Et in hoc Regno ne dum propter
13 denegatam † Iuſtitiam non eſſe concedendas præcipitur, ſed contrafaciens, tentãs, & petẽs publicatione medietatis bonorũ punitur; quia filius non dẽt
14 patris iniquitatem portare, † & ſolum anima, quæ peccauerit mori debet, vt hiſcè rationibus hoc determinat Reg. Pragm.vnica de repræſalijs, vbi ẽt Doctiſſimus Rouita, *& Ferret.infra citandus*, & extat ẽt conſtitutio Regni Pacis cultum, quæ etiam allegat *Ferrett.de re nauali lib.*5.*num.*23. *verſic. Repræſaliæ*.

Cum qua Reg.Pragmat. concordat *auth.vt non fiãt pignorationes collat.*5.& cũ pœnæ impoſitione concordat *Auth. Et omninò ne fil.pro patr.Ferret.de re naual.lib.*5.*d.n.*23.*verſ.Repræſaliæ to.*12. *tract. fol.m.*330.*à tergo*, & repræſalijs abutens quadrupli pœna punitur, niſi prætextu erroris excuſationẽ proponeret, & probaret, *vt per Bald.in d.auth.&*

omninò, Bart. & Ioan. de Plat. in l. curiali C. de decur. lib. 10. allegati per Franc. Marc. deciſ. 358. nu. 7. verſ. Adde de illo:

Et ſuſtinendo hanc ſecundam opinionem, cui etiam adhæreas hanc Reg. Pragm. vti magis piam, fauorabilem, & Chriſti fidelibus conſonam.

Declara tamen quãdo ſecus ex for-
15 ma ſtatuti † eſſet conceſſum alicui Iudici repræſalias concedere, vt exemplificat *Franc. Marc. deciſ. 358. num. 4. & deciſ. ſeq. in fin. vol. 1.* Et propterea vltra caſus denegatæ Iuſtitiæ paſſim conceſſio permittitur, vt exemplificabimus in his caſibus infra recitandis.

Primus caſus eſt, quando inter aliquas terras, ſeu Caſtra, & Ciuitates cõ-
16 uicinas † fit reparatio pontium, fontium, & viarũ; quia ratione dictarũ reparationum fiunt repræſaliæ foreſibus, & exteris earum Ciuitatum, ſiue locorũ, qui poſſunt cõmodum neceſſarium aſſequi, vt ſolet aliquando fieri per hãc Ciuitatem, in reparatione fluminum, põtium, viarum, & ſimilium, in quibus, hi ſuburbani tranſeuntes vti ſentientes commodum, cum quo etiam pericula euitãt, compelluntur per capturam eorum animalium, & perſonarum, licèt prius pro facienda dicta reparatione habeatur recurſus ad D. Proregem, à quo præceptũ dictos comitateſes compellendi pro eorum rata, obtinetur, vt patet ex adductis *per Andr. Gail. de arreſt. cap. 10. num. 6. verſic. An autem.*

Contrarium, quod repræſaliæ con-
17 ceſſæ † contra ciues, & incolas nõ habeant locum in comitatenſibus, & ſuburbanis etiam eiuſdem territorij ſubditis, *Bald. & Angel. in l. Ciues C. de appellat. Franc. Marc. deciſ. 365. Quæritur appellatione num. 31. verſ. Et in effectu vol. 1. Andr. Gail. de arreſt. cap. 8. nu. 11. verſic. An autem*, quia extra territorium iuriſdictio non exercetur, *Bolognin. ad conſil. Andr. 43. num. 3. verſic. Præterea.*

18 Sed Bald. ibi loquitur quando † per ſtatutum inductæ ſunt repræſaliæ, quia hoc caſu non comprehenduntur, niſi originarij, ſed in alio ſupra propoſito, repræſaliæ relaxantur cõtra comitatenſes, de cuius commodo, & fauore tractatur, vt diximus.

Secundus caſus venit conſiderãdus,
19 qñ inter duas † Vniuerſitates duorum Dominorũ ſuperiorem nõ recognoſcẽtium de finibus, vel de paſcuis quæſtio hr̃, In hac n. facti ſpecie ſaltim de facto cuiuſque generis animalia detineri, & capturari ſolent, fœnum ſiue ſegetes ſecari, & alia hmõi facere, conſuetum eſt cauſa poſſeſſionis cuiuſque cõſeruãdæ, vt inquit *Caualc. de Brac. Reg. de æquit. et rigore par. 6. nu. 380. verſ. Verum, vt experientia*, quia de iure licitum eſt ſaltem ex parte eius, qui ſe defendere coactus eſt, repræſalias prehendere, *Caualc. dicto Brach. Reg. Prag. 25. ſub num. 22.*

Et multoties in his partibus noſtris inter Vniuerſitates duorũ Baronũ obſeruauimus repræſalias fuiſſe conceſſas pro defenſione finium, vel herbagij, & ſignãter inter Vniuerſitatẽ, & Caſtrum Podij Picentiæ ex vna, & Caſtrũ Foſſæ ex altera, & Vniuerſitatem S. Mariæ ad Pontem, & Vniuerſitatẽ Thionis, inter quas lis ardua agitata fuit magna cum earũ impẽſa, & exterminio, & demum propter dictarum litium diſpẽdia, adeo earum conditio deteriorata eſt, q̃ nihil aliud remanet agendũ, præcipuè dictis Caſtris Podij Picentiæ, & Foſſæ, niſi bonorum omnium ceſſionem offerre, & proprias habitationes relinquere.

Tertius caſus venit conſiderãdus, qñ
20 pactum fuit adiectum † inter Vniuerſitates debitrices, ex vna, & creditores ex altera, in vẽditione annuorũ introituũ ſub annuo cenſu cum Regio Beneplacito contracta, vt fieri conſuetum eſt, quod

Digitized by Google

quod in caſu moræ non ſolutionis factæ per Vniuerſitates obligatas, liceat repræſalias facere contra bona,& perſonas Ciuium etiam in inſtrumẽto non interuenientium, Hoc caſu ſuadente eiuſdem Vniuerſitatis neceſſitate, & Ciuium indigentia, legitimèque congregata, & conuocata, vt moris eſt, & aſſentiente in appoſitione dicti pacti repræſaliarum, pactũ redditur licitum, & eius vigore, poteſt creditor repræſalias facere,& bona,& perſonas detinere, *Andr.Gail.de arreſt.c.9.n.11.verſ.Et in vniuerſum, Rip.in l.4.n.41. verſ. Aduerte,& verſ. Mihi verò ff. de re iudic.*& diximus latè ſupra *in ampliat.3.princip.*

Contrariam partem,quod dictũ pa-
21 ctũ repræſaliarũ † ſit inefficax, etiam ſi Vniuerſitas obligata ſuperiorem non recognoſcat, ſequitur *d.Andr.Gail. d. cap.9. num.*8. 9. & 14. quia non licet Vniuerſitati ſingulares perſonas obligare, & contra eas legem condere,nec Princeps,nec Reſpublica in bonis ſingularium perſonarum aliquid iuris habet,vt inquit *Gail.d.num.*14. vbi refert dictum pactum repræſaliarum in Terris Romani Imperij fuiſſe improbatum, licèt antiquitus permiſſũ,quibus conueniunt,quę ſupra retulimus *in ampliat. 3.princ.num.*27.& 28. *Bart.*hoc firmat expreſsè *in tract.repræſal. quæſt.*1. *num.* 14. *& ſeq. verſic. Ad quintum.*

Et ſuſtinendo de iure hanc contra-
22 riam,quia pœna † vnius non debet innocentes officere, *Angel.conſ.*196.*Nam ſunt in princip.* declara non procedere
23 quãdo aliter conſuetudo † ſuadeat,vt extat in hac noſtra Ciuitate, vbi comitatenſes,& alij Ciues exteri etiã nõ nominati, nec comprehẽſi in inſtrumẽto, ſtãte maximè pacto appoſito arreſtantur,& carcerantur pro iudicij aſſecuratione,qñ ex mora Vniuerſitatis conueniuntur, vt diximus ſupra in proximo citato loco *dicta ampliat.3.princip. num.* 30. & 31. ex rationibus ibidem relatis. Sed non ad effectum ſoluendi, ſed ad effectum ſiſtẽdi,vt ibidem diximus.

Quartus eſt caſus, quando Vniuerſitates huius Regni non ſoluunt Taxas
24 debitas † Regio fiſco tempore præfixo,quia hoc caſu fiunt repręſalię cõtra Ciues quoſcumque,& eorum bona,& compelluntur omnes etiam per capturam perſonarum debitum Regij Fiſci ſoluere, & quamuis tam de Iure canonico,quàm ciuili contrarium ſit determinatum, *Andr.de Iſern.in conſtit. Pacis cultum nu. ... rubr... & vbi etiam Afflict.num. ... & in conſtit.ſeq. Comes, vbi Afflict.num. ... col.*12.*verſic.Tertiò nota,*quos allegat *Ferrett. in tract.de re nauali lib.*5.*nu.*25.*verſ.Pro debito Vniuerſitatis to.*12.*tract.fol m.*331.Tamen Regij Perceptores Prouinciarũ,& exactores functionum,& pecuniarũ Fiſcaliũ ſeruare cõtrarium vidimus,capiẽdo bona, beſtias, & perſonas particulariũ pro debito totius Vniuerſitatis proprias animas damnantes,& cõtra leges ſupradictas cõmittentes, vt inquit *Ferret.vbi ſupra,*& quamuis d.Reg.Perceptores cõtra ius canonicũ, & ciuile facere videãtur,nihilominus eſt adeo cõ-
25 ditio ruſticorũ † deprauata,& propriũ vniuſcuiuſque intereſſe abũdat in omnibus,quod poſt varia pręcepta contra Vniuerſitates emanata, & impẽſas per Cõmiſſarios per dictos Perceptores,& alios eiſdem Vniuerſitatibus erogatas, neceſſitate,& altera vexatione coacti, demũ permittũt eorũ miniſtri repræſalias cõtra Vniuerſitates renitentes, eas compellendo per capturam rerum,animalium, & perſonarũ earum Ciuium; & vix ex tot, tantiſque vexationibus Regias ſolutiones conſequi poſſunt.

Quintus eſt caſus in conductoribus, ſeu Arrendatoribus Regiarum Salina-

26 rum, qui pro ſale † conducendo à locis maritimis ad loca deputata ſolēt etiam per capturam perſonarum adſtringere Vniuerſitates, & incolas ad rationem per Reg. Pragmat. & Reg. Prouiſiones taxatam pro dicto ſale aſportando, & quando ſunt Vniuerſitates renitentes, ex aliqua iuſta cauſa permittunt; imò præcipiunt commiſſarijs ad hoc deſtinatis, vt retineant repræſalias Vniuerſitatibus, & eius hominibus renitentibus, quorum animalia detinentur, & etiam per capturam perſonarum compelluntur; Si contra iuſtitiam fit in ſupradicto caſu etiam ſi quæſtio exiſtat de ſolutionibus fiſcalibus, vt diximus; Iniuſtiſſimè permittuntur dictæ repræſaliæ in hoc quinto caſu, in quo quamuis dictæ Regiæ Salinæ continere dicantur Regium patrimonium, nihilominus tractatur principaliter de lucro Conductorum Regiarum Salinarum, & propterea & ſi de facto fiant repræſaliæ in hoc caſu, de iure tamen non puto eſſe nec concedendas, nec admittendas ex iuribus, & authoritatibus in d. quarto caſu relatis.

Sextus caſus venit inſpiciendus in 27 cauſa dāni dati † per animalia in alieno territorio damnū dantia, quia dicta animalia retineri poſſunt, & contra illa repræſaliæ conceduntur, donec damnū reficiatur, nec tenetur capiēs actione iniuriarum, quia videtur feciſſe iuris conſeruandi cauſa, *Speculat. in tit. de actore nu. 59. verſic. Sed pone vol. 1. Petr. Pecch. de iur. ſiſtend. & man. iniect. cap. 4. num. 24. Ferrett. in tract. de Gabell. num. 519. verſic. Et capi tomo 12. tract. fol. mihi 93. Afflict. in conſtitut. Regn. Peruenit. nu. 6. verſ. Tota vis, Rubric. 36. lib. 3. Paſchal. de virib. patr. poteſt. cap. 6. num. 74. verſ. Et an animalia, vbi remiſſiuè, Campan. in cap. Regni 104. ſub num. 12. circa finem, verſic. Et ſimiliter*, ſed declara, vt diximus *ſupra ampliat. 26. princip. num. 21. verſic. Limita hunc.*

Et damnum datum iuramento pro-28 batur, quando † ex ſtatuto, vel conſuetudine inductum eſt, vt de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi, de quo plenè *per Mancin. de iuram. par. 4. effect. 108. per totam folio 333. Caualc. deciſ. 13. per tot. volum. 1. inter deciſ. diuerſ. folio mihi 204. tomo 3. Monac. deciſ. Lucenſ. 1. per tot. folio mihi 2. & deciſ. 2. Lucenſ. folio mihi 5. per tot.* Et quando damnum eſt illatum per animalia in ſegetibus, ſcilicet in frumento, ordeo, milio, vel in leguminibus exiſtentibus in herba, æſtimari debet tanti, quanti vendi poteſt tempore damni illati, vt firmat *Afflict. in dicta conſtit. Peruenit num. 5. verſic. Sed quæro dicta rubr. 36.*

Declara ſupradictos caſus, quod ciues, ſeu incolæ Vniuerſitatum ad dictas repræſalias compulſi poſſunt repetere 29 † ab eorum Vniuerſitatibus impenſas erogatas, & omnia damna expenſas, & intereſſe, vt eſt communis opinio, * de qua *Iaſ. in l. 2. §. fin. verſic. Extra Gloſſ. de verbor. obligat.* de hac etiam communi teſtatur *commun. opin. ſintag. volum. 2. in verbo, Repræſaliæ, verſ. Captus; & exactus folio mihi 271. colum. 2. lin. 30. Ferrett. in dicto tract. de renaual. lib. 5. ſub num. 28. verſic. Vbi ponit.*

Secundò declara ſupradictos caſus, vt quamuis in caſibus ſupradictis repræſaliæ ſint permiſſæ, nihilominus non 30 licet † animalia pro repræſaliis capta in domibus capientium retinere, ſed Iudici ſtatim præſentari debent, vt firmat *dictus Ferrett. vbi ſupra numero 28. verſic. Quæro quid differant, & numero 29. verſicul. Captus ob repræſalias*, niſi aliter in conceſſione repræſaliarum exprimatur, *Bartol. de repræſal. decima quæſtione principal. Franc. Marc. deciſ.*

deciſ.358. in fine volum.2. & latius diximus *ſupra ampliat.26. principal.*

Septimus eſt caſus in ſolutione Re-
31 giæ fide impoſitæ † pecudibus remanſis tempore hyemali in his partibus Aprutij, in quibus exactores, ſeu capſarij deputati ad recipiendũ ſolutiones Reg. fide, exiſtentibus non ſoluendo aliquibus patronalibus pecudũ alicuius Caſtri, ſolent mandare eorum alguzerijs, vt faciant repræſalias contra ciues, & eorũ bona, & animalia, etiam non compreheſa in dicta ſolutione, & ſic procedunt de facto contra bona, & perſonas non nominatas in ſolutione eiuſdem fidæ, nulla facta diſcuſſione, nec contra perſonas, nec cõtra bona patronalium Regiæ fide, Et quod duriſſimum, & impium eſt, id ſuſtinetur per Gubernatorem menepecudum Aprutij, qui poteſt, & debet de iure releuare indemnes ipſas miſerrimas Vniuerſitates, & earum Ciues, ab oppreſſione nõ inquam exactorum, ſed pace bonorum, voraciſſimorum hominum, ſi nomen hoc merentur, ſeruare. Et ideo admirandum nõ videtur, ſi deſolatio vniuerſalis omnium ſuburbanorũ harum partium apparet, quia non eſt, qui eas redimat, vel ſaluas præſtet ab huiuſmodi oppreſſionibus iniuſtè, & de facto illatis abſque aliqua iuris, vel facti ſubſiſtentia; Sed iuſtus eſt Deus, qui omnia videt, & põderat, Videmus enim hoc hominum genus in dies derelictum exoſum, & in calamitate poſitum, quia ſanguis pupillarum, viduarũ, & orphanorũ apud Deum clamat, vt diximus ſupra *ampliat.3. princip. num.28. cum allegatis.*

SVMMARIVM

AMPL. XXXIV.

1 *Decimarum materia à pluribus Iuriſperitis, & Theologis conſcripta.*

2 *Ioannes Petrus Moneta Mediolanenſis Presbyter Congregationis S. Pauli commendatur.*

3 *Decima eſt quota bonorum Deo debita.*

De iure diuino debetur num.4.

Eſt tributum egentium animarum nu.5.

Diuiditur in perſonalẽ, & prædialem n.6.

Perſonalis, & prædialis, quę dicatur nu.7.

Proceditur in earũ exactione ſummariſſimè, et abſque aliqua iuris ſolẽnitate n.8.

9 *Cauſæ ſummariæ multa habent priuilegia.*

10 *Decimarum cauſa habet multa priuilegia.*

11 *Appellatio in decreto de exequendo non admittitur.*

12 *Cauſa decimarum eſt ſummaria, quando inter clericos agitur.*

Idem quando agitur contra impedientes earum exactionem num.13.

Et quando quæſtio eſt inter duas Eccleſias num.14.

Vel quando proceditur cum aliquo Priori Rurali num.15.

16 *Cauſæ omnes in Regno ſunt ſummariæ, & quomodo intelligatur.*

17 *Decimarum ſolutiones pro victu miniſtrorum ſunt inſtitutæ.*

Et in eis proceditur à præcepto de ſoluendo num.18.

Dummodo earum præſtatio ſit liquida num.19.

Appellatio non recipitur ab earum executione num.20.

Procedit quando Laicus præſcriptionem, vel conſuetudinem allegat num.21.

Non procedit quando Laicus priuilegium allegat, & producit num.22.

Non admittitur compenſatio num.23.

Admittitur compenſatio quando opponitur de ſolutione decimarum num.24.

Iudex ex officio procedit in earum ſolutione num.25.

Non ſunt agitandæ coram Iudice Laico num.26. Sed vide num.33.

Procedit quando quæſtio eſt in petitorio num.27.

28 *Quæſtio quando eſt de re ſpirituali, vel annexa ſpirituali, debet agitari coram Iudice Eccleſiaſtico.*

Procedit quando agitur inter Clericos nu. 29. ſiue inter Clericos Regulares nu. 30.

31 *Decimarum ſolutio non debetur à Clericis eidem Eccleſiæ inſeruientibus.*

Nec quãdo præſcriptione, conſuetudine, vel Pontificis beneficio reperiuntur exempti num. 32.

Poteſt cognoſci per Iudicem Laicum n. 33.

Procedit quando quæſtio eſt meri facti nu. 34. Sed contra num. 35. Sed concorda num. 36.

Habet locum quando controuerſia eſt ſuper poſſeſſorio num. 37.

38 *Cauſa poſſeſſorij rei ſpiritualis, vel quaſi, temporalis eſt.*

39 *Cauſa decimarum in Regno Neapolitano cognoſcitur coram Iudice Laico.*

Procedit etiam in decimarum conductore n. 40. Cõtrarium ſuſtinent multi nu. 41.

Habet ortum ex re ſpirituali num. 42.

Recenſetur tertia opinio num. 43. Author ſequitur primam opinionem ex ratione poſita num. 44.

45 *Conductor Eccleſiæ conueniri debet coram Iudice Laico.*

46 *Decimæ ſunt aſportandæ in horrea Curatorum, ſeu Rectorum.*

Et interim poſſunt fructus ſequeſtrari num. 47.

Et cuſtos poteſt deputari in agro numero 48.

Attenditur ſuper prædictis conſuetudo num. 49.

Debent Clerici certiores fieri de aſportatione decimarum num. 50.

Dummodo conſuetudo contraria non appareat num. 51.

Vel ſi leui expenſa fieri poteſt numero 52.

Poteſt fieri deſcriptio fructuum pendentium num. 53.

54 *Decimarum ſolutio debetur, etiam ſi ſit mutata conditio prædij debentis decimam.*

55 *Obligatio non mutatur ſeminis mutatione.*

56 *Decima eſt ſoluenda de omnibus bonis.*

In Papalibus licet incipere à perſonali prehenſione num. 57.

In iſtis poteſt deputatus Collector excommunicare, interdicere, & ſuſpendere numero 58.

Procedit etiam in ſubcollectore num. 59.

Meretrices ab earum præſtatione non excuſantur num. 60.

Non procedit quando eius ius eſt legitimè præſcriptum num. 61.

Requiritur in eius præſcriptione immemorabilis, vel quadragenaria cũ titulo n. 62.

Procedit hoc in Eccleſia Parochiali contra nõ Parochialem nu. 63. vel è cõtra n. 64.

Quando habet conſuetudinem annexam ſufficit quadragenaria num. 65.

Habet locum quo ad quotam nu. 66. Contrarium ſuſtinetur num. 67.

In Regno ex præſcriptione non ſoluitur nu. 68. Sed vide num. 85.

Quando conſuetudo extat in contrarium non ſoluitur num. 69.

Et conſuetudini ex lege noua ſtandum eſt num. 70.

Et hoc caſu ſufficit quadragenaria numero 71.

Nec requiritur titulus num. 72.

Procedit quo ad quotam num. 73.

Prædiales non poſſunt tolli num. 74.

Debet ad obtinendum ſolutionem allegari conſuetudo, & non præſcriptio nu. 75.

In allegatione conſuetudinis ſufficit quadragenaria num. 76.

Petitæ debentur, non petitæ nequaquam num. 77. Contrarium tenent quamplurimi num. 78. Concorda num. 79.

Et quando euitari poſſunt ſcandala, peti omittuntur num. 80.

Idem quando authoritate Summi Pontificis ſunt remiſſæ num. 81.

Pro-

*Procedit etiam in colonis num.*82.
Dummodo priuilegium ſit conceſſum vir-
*tute prædiorum num.*83.
*Non procedit reſpectu noualium nu.*84.
*In Regno non ſoluuntur, niſi in aliquibus locis num.*85.
*Non poteſt in eius ſolutione fieri cõpoſitio ſine Sum. Pontificis authoritate nu.*86.

AMPLIATIO XXXIV.
In exactione Decimarum.

An in exactione Decimarum ſit procedendum exequutiuè?

1 HÆc Decimarum materia † fuit tã à Doctoribus antiquis, Theologis, Canoniſtis, & Legiſtis, quàm etiam à recẽtioribus abũdantiſſimè exarata, &
2 præcipuè à Doctiſſimo, † & ſummæ eruditionis, & vitæ integritatis iuriſprudentiæ, & Theologiæ laureato viro Ioanne Petro Moneta Mediolanenſi Presbitero Congreg. Cler. Reg. Sancti Pauli in eius elegantiſſimo *tractatu de Decim. & Canon. option.* vt nullus locus additioni relictus videatur, Nihilominus ne ſicco, vt aiunt, tranſeamus pede, colligemus ex hoc prato ameniſſimos aliquos flores hac tempeſtate, & in opere, quod perducimus, fragrantiores.

Decima igitur eſt quota bonorum
3 † mobilium, portio Deo tam diuina, quàm humana conſtitutione debita, hæc ſunt verba *text. in* §.1. *lib.*1. *tit.*26. *inſtit. canon. de decim.* cui concordat aliqua diffinitio in medium poſita *per d. Monet. in d. tract. de decim. cap.*2. *à nu.*1. *vſque ad num.*6. & tam ex *Gloſ. in d.* §.1. quam etiam ex traditis per *Monet. ibidem* dicta definitio ex omnibus ſuis partibus conſtare videtur, & per *Leon. prax. eccleſiaſt. tit. de decim. num.*1. *& per Scard. Lexic. iuris in verbo, Decima, Tap. de Iur. Regni in rubr. de decim. ſub num.*1. *verſ. Eſt autem decima Viu. deciſ.*4. *num.* 48. *verſ. Et aduerte lib.*1.

4 Eiuſque ſolutionem † quoad miniſtrorum ſuſtentationem, eſſe ſecundum præceptum diuinum, quo ad eiuſdem ſolutionis determinationem eſſe ſecundum eccleſiæ præceptum, ſic ex pluribus rationibus, & Patrum Theologorum, & Iuriſtarum rationibus, authoritatibus, & ſententijs perbellè determinat *Monet. cap.*1. *ſub num.*27. *verſic. Quoniam igitur, & circa finem eiuſdem num.*27. *fol. m.*13. *&* 14. quem ſequitur alijs etiam firmando rationibus *Leon. in d. prax. eccleſiaſt. in tit. de decim. num.*6. *verſ. Contrarium*, quibus addo *Guttier. Canon. quæſt. lib.*2. *cap.*21. *nu.*9. *verſ. Quid tenendum,* vbi etiam ex quampluribus vtriuſque paginæ Patrum authoritatibus, licèt non ita clarè, & explicitè, hãc eamdem firmat ſententiam, ✱ & communem eam appellat *Leon. vbi ſupra,* quibus allegatis addo *Barth. de Spina in tractat. de poteſt. Cap. num.*65. *tom.*13. *tract. par.*1. *folio mihi* 67. *Marſ. de eccleſiaſt. reddit. cap.*27. *num.*2. *tom.*15. *tract. part.*2. *folio* 122. *Campan. in cap. Regni* 92. *Volumus, & mandamus ſub num.*2. *Franc. Vargas de auth. Pontific. num.*8. *col.*4. *fol.*116. *tom.*13. *tract. par.*1.

Et appellatur tributum egentium
5 † animarum, *Ioannes Hug. in tract. de qual. prælat. in tit. de priuat. canon. port. num.*3. *fol.*292. *& in tit. de tranſlat. Imper. eccleſiaſt. num.*2. *folio* 295. *tom.*13. *tract. part.*2. *Rebuff. de decim. quæſt.*5. *num.*2. *folio* 128. *& quæſt. vlt. num.*27. *folio* 142. *tom.*15. *tract. par.*2. *Gloſ. in* §. *illud etiam in verb. exemptus, inſtit. canon. de decim. Marcſcot. Variar. reſolut. lib.*2. *cap.*108. *nu.*23. *verſ. Quod comprobatur,*

probatur, Medic. de compenſ. quæſt. 24. *num.* 2. *fol.* 264. *tom.* 6. *tract. par.* 2. *Viuius d. deciſ.* 4. *num.* 49. *verſic. Et ſic decima lib.* 1.

6 Relictis alijs, in Perſonales, † ac reales, ſeu prædiales diuidit *text. in* §. *decimarum inſtit. d. tit. de decim.*

Perſonales ſunt, quę ex ijs deducuntur prouentibus, qui ex propria cuique ſolertia, & induſtria obueniunt, vt puta de negociatione, militia, & artificio.

7 Prædiales † verò eas eſſe affirmat quæ ex fructibus prædiorum ſoluuntur, vt de vino, tritico, & ſimilibus, eandem proponit diuiſionem *Monet. de decim. cap.* 3. *num.* 6. 7. *&* 8. *folio mihi* 21. *Leon. in d. prax. Epiſcopal. tit. de decim. num.* 16. 20. *&* 21. *Tapia de Iure Regni in rubr. de decim. num.* 1. *verſ. Alteram verò*, vbi addit alteram, quam mixtam vocat, quæ de agnis, & alijs animalium fœtibus ſoluitur, *Guttier. Canon. quæſt. d. lib.* 2. *d. cap.* 21. *num.* 5.

Redeundo ad rem, de qua ſermonem habemus; In cauſis decimarum

8 † proceditur ſummarijſſimè, & abſque aliqua iuris ſolemnitate *Leon. in dicta prag. eccleſ. d. tit. de decim. num.* 28. *verſ. Tertiò igitur, Viu. deciſ.* 73. *num.* 3. *verſ. Et ratio lib.* 1. *fol. m.* 132. & à monitorijs, & præceptis incohari poteſt, *Mandoſ. in tract. de monitor. quæſt.* 42. *nu.* 1. *tom.* 3. *tract. part.* 2. *fol. m.* 67. cum quibus, vel pœna pecuniaria, vel etiam pecuniaria, & in ſubſidium excommunicationis trina, vel vna pro trina monitione præmiſſa, quatenus Reus infra dies, &c. debeat perſoluere decimam *c. peruenit cap. ſacro de ſentent. excommunic. Leon. in d. prax. eccleſiaſt. nu.* 32. *Monet. de decim. cap.* 8. *num.* 41. *verſic. Prima concluſio, Maur. Burg. in tract. de mod. proced. ex abrupt. quæſt.* 5. *num.* 116. *verſi. Quadrageſimusprimus.*

9 Et cauſæ ſummariæ habent † multa priuilegia. Primò in illis ſufficit ſemiplena probatio, *Oſaſc. deciſ.* 38. ſecundum poteſt iuramento partis terminari, maximè ſi modicum contineant præiudicium, *Guid. Pap. deciſ.* 64. *in fine*. Tertium in illis non admittitur teſtium reprobatio, *Afflict. deciſ.* 351. Quartum Iudex ex eius arbitrio poteſt terminum coarctare, *Verall. deciſ.* 58. *par.* 3. quæ omnia priuilegia cũ ſupradictis adductis recenſentur *per Ricc. in collect. deciſ. par.* 4. *collectan.* 1202. *folio m.* 220. Addo quintum priuilegium, quod cauſa ſummaria dicatur exequutiua, *Marant. de ordin. iudicior. par.* 4. 9. *diſtinct. num.* 41.

10 Et ſignanter cauſa decimarũ, † à cuius ſententiæ prolatione non appellatur, vt dicemus infra proximè *ampliat.* 6. in hac ead. materia de decimis.

11 Prout à decreto de exequendo, † à quo non appellatur ad finem exequutionem retardandi, *Capic. deciſ.* 1. *num.* 17. *verſ. Et quidem*, vbi communem ex multis allegatis * affirmat, *Muſcat. in prax. appellat. part.* 1. *Gloſ. ſententia nu.* 123. *&* *num.* 124. *fol. m.* 17.

Primò amplia procedere, quando

12 agitur † inter Clericos, quibus de iure decimæ debentur per eorum ſubditos, qui eas ſoluere tenentur, *tex. in clementina diſpendioſam in verbo, decimis*, vbi etiam Scribẽtes de iudicijs, *Monet. vbi ſupra num.* 41. *verſ. Si quæſtio.*

Amplia ſecundò contra impedien-

13 tes, † vel aliter detinentes decimas, ne ſoluantur procedendum eſſe ſummariè, *Marant. in ſua prax. par.* 4. *diſtinct.* 9. *num.* 174. *Cardin. in d. Clementina diſpẽdioſam, vbi etiam Capra in eius repetitione num.* 20. *allegat. per Monet. d. cap.* 6. *num.* 51. *verſ. Quinta concluſio.*

14 Amplia tertiò, quando quæſtio † eſt inter duas eccleſias ſuper ipſarum decimarum proprietate, quia etiam hoc

caſu

caſu eſt ſummariè procedendum, ſecundum determinationem *dictæ Clementinæ diſpendioſam, Abbas ibidem num. 4. verſic. Cauſa dicitur poſt Gloſ. in verbo, decimis*, quam citat *Monet. de decim. d. cap. 8. num. 43. verſ. Secunda concluſio, Rota Roman. in deciſ. 14. de iudicijs* in nouis, cum alijs ibi allegatis.

Quartò amplia, ſi Rector Eccleſiæ
15 petat decimas † ab aliquo Priori rurali, qui excolebat aliquas poſſeſſiones ſui prioratus ſitas in d. Rectoris parochia, & illas retineat, vel ſub prætextu eſſe Eccleſiæ dotales, vel eſſe noualia proprijs manibus culta, quia hoc caſu etiam ſummariè debet procedi, vt ex multis adductis firmat *Monet. de decim. d. cap. 8. num. 53. verſ. Secunda concluſio poſt Imol. num. 8. Cardinal. nu. 24. Capr. num. 20. in d. clementina diſpendioſam.*

Declara omnes ſupradictas amplia-
16 tiones, vt quamuis in Regno † omnes cauſæ ſint ſummariæ, & hæc eſt notoria cantilena, quia procedimus ſine figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, vt habetur capitulum deteſtantes, & hoc ſit intelligendum circa ſolemnitates libellorū, & verſutiarum Aduocatorum, non tamen circa ordinem iudiciorum, qui ſeruandus eſt, vt benè declarat *Muſcatell. in praxi ciuil. part. 1. Gloſ. libellus num. 4. 5. 6. & 7. Viu. deciſ. 235. num. 10. verſ. Et tantò magis lib. 1.* Nihilominus in cauſis decimarum ſupra relatis, debet procedi magis celeriter, & ſummariè, & reſecatis dilationibus, quæ etiam in cauſis huius Regni, vbi ſola facti veritate inſpecta proceditur opponi ſolent, vt in alio propoſito dixit *Campagn. in cap. Regni 6. num. 17. verſ. Nota quod in cauſa*, ſiquidem decimarum præſtationes
17 † pro victu miniſtrorum eccleſiæ ſunt inſtitutæ *Numeri* 18. *Viu. noſter d. deciſ. 4. nu. 50. verſ. Et ſi lib. 1. fol. m. 13. Monet. de decim. cap. 5. num. 91. verſic. Ratio eſt.*

Et illarum cauſæ dicuntur fauorabiles, & ideo non eſt procedendum per ordinarias iuris dilationes, quæ in alijs iudiciis peti, & concedi ſolent, ſed à
18 præceptis † de ſoluendo, etenim debet fieri diſtinctio inter iudicium ordinarium, & ſummarium, quia in hoc non attenditur libelli oblatio, litis conteſtatio, & ſimilia, ſed exequutiuè procedendum eſt, quia cauſa ſummaria exequutiua appellatur *Marant. de ord. iudic. par. 4. diſtinct. 9. num. 41.* & latius diximus *ſupra in prælud. 1. num. 43.*

19 Declara dummodò decimarū † præſtatio ſit liquida, ſecus verò ſi illiquida, incerta, & indeterminata appareat, quia tunc procedendum eſt iuris ordine ſeruato, *Leon. d. prax. Epiſcop. tit. de decim. num. 40. 41. & 42.* Et in hoc ſtandum eſſe iudicis arbitrio concluderem, prout inquit in alia facti ſpecie *Boer. conſ. 8. num. 18. verſ. Exemplum.*

Quintò amplia, vt relaxato mandato pro ſolutione decimarum, vel aliter lata ſententia debet præciſè fieri
20 ſolutio, nec admittitur † appellatio, quo ad effectum ſuſpenſiuum, *Viu. deciſ. 73. num. 1. & 2. lib. 1.* vbi ſic refert fuiſſe iudicatum, *Gratus deciſ. 53. Ricc. in collect. deciſ. part. 4. collectan. 1136. verſ. Infertur tertiò, Tapia de iur. Regn. in conſtit. Quantò cæteris ſub num. 15. Leon. in d. prax. Epiſcop. in tit. de decim. num. 42. verſ. Nam regulariter*, quibus addo allegata per *Monet. de decim. d. cap. 8. num. 58. verſ. Tertia concluſio.*

Declara hanc quintam ampliatio-
21 nem procedere, quando † laicus præſcriptionem, vel conſuetudinem allegat, ſecus verò quando priuilegium Pontificis, vel compoſitionem legitimam opponit, vt ita diſtinguēdo concordat *Gloſ. in cap. tua nobis in verbo,* tri-

tributa, de decim. & Tiraquell. de priuileg. cauſ. Pia priuileg. 153. *Monet. in loco proximè citato verſ. Sed quoniam ex Abbat. in d. cap. tua nobis* 26. *nu.* 8. *verſic. Vltimo nota, Leon. d. prax. Epiſcop. tit. de decim. num.* 42. *verſ. Nam regulariter.*

Subdeclara hanc proximam declarationem procedere, quando † allegans dictum priuilegium, & compoſitionem, in allegatione actu producit, vel probat incontinenti, aliàs non eſſe retardandam exequutionem propter ſimplicem priuilegij, & compoſitionis allegationem; iudicium enim redderetur eluſorium, ſiquidem vnicuique eſſet permiſſum opponere de priuilegio, & compoſitione, & ſic iudicium deludere, quod permittendum non eſt *argum. tex. in l. nam abſurdum ff. de oper. libertor. cum ſimilib.*

22

Declara ſecundò, vt nec compenſationis exceptio † opponi poſſit *Gloſ. in cap. decima* 16. *quaſt.* 1. *Rom. in ſingular.* 148. *corruptè allegatus per Tapiam in d. conſtit. Regni Quanto ceteris ſub num.* 15. *verſ. Et in tantum, quod ſingulare eſt* 551. *incipiens An ſacerdoti petenti, Guid. Pap. ſingul.* 456. *Decimæ ſunt introducta, Tapia ibidem alios allegat*, cui vltra ſupradictos addo *Monet. de decim. d. cap.* 8. *num.* 61. *verſic. Quarta concluſio.*

23

Subdeclara hanc ſecundam declarationem dictā Gloſam, & ſupradictos Doctores intelligendos eſſe, quando compēſatio † opponitur de alio debito, quam decimarum, ſecus verò dicendum eſt quando compenſatio opponitur de ſolutione decimarum à Clerico, qui ius decimandi ratione beneficij, vel territorij prætendit, ſiquidem in hac facti ſpecie compenſationis exceptio poteſt opponi, & debet admitti, vt declarat *Tapia vbi ſupra ſub dicto num.* 15. *d. verſ. Et in tantum.*

24

Sextò amplia, vt etiā Iudex ex officio poſſit † non ſoluentes decimas aſtringere, *Card. in d. Clement. diſpendioſam in quaſt.* 23. *de iudic. allegatus per Tapiam de Iure Regni* 92. *in gloſ. verſ. Adde quod cauſa decimarum.*

25

Septimò amplia dictam cōcluſionē, vt dictæ cauſæ † decimarum corā Iudice eccleſiaſtico non autem Laico ſint agitandæ, quia ſpirituales ſunt *cap. tua & cap. peruenit cum duobus ſequentibus de decim. plenè per Campan. in cap. Regni* 93. *num.* 9. *verſic. An Iudex ſecularis Gomeſ. Leon. deciſ.* 49. *in cauſa decimali tom.* 2. *deciſ. diuerſ. fol. m.* 33. *Papon. de arreſt. lib.* 1. *tit.* 12. *arreſt.* 8. *Ricc. in collect. deciſ. part.* 4. *collect.* 1136. *in fine Tapia de iure Regni cap.* 93. *in annot. num.* 6. *verſic. Vnde*, vbi dicit hoc receptiſſimum eſſe *de decim. Aegid. Bellamer. conſ.* 40. *num.* 2. *verſ. Primam concluſionem, Leon. in d. prax. eccleſiaſt. in tit. de decim. ſub num.* 22. *verſ. Si verò de iure exigendi, Gail. pract. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 38. *plenè per Monet. in tract. de decim. num.* 1. *& ſequentibus & nu.* 11.

26

Declara primò procedere quandò cōtrouerſia eſt in petitorio, † ſiquidem queſtio iuris etiam incidens ſpectat ad Iudicem eccleſiaſticum *clement. diſpendioſam de iudicijs cap. literas de iuramen. calumn. & cap. fin. de rer. permutat.* Plures concordantes adducit *Monet. vbi ſupra d. num.* 1. ex illa precipua ratione, quod quādo queſtio † iuris eſt, & agitur de re ſpirituali, vel annexa ſpirituali, vel quaſi, corā eccleſiaſtico eſt agendum, *Monet. vbi ſupra num.* 2. *verſ. De cauſa Campan. in d. cap. Regni* 93. *d. nu.* 9. *verſ. Sed in iſta*, vbi teſtatur de communi * opinione *Leon. in d. prax. Epiſcop. in tit. de decim. d. num.* 22.

27

28

Secundò declara procedere quandò quæſtio decimas † percipiendi inter

29

ter Clericos vētilatur, vel reus Clericus pro decimis conuenitur, etenim in facti ſpecie propoſita abſque difficultate, ſiue agatur petitorio, ſiue poſſeſſorio, ſiue res ſit eccleſiaſtica, ſiue tēporalis coram Iudice eccleſiaſtico agitanda erit, *Couar. pract. quæſt. d. cap. 35. nu. 1. Menoch. de retin. remed. 3. à num. 346. vſque ad num. 354. & de recuperand. remed. 17. nu. 212. & ſequent. allegati per Monet. vbi ſupra num. 18. verſic. Sexta concluſio.*

Amplia hanc ſecundam declarationem procedere in bonis patrimonialibus Clericorum etiam Regularium
30 † communiter viuētium in bonis Monachorum, qui prædialem decimam ſoluere tenentur §. *de monachis, inſtit. canon. de decim.* vbi etiam quo ad noualia, *Leon. in d. prax. eccleſiaſt. à num. 52. vſque ad num. 59.* vbi amplia, & limita ſecundum eum, *Guttier. Canon. quæſt. d. cap. 21. num. 52. 53. & num. 59.* vbi hanc dixit * communem *Monet. de decim. cap. 5. num. 18. verſic. Sexta concluſio.*

Declara, hanc ampliationem non procedere in Clericis eiſdem Eccleſijs,
31 † cui decima debetur inſeruientibus, à quibus ſolutio decimarum non debetur, *Azor. lib. 7. inſtit. moral. cap. 35. verſic. Quintò quæritur circa finem, Leon. allegat. vbi ſupra num. 57. verſic. Limitatur primò.*

Declara ſecundò non procedere, quando vel legitima præſcriptione,
32 † vel conſuetudine, vel Summi Pontificis priuilegio reperiantur exempti, quia tunc non poſſunt compelli ad earum ſolutionem *cap. à nobis, & ibi Gloſ. & Abbas num. 4. de decim. Guttier. vbi ſupra num. 55. verſic. Attamen, Leon. d. cap. 27. de decim. num. 58. verſic. Secundò, Viu. deciſione quarta numero 57. verſic. à Clericis verò lib. 1.*

Octauò amplia, quod cauſa deci-
33 marum poſſit † cognoſci per Iudicem Laicum, quia fauorabilius eſt eccleſiæ duos Iudices, quàm vnicum habere, & quod concedatur præuentio inter eccleſiaſticum, & Laicum *tenet Feder. de Senis conſil. 245. nu. 3. Felin. in cap. cauſam num. 15. de præſcript. Couar. pract. quæſt. cap. 35. nu. 21. cum allegatis, Leon. in prax. Epiſcopal. eccleſ. d. tit. de decimis ſub num. 22. Tuſcus concluſ. 73. num. 2. in verbo, Decimarum cauſa.*

Declara primò procedere quando
34 quæſtio eſt meri facti, † etenim hoc caſu iudex laicus competens erit, & ab eo definiri poteſt, & ſi de re ſpirituali agatur, plenè *Guttier. Canonic. quæſt. lib. 1. cap. 34. num. 17. verſ. Quare quæſtio cum allegatis*, quibus addo *Monet. de decim. d. cap. 8. num. 5. verſ. Secunda concluſio*, vbi plures cumulat *Campan. in d. cap. Regni 93. d. num. 9. verſ. Si verò eſt quæſtio*, vbi * de communi.

35 Contrariam partem, † etiam ſi quæſtio meri facti exiſtat, Iudicem eccleſiaſticum tantum competentem eſſe ſuſtinuerunt *Bald. Fulg. Lup. Gem. Facchin. & Azor. à d. Monet. vbi ſupra num. 6. verſ. Quinimò, commemorati.*

Pro concordia hoc caſu fauorabi-
36 lius eccleſiæ eſt † Iudices duos habere, nimirum poterit electio fieri, vel Eccleſiaſtici, vel Laici eſt com. * opinio, de qua *Monet. vbi ſupra n. 7. verſ. Poterit;*

Secundò declara, quod ſi contro-
37 uerſia de poſſeſſorio decimandi † exiſtat, Iudex laicus competens erit, eſt cōmunis opinio, * de qua *Andr. Gail. d. obſeruat. 58. num. 2.* cùm rationibus adductis, *Monet. ibidem num. 8. verſ. Tertia concluſio*, cum allegatis, *Leon. vbi ſupra num. 22. verſ. Quæri nunc poteſt*, quamuis contrarium ſuſtineat *d. Monet. vbi ſupra num. 10. verſic. A qua tamen, & num. 14.* ad contraria reſpondet, quia

quan-

quando de mero agitur poſſeſſorio Iudex Laicus competens erit, vt ex multis relatis firmat *Monet. vbi ſupra num. 9.* vbi de communi ✱ teſtatur.

Etenim cauſa poſſeſſorij rei ſpiri-
38 tualis, vel quaſi, temporalis † eſt, *Gloſ. in cap. literas de iur. calum. Guttier. Canon. quæſt. d. cap. 34. num. 18. verſ. Et quod cauſa.*

Tertiò declara procedere quando ius decimas percipiendi ex feudo, vel ex priuilegio ad Laicos ſpectat, ſiue conueniendo, ſiue excipiendo agatur, *Monet. vbi ſupra num. 15. verſic. Quarta concluſio* cum allegatis, licèt hunc caſum impugnet, & contrarium diſtinguendo ſuſtineat.

Quartò declara in hoc Regno Nea-
39 politano, † vbi cognitio cauſarum decimalium ad Iudicem Laicum, non autem ad Eccleſiaſticum ſpectat, & quoad poteſtatem laicos cogendi non eſſe dubitandum, firmat expreſsè *Tapia de Iur. Regn. in annotat. cap. 93. num. 6. 7. & 8. in verbo, Iuſtitiarium Prouinciæ,* & ſic refert fuiſſe iudicatũ *per Sacr. Conſ.* in cauſa inter Capitulum Nolanum ex vna, & homines Caſalis Sabiani ex altera, prout etiam ſic pluries ✱ obſeruatum vidi in his partibus, vbi Clerici coram Iudicibus Laicis debitores decimarum compellũt, *Couar. pract. quæſt. d. cap. 35. num. 21. Rebuff. de decim. cap. 10. num. 4. Leon. in d. prax. Epiſcop. d. tit. de decim. num. 22. verſic. Tertiò.*

Sed declara in decimarũ conductore,
40 qui ſi laicus, coram Iudice † laico conueniendus erit, quia nec agitur de reſtitutione rei Eccleſiaſticæ, nec de ſolutione decimarum, ſed de ſoluendo pretiũ locationis, & ſi corã Eccleſiaſtico cõueniatur, poteſt iudiciũ declinare, & inſtare pro remiſſione ad Iudicem laicum, *Guttier. Canon. quæſt. d. c. 34. nu. 49. verſ. Ex ſuperioribus, Monet. vbi ſupra d. c. 8. nu. 17. verſ. Quinta concluſio.*

Contra ſupradictam concluſionem,
41 quod laicus cõductor † ſit conueniendus coram Iudice Eccleſiaſtico, non autem laico, ſuccedit ſecunda opinio, quam nouiſſimè tenet *Azor. lib. 7. inſtit. moral. cap. 36. quæſt. 6.* quem adducit, & ſequitur *Monet. d. cap. 8. d. num. 17. verſ. Imò,* ex illa præcipua ratione, quod cauſa decimarum ortum habeat
42 ex re ſpirituali, † & eccleſiaſtica, & vt talis coram Iudice Eccleſiaſtico agitanda ſit, Maximè ſi conductor decimarum ſe Eccleſiaſticæ iuriſdictioni ſubmiſit, & eius foro renunciauit, prout hac diſtinctione cum hac opinione pertranſit, *Guttier. Canon. quæſt. d. cap. 34. d. num. 49. verſ. Hoc tamen.*

43 Tertia fuit opinio, † quod non ſolum Iudex Eccleſiaſticus, ſed etiã Laicus poſſit cõductorem laicum decimarum ad ſoluendum compellere, hanc tenet *Germon. de ſacror. immun. lib. 3. cap. 19. nu. 97. allegatus per Monet. vbi ſupra d. num. 17. verſ. Contrarium tamen.*

Ego enim non recederem à ſupradi-
44 cta prima opinione † ſuppoſito, quod conductor non ſe ſubmiſerit Eccleſiaſticæ Iuriſdictioni, & moueor ex illa præcipua ratione, quod per decimarum locationem non intelligitur tranſlatum illud ius decimandi, quod ſpirituale eſt, & laicis competere nõ poteſt, ſed illa ſimplex facultas fructus percipiendi, quæ ſpiritualis non eſt, *vt per Caroc. de locat. in tit. de decim. num. 5. & num. 6. verſic. Secundò;* & propterea in iſto caſu actor ſequitur forum rei *cap. ſi clericus laicum de for. competent. Oſaſc. deciſ. 31. Reuerendus num. 4. verſic. Contrariam opinionem.*

Cui rationi accedat, & altera, quia etiam conductor Eccleſiæ, quãdo pro
45 affictu conuenitur † corã Iudice Laico con-

conueniri debet, quia competit actio perſonalis ex locato, vt concludit, & refert ita fuiſſe iudicatum Oſaſc. in d. deciſ.31.nu.6. verſ.Si verò, Caualc.deciſ. 45.num.68. & ſeq. par.1. cum alijs allegatis per Carocc. de locat. in tit. de reb. eccleſ. locand.q.27. & in locatione decimarũ tenet expreſsè Camp. in d.rit. Regni 93.d.num.9. verſic.Si verò quæſtio.

Et in his partibus hoc nõ habet dubium, vt diximus ſupra in quarta declaratione nonæ ampliationis, niſi vel fori præſcriptio, vel conſuetudo regionis aliud ſuadeat, vt inquit Monet. d. cap.8. num.17. in princip.

Amplia dictas decimas eſſe in hor-
46 rea † Curatorũ, ſiue Rectorum aſportandas expenſis ſubditorum, ſiue debitorum, Vinc. de Franch. deciſ.124. Ricc. collect.1136.in fin.par.4.& hæc eſt opinio * communi calculo comprobata, cum pluribus concordantibus allegatis per Guttier.Canon.quæſt. lib.2.cap. 21.num.43. verſic.Sed an decimæ, Tapia d.cap.Regn.92. in verbo, ſine moræ diſpendio, num.2. Mareſcot.Var.reſolut.cap. 95.num.fin.lib.2 quibus addo Monet. de decim. d.cap.6. num.1. verſic. Prima concluſio cum allegatis.

Et Curatus, ſiue Decimarius poteſt
47 prohibere, ne interim † fructus à ſolo amoueãtur, ne prius pro eius intereſſe, quod ratione decimarum habet, deſcribãtur Theſaur. Fil.deciſ.9. Ricc. in collect. deciſ. parte 1. collect.192. verſic. Quæro num, quibus addo Monet. de decim. cap. 6. num.4. verſic. Imò poteſt.

48 Et pro eius intereſſe poteſt cuſtodem in agro ponere, Vinc. de Franc. deciſ.117. Ann. allegation.94. allegati per Riccium d.collect.192. Guid. Pap. deciſ. 283. Rot. Auenion. deciſ.54. Idem Ricc. allegat in collect. 1136. verſic. Infertur tertio p.4. Tap. de Iur. Regni in conſtitut. quanto cæteris num.17. verſ. Vt tamen.

Primò declara, niſi conſuetudo con-
49 traria † in hac facti contingentia vigeat, qua introductum ſit decimas per Parochum, ſiue eius impenſis eſſe in area recipiendas, vel in horrea aſportãdas, Vinc. de Franch. d. deciſ.124. Guttier. vbi ſupra num.45. verſic. Sed in articulo, Tap. in d.cap.92. num.2. Mareſcott. d.cap.95. num. fin. quibus addo Monet. dicto cap.6. nu.6. verſic. Quarta concluſio.

Declara ſecundò ſtante dicta cõſuetudine ad horrea decimas deferendi, Clerici, vel eorum procuratores debẽt
50 † certiores fieri de aſportatione decimarũ, ne fralus in ſolutione earũ committatur, eſt cõmunis * ſentẽtia, de qua Guttier. vbi ſup. n.49. verſ. Illud denique Mareſcot. var. reſolut. d. lib.2. c.95. num. 32. verſic. Item deſcriptio. Addo cumulata per Monet. d.c.6. num.2. verſ. Secunda concluſio.

Subdeclara hanc ſecundam declarationem, niſi in contrarium conſuetudo
51 ſe habeat, qua ſit introductum laicis eſſe permiſſum decimas ad horrea clericorum deferendi, abſque teſtium interuentu, Crauett. conſ.21. quem ex Couar. refert Guttier. vbi ſupra num.50. verſ. Conſuetudine.

52 Tertiò declara ſi leui ſumptu † id fieri poteſt, Couar. var. reſolut. cap.17. num..... verſic. Octauo ex his, Tap. in d. cap. Regni 92. in verbo ſine moræ diſpendio verſic. Tertiò, Addo Monet. d.cap.6. num.1. verſic. Prima concluſio.

Declara quartò, quod poſſit fieri de-
53 ſcriptio † fructuum pendentium ad inſtantiam Rectoris, & poſſeſſori agrorum præceptum fieri, ne fructus percipiant, niſi Rectore, vel eius procuratore vocato, Guid. Pap. d. deciſ. 283. num. 1. Mareſcot. d. cap.95. num. 33. verſic. Item.

Decimoprimò amplia, etiam ſi Do-

54 minus prædij † conditionem mutet, vt
ex terra aratoria, vineata, vel ex prato
ſilua, & ſimilium, quia nihilominus exe-
cutiuè ad ſolutionem decimarum ad-
ſtringi debet, *Leon. vbi ſupra num.61. Tap. dicto cap.92. in verbo, Vino, num.18. Ioannes Azor. lib.7. inſtitut. Moral. d. cap.35. verſic. Nonò quæritur,* quia mu-
tatio ſeminum non mutat obligatio-
55 nem *cap. commiſſum eſt, & cap. cum in tua, vbi DD. de decim. Hoſtienſ. in Summ. de decim. §. fin. quæſt.10. Bologrin. conſ. 29. num.13. Rebuff. de decim. quæſt.6. num.35. & q.14. num.18. & ſeq. Mareſcott. var. reſolut. lib.2. cap.95. nu.25. verſic. Aduertendum, vbi allegat.*

Duodecimò amplia, decimam eſſe
56 ſoluẽdam de omnibus bonis, *Tap. multos allegat in d. cap. Regn.92. in verbo, In frumento à num.9. vſque ad num.15. & in cap.93. in verbo, Comites, Barones, n.1. & 2. latè Monet. de decim. d. c.4 quæſt.1.*

Decimotertiò amplia etiam in exa-
ctione decimarum Papalium, in qua
57 etiam à perſonali apprehẽſione nõ ſol-
uentium licèt incipere, etiam in Recto-
ribus Vniuerſitatum, & in Capitibus
Collegiorum pro ſuis collegijs, *Bellenz. in tract. de charit. ſubſid. quæſt.99. Monet. de decim. cap.9. num.251. & num. 252. verſic. Quinetiam.*

Et Collector ad dictam exactionem
58 deputatus, poteſt † excommunicare,
ſuſpendere, & non ſoluentes decimas
interdicere, *Bellenz. in d. tract. q.45. Monet. de decim. d. quæſt.9. num.237. verſic. Quarta concluſio.*

Subamplia hanc proximam amplia-
59 tionem, vt hæc poteſtas † cogendi non
ſolum competat decimarum Papalium
collectori, ſed etiam ſubcollectori ab
eodem deputato, quod de iure permit-
titur, niſi aliter in deputatione colle-
ctoris appareat, *Monet. de decim. dicto cap.9. num.205. & num.211.*

Decimoquartò amplia etiam in me-
60 retricibus, † quæ ad decimæ ſolutio-
nem obnoxiæ ſunt, non enim in iure
ſpecialiter ab eorũ ſolutione eximun-
tur; & licèt turpiter agant, non tamen
turpiter accipiunt, vt ex multis addu-
ctis concludit *Ric. in deciſ. Archiepiſcop. Neapol.143. num.2. verſic. Contrarium,* & ad aſſeuerantes partem aduerſam
optimè reſpondet.

Primò limita principaliter hanc tri-
geſimamquartam ampliationem prin-
cipalem non habere locum, quando ius
61 † ſoluendi decimas eſſet legitima præ-
ſcriptione corroboratum, etenim cum
hæc præſcriptio vim legis habeat, ne-
queunt nec clerici, nec laici contra di-
ctã præſcriptionem ad ſolutionem de-
cimarum adſtringi; *Tap. in conſtit. Regn. Quanto cæteris nu.11. verſ. Secundò tit. de decim. de iur. Regn. Peregrin. de iur. fiſci lib.6. tit.8. nu.28. verſic. Nam à ſolutionibus* cum allegatis, Quibus addo *Monet. de decim. cap.5. nu.105. verſic. Prima cõcluſio, & nu.106. verſ. Secũda cõcluſio.*

Primò declara ad obtinendã dictam
præſcriptionẽ duorũ alterũ depoſcen-
dũ eſſe, primũ decurſum quadraginta
62 † annorũ cum titulo iuſto, vel proba-
bili, alterũ, tempus cuius initij memo-
ria probari nõ poſſit *c.1. de præſcrip. in 6. Rebuff. de decim. q.13. n.81. Guttier. Canon. quæſt. lib.2. cap.21. nu.67. verſic. At verò, Monet. d. cap.5. num.111. verſic.* Quarta concluſio, *Mareſcott. Var. lib.2. cap.95. num.22. verſic. Præterea.*

Subdeclara hanc primam declara-
63 tionem procedere † reſpectu Eccleſiæ
non parochialis cõtra Eccleſiam paro-
chialem, quia tunc requiritur quadra-
genaria cum titulo iuſto, vel probabili,
vt prædiximus; ſecus verò quando agi-
tur de præſcriptione ad fauorem vnius
Eccleſiæ parochialis cõtra aliam paro-
chialem, vel vnius Eccleſiæ non paro-
chialis

Digitized by Google

chialis contra aliam non parochialem,
64 quia tūc ſola quadragenaria † ſufficit,
Mareſcott. Var. d cap. 95. num. 23. verſic. Quod intellige, vbi teſtatur ſic in vtroque caſu fuiſſe deciſum.

Secundò declara, quod quādo dicta
65 præſcriptio † habet cōſuetudinem annexā ſufficiūt quadraginta anni, etiam ſi contra Pōtificem, vel Eccleſiam Romanam præſcriberetur, *Couar. variar. reſolut. cap. 17. nu. 8. verſ. Decimò*, quem ſequitur *Guttier. vbi ſupra nu. 65. verſ. Eſt tamen*, vbi reſpondet, & declarat contrarium ſuſtinentes.

Declara tertiò, quo ad quotam deci-
66 marū, † quia hæc præſcribi poteſt, ſecus verò quo ad libertatem nō ſoluēdi totam decimam, quia hęc prẹſcribi non poteſt, etiamſi per mille annos cōſtaret, non fuiſſe decimā ſolutam, *c. cauſam, & ibi DD. omnes de præſcript. Triuiſan. in deciſ. ſua ciuil. 29. n. 15.* etiam ſi à perſonis religioſis hoc prætenderetur, *Mareſcot. Var. reſolut. d. c. 95. nu. 28. & nu. 30. verſ. Et quod talis libertas*, vbi ſupradictos, & alios allegat, addo *Guttier. Can. quæſt. d. lib. 2. cap. 21. nu. 61. verſic. Laici verò, & num. 63.* vbi hanc * communem appellat.

67 Contrarium tenet † *Guttier. vbi ſupra num. 64.* vbi hanc in puncto iuris * dicit, veriorem, * maximè ſi miniſtris ſpiritualia miniſtrantibus congrua, & ſufficiens ſuſtentatio non deficiat, vt ibi ſubdit *verſ. Et profectò*, nec in praxi hoc ſuppoſito difficile eſſet id obtinere, vt vidimus in quamplurimis locis, & præcipuè in huius Regni partibus, in quibus ſolutioni decimarum eſt le-
68 gitimè † præſcriptum per tempus immemorabile, & ex antiquiſſima conſuetudine decimæ non ſoluuntur, nec in totum, nec in aliqua parte. *ſed vide infra num. 85.*

Limita ſecundò, quando ex cōſuetu-
69 dine ſolutio † decimarum nō debetur, etenim, cum ex ea hoc introduci poſſit, nec laici, nec clerici ex conſuetudinis vigore poſſunt compelli ad earū ſolutionem, *Leon. in prax. Eccleſiaſt. in tit. de decim. cap. 27. nu. 7. & nu. 11. Mareſcot. Var. reſolut. cap. 54. nu. 5. & 6. verſ. Nam licèt, Guttier. d. cap. 21. num. 65. & 66. d. verſ. Eſt tamen, Monet. in d. tract. de decim. d. cap. 5. nu. 87. verſic. Prima concluſio*, vbi præter ſupradictos alios allegat.

70 In lege enim noua, quando † de ſolutione decimarum quæſtio habetur, cōſuetudini ſtādum eſt, vt inquit *Mareſcot. vbi ſupra d. nu. 6. verſ. Et quamuis.*

Primò declara hanc ſecundam limi-
71 tationem, quod ad inducendam † dictam cōſuetudinem ſufficiunt quadraginta anni, *Guttier. d. cap. 21. d. nu. 65. Mareſcot. vbi ſupra num. 23. & num. 24. Leon. in prax. Epiſcop. in tit. de decim. nu. 46. verſic. Quæ conſuetudo.*

Secundò declara, quod ad inducen-
72 dam † dictam conſuetudinem non requiritur titulus, neque bona fides, *Guttier. vbi ſupra d. num. 66. verſic. Nec ad conſuetudinem*, * vbi hoc dicit eſſe receptum ab omnibus.

Tertiò declara procedere quo ad
73 quotam † decimarū, ſecus verò quo ad totam decimam nō ſoluēdam, quia hęc conſuetudo non valet, *Rebuff. de decim. q. 13. num. 40. Monet. d. cap. 5. num. 87. verſic. Prima concluſio, & num. 91. verſic. Ratio eſt*, quibus addo *Guttier. vbi ſupra num. 59. verſic. Hunc verò.*

Declara quartò, quo ad ſolutionem
74 decimarū † prædialium, quæ in totum tolli non poteſt, ſecus verò quo ad decimas perſonales, ſiquidem hæc cū ſint iure tantum humano, & non diuino introductæ, poſſunt conſuetudine in totum deleri, *Monet. vbi ſupra d. cap. 5. num. 92.* vbi hanc appellat communem ſententiam.

Digitized by Google

Declara quintò, quod quando agi-
75 tur de præſcriptione, † vel conſuetudi-
ne non ſoluendi decimas Monachus
debeat allegare conſuetudinem,& non
præſcriptionem, quia in allegatione
præſcriptionis debet probari de titulo,
& bona fide,vel de immemorabili; In
allegatione verò conſuetudinis, ſufficit
76 probare † quadragenariā abſque titu-
lo,vt diximus,firmat *Mareſcott.vbi ſu-
pra d.cap.95.num.29.*

Tertiò limita decimas petitas debe-
77 ri, † ſecus verò ſi ſuo tempore petitæ
non fuerint, quoniam de cætero peti
non poſſunt, *Rot.Rom. in deciſ.1.aliàs
25.de decim.in antiq. Pariſ.conſ.151.nu.
26.volum.3.& Addentes ad dictam de-
ciſ.Rot.* appellant eam mirabilem *D.
Thom. 2.2.quæſt.87.art.1.ad 5.& ibi
expreſſ. Caiet. Felin. cap. ſi autem num.5.
de reſcript. cum alijs concord. alleg. per
Monet. de decim. cap.6. num.21. verſic.
Secunda concluſio, Caputaq. deciſione 21.
& 244.*

78 Contrarium † ſuſtinet *Guttier.Can.
quæſt. dicto lib.2.cap.21.num.44.verſic.
Quinimò,* vbi dictum Pariſ. impugnat,
*Tap.de iur.Regni,c.92 in Annot,nu.7.*eſt
☞ cōmunis opinio, ✻ de qua Guttier.
vbi ſupra, & dictam Rotæ ſententiam
non eſſe tutam in foro conſcientiæ aſ-
ſeuerant *addentes ad d.deciſ.Rot. Mare-
ſcot. variar.reſolut.lib.2.cap.95.* & ſic re-
fert fuiſſe iudicatum *per Rot.Hiſpal.co-
ram Card. Pamphilio,* quibus accedant
*Germon.& Couar. adducti per Monet.
d.num.21.22.& 23.*

79 Conciliando ſupradictas † opinio-
nes declara ſupradictam primam pro-
cedere in decimis minutis, quæ in con-
ſideratione non habentur, adeo vt ſi
non petantur de cętero peti non poſ-
ſunt, vel in eo,qui in præſcriptione le-
gitima ſe fundat, & ita reſpondent in
conſimili, *Mareſcott.d.lib.2. eod.cap.95.*
vel quando conſuetudine,vel alia cau-
80 ſa ad euitandum † ſcandala peti omit-
tūtur, *vt per Monet.vbi ſupra ſub nu.23.*

Quartò limita, quando ſolutiones
81 decimarum authoritate † Summi Pon-
tificis fuerint remiſſæ, quia hoc caſu
ſolui non debent, *Tap.in conſtit. Quanto
cæteris nu.9.& 10.verſ.Imò poſſ[?], Leon.
in prax.Eccleſ.d.tit.de decim.nu.58.ver-
ſic.Secundò, & nu.61.verſic. Quamuis,
Guttier.d.cap.21.num.26.verſic.Imò,&
num.130.verſic. Sed priuilegiatum.*

Amplia hanc limitationem proce-
82 dere etiam † in Colonis, qui ratione
priuilegij conceſſi per Summum Pon-
tificem, vt ſupra eodem potiuntur be-
neficio, & priuilegio *Tap.de iur. Regni
dicto cap.93. in verbo, Comites,Barones,
nu.25.verſic. Et ſupradictis,& nu.28.*

Declara hanc ampliationem proce-
83 dere,dummodo priuilegium † ſit con-
ceſſum etiam reſpectu prædiorum,quæ
ad culturam conceduntur,Et ex verbis
priuilegiorum hoc appareat, *Leon.in d.
prax.eccleſiaſt.in d.tit.de decim. num.62.
verſic.Quo caſu,* vbi multos allegat.

Sublimita hanc quartam limitatio-
84 nem non procedere reſpectu † noua-
lium quando ſimpliciter priuilegium
conceſſum appareat, niſi aliter ex le-
ctura priuilegij obſeruandum ſit, *Gut-
tier. vbi ſupra d.num.130.*

Quintò limita in Regno Neapolita-
85 no,in quo † non in omnibus locis, ſed
in aliquibus Regni partibus debet ſol-
ui decima, ſecundum conuentionem
inter Regem Carolum Secundum, &
Archiepiſcopum Neapolitanum,vt te-
ſtatur *Tapia in d.conſt. Quanto cæteris in
verbo, procurent, num.19.*

Sextò limita,etiam ſi de decimis,&
modo eas ſoluendi,per rectorem Eccle-
ſiæ, cui ſolutio debetur compoſitio
facta fuerit, etenim ſi mortuo Rectore
debitor decimam diminutam voluerit
ſol-

Digitized by Google

ſoluere prætextu dictæ compoſitionis, debet omninò repelli, quia dicta com-
86 poſitio † abſque conſenſu, & Summi Pōtificis authoritate improbatur à iure *cap. venerabilis de confirmat. vtil. vel inutil. cap. ex multiplici de decim. Bertrād. conſil. 14. & conſ. 116. lib. 1. Rebuff. de decim. quæſt. 13. num. 19. & ſeq. allegati per Mareſcott. variar. reſolut. d. lib. 2. cap. 95. num. 31. & 32. verſic. Poteſt*, quibus addo latè adducta per *Monet. de decim. cap. 5. num. 123. & ſeq. verſic. Secunda concluſio*, & ibi ſecundum eum declara.

SVMMARIVM

AMPL. XXXV.

1 *Res iudicata quæ dicatur.*
Habet ſe per modum agentis num. 2.
Propriè dicitur quando non poteſt appellari num. 3.
Eſt ipſa cauſa deciſa num. 4.
Eius effectus eſt ipſa executio num. 5.
Executionem habet abſque partis citatione nu. 6. Licèt tutius ſit partem citare ſecundum alios num. 7.
8 *Appellandi tempus currit de momento ad momentum.*
9 *Non appellās dicitur acquieſcere ſentētiæ.*
10 *Conſenſus confirmat ſententiam.*
11 *Praxis, qua vtimur in his partibus pro executione rei iudicatæ.*
12 *Executio ſententiæ abſque partis citatione habet locum, quando ſit executio in eadem re.*
13 *Executio ſententiæ, quæ in rem iudicatam tranſitum fecit, habet paratam executionem, quādo eſt imploratū officiū Iudicis.*
14 *Appellatio à diffinitiua eſt deſerta ob non proſequutionem appellationis.*
15 *Sententia ob deſertionem appellationis eſt executioni demandanda parte citata.*
16 *Iudex poteſt committere executionem ſententiæ parti.*
Procedit, dummodo reſiſtens non reperiatur num. 17.
18 *Executio rei iudicatæ datur contra poſſidentem, etiamſi oppoſuerit retentionem melioramentorum.*
19 *Mareſcottus variarum reſolutionum declaratur.*
20 *Executio rei iudicatæ, quo ordine ſit facienda.*
21 *Executio conceditur contra perſonam, ſi nuncius referat, non reperiſſe mobilia.*
22 *Sententiæ duæ conformes in condemnatione expenſarum habent vim rei iudicatæ.*
23 *Res iudicata executionem meretur, etiam ſi ex actis iniqua appareat.*
Contrarium tenent multi, & opinio eſt verior num. 24.
25 *Iudicis negligentia impedit executionem ſententiæ.*
26 *Res iudicata exequutioni demādatur contra tertium, quando emit rem litigioſam.*
27 *Emptio rei litigioſæ eſt prohibita.*
28 *Sententiæ executio in ſummariſſimo poſſeſſorio non retardatur.*
In plenario poſſeſſorio executio conceditur, ſi appellatio admittatur quo ad effectum deuolutiuum num. 29.
Non procedit, quando duæ cauſæ complicatæ reperiuntur, & diuerſa capita continet num. 30.
31 *Decretum de migrando habet executionem paratam.*
32 *Sententia ſuper Saluiano, executioni demandatur non obſtante appellatione.*
33 *Aſſiſtentiæ remedium eſt deſumptum à Saluiano interdicto.*
Tria remedia competunt in aſſiſtentia numero 34.
35 *Sententia in cauſa aſſiſtentiæ non recipit appellationem.*
Procedit quo ad caput adiudicationis tantum num. 36.
37 *Aſſiſtentia debet concedi, etiam ſi inſtrumentum non ſit reaſſumptum in publicam formam.*

35 *Muſcatellus in praxi appellationis declaratur, & num.44.*
39 *Conſtituti clauſula differt à clauſula precarij.*
40 *Conſtitutum abſque præcario tam ciuilem, quàm naturalem poſſeſſionem transfert.*
41 *Modus transferendi poſſeſſionem vigore conſtituti, eſt fictus.*
42 *Conſtitutum liberat debitorem à reali traditione.*
43 *Præcarij clauſula ciuilem tantum transfert poſſeſſionem.*
45 *Executio rei iudicatæ, quando eſt propoſita actio in factum non conceditur.*
46 *Sententia lata per ſindicatores in cauſa ciuili non obſtante appellatione, habet executionem paratam.*
Procedit etiam quo ad expenſas num.47.
48 *Condemnatio expenſarum executionem non habet.*
Non procedit in iudicio executiuo nu.49.
Eſt facienda inſolidum contra condemnatos num.50.
Contrarium tenet Author num.51.
Culpa non poteſt eſſe indiuidua num.52.
53 *Culpa vnius ſocij nocet alteri.*
54 *Condemnatio expenſarum pendente appellatione poteſt taxari.*
55 *Executioni ſententia demandatur etiam contra hæredes.*
56 *Sententiæ duæ confirmatoriæ, ſiue tres conformes, habent executionem paratam.*
57 *Sententiæ latæ per Magn. Cur. Vicariæ, & per Reg. Aud. executioni demandantur, & num.58.*

AMPLIATIO XXXV.
In Sententia, & re iudicata.

An ſententia, & res iudicata habeat exequutionem paratam?

Vr. dec. Col. 87

1 RES iudicata † dicitur illa, quæ finem cõtrouerſiarum pronunciatione Iudicis accipit, quod vel condemnatione, vel abſolutione contingit, vt inquit *Modeſt. in l.1. ff. de re iudic.* & ibi præcipuè Iaſ. hæc enim
2 ſe habet per modum patientis, † ſententia verò per modum agentis, vt per eumdem *Iaſ. & Speg. relatum per Scard. in ſuo theſauro, in verbo, Res iudicata, folio mihi* 815. & propriè res iudicata
3 dicitur, † quando appellari nequit, *Gloſ. in cap. non ſolum de appellationibus in ſexto, Dec. in l. res iudicata ff. de re iu-*
4 *dic.* eſt enim ipſa cauſa deciſa, † ad differentiam ſententiæ, quæ Iudicis pronunciatio nuncupatur, vt per Iaſonem ibidem.

5 Effectus rei iudicatæ eſt ipſa exequutio, † *vt in rubr. ff. de re iudic. & effect. ſentent. vbi Caſtr. & Bart. relatus per Muſcat. in prax. appell. p.1. Gloſ. Demandatur in princip. Maur. Burg. de mod. proced. q.5. nu.99. verſ. Decimusoctauus caſus, cent.1.* de cuius nominis ſignificatione poſt *Marant. in ſuo Specul. par.6. in tit. Demum fertur ſententia nu.*138. adeundi ſunt, *Muſcatell. vbi ſupra, & Aſin. in ſua prax. §.31. c.2. per tot. fol. m.169. & in tract. de execut. §.1. cap.22. fol. m. 12. & Scard. in loco ſuperius citato.*

Quo verò ad propoſitũ, de quo ſermonem habemus, dicimus ſententiam, quę tranſitum fecit in iudicatum, adeò executioni demandandam eſſe, quod ipſo iure abſque aliqua interlocutione,
6 vel partis citatione † paratam executionem habet, *Doctores omnes in l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudic. vbi præcipuè, Alex. nu.30. verſ. Extra Gloſſam* alios recenſet, *& in l. meminerint C. vnde vi, Abb. in cap. cum cauſa, & Innocent. in c. cum ſuper de re iud.* quos refert *Caſſad. deciſ.6. Gratia ſubrogationis num.2. verſic. Nam quando,* Vbi hanc ex
* Bart. appellat magis communem, * de qua etiam *Alex. vbi ſupra, & Iaſ. d. num. in fine,* licèt ibi dicat tutius eſſe, partem

7 tem citare, vt valeat ſuas proponere exceptiones, & hanc cum Alex. veriorem appellat, licèt opinio Bartoli ſupra relata ſit crebriori ſententia recepta.

Hanc eandem Bartoli opinionem firmat *Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 3. verſ. Quæ regula*, vbi dicit, non eſſe retardandã executionem,
8 cum appellandi † tempus currat de momento ad momẽtum, & ad captionem pignoris procedendum eſt, atque ſi nulla eſſet interpoſita appellatio, quia res iudicata notorium inducit, *Aſin. in ſua prax. d. §. 31. cap. 2. num. 2. verſ. Quæ quidem, & in §. 7. cap. 5. limit. 9. num. 1. cum allegatis*.

9 Non appellans enim infra † decem dies, acquieſcere dicitur, *Abb. quæſt. 6. nu. 15. Gram. deciſ. 24.* & cum Abb. pertranſit *Bart. in l. 1. C. de poſtuland.* Et
10 talis conſenſus illam confirmat † idem *Bart. in l. 4. C. de ſent, quæ ſine cert. quantit.* Et ex illa oritur obligatio, *idem in l. Iulianus 60. num. 25. ff. de condictio. indebit.*

Et remiſſiuè firmat *Muſcat. in praxi appellat. par. 1. Gloſ. Demandatur, vbi num. 21. verſ. Practica eſt*, poſt hinc inde relata, hanc firmat praxim, & ſic ſeruari teſtatur in Magn. Cur. Vic. vbi etiam ſic ſeruatum vidimus, præuio tamen decreto, quo declarari debet, ſententiam feciſſe tranſitum in rem iudicatam, executionique eſſe demãdandam, & literas executoriales expediendas, &c. quo decreto prolato abſque aliqua partis citatione, ſtatim ad eius executionem eſt procedendum, & ſic
11 obſeruamus † in praxi etiam in his partibus, vt inquit etiam *Muſcat. vbi ſupra nu. 22. verſ. Prima*, ſic etiam ſeruari de ſtilo Rotæ Rom. teſtatur *Grauat. ad Veſtr. lib. 8. in fin. num. 26. Poſt Gomeſ. in Reg. cancell. de ſubrog. collect. quæſt. 4. verſic. Ratio eſt*, vbi de * communi.

Et licèt *Caſſador. d. deciſ. 6. d. num. 2. & Alex. in d. §. in venditione ſub num. 31. verſ. Vltima fuit*, vbi hanc magis * communem * appellat, declarent
12 procedere quando † in eadem re, ſuper qua iudicatum eſt, executio fit, Nihilominus apud nos indiſtinctè ſeruamus, quæ ſuperius retulimus, vt teſtatur etiam idem *Muſcat. vbi ſupra num. 21. & part. 2. Gloſ. vlt. nu. 7. verſ. Sed quæro*.

Quod eò magis procedere videtur,
13 quando † Iudicis nobilis officio implorato apparitor deſtinatur, vt pignora capiat, & diſtrahat, *Iaſ. in l. in iudicati in princip. ff. de re iudic.* quem refert *Aſin. in prax. iudic. §. 31. cap. 2. num. 6. verſic. Aliud verò*, & dicemus latius infra hac eadem *ampliat. de re iudic. ampliat. 10. num. 45.*

Declara hanc opinionem non pro-
14 cedere, quando infra † decem dies eſt appellatum à diffinitiua, & appellatio eſt deſerta ob non proſecutionem infra ſpatium quinquaginta dierum ſecundum conſtitutionem huius Regni, Appellationum tempora, numerandorum à die interpoſitæ appellationis, *Muſcat. par. 1. Gloſ. proſequend. nu. 10. & 18.*

Siquidem ſententia ob appellatio-
15 nis † deſertionem, executioni demandari non poteſt, niſi parte prius notificata, *Bald. in l. fin. in fin. per illum tex. C. de temporib. ad appelland.* quem refert, & ſequitur *Alex. in d. §. in venditione num. 32. verſic. Quam limita, Aſin. vbi ſupra d. §. 7. cap. 5. limit. 9. num. 2. verſic. Hæc autem*.

Et quod ſupra firmauimus, limitare, & declarare poteris per ea, quæ tradit *Muſcat. in d. Gloſ. demandatur à nu. 21. vſque ad num. 29.* & ante eum, *Alex.*

in

in d. §. in venditione à num. 32. vſque ad num. 37. & melius *Aſin. vbi ſupra,* & ibi limitat quatuor modis *num. 2. 3. & 4. vſque in finem.*

Amplia primò Iudici eſſe permiſ-
16 ſum † committere parti habenti rem iudicatam, quod propria authoritate ingredi poſſit poſſeſſionem rei, ſuper qua eſt iudicatum, quando ſententia tranſitum fecit in rem iudicatam, vt ☞ eſt communis ✱ opinio, de qua *Caſſador. d. deciſ. 6. num. 3. & 4. verſ. Item poteſt cum allegatis, & productis, Aſin. in prax. iudiciar. §. 31. ampliat. 2. tert. ampliation. principal. num. 1. & 2.* vbi moderat ita procedere, dummodo
17 † reſiſtens non reperiatur, ad euitandum ſcandala, quæ oriri ſolent, & mera executio committatur, & ibi de ☞ communi ✱ teſtatur, poſt alios allegatos *Cagnol. in l. non eſt ſingulis 137. num. 5. de reg. iur.*

Secundò amplia, vt ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, debeat exe-
18 cutioni demandari † contra poſſidentem, non obſtante quod retentionem melioramentorum oppoſuerit, quandoquidem, ſi melioramenta non ſunt liquida, neque probata, debet executioni demandari cum cautione de ſoluendo melioramenta, prout fuit deciſum per *Rotam Roman. diuerſ. in vna Parmenſ. Vall. part. 3. lib. 1. deciſ. 106. Fuit dubitatum; Plenius per Cartar. in deciſ. Rotæ Gen. 15. per totam* vbi hinc inde adductis, ſic teſtatur fuiſſe deciſum, & ſic puto eſſe intelligendum
19 † *Mareſcottum var. reſolut. lib. 2. cap. 112. num. 18.* Niſi incontinenti probatum fuerit de melioramentis, in quo caſu debet opponens audiri, vt per *Rot. Rom. diuerſ. d. deciſ. 111. in fin. Mareſcott. Var. reſolut. d. cap. 112. num. 18. verſic. Octauò.* & vide quæ ſupra diximus *ampl. 26. princ. in fine.*

Sed in Regno indiſtinctè fit executio ſententiæ cum cautione ſupradicta *Vinc. de Franc. deciſ. 112. num. 17.* quem refert etiam *Mareſcot. vbi ſupra num. 23.*

Tertiò declara, & amplia, quod pro rei iudicatæ executione, primò ſit fa-
20 cienda † executio in rebus mobilibus, illiſque deficientibus in immobilibus; Non exiſtentibus, nec mobilibus, neque immobilibus in nominibus debitorum. Quæ omnia ſi deficiant ad perſonæ capturam eſt procedendum *d. §. in venditione, vbi Alex. Iaſon. num. 1.* ſequens eundem Alex. & alios recenſet, Et ſi ordo peruertitur pars grauatur, vt per eundem *Iaſonem ibidem nu. 19. verſic. Ego etiam teneo contra Bartolum, Muſcat. in prax. appellat. part. 3. Gloſ. deſtinabitur nu. 2. verſic. Quo ad primum, vbi ſub nu. 5.* poſuit obſeruātiam Sacr. Reg. Conſ. & Magnæ Curiæ Vicariæ quoad ordinem procedendi.

Declara hanc tertiam ampliationem, quod licèt de iure prædicta vera ſint in executione rei iudicatæ, in alijs
21 † de conſuetudine poteſt actor eligere quod maluerit, maximè, ſi nuncius referat nō reperijſſe bona mobilia *Manſuer. in prax. in tit. de execut. & ſubhaſt num. 8. verſ. Item quamquam folio mihi 260.*

Amplia, & declara quartò duas cōformes in cōdemnatione expenſarum
22 † latas, ex quibus conſtat eaſdem expenſas fuiſſe liquidatas, vim habere rei iudicatæ, adeo quod executionem paratam habere dicantur, vt inquit *Bart. in l. ab executore ff. de appellationibus,* & ita fuit deciſum in vna Romana expēſarum culturæ, *vt in deciſ. 79. Fuit reſolutum procedendum part. 4. diuerſorum fol. m. 30.*

Quintò amplia, & declara, etiam ſi
23 ſententia † ex eiſdem actis iniqua ap-

pareat,

pareat, putà quando eſt dictum in ſen-
tentia, vt eſt per teſtes N. de N. proba-
tum, quia etiam ſi appareat ex proceſ-
ſu non eſſe probatum per dictos teſtes,
ſentẽtia meretur executionem, ex alijs
enim rationibus Iudex moueri potuit,
Bald. in l. 1. C. ne fil. pro patr. & eſt ma-
* gis communis * opinio, de qua *Afflic.*
deciſ. 29. nu. 8. verſ. Sed contraria, &
ita teſtatur fuiſſe deciſ. *Caualcan. de-
ciſ. 45. Reuerendus Gaſpar. ſub num. 12.
circa medium ſub hoc ſigno *.*

24 Sed contra † dictam deciſionem ſu-
ſtinet expreſsè *Vrſill. ibidem,* aſſerens
ſententiam ſupradictam, vel ſimilem
nullam eſſe, & ideo executionem pa-
ratam habere nequit, & hanc appellat
veriorem, & Afflict. alibi * contra-
rium aſſeuerare, & contra eundem Af-
flictum determinat *Rota Roman. diuerſ.
deciſ. 77. ſententia dicitur,* vbi negli-
25 gentia † Iudicis ſaltim ex eiſdem actis
probatur, & ideo impedit executio-
nem, & hanc eandem ſequitur *Afin. in
prax. iudic. §. 31. cap. 2. ampliat. 1. & li-
mit. 5. Rota Roman. in deciſ. 225. Ber-
nardinus,* & Andreas *in fine recollect.
per Cenc. in tract. de cenſib. fol. m. 411.*

Sextò amplia, & declara ſentẽtiam,
quæ tranſitum fecit in rem iudicatam
26 etiam contra † tertium eſſe exequen-
dam, quando ille tertius rem eandem
litigioſam emit, quandoquidem, cum
27 huiuſmodi emptio ſit prohibita, † me-
ritò executio eiuſdem ſententiæ contra
eundem tertium conceditur, vt ex mul-
tis firmat *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.
26. num. 9. verſ. Quæ tamen,* vbi etiam,
optimè declarat caſus, in quibus ſen-
tentia contra tertium exequi poteſt, &
in deciſ. Lucenſ. 56.

Septimò amplia in iudicio poſſeſſo-
28 rio † hoc enim ſiue ſummariſſimum,
ſiue plenarium exiſtat, quo ad decre-
tum in ſummariſſimo, & quoad ſen-
tentiam in poſſeſſorio plenario, debi-
tæ executioni demandandum eſt, cum
hac tamen differentia, quod in ſumma-
riſſimo appellatio tam de iure ciuili,
quam etiam de iure Canonico non ad-
mittitur, neque quoad effectũ ſuſpen-
ſiuum, neque quoad effectum deuolu-
tiuum, Quo verò ad plenarium poſſeſ-
29 ſorium ita executio † cõceditur, ſi ap-
pellatio admittatur, quoad effectum
deuolutiuum tantum, vt optimè decla-
rat poſt *Menoch. & alios recentiores
Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin. 20. per
tot. Giurb. deciſ. 101. num. 3. verſic. Sic
in poſſeſſorio, Lancellott.* alios allegat
*in tract. de attentat. par. 2. cap. 12. li-
mit. 25. num. 1. & num. 3. & 5. ex deciſ.
Afflict. 269. Maur. Burg. in tract. de
mod. proced. ex abrupt. cent. 1. cap. 5. nu.
12. verſic. Tertius caſus, Crual. commun.
contr. commun. quæſt. 15. per totam.*

Declara tamen nõ procedere quan-
30 do † in plenario poſſeſſorio duæ cauſæ
complicatæ reperiuntur; quarum vna
appellationem recipit, altera verò nõ;
hoc caſu tota cauſa appellabilis eſt,
dummodo capita ſententiæ prolatæ
non ſint ſeparata, quia tunc non dare-
tur complicatio *Giurb. vbi ſupra d. de-
ciſ. 101. per tot.*

Vnde licèt ſententia non poſſit pro
vna parte valere, & pro alia non va-
lere *text. in l. in hoc iudicio ff. fam. erciſc.*
quia eſt indiuidua, *Burſ. conſil. 176. nu.
40. lib. 2. Put. deciſ. 323. lib. 1. Gabriel.
conſ. 50. num. 2. vbi plenè lib. 1. Tiraquel.
de retract. conuent. ad fin. tit. num. 142.*
tamen fallit quãdo diuerſa capita con-
tinet, *vt per Tiraquell. vbi ſupra.*

Octauò amplia in decreto de mi-
31 grando, † ſeu vt dicitur de exfractan-
do, hoc enim iudicium cum ſumma-
riſſimum appelletur, *Caualcan. deciſ.
14. par. 1. Giurb. poſt alios relatos deciſ.
59. num. 19. verſic.* Reſpondetur, non

obſtante

obſtante appellatione paratam executionem habere debet, *Grammat. deciſ. 58. num. 15. Carocc. deciſ. 10. num. 34. Giurb. alios refert dicta deciſ. 59. nu. 21. verſ. Nec poterat.*

Nonò amplia in ſententia prolata
32 ſuper interdicto Saluiano, † in quo nõ retardatur executio per interpoſitionem appellationis, vt fuit deciſum per Rot. Roman. de qua deciſ. teſtatur *Lancell. in tract. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 25. num. 1. verſic. Et in ſpecie*, ſic etiam per eandem Rotam teſtatur fuiſſe deciſum *in vna Reatin. Scappucc. in tract. de Salu. interd. lib. 3. quæſt. 6. in fin. Mareſc. variar. reſolut. lib. 2. cap. 117. num. 31. & 32. Verall. deciſ. 106. part. 3. Gratian. deciſ. 52.* vbi teſtantur, ſic etiam fuiſſe deciſum.

33 A quo interdicto Saluiano † *ex l. 1. & l. fin. C. de Salu. interd.* eſt deſumptum remedium aſſiſtentię, quo in Regno paſſim vtimur, vt inquit *Vinc. de Franc. deciſ. 80. num. 15. in fin. Muſcat. in prax. appellat. par. 1. gloſ. 1. nu. 139. Rouit. in prag. 1. de aſſiſtentia num. 17. verſ. In hoc tamen*, ex qua tria remedia
34 competunt, † nempè hipothecaria, Saluianum, & remedium *l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. Capic. deciſ. 51. num. 31. Aſflict. deciſ. 384. alleg. per Rouit. vbi ſupra num. 20. verſi. Quod autem*, & à
35 ſententia aſſiſtentiæ † in Regno non appellatur ad effectum ſuſpenſiuum, & propterea non obſtante appellatione executioni demandatur, præſtita tamen cautione in caſu retractationis, vt præcipit *Reg. prag. 2. ſub titulo de appellationib. vbi Rouit. Muſcat. d. par. 1. gloſ. 1. num. 135. verſic. Similiter, & num. 136. & ſeq. verſic. Quartum priuilegium.*

Primò declara, quod licèt aſſiſtentia per ſententiam præſtetur cum adiudicatione in forma, & facultate venden-

facit idem. Riccius collect. 1719. par. 5 fol. 80

di ad creditoris electionem, *Rouit. d. prag. 1. de aſſiſtent. nu. 33. in fin.* & forma ſupradicta extendatur, videlicet facto apretio dicta bona adiudicanda eſſe, prout præſenti decreto adiudicantur pro pretio appretiando, & faciendo per expertos, vt per eumdem *Rouit. ibidem num. 37. verſ. Et communi-*
36 *ter*, tamen executioni † demandatur quoad effectum adijudicationis tãtum, *Vinc. de Franc. dec. 120.* & ita paſſim obſeruamus, vt inquit etiam *Rouit. d. prag. 2. de appellat. num. 1. Ricc. in collect. deciſ. par. 1. collect. 175. circa medium verſic. Quartur.*

Primò amplia, vt dicta aſſiſtentia
37 debeat præſtari † etiam ſi inſtrumentum non eſſet reaſſumptum in publica forma ſecundum conſtitutionem Regni inſtrumentorum robur, etiam ſi ſint mortui Iudex, Notarius, & Teſtes, quando vxor illam petijt pro eius dote, etiam ſi in inſtrumẽto non ſit appoſitum conſtitutum, & præcarium, *Miniad. deciſ. 5. Ricc. vbi ſupra part. 4. collect. 1421. in fine.*

Contrarium affirmat *Muſcatell. in d. prax. appellat. part. 1. gloſ. 1. ante num. 159. verſic. Nec demum, & num. 160. verſic. Sublatis*, vbi concludit non eſſe nec petendam, nec præſtandam aſſiſtentiam, quando in inſtrumento non eſt appoſita conſtituti, & precarij clauſula.

Sed dictã Muſcatelli opinionem non
38 aſſentior eſſe † recipiendam, prout ipſe loquitur, Etenim eius dictum non eſt diſtinctum, prout Reg. Prag. 1. de aſſiſtentia præcipit; permittit enim aſſiſtentiæ locum eſſe, quando in inſtrumento adeſt bonorum obligatio, pactum de capiendo, ac precarij cõſtitutio, & propterea dum petitur vigore inſtrumenti, ſufficit in eo appoſitam eſſe conſtitutionem precarij, & ſic ſimplex

plex

plex precarium, non autem conſtitutum,& precarium ſimul, hi enim termini ſunt diuerſi inter ſe; Quoniam aliud eſt conſtitutum, aliud verò pre-
39 carium, clauſula enim conſtituti † intelligitur in illis verbis, *Conſtituit ſe nomine N. de N. poſſidere,* nec precarium in eius appoſitione continetur,clauſula verò precarij comprehenditur in illis verbis, *Conſtituit ſe precario nomine poſſidere;* vt rectè ſenſit *Capic.deciſ.14.num. 15.verſ.Tum etiam quia, Bald.conſ.482. Magnifici viri ſub num.9. verſic. Quartus paſſus vol.1. Mandoſ. ad pract. Papienſ. in forma libelli in cauſa venditionis, in verbo,conſtituens,* vbi plenè cum allegatis, & *in forma poſit.action.in verbo, Item quod præfatus, ſub nu.6, Tiraquell, in tract. de iur. conſtit.num.4. verſ. Illud autem, in princip.*

40 Conſtitutum abſque precario † tam ciuilem,quàm naturalem poſſeſſionem & dominium transfert, *vulg.l.quod meo ff. de acquir. poſſ. Caſtr. conſ.10, num.3. verſic. Et breuiter, vol.1. Alex. conſil. 161.n.1.verſ.... lib.6.Burſat.conſ.151. num.43. lib.2. Capic. d, deciſ.14. nu.16, verſic.Sed per conſtitutum,Grammat.deciſ.92.num.21.22.& num.23, Roland. conſil.51.num.12. & num.22. volum. 2. Oſaſc. deciſ.133.num.6. Peguer.deciſ. 48. num.7. verſ. Quæ non ſolum, Rota Ian. deciſ.13.num.12. verſ. Hinc inde, Pract. Papienſ. & Tiraq. in locis commemoratis vbi ſupra, Menoch. in tract. de adipiſcend. poſſ. in l.3. C. de pignor. remed.5. num.36. verſ. Quæro ſexto. Hector. Felic. allegat. 54.nu.7. par.1. Corbol. tract. de emphit.in tit. de cauſ.priuat. ob alienat.irrequiſ. dom.ampliat.30.num.* 30. vbi innumeros allegat, & hanc ☞ communem ⁎ appellat.

Licèt modus transferendi ſit fictus
41 † *l.certè §.1. & §.2. ff.de precar,* vt firmat idem *Corbol.ibidem ſub nu.1.Giurb. deciſ.112.nu.11.verſ. Realis,* vbi multos alios adducit.

Et liberat debitorē à reali traditione,
42 † iuris tamen, ſed non facti, ſecundum ⁎ magis ⁎ receptam ſententiam, de qua ☜ *Giurb. ibidem num.10. verſ. Quia conſtitutum, Capic. d.deciſ.14.num.14.*

43 Precarij verò clauſula † tantum ciuilem, ſeu fictam trāsfert poſſeſſionem *l. & habet §. eum qui precario ff. de precar. Cap. d. deciſ.14. num.16. verſ. Ideo dicit Guid. Pap. deciſ.509.n.2. vbi etiam addentes, Addentes etiam ad pract. Papienſ. in d. forma libelli, in cauſa vendit. in d.verbo, Conſtitutus, cum ibi adductis, & vide quæ ſupra retulimus in ampl.6. princ. num.78.& ſeq.* Ex quibus apparet, quod conſtitutum in cōtractu perfecto, & abſoluto, precarium verò in imperfecto apponi debet.

Vnde in remedio aſſiſtentiæ ſufficit,
44 † precarium habere, nec opus eſt conſtituto, & precario ſimul, vt videtur ſentire *Muſcatell. vbi ſupra.*

Secundò declara, vt agens iudicio aſſiſtentiæ, quod etiam hipothecariam comprehendit, vt diximus ſupra poſſit vnicum poſſeſſorem, & non omnes pro rata conuenire, vt *eſt text.in l.Moſchis ff. de iur. fiſc. vbi Bart. Couar. var. lib.3.cap.7. num.7. Iaſ. in §. Item ſi quis in fraudem num.128. inſtit. de act.* quos cum alijs ita firmando adducit *Fach. contr. iur. cap.47. lib.2. fol. m.219.* de qua re vide *latius ampliat.6. princ. numero 41.*

Decimò amplia, & declara proce-
45 dere, quando Iudicis † officium intentatur, ſecus verò quando actio in factum proponitur, ſiquidem in primo caſu ſententia executionem meretur in ſecundò verò nequaquam *l. minor la penult. vbi Bart. in princ. ff. de minor. Cum. in rit. Sicil. cap.7. num.19. Graſſ. in tract. de except. in præludijs nu.6. & 7. verſ.*

verſic. Secundò limita, vbi alios allegat,
Idem Cum. cap. 19. num. 116. verſic. 2.
& optima ſerie declarat *Aſin. in praxi*
iudiciar. §. 31. cap. 2. nu. 3. 4. 5. & 6. verſ.
Executio tamen.

Vndecimò amplia in ſententia lata
46 per ſindicatores † contra officialem
ſindicandum in cauſa ciuili, hæc enim
non obſtãte appellatione executionem
paratam habet, præſtita tamen cautio-
ne in caſu retractationis, vt præcipit
Reg. Prag. regiæ dignitati de ſindica-
tu official. *vbi etiam Rouit. nu. 65. verſ.*
Demum Nigr. in cap. Regni Item ſtatui-
mus in rubr. de ſindicatu, Carab. in prax.
ſindicatus part. 2. nu. 119. folio m. 152.

Subamplia hanc vndecimam am-
pliationem, etiam quoad expenſas fa-
47 ctas per querulantes † officiales in eo-
rum ſindicatu, quoniam licèt condem-
48 natio expenſarum † executionem non
habeat, etiamſi eſſet ſententia ſacr.
Reg. Conſ. vt per *Afflict. deciſ. 358. in*
fin. quem refert *Rouit. in reg. prag. 1.*
num. 11. verſic. Sed dato in tit. de expen-
ſis, & in cauſa ſindicatus hoc firmat
Carab. vbi ſupra, tamen ſindicandus non
admittitur ad appellãdum, niſi expen-
49 ſas ipſas reficiat, vt præcipit reg. prag.
2. de expenſis, & in quolibet iudicio
executiuo hoc idem eſſe affirmat *Coler.*
de proceſſ. execut. part. 3. cap. 9. in fin.
fol. m. 688.

Declara hanc ſubampliationem, ꝙ
hæc expenſarum executio inſolidum
50 † ſit facienda, non autem pro rata, vt
ex pluribus rationibus concludit no-
uiſſimè *Rouit. d. reg. prag. 1. nu. 65. verſ.*
Ego autem, vſque ad finem.

51 Contrariam partem, † quod plures
ad expenſas condemnati non tenean-
tur inſolidum, ſed pro rata, etiam ha-
bita conſideratione doli, & culpæ, ſu-
ſtinet *Coſt. de port. rat. quæſt. 138. num.*
17. & 18. verſic. Nec vim facit, vbi
concludit ex nulla lege, & ratione per-
52 mitti culpam eſſe indiuiduam, † vel
effectum obligationis indiuiduæ habe-
re, ad hoc allegat *Caball. in tract. de di-*
uid. & indiuid. part. 3. num. 199. & ibi
hanc quæſtionem perbellè examinat,
& ratio ſupradicta ab eodem Coſta
perpenſa mihi magis arridet, niſi aga-
53 tur de duobus ſocijs, in quibus † vnius
culpa alteri noceat, vt per eumdem
Coſt. ibidem num. 19. verſ. Sed pro rata.

54 Amplia duodecimò in taxatione
expenſarum iudicialium, in quibus vi-
ctus fuit condemnatus; nam ex Iudi-
cis officio parte non citata, & penden-
te etiam decendio indulto ad appellan-
dum à ſententia prolata citra iuris or-
dinem taxari poſſunt, *Cum. in rit. Regni*
Sicil. cap. 4. nu. 10. Lancell. in tract. de at-
tent. part. 2. cap. 12. limit. 11. Alios re-
fert *Maur. Burg. in tract. de modo pro-*
cedendi ex abrupto quæſt. 5. nu. 158. ver-
ſic. Sexageſimusprimus caſus cent. 1.

Tertiodecimò amplia ſentẽtiæ exe-
55 cutionem † ne dum contra in ſñia no-
minatũ eſſe relaxandam, verũ ẽt contra
eius hæredes, dũmodo hæredes citẽtur,
Foller. in prax. cenſ. verſic. Tamquam res
iudicata nu. 14. & eſt communis * opi-
nio, de qua poſt dictum Foller. & alios
teſtatur *Aſin. in prax. iudiciar. §. 31.*
ampliat. 16. limit. 9. fol. mihi 173. etiam
ſi exequutio fieri debeat in eadem re,
quia nihilominus ſi contra ſucceſſorem
agitur citatio neceſſaria eſt, *Angel. in*
l. 1. C. de iudic. Aſin. vbi ſupra, qui etiam
alios refert, & de communi * teſtatur.

Decimoquartò amplia in tribus ſẽ-
tentijs conformibus, ſiue in duobus
confirmatorijs, quæ non obſtante ap-
56 pellatione † paratam executionem ha-
bere dicuntur, vt fuit deciſum per
Rot. Roman. in vna Romana domus, de
qua teſtatur *Verall. deciſ. 130. in fine*
part. 3. fol. m. 350. per text. in clem. 1. de
ſentent.

ſentent. & re iudicat. & in l.1. in fin. C. ne liceat tertiò prouocar. Giurb. deciſ. 14. *num.*8. *verſic. Sicut folio mihi* 85. vbi declarat procedere, ſi id à parte opponatur ex iuribus allegatis.

Declara hãc ampliationem nõ procedere, ſi aduerſus tres ſententias conformes fuerit petita reſtitutio in integrum, quia ſi hoc caſu appareat, ipſam reſtitutionem non eſſe per calumniam propoſitam, reſtitutio in integrum ſuſpẽdit executionem triũ conformium, vt firmat *Salic.in dicta l.*1.*in fin.C.ne liceat tertio prouocar.Steph.deciſ.*1.*de reſtitut, in integrum*, & hanc ex pluribus adductis ſequitur *Luc.Pæt.in prax. iudic. cap.for. in tit.de cauſ.reſtit. in integr. num.*21. *verſic.Contrariam*, eandemque ſententiam ſequitur *Hier. Laurent. in deciſ.*2. vbi declarat procedere, ſi executio eiuſdem ſententiæ eſt reparabilis, ſecus autem ſi irretractabilis appareat, hoc caſu eſſe impediendam executionem trium conformium, & in ea ſuperſedendum, donec prius fuerit cognitum de læſione affirmat ibi *num.*8. *verſic. Fuit concluſum, & Luc Pæt. vbi ſupra* reſpondent ad contrarium ſuſtinentes, & præcipuè ad *Bald. in d.l.*1.

Declara ſecundò procedere, dummodo non fuerit proceſſum ad executionem vltimæ ſententiæ ante petitam reſtitutionem, ſiquidem ſi executio eſt incepta, petita reſtitutione non obſtante, proceditur ad vlteriora, vt fuit deciſum *in d.deciſ.*2.*d.num.*8.*Alex. conſ.*62.*nu.*4.*&* 5.*& conſ.*223.*num.*5. *vol.*6. *Luc.Pæt. vbi ſupra num.*23.*verſ. Hæc limitatio*.

Decimoquintò ampl. in ſententijs
57 latis † per Magn.Cur.Vicar. in quibus non obſtante appellatione interpoſita, ſi ſummam ducatorum centum quinquaginta non excedant, debitæ executioni demandantur, vt præcipit *Reg. Prag.*3.*S.quo verò in tit.de offic.ſacr.Reg. Conſil.* præſtita tamen cautione in caſu retractationis, vt determinat ead.reg. Pragm. & latè concludit *Muſcatell.in prax.ciuil. Gloſ.condemnando num.*107. *verſic.Sextus caſus par.*7. *& in prax.appellat.par.*1. *Gloſ.ſententia ante nu.*134.

Decimoſextò amplia in ſententijs
58 latis per Regias Audientias † huius Regni, quæ etiam non obſtante appellatione pro quantitate ſupradicta executionem paratam habẽt ex identitate rationis per eãdem Reg.Prag.perpẽſa, præſtita eadem cautione in caſu retractationis, vt refert *Muſcatel.in d.Gl.ſententia nu.*134. vbi adducit aliam *Reg. Pragm* 7.*eod.tit.de offic.Sacr.Reg.Conſil.* qua diſponitur ſententias Audientiarum Calabriæ Hidrutij, Barij, Aprutij, & Baſilicate, executioni eſſe demandandas in quantitate ducatorum centum, aliarum verò Prouinciarum in ducatis quinquaginta, vt paſſim etiam obſeruamus.

SVMMARIVM

AMPL. XXXVI.

1 *Confeſſione propria nulla maior probatio.*
*Dicitur probatio probata, & potentior omnibus alijs num.*2.
*Probatio propriè non dicitur, ſed releuatio ab onere probandi num.*3.
*Alia iudicialis, quæ fit in iudicio alia extraiudicialis num.*4. *& num.*5.
*Iudicialis notorium inducit num.*6.
Habet vim rei iudicatæ in ciuilibus numero 7.
*Maior eſt probatione teſtium num.*8.
*Efficacior probatio, quàm publicum inſtrumentum num.*9.
*Facta in iudicio dicitur, quando coram Iudice pro tribunali ſedente num.*10.
*Non ſedente Iudice pro Tribunali non dicitur iudicialis num.*11.

Materia eius à quamplurimis Doctoribus tractatur num. 12.
Facta in iudicio de iure paratam habet executionem num. 13.
Confeſſus pro iudicato habetur num. 14.
Nullæ ſunt partes Iudicis in confeſſo numero 15.
Sententiam non requirit, nec telam iudiciariam num. 16.
Procedit ſiue fiat ad partis interrogationem, ſiue non num. 17.
Poteſt fieri in quacunque iudicij parte num. 18.
Debet fieri parte præſente, & acceptante, vt valere poſſit num. 19. *& numero* 20.
Hoc debet probari per teſtes num. 21.
Contrarium, quod non requiratur acceptatio, tenent multi num. 22.
In fauorabilibus non requiritur partis acceptatio num. 23.
Factam ſub vno constructu verborum non licet pro vna parte tantum acceptare numero 24.
Facta etiam coram Iudice non ſedente pro tribunali in Regno Neapol. valet nu. 25.
Ea facta, appellatio non conceditur nu. 26.
Contrarium tenent multi num. 27. *Sed declara num.* 28.
Liberatoria non requirit partis acceptationem num. 29.
Debet eſſe clara, certa, & indubitata numero 30.
Et quod agatur principaliter ad obligandum, vel liberandum num. 31.
Parte acceptante, non eſt locus reuocationi num. 32.
Ante partis acceptationem re integra reuocari poteſt num. 33.
Executio contra confeſſum non relaxatur, quādo is vult præſtare fideiuſſionē n. 34.
Rei feudalis debet fieri coram Domino, & cum cauſa num. 35.
Facta viua voce coram Senatoribus etiam non redacta in ſcriptis valet num. 36.
Facta per ſcripturam in iudicio deductam, valet etiam abſente parte num. 37.
Sed debet ſententia expectari num. 38.
39 *Inſtrumentum producens videtur omnia contenta in eo confiteri.*
Procedit idem in ſcriptura priuata numero 40.
41 *Scripturam nemo poteſt pro parte acceptare, & pro alia reprobare.*
42 *Scriptura ſi nullo modo valeat, probat contra producentem.*
Procedit in inſtrumento non ſolemni numero 43.
44 *Scripturam producens pro parte, & partibus non nocet quo ad contenta contra producentem.*
Contrarium tenēt multi, & verius n. 45.
46 *Confeſſio iurata plenè probat, & executionem habet.*
Extraiudicialis geminata habet eundem effectum num. 47.
Procedit etiam ſi fiat ſine cauſa nu. 48.
Habet locum ſi fiat parte præſente numero 49.
Contrarium tenent multi num. 50.
Geminata quando dicatur num. 51.
Procedit quando fit geminata ex interuallo num. 52.
Extraiudicialis ſemiplenè probat nu. 53.
Non procedit de iure Canonico, ex quo plenè probat maximè ſi ſolutionem contineat num. 54.
Si fiat ex cauſa depoſiti plenè probat n. 55.
Maximè, ſi iuramētum interuenit n. 56.
Non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ in confeſſato num. 57.

AMPLIATIO XXXVI.
Etiam in confeſſo.

An confeſſus ſtatim carcerari poſſit?

1 NVLLA in iure reperitur maior probatio, † quàm proprij oris confeſſio, *vulg. l. cum te cum ſimilib. concord.*

cord.C.de probat. & quãuis dicatur pro-
batio probata, & omnibus alijs proba-
2 tionibus † potentior *l.fin.C.de fideicom.*
Grauat.ad Veſtr.in prax. lib.5.cap.16.
num.9.verſic. Hæc autem.

Propriè tamen nõ dicitur probatio,
3 ſed releuatio † ab onere probandi, *Dec.*
in rubr. de probat.num.27. vbi alij Ca-
noniſtæ hoc notant, *Rot.Ian.deciſ.127.*
☞ *nu.6.verſ.Et ratio,* communem * li-
cèt ſuſpectam appellat, *Grauat. vbi ſu-*
pra num.11.verſ.Quod quidem, & hanc
crebriori calculo receptam, poſt hinc
inde relata, ſequitur *Kircou. receptar.*
ſentent.cent.1.concluſ.99.in verb.confeſſ
* *Cherian.relat. in comm.opin.* * *ſintagm.*
☞ *in verb. Confeſſio, vol.1. fol.mihi 174.*
vbi de communi teſtatur *Flau.Tort.*
ad ſtat.Pap.2.num.59. folio mihi 224.

Hæc autem confeſſio alia eſt, quæ fit
4 in iudicio, † iudicialis nuncupata, de
qua *in l.1.C.de confeſſ.* alia verò, extra
5 iudicium, extraiudicialis † appellata,
quæ emittitur inter viuos, vel in vltima
voluntate, vt *per Bart.in repet.l.genera-*
liter 12. in princip. verſic. Et quia C.de
non numer.pecun.

6 Iudicialis notorium † inducit *c.olim*
de verbor.ſignif. Grammat.deciſ.31.n.8.
verſ. Quod notorium, & deciſ.36.verſic.
Et quod, Afflict.deciſ.372.num.8.verſic.
Quia Graſſ. de exception. except.14.n.2.
Cum.in ritu Sicil.c.37.nu.33.verſ.Item
confeſſio, Grauat.ad Veſtr.d.c.16.nu.12.
verſ.Et talis, Cenc.de cẽſib.p.1.c.4.n.20.

Et vim ſententiæ, & rei iudicatæ
7 † habere dicitur, in ciuilibus nil aliud
expectans, niſi executionem *d.l.vnica C.*
de confeſſ. Afflict.deciſ.182.nu.8.verſ.
Item per dicta, Rot.Rom.dec.425.in nou.
relati per Graſſ. vbi ſupra num.3.verſic.
Ergo Hering. in tract.de fideiuſſor.cap.
23.num.36.verſ.Per Confeſſionem, vbi
alios refert *Grauat. vbi ſupra num.9.*
Maſcard.de probation.concluſ.344.nu.1.
Marc.deciſ.393.num.3.vol.1. Boiacoſſ. Mencin. de confeſſ. cap. 3 & fol. 83.
relatus in dictis ſintagm. in eodem vrb.
Confeſſio, vbi alios refert folio mihi 13.

8 Et maior eſt probatione † teſtium
Riminald.iun.conſ.125.nu.10.& 12.&
conſ.175.num.22. firmat Chartar.deciſ.
Genuenſ.131.nu.9.& 10.verſ.Idem ta-
men, Ricc.in deciſ.Archiep.Neap.172.nu.
5.lib.1. Cenc.de cenſib. d.cap.4. nu.22.

Et efficacior probatio inſtrumento
9 † publico, & cęteris probationibus ap-
pellatur *cap.1.de confeſſ.in 6. Iaſ. in l.*
cum te, la ſeconda nu.5.6.7. & 8. C.de
tranſaction. Rot.Roman.diuerſ.deciſ.98.
num.2.verſ.Imò, cum allegat.par.2. Ricc.
d.deciſ.172.num.4.verſ.Confeſſio, Cenc.
vbi ſupra.

Facta in iudicio, tunc dicitur quan-
10 do † coram Iudice pro tribunali ſeden-
te, & Magiſtro notario ſcribente pro-
palatur, *Abb.in c.fin.nu.17.de confeſſ.&*
in c.At ſi clerici num.6.de iudic.vbi Felin.
nu.1. quos cũ alijs ſic declarando refert
Graſſ.de exception.d.except.14.n.4.verſ.
Et dico.Cum.vbi ſupra n.36.verſ.Requi-
* *ritur,* qui de magis cõmuni * teſtatur. ☜

Quibus in locis annuunt confeſſio-
11 nem † factam in iudicio coram Iudice
non ſedente pro Tribunali, vel coram
Notario tantum, nõ eſſe appellandam
iudicialem *per Cum.ibid.nu.6. Bart.in l.*
cum ſcimus n.6.C.de agricol.& cenſit.lib.
11.Ricc.d.deciſ.172.in fin.plenè Trenta-
cinq. meus conciuis variar.reſolut.tit.de
confeſſ.reſolut.2.nu.3.& 4. par.2. folio
mihi 249. ſed videas inferius num.25.

Hæc confeſſionis materia tam ab anti-
12 quis, † quàm etiam à recentioribus
abundè fuit pertractata, in qua con-
ſtituerunt regulam cum ampliation. &
limitat. Nos aũt ad rem noſtram bre-
uiter eamdem materiam perſtringẽdo
in infraſcriptis caſibus collocabimus.

Primus itaque caſus erit, quando
confeſſio iudicialis eſt facta in iudicio,

hæc enim de iure communi paratam
13 † habet executionem *l.1. C.de confeſſ. vbi Gloſ.magiſtr. l.proinde* §.*notandum ff. ad leg.Aquil. l.ſi debitores,* & *l. poſt rem ff.de re iudic. Galleſ.ad formulam obligat. camer. num.10, verſic, Quæ confeſſio folio mihi 23.latè Trentac.vbi ſupra d.reſolut. 2.nu.3.verſic.In prima eodem lib.2.Burg. de mod.proced.ex abrupt. cent.1. quæſt.5. nu.14. verſ.Quartus caſus, Maſcard. de probation.concluſ.344.vol.1,Gabr.comm. concluſ.tit.de confeſſ. concluſ.1.* magis explicitè firmat *Cum. in rit.Sicil. cap.27. n.30.verſ.Secus,Grauat.ad Veſtr.vbi ſupra,Coler.de proceſſib. execut.p.3.c.1.n.9. verſ.Deciditur, Surd.deciſ.309.n.14.* & *15.verſ.Septimò, Marc.deciſ.393.nu.2. verſ.Quia vol.2.* & *nouiſſimè Mareſcott. var.reſol. lib.2.c.44.* cum alijs allegatis *Cenc.in d.tract.de cenſib. par.1.c.4.n.20.*

14 Etenim confeſſus in iure pro iudicato habetur, vt inquiunt iura ſuperius allegata, *Rot.Ianuenſ. deciſ.74. in cauſa Simonis,in princip. verſ.Et dicit, Grauat. ad Veſtr.lib.5.cap.16.n.9. Boer.deciſ.90. nu.8.verſ.Et idem.Cenc.vbi ſupra nu.24.*

15 Et nullæ ſunt partes Iudicis in eo, niſi ad condemnationem procedere *l. 1. ff.de confeſſ. Hering.de fideiuſſor. d.c. 23.num.37.verſ.Ideoque, Maſcard.vbi ſupra num.5.* & ibi affirmat,neque ſententia opus eſſe quando dicta confeſſio fuit facta in iudicio nullo præcedente proceſſu,quia hoc caſu nō requirit huiuſmodi cōfeſſio telam iudiciariā,*Frāc. Marc.dec.710.n.2.verſ.Nec obſtat vol.2.*

Et vt paratę executioni locus ſit ſuf-
16 ficit agnitio † debiti,vt poſt multos allegatos firmat *Giurb.deciſ.72.nu.32.*ex ore.n.tuo te iudico inquit Redemptor noſter *Lucæ c.19. Grauat.vbi ſup. d.n.9.*

Declara primò hunc caſum procedere, ſiue confeſſio enunciatiuè, vel diſpoſitiuè emittatur, ſiue fiat ad partis
17 interrogationem † *Gl.notabilis in d.l.1. circa fin. verſ.Illud nota C.de confeſſis,* & *ex Bald.*& *Coraſ.firmat Cum.in rit.Sicil. c.37.n.57.* & *58. verſ.Quartò videtur,*
18 vbi in dubio aſſeuerat pręſumi † cōfeſſionē eſſe emanatā ad interrogationē.

Declara ſecundò, vt hæc confeſſio poſſit fieri in quacūque iudicij parte,& tā ante,quàm poſt ſn̄iam,vt poſt *Bald.* & *Gl.in l.Iulianus ff.de cond.indebit. firmat Minſing.ſingul.obſer.cēt.1.obſer.49.*

Et de praxi interrogādi debitorem verba facit, *Coler. de proceſſ.execut. d. par.3.cap.1.num.9. verſic. Dubitatur.*

Declara tertiò concluſionem ſupra firmatam in ſupradicto primo caſu procedere duobus concurrentibus. Primò,
19 quod hæc cōfeſſio fiat † parte præſente,vt poſt ſupra relatos firmat *Theſaur. deciſ.109.in princ.Mareſcot.var.reſolut. lib.2.c.44.n.6.verſ.Sed animaduertendū.*

Secūdò requiritur,quod eadem pars
20 præſens † confeſſionem emanatam expreſsè acceptet, vt poſt cōmunem ſententiam firmat *Gabriel. vbi ſupra tit.de confeſſ. concluſ.2. Rot.Ianuenſ. deciſ.58. num.6.verſic. Vnde, Mareſcot.d.num.7.* vbi hāc ✱ ſentētiam crebriori calculo eſſe receptā affirmat *Lud.deciſ.Peruſ.9. nu.31.verſ.Prima, Viu.deciſ.23.num.6. verſic. Hiſque lib.1.* & *nouiſſimè, Flau. Tort.ad ſtat.Pap.2.n.61. verſ.Aduerte.*

Et quod hoc caſu teſtes debeāt pro-
21 bare † non ſolum confeſſionem factam eſſe parte præſente, ſed etiam expreſsè acceptante poſt *Alex. Iaſ. Beltran.* & *Pariſ.in locis commemoratis firmat Grauat.ad Veſtr. dicto lib.5. cap.16.num.14. verſic. Hinc.*

22 Contrariam partem † quod hoc caſu non requiratur acceptatio, ſed ſufficiat præſentia tantum poſt *Gabr. d.concluſ.2.* afferentem diſtinctionem ad ſaluandas contrarietates, tenet *Mareſcott. vbi ſupra nu.8.* & *num.12, verſic.An autem, Trentacinq. d.reſolut.2. num.5.*

Sed

Sed quod requiratur partis acceptatio frequentiori ſententia * firmat *Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 21. num. 6. & nu. 10. Cott. in memoriali in verb. Confeſſio*, eos refert *Grauat. d. lib. 5. cap. 16. num. 14. verſ. Quamquam*, & hanc eamdem abſque diſtinctione ſequitur *Ceual. comm. contr. commun. q. 16. n. 3. verſ. Sed contrariam poſt Guttier. de iuram. confirmat. par. 1. cap. 54. nu. 20.*

Primò ſubdeclara hanc declarationem, in fauorabilibus ſufficere partis præſentiam tantum, non autem acce-
23 ptationem † requiri, vt ex magis communi * ſuſtinet *Ludou. d. deciſ. Peruſ. 9. nu. 22. verſ. Contrariam. Cum. d. cap. 37. num. 50. & 51. verſic. Tertiò*, & hoc eſſe frequentiori Doctorũ calculo receptum, & in praxi ſeruatũ affirmat *Grauat. d. c. 16. nu. 14. verſ. Decius, Viu. d. deciſ. 23. nu. 7. & ſ. q. Trentac. Variar. lib. 2. reſol. 2. n. 5. verſ. Ego cũ hac, ti. de ſolution.*

Subdeclara ſecundò, quod quando
24 requiritur acceptatio, ſi confeſſio † eſt facta ſub vno cõſtructu verborum, vel ſub vno capitulo non eſt licitũ pro vna parte acceptare, & pro alia non, vt in hoc caſu ſolent fieri proteſtationes, firmat *Iaſ. in l. manifeſtè ff. de iureiur. Boer. deciſ. 243. nu. 3. verſ. Hoc, & deciſ. 339. n. 3.* vbi per eadem verba, *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 7. nu. 12.* cum alijs relatis, *Verall. deciſ. 186. nu. 2. verſ. Et in ciuilibus*, vbi teſtatur ſic in ciuilibus ſeruari per *Rot. Rom. & plenè Surd. dec. 258. per tot. ſol. m. 586.* vbi benè diſtinguit, *Franc. Marc. dec. 439. n. 6. et 3. verſ. Et ſic vol. 2.*

Limita hãc ſecũdam declarationem in confeſſione rei, quæ ſi fiat in iudicio poteſt acceptari, & diuidi per actorem in eo, quod pro ſe facit, & reſpui quod cõtra ſe continet, maximè ſi cõfeſſio ſit duplicata, vt per *Bald. in l. 2. nu. 4. verſ. Ex prædictis*, vbi affert optimam diſtinctionẽ *C. de donat. ant. nupt.* & ſicẽt ſingulariter notat *Petr. de Rauen. in ſingul. 94. Confeſſio rei*, & videas quæ ſuperius annotauimus *in q. 5. nu. 36. 37. & 38.*

25 Quartò declara eũdem caſum, quod licèt ſit verum cõfeſſionem iudicialem illam appellari, quæ fit corã Iudice pro tribunali ſedente, vt ſupra diximus, nihilominus, quia in hoc regno proceditur ſola facti veritate inſpecta *per c. deteſtantes poſitum inter ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 288.* vt inquit *Muſcatell. in prax. in princip. nu. 4.* Ideo confeſſio facta in iudicio etiam coram Iudice non ſedẽte pro tribunali executionẽ habere dr̃, cui determinationi cõueniũt tradita per *Menoch. de arbitrar. q. 61. & per Muſcat. in prax. appell. p. 1. Gl. poteſt ſub n. 42.*

26 Quintò declara confeſſionem iudicialiter propalatam, appellationem non recipere, quia confeſſus nõ appellat *l. 2. vbi etiam Bald. præcisè per illum tex. n. 6. verſ. Quæro C. quorum appellatio non recipiatur, Rip. obſeruat. 67. in fin. & obſeru. 279. n. 3. Afin. prax. ctu. §. 19. c. 5. n. 2. Coler. de proceſſib. execut. p. 4. c. 2. n. 22. Maſcar. de probat. cõcl. 345. n. 8. verſ. Secũdò.*

Contrariam partem, quod confeſſus
27 poſſit appellare, † tenet Salic. *in d. l. 2. num. 7. verſic. Quæro, Angel. in authent. Principales C. de iur. iur. propter calumniam, Caluol. in prax. §. Appellatio concluſ. 5. num. 25. verſic. Ampliatur.*

28 Sed prima opinio in terminis confeſſionis iudicialis verior * videtur, & cõtrarium ſuſtinentes loquuntur, vel in cõfeſſione extraiudiciali, vel ſine cauſa, in qua iuſtam rõnem appellans allegare poteſt, ſecundum ea, quæ refert *Dec. in c. cum ſpeciale §. porrò num. 3. extr. de appellat. relat. per Caluol. d. concluſ. 5. num. 26. verſic. Declaratur*, quia contra propriam confeſſionem non eſt quis audiendus, *Ricc. deciſ. Archiepiſc. 172. num. 3.* & ſuper notorio non admittitur appellatio, *Oldrad. conſ. 18. nu. 3. Marant.*

de ord.iudicior. par.6. de appellat. num. 175. quos commemorat *Coler. d.par.4. cap.2. num.20. verſic. Et quod.*

29 Sextò perſiſtendo in eadem facti ſpecie declara in confeſſione liberatoria, quæ cũ tẽdat ad aliquem liberandum, etiam ſi à parte non fuerit acceptata,& etiam ſi ſine cauſa fuerit emiſſa, liberat debitorem, ſaltim quo ad onus probandi,quod transfert in confitentem,vt ex pluribus hinc inde adductis reſoluit *Theſaur.deciſ.*109. vbi ex vtraque parte aſſeuerando magis ∗ communes pugnantium altercationes hanc cũ ſupradicto temperamento ſuſtinet cum allegatis, *Ceual.comm.contr.comm.q.16.in princip.verſic. Quæ quidem, Rot.Rom.diuerſor. deciſ.444. num.3. verſic. Quartò par.1. Ricc.in deciſ. Archiepiſc.75.nu.29. Minſinger. ſingular.obſeruat. cent.4. obſeruat.51. num.3. & 4. Trentacinq. d. reſolut.2. num.13. & ſeq.*

Septimò perſiſtendo in themate,declara omnes alias declarationes propoſitas procedere duobus cõcurrentibus.

30 primò,quod confeſſio † ſit certa clara, & indubitata, *Alex.conſ.*183.*n.7. Put. deciſ.30. lib.3. Rot.Rom. Diuerſor.deciſ.*121.*n.*18.*verſ.Præterea,* & diximus ſupra *ampliat.*13.*princip.nu.*10. Secundò, quod agatur principaliter ad obligan-

31 dum,vel liberandum, *Ægid.deciſ.*692. *Rot.Rom.d.deciſ.*121.*nu.*17.*verſ.Nam, & n.*29.*verſ.Præterea, Surd.deciſ.*250. *nu.6. verſ.Et hoc, Franc.Marc.dec.*710. *nu.1. verſ.Sed iſtud tomo 1. Cum. in ritu Sicil. d.cap.*37.*num.*59. *verſic. Quintò.*

Octauò declara propalata cõfeſſione,& à parte acceptata,non eſſe locum

32 † reuocationi,vt poſt *Bald. in l.Gallus, §.Quidam rectè col.2. de liber. & poſth. Roman. in l.1. §. ſi quis ſimpliciter ff.de verbor.obligat.tenet Vinc.de Franch.deciſ.* 60. *num.8. verſic.Et quod, plenè Mareſcott.variar.reſolut.cap.44.num.7. & 8. lib.2.* vbi poſt Gabriel. & alios commemoratos de ∗ communi teſtatur.

Nonò declara, vt ante acceptatio-

33 nem confeſſio etiam in iudicio † facta poſſit reuocari, dummodo incontinenti, & re integra reuocatio fiat, ſcilicet ante partis acceptationẽ, vt poſt multos allegatos firmat *Mareſcot. d.c.44.n.* 8.9.& 10.& ſic teſtatur ∗ fuiſſe deciſũ.

Decimò declara, quod licèt contra confeſſum ſint relaxandæ literæ executoriales, quando coram Iudice cõfeſſio

34 facta eſt,attamen † ſi vult præſtare cautionem de ſoluendo debitum infra dies decem, dẽt admitti ad dictã fideiuſſionem, vt firmauimus ſupra *ampliat.*13. *princip.nu.*10.*verſ.Declara,*cũ allegatis.

Vndecimò declara in confitẽte rem eſſe feudalem,huiuſmodi enim cõfeſſio

35 † debet fieri cũ cauſa formiter,& præſente domino,& ſi aliàs fiat non præiudicat *Iſern. in rubr. ex quib. cauſ. feud. amittant.& in conſtit. Regni probationum defectum,*& in *c.1.§.Item ſacramenta nu.* 42. *verſic.In confeſſione oportet de pac.iuram.firmat.*relatus *per Ioannem Franc.de Pont.cõſ.*30.*n.*13.*verſ.Qui ex cõfeſſione.*

Duodecimò declara eumdem caſum

36 procedere etiam in confeſſione facta viua voce,licèt non redacta in ſcriptis, & ſine teſtibus, hæc enim facta in iudicio,& maximè coram Senatu, qui vicem Principis obtinet, valet, & tenet ſecundum veriorem opinionem ∗ de qua *Roland.conſ.*70.*num.*11.*& nu.*16. *lib.1. Afflict. deciſ.*28. *comm.opin.ſintag. in verb. Confeſſio facta, volum.1. folio mihi* 132.*vbi Bonacoſſ.*

Secundus caſus inſpiciendus venit, quãdo confeſſio apparet in iudicio per

37 ſcripturam, † ſcilicet per libellum per poſitiones, ſupplicationes, exceptiones, & omnes alias ſcripturas productas,quãdoquidem confeſſio in eiſdem ſcripturis contenta plenè probat, & execu-

executionem habet, etiam ſi abſente parte producantur, vt ex multis recenſet *Gabriel. vbi ſupra in tit. de conſeſſ. concluſ. 1. num. 12. 13. 14. & 15. cum congeſtis, Vrſill. ad Afflict. deciſ. 104. in fine, Graſſ. in d. except. 14. num. 70. & ſeq. verſ. Amplia, & num. 74. verſ. Secundò, Decian. reſponſ. 39. num. 92. vol. 2. fol. m. 301. & reſponſ. 51. nu. 107. eod. vol. fol. m. 398.*

Primò declara, quod licèt ſupradiximus confeſſionem ſupradictã exequutionem habere, tamen expectanda
38 † eſt ſententia, *Gloſ. in d. l. certum §. fin. ff. de confeſſ. Bald. in l. fin. quæſt. 3. C. de edict. Diui Adriani tollend. Cum. in rit. Sicil. cap. 37. num. 31. fol. m. 168.* vbi dicta iura allegat latius *Alex. Trentacinq. variar. d. tit. de ſolut. reſolut. 2. nu. 29. verſic. Secundus.*

Secundò declara hunc caſum procedere, etiam in inſtrumento in actis
39 producto ex eius enim † productione, videtur producens omnia in eo contenta confiteri; licet contra ſe faciant, & ex ipſis condemnari poteſt, *Felin. poſt Innocent. & alios in cap. cum venerabilis num. 22. de except. Grat. conſil. 101. nu. 3. lib. 1. Cagnol. in l. ſi librarius in fine ff. de regul. iur. Flau. Tort. ad ſtat. Pap. ad ſtat. ciu. primum de ordin. cauſar. ciuil. num. 52. verſ. Quæro vltimo, Surd. deciſ. 267. num. 1.* vbi alios citat concordantes.

40 Et in ſcriptura priuata † idem eſſe firmat, text. *in cap. cum olim de cenſ. Canoniſtæ in d. cap. cum venerabilis, Decian. reſponſ. 20. numero 6. & 7. & reſp. 53. nu. 7. & reſp. 109. num. 20. volum. 2. & reſp. 10. num. 37. vol. 1. & reſp. 19. num. 83. reſp. 49. num. 10. & reſp. 66. num. 9. reſp. 70. num. 15. vol. 3. Afflict. deciſ. 25. num. 5. vbi Addentes, & præcipuè Vrſill. Oſaſc. deciſ. 16. num. 20.*

Ratio eſt, quia nemo poteſt pro
41 parte † ſcripturam probare, & pro parte reprobare, non enim eſt permiſſum impugnare illud, ſuper quo quis ſe fundat, *Gloſ. in l. 1. §. editione, & ibi DD. ff. de edendo Grat. d. conſil. 101. num. 3.*

42 Amplia hanc primam declarationem procedere, etiam ſi inſtrumẽtum, ſeu ſcriptura priuata pro patre producentis nullo modo valeret, *Borgn. de Tutor. & cur. num. 249. Burſat. conſil. 245. num. 11. lib. 2.*

43 Etiam ſi inſtrumentum productum non ſit ſolemne, quia probatur per exhibitionem in omnibus eius partibus, *Paris de Put. in tract. de reaſſumpt. inſtr. rubr. 30. num. 10. Surd. d. deciſ. 267. num. 2. verſic. Quæ concluſio*, vbi alios refert referendo rationem, quoniam ex productione imponitur illi fides, & authoritas.

Contrarium ſuſtinet *Afflict. d. deciſ. 25. num. verſ. Et iſtud.*

44 Limita ſupradictam declarationem non procedere, quando producens proteſtatur exhibere ſcripturam in parte, & partibus pro ſe facientibus, vt fieri ſolet, *Felin. vbi ſupra num. 23. limit. 2. Alex. conſil. 124. num. 6. lib. 7. Paſſett. conſ. 131. num. 9. Bart. remiſſiuè in l. Publia § Titius num. 4. ff. depoſiti, & in l. Aurelius §. penultimo ff. de liber. legat.*

45 Contrarium tenet *Burſatt. d. conſil. 45. nu. 7. 8. & 10. vol. 2.* vbi hanc veriorem eſſe ait, ac huiuſmodi proteſtatione proteſtantem non iuuari, maximè quãdo à parte fuit acceptata *Crauett. conſil. 101. nu. 5. Decian. d. reſponſ. 20. num. 8. verſic. Quinimò*, vbi teſtatur de communi *vol. 2.* & hanc ſequitur *Vrſill. ad Afflict. d. deciſ. 25.* & hæc eſt verior opinio ſtante partis acceptatione, vt firmant *Burſat. & Decian. vbi ſupra.*

Tertius

46 Tertius caſus inſpiciendus venit in confeſſione iurata; etenim hæc propter iuriſiurandi vinculum plenè probat, & executionem habet, etiam ſi parte abſente propalata fuerit, vt poſt multos magis * cõmuniter ſuſtinentes, ſequitur *Gabriel. vbi ſupra nu. 41. verſ. Tertio; addo Seraphin. in tract. de iuram. priuileg. 45. num. 2. & Mancin. de iuramen. part. 4. effect. 214. num. 2. Plenè Maſcard. de probat. concluſ. 347. num. 68. 69. & ſequenti. Surd. deciſ. 250. num. 7. verſic. Et aduertendum, & conſ. 151. num. 43. & iterum deciſ. 308. num. 13. verſic. Sextò.*

Quartus caſus ſupponi poteſt in 47 confeſſione extraiudiciali † geminata; huic enim tantæ efficaciæ conceditur, vt eandem vim iudicialis confeſſionis habere dicatur, *Bart. in d. l. ſcimus nu. 6. C. de agricol. & cenſ. Iaſ. in §. in perſonam num. 48. inſtit. de actionib. & in l. ſi pacto num. 5. C. de pact.* cum multis alijs cumulatis *per Graſſ. in tract. de exception. d. except. 14. num. 9. verſ. Amplia modò, Roman. in conſil. 290. num. 7. verſ. Secundò accedit, vbi Apoſtill.* alios adducit concordantes, & de * communi teſtatur *Vinc. de Franch. deciſ. 60. num. 8. verſ. Et prædicta, Magon. deciſ. Lucenſ. 46. num. 9. verſ. Quam donationem, Ludouic. deciſ. Peruſ. 9. nu. 2. verſ. Imò, & num. 18. verſ. Præſertim, Surd. deciſ. 10. nu. 8. & num. 9. verſic. Fatetur, Marc. deciſ. 864. nu. 10. verſic. Et ſuper hoc, & deciſ. 79. nu. 3. verſ. Quinimò, & deciſ. 166. nu. 2. verſic. Hinc. p. 2. Viu. deciſ. 191. nu. 17. verſ. Quintò fallit,* quod in ciuilibus locum obtinere inquit *Farinac. deciſ. 89. num. 5. verſic. Hinc eſt, & ibi in addit. in liter. C,* non autem in criminalibus, in quibus ſolũ indicium ad torturam reſultat, vt ibidem per *Farinacc.*

Amplia primò procedere etiamſi 48 dicta cõfeſſio † geminata abſque cauſa fiat, latè *Maſcard. poſt multos allegatos de probation. d. concluſ. 345. num. 52. verſ. Nonò.*

49 Primò declara dictum quartum caſum ita locum habere, dummodo hæc confeſſio extraiudicialis fiat parte præſente, *Ruin. conſil. 72. lib. 4. per tot. Vinc. de Franch. d. deciſ. 60. d. num. 8.*

50 Contrarium firmat *Ludou. d. deciſ. Peruſ. 9. nu. 20. verſic. Et licèt,* vbi impugnat ſupradictum Ruinum, contra quem innuit *Maſcard. concluſ. 337. nu. 37. & num. 45. verſic. Hinc tamen, Ricc. in collect. 193. verſic. Limita ſecundò, Surd. d. deciſ. 10. d. nu. 8. & 9. & Franc. Marc. in deciſionib. ſuperius allegatis.*

Sed huic determinationi conueniũt ea, quæ ſupra retulimus in hac *eadem ampliat. princip. 36. num. 19. 20. & ſequentibus.*

Secundò declara huiuſmodi confeſſionem geminatam, ita efficaciam iudicialis confeſſionis habere, quando 51 prima † confeſſio principaliter & expreſsè denuo geminatur, non autem, ſi fiat in conſequentiam prioris actus *l. 3. §. Seio, ff. de minoribus, Alban. conſil. 734. num. 11. lib. 4.* quem refert *Tort. ad ſtat. Pap. decr. 0. num. 29. verſ. Tollitur.*

Tertiò declara idem thema procedere, quando huiuſmodi confeſſio 52 † geminata ex interuallo profertur, nõ autem, ſi fit in vno inſtanti, ſiquidem hoc caſu non dicitur geminata, ſed vnica, *Iaſ. in l. qui bis idem 2. ampliat. ff. de verbor. obligat. relatus per Barthol. Bertazzol. in repet. leg. ſi quis maior nu. 597. verſic. Et dicit C. de tranſact. in tract. clauſular. Bertazz. ſol. m. 20. Verall. deciſ. 331. num. 7. verſic. Nec erat, par. 2. & deciſ. 190. num. 3. verſ. Nec verba, par. 1. Maſcard. concluſ. 377. num. 43. verſic. Verumtamen.*

Quin-

53 Quintus caſus inſpiciendus venit in confeſſione extraiudiciali, hæc enim licèt facta parte abſente certo modo non probet, niſi ſemiplenè, *d. l. certum* §. *ſi quis abſente ff. de confeſſ. l. Capite quinto, vbi Gloſ. vltim. ff. de adulter. Iaſ. cæterique Scribentes in l. admonendi ff. de iureiur.* & hanc ex *Gabriel. Maſcard, Socc. & alijs commemor. vti communem* * *firmat Theſaur. deciſ.* 109. *num.* 1. *Viu. deciſ.* 191. *num.* 1, *Trentac. vbi ſupra num.* 78. ſecundum communem, de qua idem *Viu. commun. opin. in verb. Confeſſio, commun. opin. ſintag. in verb. Confeſſio, fol. m.* 133, *col.* 2. *tom.* 1. *vbi Ficard, & fol.* 134. *vbi Cherian.* & ibi alij paſſim.

54 Tamen cum de æquitate canonica plenam inducat probationem, vt firmiori * ſententia concludit *Gabriel. d. concluſ.* 1. *num.* 46. *verſ.* 4. *tit. de confeſſ. Ricc. collect.* 193. *in fin.* in terris Eccleſiæ, vbi præcipuè ius canonicũ ſeruatur plenè probat, & executionem habet, *Pariſ. conſil.* 120. *num.* 7. *lib.* 1. quem recenſet *Ludouic. deciſ. Peruſ.* 72. *num.* 2. *verſic. Immo; & d. deciſ.* 9. *num.* 15. *verſic. Præterea, Ricc. d. collect.* 193. *commun. opin. ſintag. in d. verb. Confeſſio, fol. m.* 131. *verſic. Ex quo infertur vol.* 1. *Viu. d. deciſ.* 191. *num.* 13. *Mareſcott. variar. lib.* 2. *d. cap.* 44. *num.* 4. *vbi teſtatur ſic ſeruari*, & ſic etiam fuiſſe deciſum * per Rotam, *Flau. Tort. ad ſtat. Pap. d. ſtat.* 2. *nu.* 64. *verſ. De æquitate*, maximè ad probandam veritatem rei geſtæ, ſcilicet ſolutionis, enimuerò etiam iure ciuili inſpecto probata per teſtes fidem facere videtur *l. deſiderium C. depoſiti, Mareſcott. d. cap.* 44. *num.* 5. *verſ. Et vbi*, & concurrentibus adminiculis plenè probat, vt ibi per eum *num.* 6. & ſuperius annotauimus, plenè *Cenc. in tract. de cenſib.* poſt hæc ſcripta viſus *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 27. *verſic. Iuris.*

Idem dicendum eſt ſi dicta confeſſio extraiudicialis cum cauſa emittatur
55 † ſcilicet depoſiti, huiuſmodi enim confeſſionis parata executio conceditur *l. Publia* §. *fin. ff. depoſit. l. cum de indebito de probationib. cap. ſi cautio de fid. inſtrumentor. Viu. plenè d. deciſ.* 191. *nu.* 2. *& nu.* 5. vbi multos allegat *Papienſ. in form. libell. in action. hipothecar. in verb. In depoſito, num.* 6. *verſic.* Et notandum, vbi etiam *Moderni Addentes* alios commemorant *Carocc. de depoſ. in rubr. de depoſiti probat. num.* 1. *& ſeq.* maximè ſi iuramẽtum interuenerit, vt affirmant omnes Canoniſtæ *in d. cap. ſi cautio, Viu. d. deciſ.* 191. *num.* 7. *verſic.*
56 *Secundò, Carocc. vbi ſupra num.* 8. *verſic. Subdeclara*, ibique quam plures citat, & huic depoſito confeſſionato non poteſt opponi exceptio non numeratę pecuniæ, vt per addentes ad dictam *pract. Papienſ. in d. verb. In depoſito, in lit. A, in fine, Viu. dicta deciſ.* 191. *num.* 3. *verſic.* Et de hoc, *& Carocc. vbi ſupra num.* 4. *verſic. Ampliatur.*

Sed vide, quæ ſcripſimus inferius *ampliat.* 39. *princip.* vbi plenius.

Declara huiuſmodi confeſſionem
57 extraiudicialem ita locum habere † ſi per duos teſtes loco, & tempore conteſtes probetur *Afflict. deciſ.* 364. *nu.* 4. vbi etiam *Vrſill. & alij Addent. Rota Luc. diuerſorum deciſ.* 106. *verſ. Additur vbi Camill. Lepid.* latè *Menoch. de præſumption. lib.* 1. *quæſt.* 89. *num.* 21. *verſ. Requiritur, Cenc. de cenſib. d. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 29. *verſ. Plenè, Farinac. conſ.* 70. *num.* 43. *verſ. Et certum eſt.*

Secundò declara quod teſtes deponentes ſuper confeſſione extraiudiciali debeãt non ſolum eſſe, vt ſupra conteſtes, ſed etiam idonei, & omni exceptione maiores, *Berous in cap. at ſi clerici num.* 13. *de iudic. Farinac. eod. conſil.* 70. *d. num.* 43. *d. verſic. Et certum*, maximè

ximè in criminalibus, vt concludit ibidem *Farinac.* poſt multos allegatos,

An verò hæc confeſſio extraiudicialis probet in criminalibus *vide inferius in opuſculo criminal. de contraband. quæſt. 11. nu. 29. & ſequent.* & Deo annuente erit ſermo *in lib. 4. de cauſ. criminal. execut.*

Ad ſupradictos caſus vltra fallentias relatas per Gabr. Maſcar. Mareſc. & Trentacinq. & alios in locis commemoratis adeũdi ſunt, *Bellam. deciſ. 690. & Ricc. in collectan. 193. per tot.* ſufficit tamen ad hanc noſtram materiam ſupradicta enarraſſe.

SVMMARIVM
AMPL. XXXVII.

Carocci. de ſequeſt.

1 *Sequeſter quis ſit?*
Sequeſter omnis dicitur depoſitarius numero 2.
Appellatur is, apud quem res poſſidenda traditur num. 3.
A ſequendo dictum num. 4.
5 *Sequeſtratio quid ſit.*
Differt ab interdicto num. 6.
Non differt ab arreſto num. 7.
Diuiditur in voluntariam, & neceſſariam num. 8.
Quæ dicatur voluntaria num. 9. Quæ neceſſaria num. 10.
11 *Sequeſtrum eſt ſpecies depoſiti.*
12 *Sequeſtratio in iure prohibita eſt.*
13 *Sequeſtri iudicium executiuum eſt.*
14 *Pupillus ſequeſtratur apud Matrem.*
15 *Amorẽ Parentum nemo ſuperare poteſt.*
16 *Pupilla ſi timetur de violentia ſequeſtrari debet.*
Procedit etiam quando matrimonium eius controuertitur num. 17.
18 *Vxor timens viri ſæuitiam ſequeſtrari poteſt.*
19 *Debitori in vinculis exiſtenti ſequeſtrum fieri poteſt.*
20 *Cenſus ſequeſtrari poſſunt, quando authenticis inſtrumentis conſtat de credito.*
21 *Sequeſtrum ex pacto permittitur.*
22 *Bona, & iumenta ſingularium perſonarum etiam in inſtrumento non interuenientium pro debito Vniuerſitatis ſequeſtrari poſſunt.*
23 *Debitores tranſeuntes dicuntur ſemper habere pedes in ſtapedio.*
24 *Tranſiens per Pontem, vel per Ciuitatem cum re deperdita ſequeſtrum patitur.*
25 *Sequeſtrationi, quando contentio eſt inter partes, ne veniant ad arma, locus eſt.*
Procedit, dummodo conſtet de pericula num. 26.
Habet locum, dummodo vterque non poſſideat num. 27.
Idem quando adeſt timor dilapidationis, alienationis, vel commutationis numero 28.
Poteſt probari dictus timor etiam parte non citata num. 29.
Habet etiam locum, ſi appellans ſoluendo non eſt num. 30. & 31.
32 *Sequeſtrum conceditur etiam non dum lata ſententia, ſi conuentus non exiſtit ſoluendo.*
Dependet ex Iudicis arbitrio num. 33. & num. 46.
Procedit etiam in nomine debitoris numero 34.
Eius remedium eſt ſatiſdatio num. 35.
Non conceditur quando agitur vigore hipothecæ num. 36.
37 *Viro vergente ad inopiam fit ſequeſtrum inſtante vxore.*
38 *Sequeſtratio conceditur in beneficialibus lata prima ſententia.*
Procedit etiam ſi fuerit appellatum, & in alijs caſibus num. 39. Et in quocumque beneficio num. 40.
41 *Expenſæ factæ in ſequeſtro cedunt damno creditoris.*
42 *Nemo poteſt compelli ſequeſtrem eſſe.*
43 *Sequeſter recipiens iudicis authoritate ſequeſtrum*

queſtrum non poteſt ſequeſtrum abſque eiuſdem Iudicis mandato relinquere.

44 *Sequeſtratio fieri poteſt etiam in diebus feriatis.*

Requiſita in ſequeſtro recenſentur numero 45.

46 *Sequeſtratio conceditur & reuocatur Iudicis arbitrio.*

AMPLIATIO XXXVII.

Etiam in ſequeſtris.

An ſequeſtrationes de iure ſint permiſſæ?

1 SEQVESTER propriè dicitur, apud quẽ † plures eandem rem, de qua controuerſia eſt depoſuerunt, vt inquit text. *in l. ſequeſter 109. ff. de verbor. ſignificat. l. et 5. S. 1. & l. propriè 6. & l. ſi hominem 7. ff. depoſit. cum ſimilibus*, vt rectè præter alios explicat *Scard. in Theſaur. iur. in verbo, ſequeſter, Connan. in cõment. iur. ciuil. cap. 4. de depoſito num. 6. verſ. Sequeſter fol. m. 684. Oldendorp. claſſ. 1. art. 6. relatus per Gothofred. prax. ciuil. in tit. qui ſatiſd. cogant. lib. 2. tit. 8. fol. m. 1227. verſic. Vnde ſequeſter, Caroc. de ſequeſtr. quæſt. 1. in princip. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 56. verſ. Ideo & num. 157. verſic. Sicut*, & omnis

2 ſequeſter dicitur depoſitarius, † nõ autem è contra, vt explicat *Luc. de Penn. in l. licèt num. 25. verſic. Eſt enim. C. de agr. & cenſ. lib. 11.*

Dictum à Græcis μεσεγγυον hoc eſt interuentor, & ſequeſtres dicuntur, qui-

3 bus res poſſidenda traditur † interim, dum de eius apud Iudicem diſceptatur poſſeſſione, olim ſculnæ, & ſeculnæ nominati, vt refert *ex Gell. & Laccun. Connan. vbi ſupra, verſic. Atque.*

Vtrumque vocabulum à ſequendo

4 † dictum, quoniam vtraque pars fidem eius, qui electus eſt ſequitur, *vt per Alciat. in d. l. ſi queſter, & Conn. vbi ſupra*, quibus conueniunt allegata nouiſſimè per *Monet. in tract. de diſtribut. par. 1. quæſt. 9. num. 1. verſic. Præmitto vt per Scard. vbi ſupra, Caroc. de ſequeſtr. Gothofred. vbi ſupra, verſic. Datus ab eo, & Luc. de Penn. vbi ſupra Coler. vbi ſupra num. 57.*

Sequeſtratio verò eſt rei, de qua a-

5 gitur, † vel controuertitur, ſeparatio, vel depoſitio, vel poſſeſſionis interdictio, *Azo in ſumma C de prohibit. ſequeſtr. & Iodoc. in prax. ciuil. in tit. de ſequeſtr. in princip. Monet. vbi ſupra eod. num. 1. Caroc. vbi ſupra cum allegatis Scard. in d. Theſaur. iur. in verb. ſequeſtratio vbi ex Spieg.* hoc pulchrè demonſtrat *Luc. de Penn. plenè in l. litibus 19. num. 25. verſic. 1. C. de agric. & cenſ. lib. 11.* & vocatur præparamentum alterius actionis, vel poſitionis principalis *Coler. vbi ſupra num. 77. verſic. Cum.*

6 Differunt tamen ſequeſtratio, † & interdictum, quãdoquidem ſequeſtratio, accidit quando vni aufertur, alteri verò datur; Interdictum autem, quando alicui prohibetur, ne alteri tradat, licèt æquiuocè his vtamur verbis, vt declarat *Alber. in ſuo dictionar. in verbo, ſequeſtratus.*

7 Non differt ab arreſto, † quia arreſtum, & ſequeſtrum sũt ſinonima idem ſignificantia, vt explicat *Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 60. verſic. In Germania, & in Procemio num. 29.*

Hæc autem diuiditur in caſualem

8 neceſſariam, † & voluntariam ſecundum *Iodoc. vbi ſupra d. tit. de ſequeſtr. num. 5. & ſequent.* vel in voluntariam, & cõtentioſam, ſeu neceſſariam *vt per Spieg. relatum per Scard. vbi ſupra, & per Gothofred. in d. tit. qui ſatiſdat. cogãt. eod. fol. 1227. eo. lib. 2. & per Monet.*

de

de diſtribut.d.par.1.quæſt.9.num.3.verſic. Alterum.

9 Voluntaria illa dici poteſt, † quando ex partium conſenſu lex litigioſa deponitur, & hæc fieri poteſt ante iudicium, vel pendente iudicio *l.1.in princip. ff.depoſit. l.ſi ſoluturus ff.de ſolut.*

10 Neceſſaria verò, † ſeu contentioſa appellatur, quando cauſa cognita Iudicis miniſterio fit inuitis litigatoribus, vel altero eorum petẽte, vt inquit *Spieg.relatus per Scard. vbi ſupra in d. verb.ſequeſtratio, & per Gothofred. Caroc.& Monet.vbi ſupra, Hering.in tract. de fideiuſſ.cap.4. num.10. verſ. Et ſequeſtrum Luc. de Penn. plenè vbi ſupra.*

11 Sequeſtrum verò ſpecies eſt depoſiti, quandoquidem in ſequeſtro eſt depoſitum, vt ex *Oldendorp.refert Scard. vbi ſupra in verbo ſequeſtrum, & Caroc. vbi ſupra, Connan.in comment. Iur. ciuil. lib.7. cap.4. num.6. verſic. Ex quibus liquet.*

12 Sequeſtratio licèt in iure regulariter prohibeatur, *vt tot. tit. C. de probibit. ſequeſtr. pecun. Pract. Pap.in forma ſequeſtr.in princip. Spieg.relatus vbi ſupra,* ſi de iudiciali loquimur *vt l.1.d.tit. & Monet. vbi ſupra num.4. verſ. Iudicialis, & Carocc. & Gothofred. vbi ſupra, Veſtr. in ſua pract. lib.7.cap.1. num.1. vbi etiam Grauat. Coler. vbi ſupra num. 81. verſic. Cæterum Mareſcott. var. re-*

Papien. fol. 219

13 *ſolut. cap.77. num.1.lib.2.* Nihilominus iudicium ſequeſtri executiuum eſt, vt per *Cornazz. deciſ.*207. *num.*1. *&* 2. *relatus per Monach. deciſ. Luc.*21. *num. 5. verſ. Nec obſtare fol.m.26. Gamm.deciſ. Luſit.331.nu.1. verſic. Eſt namque.*

Nos relictis alijs verba faciemus de ſequeſtratione iudiciali, executiua, quę Iudicis authoritate interponitur, & eam in infraſcriptis caſibus collocabimus.

Primus itaque caſus eſt circa perſo-
14 nas, cuius ſequeſtratio † etiam de iure fieri poteſt, de qua *in l.3.§.ſi verò qui patrem, & §. in hoc interdicto ff. de liber. exhibend.& l.penult. ff.vbi pupillus educar. vel morar. debeat,* hæc enim ſi in pupillari ætate exiſtat, ſequeſtrari poteſt apud Matrẽ ſi Iudicis religioni alliàs non videbitur, de qua multum lex confidit *l.1. C. vbi pupill. educar. debeat,*
15 nimirum quia amorem † parentum nemo ſuperare poteſt *l.vlt. C.de curat. furioſ.* & Iudicis arbitrio hoc eſſe omninò relictum, teſtatur *Menoch. de arbitrar. caſu* 168. *num.*1. *& ſeqq. Surd. de aliment.lib.4. quæſt.13. per totam,* & infra triennium alendam eſſe apud matrem non habet dubium, vt concludit *Mart. vot.236. per tot. fol. m.44. vol.2.* cum rationibus, & iuribus ibi adductis.

Secundus caſus perſiſtendo in ſeque-
16 ſtro perſonæ accidit, in puella, † cui ſi timetur an violentia inferri poſſit, debet ſequeſtrari in loco tuto, ſcilicet in monaſterio, vel alibi vbi rei & perſonę qualitas expoſcit *cap.cum locum de ſponſalib. d.l.1. vbi Gloſ. C. vbi pupill. educ. debeat, Caroc. de ſequeſtr. part.1. quæſt. 1. Ricc. in collect. deciſ. part.4. collect.* 1050. *in princip.* vbi declarat non habere locum, quando vnus ex duobus maritis in poſſeſſione reperitur *ex deciſ.1. Achill. de Graff. in tit. de ſponſ.*

Tertius caſus etiam reſpectu perſo-
17 nę euenire ſolet, quãdo durante † controuerſia ſuper primo matrimonio, mulier ad ſecunda vult tranſire vota, quoniam hoc caſu ſequeſtrari poteſt arbitrio Iudicis, *Put. deciſ.249. lib.3. Creſcent. deciſ.3. de ſequeſtr. poſſeſſ. Carocc. vbi ſupra quæſtione 2. Ricc. d. collectan.*1050.

18 Quartus caſus proponitur in vxore, quæ ſi viri ſæuitiam timet, ſequeſtratio ex Iudicis mandato eidem mulieri fieri

Digitized by Google

fieri poteſt *cap. ex tranſmiſſa, & cap. literas §. fin. de reſtit. ſpoliat. Caroc. vbi ſupra quæſt. 2. in fin. Pract. Papienſ. in form. ſequeſtr. ſub num. 2. verſic. Septimò.*

Quintus caſus occurrit in debitore
19 † in vinculis detruſo, hic enim ſequeſtrari ad alterius creditoris inſtantiam permittitur, vt fusè tradit *Monach. deciſ. Bonon. 2. in princip. & per tot.* & nos latè diximus *ſupra ampliat. 27. princip. per totam.*

20 Sextus caſus apparet in cenſu † bullari ad formam Reg. Prag. redacto, in hoc enim etiam fieri ſequeſtrum poſſe, quando authenticis inſtrumentis Iudici conſtat de credito, & eius anterioritate ſequeſtrationem petentis, vt poſt multos citatos concludit *Intrigliol. de cenſib. quæſt. 91. per tot. vbi etiam Conuerſ.* aſſerens eſſe ſpeciale in cenſibus, vt non poſſint ſequeſtrari, niſi de debito conſtet per publicum inſtrumentum, *ex Caroc. in dicto tract. de ſeq. par. 3. quæſt. 2. num. 8.* & ideo conſtito de prædictis recto iure, poteſt fieri ſequeſtrum debitori principali, vt correſpondeat ſecundo creditori cenſuali, vt ibi per eum.

Septimò procedit ſequeſtratio, quan-
21 do ex pacto in inſtrumento † appoſito fuit deductum, quod in caſu non ſoluti debiti bona ſequeſtrari valeant, quandoquidem abſque dubio licitũ eſt creditori à ſequeſtro, & executione incipere *cap. 2. de dol. & contum. Pract. Papienſ. in dicta forma ſequeſtri nu. 4. verſ. In contrarium,* & reſpondet ad contraria, & nos diximus *ſupra ampliat. 15. princip. nu. 13. verſ. Subamplia ſecundò.*

Octauus caſus euenire ſolet quando
22 vniuerſitas † Regio beneplacito interueniente obligauit eius bona mobilia, & ſtabilia, &c. vt fieri ſolet in annuis redditibus vẽditis per eaſdem Vniuerſitates, Hoc caſu bona, & iumenta ſingularium perſonarum, etiam in inſtrumento non interuenientium rectè ſequeſtrari poſſunt, vt concludit *Bald. in l. 5. num. 16. verſic. Modò reſtat C. de execut. rei iudicat.* vbi ſtante conſuetudine hoc omninò permittendum eſſe affirmat, & nos latius diximus *ſupra ampliat. 33. princ. nu. 22. 23. & ſeqq.* Maximè ſi debitores Vniuerſitatis ſuſpecti de fuga appareant, vt ibidẽ retulimus, & firmat *Carocc. de ſequeſtr. part. 2. q. 3. num. 1.* vbi aſſeuerat tranſeuntes ſuſpe-
23 ctos eſſe, & ſemper pedes habere † in ſtapedio, & nõ in tripedio, vt corruptè legitur *ex Ang. in l. ſi fideiuſſor §. ſi ſatiſdatum ff. qui ſatiſd. cog. & ex Ioanne Lup. in d. c. per veſtras §. 18. circa princ.* firmat *Carocc. de ſequeſtr. par. 2. q. 3. in fine. Monet. in tract. de diſtribut. part. 1. quæſt. 9. num. 8. verſ. Nonus, Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 457. nu. 1. Coler. de proceſſ. execut. d. part. 1. cap. 2. num. 86. verſic. Secundò fallit.*

facit contra idem Menoch. ſ. ampl. 9 ſol. 70.

Nonus caſus ſupponitur in tranſeũti-
24 bus per Ciuitatem, † vel per pontem, qui ſi geſtauerint rem mihi ablatã, vel alio modo deperditam, implorãdo Iudicis officium poſſum agere ad ſequeſtrum in eadem re, *vt per Angel. in d. §. ſi ſatiſdatum & per Lupum, vbi ſupra commemorati per Carocc. d. quæſt. 3. in fin.* & etiã propria domini authoritate, quando Iudicis copia haberi nequit, vt latè diximus *ſupra ampliat. 5. princip. nu. 40.* cum ibi allegatis.

Decimus caſus euenit, quãdo inter
25 partes † eſt contentio ſuper poſſeſſione, & bonorum adminiſtratione, ſiquidem æquitate ſuadente, ne partes veniant ad arma, & ſcãdalum oriatur, Iudicis arbitrio ſequeſtrum fieri permiſſum eſt *l. ſi fideiuſſor §. vlt. ff. qui ſatiſd. cog. vbi Bald. & Alex. hoc notant Menoch. de arbitr. d. caſu 427. in fine, plenè pract. Pap. in forma ſequeſtri nu. 2. verſ. Octauò*

Cc fallit,

fallit, vbi multa iura allegat *Minſing. ſing.obſeruat. centur.2. obſer.11. in fine, Aſin.de execut. §.2.cap.6. nu.4. verſ.Vbi tamen, Monet. de diſtrib. d.par.1.cap 9. nu.5. verſ.Secundus, Polid.Rip. ſing.obſeru. obſeruat.55. nu.2. verſ.Sed vbi, Iacob. de Carol. in Gem.Pauon.col.14.nu.8. tomo 2. Coler.de proceſſ.execut. par.1.cap. 2.num.111. verſ.Idemque, Rot.Lucen. diuerſ.deciſ.17. in princ.vbi Cam.Lepid.*

26 Declara hunc caſum ita procedere, dummodo conſtet per ſummariam informationem citata parte capiendam, de periculo,& ſcandalo venturo, *vt per Angel.in conſ.162.& Dec.conſ.366.* allegatos per addentes *ad Pract.Papienſ. vbi ſupra d.verſic. Octauò fallit in verbo, Rixa, in litera D.Capic.deciſ.96.num.11. verſ.Sed hoc non videtur, Polid.Rip.d.obſeruat.55.nu.1. verſ.Si agitur latè de ſequeſtr.par.1.q.6.n.2. verſ. Prima, Iacob. de Carol. vbi ſupra*, etiam parte nõ citata concludit, idẽ ſequeſtrũ locũ habere.

Declara ſecundò procedere, dum-
27 modo vterq; nõ poſſideat,† aliàs vno poſſidente non habet locũ ſequeſtrum, ſed mãdatur alteri, ne turbet poſſidentem, *vt per d.Pract.Pap. vbi ſupra nu.3. verſ.In contrarium*,& reſpondet ad iura contraria,& ibi etiam addentes, *Caroc. vbi ſupra d.nu.2.* vbi plenè in præſenti materia aliquas firmat concluſiones.

Vndecimus caſus exiſtit, quãdo lata prima ſententia,& interpoſita appella-
28 tione dubitatur, quin adſit timor † dilapidationis, alienationis, vel cõmutationis; enimuerò hac in re poteſt fieri ſequeſtrũ, etiamſi appellans ſoluẽdo eſſet, nec ſequeſtrũ ex ſatiſdatione reuocatur *l.Imperatores in fin. ff.de appellat.* vbi etiam *Bart.per illũ text. Abb.in c.fin. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Monet.vbi ſupra n.6.verſ.Tertius, Grauat.ad Veſt. lib.7.cap.1.nu.12. verſ.Regulariter, Aufrer. in addit.ad cappell.Toloſ. deciſ.477. Borgnin.Caualc. deciſ.23.num.18.verſic. Benè vnum, Ricc. in deciſ.Archiepiſcop. 41.num.2. par.1. Polid.Rip. ſing.obſeruat. obſeruat.163.nu.3.verſ. Lata.*

Declara ſupradictum timorem ſum-
29 mariè probari † poſſe, etiam parte non citata, ſi periculũ eſt in mora, prout ſuſpicio fugæ probatur poſt *Cuman. conſ. 157.& Ruin.conſ.174.nu.16.vol.1.* firmat *Borgnin.vbi ſupra. Iacob.de Carol. in d.Gem.Pauon.d.num.8. Camp.in cap.ſubditorum num.182.ab eod.commemoratus.*

30 Declara ſecundò, vt ceſſante dicto timore, ſi condemnatus appellans ſoluendo non eſt, fiat ſequeſtrũ,& pręſtita cautione per appellãtem de fructus exhibendo,& non commutando in caſu iudicati, ſequeſtrũ omninò reuocatur, *vt per DD.in d.l.Imperator,& in d.c.fin. Curt.ſen. in d.tract. de ſequeſtro in tertia fallentia*, quos commemorat *Borgnin. vbi ſupra num.18. in fine.*

Tertiò declara non habere locum
31 ſequeſtrum, etiam in cauſa † appellationis, ſi appellans ſit ſoluendo,& vtatur, prout prius, rebus ſuis; de quibus controuerſia exiſtit, *Abb. in cap.fin. de ſequeſtr. poſſ. Angel. Aret. in d.l.Imperatores in fin.* quos ſic diſtinguendo allegat *Monet. vbi ſupra num.6. verſic. Tertius.*

Duodecimus caſus euenire ſolet diuerſus ab alio proximè relato in cauſa, quæ nondum lata ſententia agitur, in hac enim facti contingentia, ſi reus non
32 ſoluendo † exiſtat, ſequeſtrationi locus eſſe affirmauit *Aufrer. in d.deciſ.477. relatus per Polid.Rip. ſing.obſeruat. obſeruat.163.num.5.verſic.Aufrerius*, vbi recenſet *Pariſium conſ.41. num.41. volum.*. contrarium ſuſtinentem,& *Ancharanum quæſt.47. num.12. lib.1.* affirmantem non eſſe locum ſequeſtro, ſed annotationi eorumdem fructuum,& hãc appellat ex eodem veriorem,& vlti-

vltimo loco concludit dictã Ancharani
* opinionem * iuris rigore inſpecto rece-
ptiorẽ,& Aufrerij veriorẽ de æquita-
te,vt ibi per eũ latè ſubtiliter,& doctè:

Sed hæc diuerſitas Doctorum ſeda-
ri poteſt ex eiuſdem Iudicis arbitrio,
33 qui inſpecta perſonarum, † & cauſæ
qualitate loci,& tẽporis, arbitrari po-
teſt,an ſit cõcedenda, vel ſequeſtratio,
vel eorumdem fructuũ annotatio,qua,
re vera, frequentius in praxi vtimur,&
Iudex paſſim hac in re ſuũ interpoſuit
arbitriũ,quod de iure cõceditur,vt di-
cemus infra hac eadẽ *ampliat.37.n.46.*

Decimustertius caſus proponitur in
34 nomine debitoris, † hoc enim ſeque-
ſtrari,& pignorari poteſt,& eidem de-
bitori mandari,vt nemini ſoluat, *vt eſt
tex.in l.4.C.quæ res pignor.oblig.poſſit*,vbi
omnes,*Caualc.deciſ.3.n.13. verſ. Et vbi
p.3. Coler.de proceſſ.execut.d.p.1.c.2.nu.
78.verſ.Sicut*,vbi aſſerit potius pigno-
rationẽ,quã ſequeſtrũ nũcupari, *Pecch.
de iu.ſiſt.c.5.n.11.verſ.Quod,relatus per
Gothofred.prax.ciuil.lib.2.ti.4.f.m.607.*
35 Declara hũc caſum,quod licèt medi-
cina ſequeſtri ſit ſatiſdatio, & fideiuſ-
ſio,*Lud.deciſ.Lucen.51.& Ant.Hering.
in tract.de fideiuſ.cap.15.num.21.verſic.
Vnde etiam fol.m.317.cum alleg.* tamen
in propoſita facti ſpecie ſequeſtratio
36 ſupradicta; † vel alia,quę per viã hipo-
thecæ ſpectat,vt diximus ſupra in caſu
6.ſatiſdatione nõ tollitur,niſi creditori
ſatisfiat, *vt ex Alex.in l.de pupillo §.ſi is.
cui ff.de nou.oper.nũc.& Pariſ.conſ.107.
ſub nu.78.vol.3.* concludit *Borgnin. Ca-
ualc.d.deciſ.3.nu.13.eod.verſ.Et vbi res.*

Decimusquartus caſus practicari ſo-
37 let in viro ad inopiam † vergente, hac
in re,ſi maritus fideiuſſorem dare non
ſit paratus,ſequeſtrationi contra bona
eiuſdem mariti locus eſt,donec mulieri
cautum ſit de dote,*vt per Bald.Nouell.in
tract.de dote priuil.70. par.6. & priuil.
25.par.7. Bart.in l.ſi conſtante nu.1.nu.
4.& nu.20. Iaſ.nu.6. ff.ſolut.matrim.*&
poſt alios citatos firmat *Hering.in tract.
de fideiuſ.cap.6.nu.192.& ſeq. verſ.Ex-
tenditur poſt Coler.in tract.de proceſſ.exe-
cut. par.1.cap.2.& num.113.*

Decimusquintus caſus occurrit in
38 cauſa beneficiali, † in qua ſi contra be-
neficij poſſeſſorem prima feratur diffi-
nitiua ſententia,eiuſdem beneficij poſ-
ſeſſio vnà cũ fructibus apud perſonam
idoneam per loci Ordinarium ſeque-
ſtratio fit, *Gloſ.in clem.vnica de ſequeſtr.
& poſſ.fruct. Veſtr.in ſua pract.lib.7.c.1.
nu.1.verſ.Quibus*, vbi etiam *Grauat. in
litera B,nu.12.Monet.in tract.de diſtrib.
p.1.q.9.nu.8.verſ.Vndecimus*,plenè prę-
ter alios *in d.Clement. vnica, Mareſcot.
Var.reſolut.lib.2.cap.77.num.1.2.& 3.
fol.m.161. Verall.deciſ.152.nu.2.par.3.*

Et hunc caſum declarat procedere
Marèſcot. vbi ſupra,etiam ſi appellatio
39 † fuerit interpoſita, *Grauat.ad Veſtr.
vbi ſupra nu.12.* etiam ſi non fuerit id
oppoſitum in prima inſtantia.

Etiam ſi tertius pro ſuo intereſſe ſe
opponat.

Etiam ſi cautio offeratur.

Etiam ſi per loci Ordinarium ſeque-
ſtratio relaxata fuerit, licèt cauſa co-
ram eodem Ordinario non pendeat.

Etiam locũ ſibi vẽdicare affirmauit
40 in quocumque beneficio, † & in qua-
cumque Eccleſia Parochiali, vt poſt
multos allegatos firmat *Mareſcot.d.cap.
77.à num.4. vſque ad nu.21. & Monet.
vbi ſupra num.10.& ſeq.* quibus lecto-
rem remitto, & ibi limita, vt per eos.

Primò declara ſupradictos caſus, in
41 quib. ſi ſequeſtratio † fiat ſuper equo,
bobus,& alijs animalibus,expenſæ de-
bẽt fieri dãno creditoris, *Paris de Put.
in tract. de ſindic. in cap. An carcerarius
num.8. Luc. de Penn. in l.fin.nu.3. verſ.
Et faciunt C.de erog.milit. lib.12. Bor-*

gnin. Caualc. d. deciſ. 23. num. 27. verſic. Et quando, vbi allegat ſupradictas, ſed Paridem non inueni id affirmaſſe.

Secundò declara Iudici permiſſum
42 non eſſe quempiam † compelli ſequeſtrem eſſe, *vt per Bart. in l. litibus* §. *vltimo C. de agric. & cenſ. lib. 11. Tiraq. de retract. conuent.* §. *4. gloſ. 7. num. 3. & 4.* & hanc veriorem ✱ appellat, licèt cōtrariā in Gallia ſeruari teſtetur, eum refert *Granat. ad Veſtr. d. lib. 7. cap. 1. nu. 14. verſ. Sed operæpretium, Ludou. deciſ. Lucenſ. 51. nu. 7. &* 8. vbi veriorem hāc appellat, ✱ licèt in praxi contrarium ſeruari affirmet, & ſic etiam in his partibus ſeruari vidi, *Carocius de ſequeſtr. quæſt. 4. & 5. vbi plenè par. 1.*

Montan. de iur. tut. et cur. cap. 29. n. 2 fol. 80.

43 Subdeclara, quod ſi ſequeſter † ſpontè ſequeſtrū, vel Iudicis authoritate recipiat, non licet eidem ſequeſtri ſe ab eodem ſequeſtro abſque Iudicis authoritate eximere *ex Bart. in l. ei, apud quem* §. *vltimo ff. depoſit. Card. in clem. 1. in 12. quæſt. de prohibit. ſeq. pecun. Caroc. de ſequeſtr. par. 1. quæſt. 4. & 5.* vbi plenè *Petr. de Rancr. ſing. 663. Ludouic. dicta deciſ. 51. num. 15. verſic. Et in omnibus.*

Tertiò declara, quod ſequeſtratio fe-
44 rias † non habeat, & ideo fieri poteſt etiam in diebus feriatis, vt diximus *ſupra ampliat. 1. princip.* & firmat expreſsè *Bald. in ſing. 185.*

Declara omnes ſupradictos caſus, & alios, qui in hac materia proponi poſſent, quia licèt cōcludatur, ſequeſtrum
45 † contra iuris regulas eſſe permiſſum, quatuor concurrentibus. Primò, quod conſtet ſaltim ſummariè de iure petentis ſequeſtrationem. Secundò, quòd partis citatio concurrat. Tertiò, iuramētum calumniæ. Quartò, quod ſuſpicio illius, contra quem ſequeſtrum imploratur appareat, de quibus *per Minſing. ſing. obſeru. cent. 2. obſeruat. 11. n. 5. verſ. Primū poſt, Guid. Pap. dec. 245.* nihilomi-
46 nus arbitrariū Iudicis † erit concedere, vel prohibere ſequeſtrationem, *Archid. in cap. quia plerique 11. q. 1. allegatus per Manſ. ad Pract. Pap. in d. form. ſequeſtr. in verbo, Prohibita, in princ. Monet. in tract. de diſtr. p. 1. q. 9. nu. 9. verſ. Duodecimus.*

Et quādo facilis fuit ad arreſtū, ſeu ſequeſtrū concedendū, ita ēt facilis eſſe debet in reuocādo, vt ex pluribus exemplificat *Colcr. vbi ſup. n. 74. verſ. Itaque.*

SVMMARIVM

AMPL. XXXVIII.

1 *Noui operis nunciatio quid ſit.*
Eam facere videtur, quando quis priſtinam loci faciem, vel operis mutat nu. 2.
Executiua eſt num. 3. Celeritatem deſiderat num. 4. De iure fieri dicitur num. 5.
Fieri poteſt ab omnibus, & omnibus propria authoritate omnibus diebus num. 6.
Eſt quædā extraiudicialis appellatio nu. 7.
Superficiario, feudatario, & emphiteutæ conceditur num. 8.
Idem in Ciue, & in forenſi num. 9.
Procedit etiam in procuratore num. 10.
Denegatur vſufructuario num. 11.
Idem in Pupillo, etiam cum Tutoris authoritate num. 12.
Extēditur etiam in maiore decem, & octo annis, & minore viginti num. 13.
14 *Actor dicitur, qui ad iudicium prouocat.*
Quando dicatur actor in noui operis nunciatione num. 15.
16 *Cautela prouocatis in actione noui operis.*
17 *Nunciatus iniuſtè demoliri non tenetur.*
Contrarium ſuſtinent multi num. 18.
Author conciliat num. 19. & 20.
21 *Interdictum quid ſit.*
22 *Edictum ad duos pertinet.*
Quando locum habeat in operis noui nunciatione num. 23.
24 *Fruſtra legis auxilium implorat, qui in legem committit.*
25 *Iudicibus magna debetur reuerentia.*

Appel-

Digitized by Google

Appellantur Dei miniſtri in terra nu.26.
Eorum iudicium dicitur prodire de vultu Dei num.27.
28 *Prætor nunciationem concedens nequit diſtinguere, ſi opus fiat iuſtè, vel iniuſtè.*
29 *Nuncians prætorem adeundo tutius agit.*
30 *Nunciatus ex Prætoris interdicto ſemper deſiſtere tenetur.*
31 *Diuerſa ratio diuerſum producit effectū.*
32 *Iudex debet pronunciare ſuper meritis cauſæ, non autem ſuper attentatis poſt nunciationem noui operis.*
Contrariam partem tenent multi nu.33.
34 *Nūcians nouū opus, & opponēs debet ſuperſedere in conſtructione per mēſes tres.*
Procedit etiam ſi nunciatus offerat fideiuſſionem de demoliendo num.35.
36 *L.vnic. C.de oper.nou.nunc. declaratur.*
37 *Inſtantia durat per triennium.*
38 *Si non fuerit pronunciatum ſuper nunciatione noui operis infra menſes tres fideiuſſione præſtita, procedi debet in conſtructione.*
39 *Nuncians nouum opus recipiens fideiuſſionem, non tollit nunciato, vt procedere non poſſit ad vlteriora.*
Non procedit quādo nunciatus dictam ſatiſdationem non recipit num.40.
Contrarium tenent multi nu.41. Sed prima opinio verior videtur num.42. & ab Authore defenditur num.43.
44 *Noui operis nūciatio dupliciter fieri poteſt. Sed tutius ex Prætoris mandato nu.45.*
46 *Prætor debet præcipere copulatiuè in operis noui nunciatione, ne ædificetur, & ſi ſenſerit ſe grauatum, &c.*
47 *Actor non amittit poſſeſſionem, ſi nunciatio fuerit facta Iudicis authoritate.*
48 *Noui operis nunciatio debet fieri cum præcepto, quod nunciatus deſiſtat, & ædificatum deſtruat.*
Habet locū in cauſa damni infecti nu.49.
Quando fieri debeat num.50.
Si fiat extra locū ædificij non valet nu.51.
52 *Reficiens vetus ædificium ne corruat nouum opus facere non videtur.*
Non procedit quando ædificium funditus euerſum, denuò reficiendum eſt num.53.
54 *Noui operis nunciatio debet fieri partibus præſentibus, vel altera earum citata, contumace, & abſente.*
55 *Ædificans doloſè ſuis ſumptibus demoliri tenetur.*
56 *Nuncians ſi ſuccūbat debet cōdemnari ad damnū. Depēdet à Iudicis arbitrio n.57.*
58 *Noui operis nunciatio non habet locum, quando mora periculum illatura eſt.*
Relinquitur arbitrio Iudicis num.59.
60 *Socius non poteſt nunciare nouum opus.*

AMPLIATIO XXXVIII.
Etiam in nou. oper. nunciat.

An noui operis nunciatio habeat executionem paratam?

NOVI operis nunciatio
1 † eſt ædificanti in alterius præiudicium facta prohibitio, de qua latè *I. C. in l.1. ff. de nou. oper. nunciat. Hoſtienſ. in ſumma huius tit. relatus per Rip. in l. de pupillo §. meminiſſe num.4. verſ. Vltimo ff. eod.*

2 Et nouū opus facere videtur † quando quis ædificando, vel aliquid detrahendo priſtinam loci, vel operis faciem mutat *d.l.1. §.opus, Duar. diſputat. Vniuerſ. libr.1. cap.16. in princ.*

3 Hæc autem nunciatio † executiua eſt, quia propria auctoritate, & abſque Iudicis mandato fieri poteſt *d.l.1. §.nunciatio, Rip. in l. de pupillo §. meminiſſe num. 26. verſ. Regula ff. eod.*

4 Et celeritatem deſiderat † *Lancellot. de attentat. part.3. c.28. num.63. & 64. verſ. Quintò,* Et nihilominus iſtiuſmo-
5 di nunciatio de iure fieri † dicitur, *Caſtrenſ. conſ.412. Viſis punctis ſub num.1. verſ. Nos loquimur vol.2.* & eſt ſpecies citationis, & vocationis in ius.

De qua materia latè licèt permixtè
per *Scribentes in rubric. ff. & C. & tot.*
tit. de nou. oper. nunciatione, vbi longa, &
confuſa ſerie hanc rem in medium pro-
tulerunt; Nos autem relictis diſputa-
tionibus, prout opus fuerit, hanc ean-
dem materiam perſtringendo colloca-
bimus, eam in infraſcriptis concluſio-
nibus ad praxim pertinentibus.

Prima itaque concluſio erit. Noui
6 operis nunciatio † ab omnibus, & om-
nibus propria authoritate, & in omni-
bus diebus, etiam abſentibus, & igno-
rantibus, ac nomine alieno fieri poteſt
tex. clarus in d. l. 1. §. nũciatio, vbi Bar. Iaſ.
Bald. Ruin. cæterique Scribentes, & præ-
cipuè ibi Soc. iun. nu. 284. *verſ. At in caſu.*

Quia nunciatio eſt quædam extra-
7 iudicialis † appellatio *c. Romana §. ſi ve-*
rò de appellat. in 6. Bart. d. l. 1. quæſt. 9. &
Ruin. n. 15. Duaren. vbi ſup. verſ. Cæterũ.

Et ideo ſuperficiarius, feudatarius,
8 † & emphiteuta nũciare poſſunt *d. l. 1.*
§. ſi ego ſuperficiarius, vbi Iaſon de com-
muni ✱ teſtatur.

Idem in Ciue, cui ius nunciandi
9 † conceditur, qñ in publico ædificatur,
non aũt forenſi *d. l. 1. §. fin.* vbi omnes.

Idem in forenſi, quando ædificatur
in via publica, quia quilibet etiam fo-
renſis nunciare poteſt *l. 1. §. fin. ff. de*
via public. Iaſ. Ruin. & alij Scribentes in
dicta l. 1. §. fin. ff. de oper. nou. nunciat.

Idem in procuratore, qui cum gene-
10 rali mandato † admittitur ad nuncian-
dum, nec requiritur ſpeciale, *Alex. in d.*
l. de pupillo §. qui procuratorio nu. 2. verſ.
In ea Gloſ. & ibi add. in litera C, vbi
multos allegat.

Primò declara, hãc primam conclu-
ſionem nõ procedere in vſufructuario,
11 † qui nequit opus nouum nũciare pro-
prio nomine, ſed procuratorio tantum,
d. l. 1. §. vſufructuarius, vbi etiam Bart.
Bald. Alex. Iaſ. & cæteri interpretes hoc
expreſsè firmant *Roman. conſ. 42. Viſis*
quæ egregiè num. 3. verſic. Hoc primo fun-
do, vbi etiam Addentes.

12 Declara ſecũdò in pupillo, qui gra-
tia iuris publici tuẽdi, nec cum tutoris
authoritate nunciare poteſt *l. de pupillo*
ff. de oper. nou. nunciat. vbi omnes.

Idem procedere videtur in maiore
13 † decem, & octo annis, & minore vi-
ginti, qui etiam cum curatoris authori-
tate opus nouũ ex cauſa publica nun-
ciare non poſſunt, hæc fuit originalis
doctrina *Bart. in d. l. de pupillo*, quem
refert, & commendat *Iaſ. ibid. num. 3.*
verſ. In Gloſſa, & hanc vti ✱ commu-
nem defendit, & ex Cuman. hanc opi-
nionem appellat nouam, & mirabilem,
& alijs rationibus eam comprobat *ver-*
ſic. Sed iſtis non obſtantibus.

Secundò declara, quòd licet nuncia-
tio poſſit fieri propria authoritate, vt
ſupra diximus, & conſequenter is, qui
14 ad † iudicium prouocat actor dicatur
l. qui prior ff. de iudic. & in caſu propoſi-
to adeſt *tex. in d. l. de pupillo §. qui remiſ-*
ſionem ibi *ſuſtinet enim partes defenſoris*,
tamen quando prouocatus comparet
15 ſimpliciter † ad ſui defenſionem, &
proinde fit remiſſio noui operis, me-
diante cautione præſtita de demolien-
do, tunc vt reus perſeuerare dicitur, ſe-
cus verò quando prouocatus, & nun-
ciatus citat principaliter nunciantem
ad tollendum, & reuocandum, &c. quia
dum comparet, & iudicium proſequi-
tur, nõ dicitur amplius reus, ſed partes
actoris ſuſtinet, *Bart. in d. l. de pupillo §.*
ſi procurator num. 2. Alex. num. 4. Caſtr.
nu. 4. quos cum alijs allegat *Polid. Rip.*
ſing. obſeruat. obſeruat. 63. vbi ex *Angel.*
ibid. num. 3. dicit, quod cautus debet
16 † eſſe aduocatus petens remiſſionem
nunciationis.

Secunda concluſio reſultare videtur
ex illa nunciatione, quæ ab aliquo
nun-

Digitized by Google

nunciante ad impediendum opus in-
ceptum relaxatur, hæc enim ſi manife-
17 ſtè iniuſtè fiat ſuſtineri debet, vt de-
nunciatus demoliri non teneatur, hæc
fuit originalis doctrina *Bartoli in conſil.*
64. ſuper puncto quæſtionis par. 1. quem
ſequitur *Iaſ. in l.* 1. *ſub num.* 7. & 8. *ver-*
ſic. In eadem Gloſ. in fin. vbi recenſendo
pro hac parte ſeptem fundamenta,
hanc vti communem, & temerarium
eſſe ab ea recedere iudicando, & conſu-
lendo affirmat, eandem ſententiam
defendunt ibidem *Alex. & Ruin. num.*
16. verſic. Sed licèt prædicta Franc. Marc.
deciſ. 106. *num.* 1. *verſic. Dubium facit*
Pract. Pap. in forma libelli in actione no-
ui operis in verbo, Quemdam parietem
muri, num. 4. *verſic. Eſt autem, Bald. con-*
ſil. 245. *num.* 2. *lib.* 2. *Roman. conſil.* 42.
Viſis quæ egregiè ſub nu. 3. *verſ. Reſciſſo,*
& ibi additio in liter. P, dat concor-
dantes, de hac etiam communi ✱ te-
ſtatur *Socin. iun. d. l.* 1. *num.* 111. *verſ.*
Ex quo ſequitur vſque ad num. 120. &
num. 122. *num.* 135. & *num.* 136. vbi
ex decem fundamentis eam defendit.

Contrariam partem, quod huiuſ-
18 modi † nunciatio etiam iniuſta ex Iu-
dicis mandato fieri poſſit, ita vt nun-
ciatus procedens poſt operis nuncia-
tionem deſtruere teneatur, vt extat *tex.*
clar. in d. l. 1. vbi inquit Iuriſconſ. *Hoc*
edicto permittitur vt ſiue iure, ſiue iniu-
ria opus fieret per denunciationem inhibe-
retur, deinde remitteretur prohibitio ea-
tenus, quatenus prohibendi ius is, qui
nunciaret, non haberet, iuncta l. Prætor
ait 20. §. 1. ibi, *Qui igitur facit, & ius*
faciendi habuit, tamen contra Prætoris
interdictum facere videtur, & ideo de-
ſtruere cogitur, & in l. non ſolū 8. §. *Scien-*
dum eodem tit. & hanc opinionem ſe-
quitur *Alberic. ibidem num.* 12. 13. &
14. vbi ſic communiter ſeruari affir-
mat, eamdem opinionem ✱ ample-
xi ſunt *Duaren. vbi ſupra verſic. Nam*
vt, & poſtremò Fachin. controuerſiar.
iuris lib. 8. *cap.* 44. vbi reſpondendo ſi-
gillatim ad omnia argumenta hanc fir-
mat ſententiam, *Lancell. de attent. par.*
3. *cap.* 28. *num.* 63. *verſic. Quintò, Pract.*
Pap. vbi ſupra in verb. ante aliquem, n. 1.
Plot. in tract. de in litem iurand. §. 3. *nu.*
49. *verſic. Nota, Angel. Aret. conſil.* 94.
In caſu num. 4. 5. & *ſeq.* & hanc par-
tem tenet *Magon. deciſ. Lucenſ.* 29. vbi
ſic fuiſſe iudicatū per Rotam Lucen-
ſem affirmat, & ibi etiam *additio in li-*
tera A, plures alios adducit.

In ſupradictorum Doctorum con-
19 trouerſia ego declararem † ſupradi-
ctam primam opinionem ✱ cõmunem
procedere, quando nunciatio fuit fa-
cta extraiudicialiter, ſcilicet propria
nunciantis authoritate, vel per iactum
lapilli, vt proximè dicemus, & propte-
rea ſic eſſe intelligendam ✱ cõmunem
ſententiam ſupra relatam, qua firma-
tur, vt facta nunciatione etiam iniuſta
nunciatus demoliri nō teneatur, à qua
in iudicando, & conſulendo non eſſe
recedendum annuunt præfati Docto-
res pro dicta prima communi comme-
morati.

Secundam verò communem proce-
20 dere, quando † Iudicis, vel Prætoris
authoritate nunciatio parti notificata
fuit, ſiquidem Iudex iniuſtè prohibens
compellit nunciatum, vt deſiſtere te-
neatur, & non deſiſtendo locum habet
interdictum demolitorium, vt clarè vi-
detur ſonare textus *in d. l.* 1. §. 1. *ibi*
Contra Prætoris interdictum facere vi-
detur, & vltra claram deciſionem tex-
tus moueor hac ratione; Interdictum
21 propriè fieri dicitur † quando Prætor
ad tempus aliquid iubet, vel vetat, vt
doctè declarat *Alciat. lib.* 3. *Parerg. iur.*
cap. 15. quam etiam commendat *Ioann.*
Rob. lib. 3. *ſentent. cap.* 19. relatus ad
verbum

Digitized by Google

verbum per *Scard. in theſaur. iur. in verb. edictum ab interdicto.*

22 Edictũ verò † propriè ad duos pertinet, vt per *Alciat. Ioann. Rob. & Scard. in locis commemoratis*. Vnde edictum in operis noui nunciatione locum habere videtur, quando ipſa nunciatio
23 † facta eſt extraiudicialiter propria nunciantis authoritate, vel per iactum lapilli, vt prædiximus, & propterea nimirum ſi iniuſta nũciatione præmiſſa per partem ipſam notificata, nunciatus non deſiſtens deſtruere non cogi-
24 tur, quia fruſtra legis auxilium † implorat, qui in legem committit *cap. fin. de immun. eccleſ. cum ſimilib.* quia nuncians legitimè eſt inſtructus ſi competit, vel non competit ius prohibendi, & cum tali certitudine nunciando dicitur eſſe in dolo *Socin. iun. in d. l. 1. nu. 41. & ſeq. verſic. Et licet*; quod non euenit, quando ex Prætoris interdicto nunciatio proceſſit, ſiquidem magna
25 debetur reuerentia, † & obedientia iudicibus *l. veluti vbi Doctores de iuſt. & iur. vt inquit Magon. d. deciſ. 29. num. 5. verſic. Magnum*, quia appellãtur Dei
26 miniſtri † in terra *cap. non ſolum, & cap. qui malus 24. quæſt. 5.* quorum iudi-
27 cium † cenſetur prodire de vultu Dei, vt habetur *in cap. vt noſtrum in princip. de appellat.* qua propter quando Prætor nunciari opus nouum permittit,
28 nequit † diſtinguere ſi opus fiat iuſtè vel iniuſtè, Vnde interim ædificãs nunciatus debet abſtinere *l. non ſolum §. ſciendum ff. de operis nou. nunciat.* aliàs dicitur edictum Prætoris contemnere temerariè opus proſequendo *d. l. Prætor. §. 1. & firmat Socin. iun. vbi ſupra verſic. Nam cum Prætor*, & Ideo tutius agit nuncians prætorem adeundo,
29 † vt inquit *Gloſ. in l. de pupillo §. meminiſſe in verb. tutius*, quam commendat *ibi Ripa num. 16.* quia ſiue iuſtè, ſiue in-
30 iuſtè Iudex prohibeat, nunciatus † ob Iudicis præceptum, & ob pœnam apponi ſolitam, deſiſtere tenetur, vt ſupra firmauimus, ne Iudicium reddatur eluſorium, vt *diximus ſupra in præludio 2. num. 12.* Et licet *Socinus iunior in d. l. 1. num. 37. verſic. Si verò*, aſſerat nunciationem iniuſtam ſemper eſſe ſpernendam, ſiue à partibus, ſiue à Pretore procedat, quia iura de nunciatione indiſtinctè, & ſimpliciter loquuntur; nihilominus Prætoris interdictum, & pœna magis vrgere videtur, & ita
31 diuerſa ratio † diuerſũ parit effectum *l. Seio §. vxori meæ ff. de annuis legat. Maſcard. de probation. concluſ. 334. num. 9. vol. 1.* Et hodie ſi numerarentur Doctores hanc partem ſuſtinentes magis communis ſententia adhæreret huic contrariæ opinioni, quam vnuſquiſque Iudex, qui nunciationem prohibet in praxi, & in iudicando ſequeretur.

Tertia concluſio. Noui operis nunciantione parti notificata, & ab ea ſpreta poſt eam ædificando, ſi lis fuerit inter nunciãtem, & nunciatum legitimè conteſtata, ædificium poſt nunciationem peractum demoliri non debet,
32 ſed Iudex † ſuper meritis cauſæ, non autem ſuper attentatis pronunciare debet *text. in cap. ſignificante 69. de appellat.* quem ſic firmando allegat *Bald. conſ. 245. num. 2. verſ. Secundo præmitto lib. 2. Iaſ. in d. l. 1. num. 3. verſic. Quarto nota*, quos refert etiam *Facchin. controuerſ. Iur. lib. 8. cap. 45.* & ſic videtur prima facie concludere *Lancellot. de attent. part. 2. cap. 20. limit. 2. num. 10. & ſeq. verſic. Pro qua ampliatione.*

33 Contrariam partem, † quod hoc caſu poſſit peti reuocatio attentatorum, & cõſequenter Iudex debeat pronunciare non obſtante litis conteſtatione, firmat *Lancell. de attent. part. 3. cap.*

cap.

 Bellon. de incon Annunciat. cap. 153 fo. 112.

cap.23. num.9. verſ. Aduertendum, vbi ✱ hãc opinionem magis ✱ æquam affirmat, & alios concordantes adducit, eũ etiam refert & ſequitur *Fachin. poſt Menoch. Ioannem Andr. Gemin. Anchararan. & alios controuerſ. iur. d. lib.8. cap. 45. verſic. Contrarium*, vbi reſpondet ad argumenta, & rationes alias adducit, & hanc opinionem dixit ſeruari Romæ *Veſtr. in ſua prax. lib.8. cap.4. num.13.* hanc etiam ſequitur *Socin. iun. in d.l.1. num.57. verſic. Et adde primò.*

Quarta Concluſio. Facta noui operis nunciatione, ſi pars offerat probare incontinenti, quia opponit hodie conſtat, hodie agatur, debet ſuperſe-
34 deri † in conſtructione per menſes tres *l. vnica C. de oper. nou. nunciat. cap. penult. & cap. fin. eod. tit. Franciſc. Marc. deciſ.106. num.3. verſic. Sed in contrarium, Iaſ. plenè in l.1. num.19. verſ. Tertiò habes, & verſ. Mihi autem ff. eodem* vbi affirmat per dictam legem vnicam eſſe correctum ius Digeſtorũ, quo permittebatur ædificãti ædificium proſequi data fideiuſſione de demoliẽdo, eſt cõmunis ✱ opinio, de qua *Socin. iun. in d.l.1. nu.49. verſic. Et ſi, ff. eodem commun. opin. ſintag. in verbo, Nunciatus ceſſans, vbi Balb. deciſ.496. vol.2.*

Declara hanc concluſionem proce-
35 dere, etiam ſi nunciatus † offerat fideiuſſionem de demoliendo, quia nihilominus ſuperſederi debet, vt per *Iaſ. Franc. Marc. & Socin. vbi ſupra, & Balb. d. deciſ.496.*

Secundò declara, & melius, quod
36 *text. in d. l. vnica* † non præcipit ſuperſedendum eſſe per menſes tres, ſed videtur mandari eidem Iudici expeditionem cauſę infra tres menſes, vt expreſſè habetur *in d. l. vnica* ibi, *In prouincia verò Rectorem eius intra trium menſium ſpatium cauſam dirimere*, vbi etiam Salic. hoc ponderat *num.1. verſic. Or attende.*

Quod eſt ſpeciale in operis noui nũ-
37 ciatione † quandoquidem, licèt de iure inſtantia duret per triennium *l. properandum in princip. C. de iudic.* Nihilominus in caſu prædicto adeſt hæc noua lex, quæ reducit iudicium, & inſtantiam ad menſes tres, vt diximus.

Sed ſiuè ſuperſederi debeat per menſes tres, ſiue Iudex cauſam ipſam infra dictum ſpatium decidere debeat (quod idem eſt in effectu) ſi non fuerit
38 † pronunciatum ſuper ipſa nunciatione nunciatus elapſis tribus menſibus præſtando fideiuſſionem; de deſtruendo poteſt ad operis conſtructionem procedere, vt per *Salicet. & alios Scribentes in d.l. vnica. Iaſon. in d.l.1. nu.15. ff. eod. Andr. Gail. pract. obſeruat. lib.1. obſeruat.16. nu.17. allegati per Fachin. vbi ſupra cap.48. verſic. Poſtrema*, vbi hanc ſententiam probabiliorem appellat, & ſequitur *per cap. fin. de oper. nou. nunciat.*

Quinta concluſio, ædificanti facta nunciatione noui operis oblataque in caſu ſuccumbentiæ cautione de demoliendo, ſi nuncians eandem fideiuſ-
39 ſionem recipiat, permittitur † eſſe procedendum ad operis conſtructionem, non obſtante concluſione quarta proximè firmata, quia videtur nunciationem remiſiſſe, ſic cõcludit diſtinguendo *Salic. in d.l. vnica num.3. verſic. Ergo, Plot. vbi ſupra §.3. nu.50. verſic. Cautela, Iaſ. d.l.1. num.19. verſic. Tertiò moueor.*

Primò declara hanc concluſionem,
40 quod ſi nunciatus ſatiſdationem † illam non recipiat, quia nuncians offert incontinenti docere, & producere eius iura, debet ſuperſederi per menſes tres, in quibus Iudex pronunciare debet *d. l. vnica, vbi etiam Azo in ſumm. in fine,*

Salicet. vbi ſupra, verſic. Aut ille, Plotus d. §. 3. num. 50. vbi teſtatur ✱ de communi *Pract. Papienſ. in d. forma libelli in actione nou. oper. in verbo Ante aliquam remiſſionem, Iaſon in d. l. 1. num. 19. Caſtrenſ. d. conſ. 412. nu. 1. verſic. Sed quando,* hanc eãdem ſentẽtiam ſequitur *Fachin. controuerſ. iur. d. lib. 8. cap. 48.* poſt ſex relatas expoſitiones, *Gloſ. & Doctores in d. l. vnic.* hanc ſequitur; & tuetur opinionem *Andreas Gail. obſeruat. 16. num. 17. lib. 1.* ab eod. relatus, & ſic teſtatur fuiſſe deciſum *Rebuff. in tract. de mater. poſſeſſ. tom. 3. art. 2 gloſ. 3. num. 21.* quem refert *Theſaur. filius in addit. ad dictam deciſ. 204. Balb. d. deciſ. 496. relatus in commun. opin. ſintag. vbi ſupra.*

41 Contrarium firmare † videtur *Anton. Theſaur. in d. deciſ. 204. poſt Ruin. Socin. & alios relatos,* qui aſſeuerat, quod ſi mora periculum inferre poteſt ædificanti, tunc cautione per eundem præſtita de demoliendo; prohibitio ædificandi remittenda eſt, ſecus autem ſi periculum inferendum eſſe non appareт, quod totum depẽdere à iudicis arbitrio affirmat, & ſic an debeat expectari tempus trium menſium, an verò permittere ædificium proſequi, vbi ſic obſeruatum fuiſſe per Senatum Pedemontanum affirmat.

42 Sed communis opinio ſuperius † per nos relata eſt magis ✱ æqua, & diſpoſitioni dictæ legis vnicæ magis conueniens, & æquior, & partibus magis expediens, quia maius damnum pars pati poſſet, proſequendo opus, & poſtea demoliendo deſtruere per ſatiſdationem præſtitam, niſi forſan nũciatus oblatam fideiuſſionem nõ recipiat, nec nũciãs aliquid de iuribus ſuis probaturum offerat, quia hoc caſu Iudex agnoſcens nũciantem proponere nunciationem non ratione iuris ſui tacendi, ſed aduerſarium vexandi, poterit, ſi ſibi videbitur, permittere ædificanti procedere in ipſius operis conſtructionẽ, vt inquit diſtinguendo *Salicet. in d. l. vnica, verſic. Aut non recipit.*

43 Nec aduerſatur ratio † *l. de pupillo §. ſi quis riuos ff. eod. à dicto Anton. Theſaur.* perpenſa, quia ſatis diuerſa eſt, illa enim procedit, quia reipublicæ intereſt, ne homines propter aeris corruptionem, vel ſitim necarentur, vt animaduertit *Duaren. diſput. anniuerſ. d. cap. 16. verſic. Verum eſt,* & colligitur etiam ex verbis eiuſdem contextus.

Sexta concluſio licèt operis nuncia-
44 tio fieri poſſit † duobus modis. Primò extraiudicialiter, ſcilicet propria nunciantis authoritate, & per iactum lapilli. Secundò iudicialiter ex Iudicis præcepto, vt eſt *text. in d. l. de pupillo §. meminiſſe, Socin. in d. rubr. de nou. oper. nunc. num. 115. verſic. Sed hic nunciatio,* de quibus plenè per *Pract. Pap. in d. form. libell. in action. nou. operis in verb. nouum opus nu. 6. verſic. Sed hic, poſt Iaſon. in d. l. 1. §. in operis nu. 2. verſic. Duplex,* & prohibitio, & nunciatio idem ſint, vt eſt communis ✱ opinio, de qua *Ripa in d. §. meminiſſe num. 3. verſ. Contrariam, Bald. d. conſil. 245. in princip. lib. 2.*

Tamen tutius agit nuncians Præto-
45 rem † adeundo, vt inquit *Gloſ. in d. §. meminiſſe,* quam commendat *Ripa ibidem num. 16. verſic. Gloſſa in verb. Tutius,* qui Prætor debet præcipere copu-
46 latiuè † ædificanti, vt non ædificet, & ſi ſenſerit ſe grauatum compareat, vt contra Bart. ſibi contrarium concludit *Ripa vbi ſupra num. 19. verſic. Secundò nota,* vbi hanc dicit ✱ communem, & formam huiuſmodi nunciationis ponit *Pract. Pap. vbi ſupra num. 6. verſic. Vbi autem Iudex.*

Declara hanc ſextam cõcluſionem, quod

47 quod ſi nunciatio † Iudicis authorita-
te, vel per iactum lapilli relaxetur, actor
non amittit poſſeſſionem, ſi autem fit
propria nũciantis authoritate, hoc ca-
ſu nuncians poſſeſſionem perdit, vt
concludunt omnes, & præcipuè *Alex.
& Iaſ. in d. §. in operis num. 2. vſque in
fin.* vbi more ſolito, & ſubtiliſſimè hanc
quæſtionem examinando, ſic eam con-
cludit.

Declara ſecundò non eſſe factam o-
48 peris noui nunciationẽ, niſi etiam † fiat
præceptum quod deſtruatur ędificatũ,
etenim ſi relaxetur mãdatum, quo præ-
cipiatur tantum eſſe deſiſtendum cen-
ſetur intentatum aliud iudicium, quod
vi, aut clam, vt per *Bart. conſil.* 80.
verſic. Apparet lib. 1.

Septima concluſio. In cauſa dam-
49 ni infecti locum habet † edictum noui
operis nunciationis *l.* 1. *§. nunciatio il* 2.
*& d. l. de pupillo §. ſextus ff. de operis nou.
nunciat. Bar. in l.* 4. *§. hoc autem edictum
nu.* 16. *de dam. infect.* quem ita firman-
do refert *Tort. ad ſtatut. Pap.* 3. *nu.* 102.
*verſic. In verbo noui operis in ciuilib. folio
mihi* 232.

Octaua concluſio. Noui operis
50 nũciatio debet fieri † in conſpectu ip-
ſius ædificantis, & in ipſo actu ædifi-
candi pręſente aliquo de familia, vbi æ-
dificium extollitur, vel ipſis opificibus,
per quos poſſit etiam domino abſenti
nunciari *d. l. de pupillo §. ſi quis forte, &
§. nunciare, & l. ciuilibus ff. eodem, Iaſ. in
d. l. ait prætor nu.* 10. *Plot. in d. §.* 3. *ver-
ſic. Opus autem ſub nu.* 50. *Papienſ. vbi
ſupra in verb. nouum opus num.* 4. *verſic.
Rurſum*, & in hanc ſententiam, vti
communem * tranſit *Bar. d. conſ.* 80.
Bald. d. conſ. 245.

51 Aliàs ſi fiat extra locum † ædificij
nullo modo valere dicitur, nec domi-
num ædificij ad aliquid coarctare po-
teſt, *Iaſ. in d. l. de pupillo §. ſi quis fortè
num.* 3. eſt communis opinio, * de qua
Plot. vbi ſupra num. 52. *verſic. Factum
autem*, & hoc firmant *Bart. & Bald. in
locis proximè commemoratis*.

Nona concluſio. Reficiens vetus
52 ædificium, ne corruat ſupponens tra-
bes, vel tibicinibus ſuſtinere faciens,
nouum opus facere non videtur, &
ideo ſi eidem ędificanti nunciatio fiat,
deſtruere non cogitur *l.* 1. *§. ſi quis ædi-
ficium, vbi etiam Gloſ. & Iaſ. plenè in l.
ſtipulatio §. opus ff. eodem Duaren. diſpu-
tat. anniuerſ. lib.* 1. *cap.* 16. *in princ. Plot.
d. §.* 3. *num.* 54.

Declara hanc concluſionem non
procedere, quando ædificium funditus
53 † euerſum, denuò reficiendum eſt; ete-
nim hoc caſu locum habet noui operis
nunciatio, adeo quod ædificãs non po-
teſt procedere ſpreta nunciatione, *ar-
gum. text. in d. l.* 1. *§. ſi quis ædificium*,
vbi Iaſ. dictum textum ponderat, &
refert ex Alberico fuiſſe Iudicatum
mediolani in quodam Molendino à
fundamentis euulſo, in cuius refecto-
rie habuit locum hoc interdictum.

Decima concluſio. Remiſſio nun-
54 ciationis fieri debet, vel partibus † om-
nibus præſentibus, vel altera earum ci-
tata, contumace abſente, & non com-
parente, & Ideo, ſi fiat per Iudicem
parte abſente, & non vocata, non te-
net *l. in cauſa la* 1. *ff. de minorib. latè Ca-
ſtrenſ. conſ.* 412. *viſis punctis in princip.
vol.* 2.

Declara, quod licèt huiuſmodi re-
miſſio non valeat; tamen ſi ædificans
55 dolosè, & ex malitia † ſciens vitium,
& nullitatem dictæ remiſſionis ædifi-
cium proſequutus fuerit, nulla data fi-
deiuſſione de demoliendo, tenetur eius
ſumptibus demoliri, etiam ſi voluerit
cauere, & oſtendere iuſtè ædificaſſe
Caſtrenſ. d. conſil. 412. *in fin. verſic. Cum
igitur*.

Vnde-

Vndecima concluſio. Si nuncians
56 ſuccumbat condemnatur † ad damnũ,
quod nunciatus paſſus eſt, & propte-
rea tenetur de dolo *l. rem quamdam ff. de*
dolo, & actione iniuriarum, *Bart. in d. l.*
1. quem refert, & ſequitur *Socin. iun.*
ibidem num. 281. *verſic. Secunda, & nu.*
285. *verſic. Qui etiam Theſaur. d. deciſ.*
204. *in fin. Duaren. vbi ſupra verſ. Quod*
ſi nunciatione.

Declara quod hoc pendet ex arbi-
57 trio Iudicis, † qui perſcrutando cau-
ſam iuſtam, vel iniuſtam poteſt nun-
ciantem abſoluere, vel condemnare,
vt firmat *Socin. vbi ſupra num.* 287. *&*
288. *verſic. Et in propoſito.*

Duodecima concluſio. Noui ope-
ris nunciatio non habet locum, quan-
58 do † mora periculum allatura eſt, ve-
luti quãdo quis voluerit riuos, vel cloa-
cas reficere, hæc enim refectio cum pu-
blicè interſit propter aeris ſalubrita-
tem, & aquæ potum, nõ poteſt ſuſpen-
di propter nunciationem noui operis,
59 & ideo arbitrarium † Iudicis erit nun-
ciationem ipſam contemnere, vel eam
concedere, vt inquit *text. in l. de pupillo*
5. §. *ſi quis riuos*, ibi *meritò non prohibe-*
tur, & ibi, *Apud iudicem quæri debere ff.*
de nou. oper. nunciat. vbi omnes & Dua-
renus d. cap. 16. *verſic. Verum eſt, Ant.*
Theſaur. d. deciſ. 204. *num.* 5. *verſ. Hoc*
autem.

Decimatertia concluſio. Socius non
60 poteſt nunciare † nouum opus, quan-
do alter ſocius ædificat in muro com-
muni, ſed tenetur agere ordinario iu-
dicio communi diuidundo *l.* 3. *vbi om-*
nes ff. de oper. nou. nunciat. & ſic fuiſſe
iudicatum refert *Rot. Lucenſ. diuerſ.*
deciſ. 119. *per totam, vbi Valer. Vellar.*
quicquid in cõtrarium ſenſerit *Neuizz.*
ibidem relatus conſil. 65.

SVMMARIVM

AMPL. XXXIX.

1 *Depoſitum differt à ſequeſtro.*
Illud propriè dicitur quando cuſtodien-
dum alicui datur num. 2.
Aliud iudiciale, aliud extraiudiciale num.
3. *Iudiciale quid num.* 4.
In iudicio debet fieri, vel vbi Iudex elege-
rit, vel in æde ſacra num. 5.
Extraiudiciale quid ſit num. 6.
Aliud regulare, aliud irregulare nu. 7. *Et*
quando dicatur regulare, vel irregulare
num. 8.
Eius materia executiua eſt num. 9.
Procedit ſiue depoſitum ſit reale, ſiue
confeſſionatum num. 10.
Confeſſionatum habet executionem para-
tam num. 11.
Non competit exceptio non numeratæ pe-
cuniæ aduerſus illud num. 12.
Contrarium, quod depoſitum confeſſatum
habeat executionem paratam tenẽt mul-
ti, ſed malè num. 13.
14 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
15 *Verba in contractibus ſunt propriè, &*
ſtrictè interpretanda.
16 *Depoſitum factum de Iudicis mandato*
executionem habet paratam.
Procedit in depoſito facto de partium vo-
luntate num. 17.
Habet locum ſiue depoſitum conſtet per
inſtrumentum, ſiue per teſtes, vel per
chirographum num. 18.
Probari poteſt ex omni genere probationis
num. 19.
De iure cõmuni ita paratæ executioni lo-
cus eſt, ſi iudicis officiũ imploratur n. 20.
Confectum per ſcripturam priuatam ita
recipit executionem, ſi fuerit accepta-
tum, vel confeſſione firmatum, aut à te-
ſtibus comprobatum num. 21.
Scriptura ſuper eo facta abſque Iudicis
mandato, & à tertio in iudicio producta
non probat num. 22.

Con-

23 *Contractus ſimulatus impedit executionem, & carcerationem.*
Quando dicatur, Iudicis arbitrio remittitur num.24.
25 *Depoſitum non obſtante ſimulatione executionem recipit.*
26 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non habet locum in depoſito.*
Non procedit in confeſſione extraiudiciali num.27.
Author tenet contrarium num.28.
29 *Mercatoribus, & campſoribus non competit exceptio non numeratæ pecuniæ.*
30 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non competit in pecunia obſignata.*
Non habet locum, quando quis confitetur depoſitũ ad omnẽ ordinẽ talis curię n.31.
32 *Exceptio cõpẽſationis reijcitur in depoſito.*
33 *Retentio conceditur in depoſito.*
34 *Reconuentio in depoſito contra depoſitum admittitur.*
35 *Depoſitum confeſſionatum non admittit compenſationem.*
Nõ probatur per ſolã fidẽ depoſitarij n.36.
37 *Iuratum executioni demandatur.*
38 *Depoſitum extraiudiciale pro exoneratione conſcientiæ habet executionẽ paratam.*
39 *Deponens præfertur debitori cedenti bonis, Quomodo procedat num.40.*
41 *Depoſitum vnus ex heredibus recipiens non habet regreſſum aduerſus alios, vendicat ſibi locum in depoſito ad numerum num.42.*
43 *Depoſitum obſignatum non admittit concurſum creditorum.*
44 *Depoſitum conditionale non habet executionẽ paratã, niſi adimpletis cõditionibus.*

AMPLIATIO XXXIX.
Etiam in depoſito.

An depoſitum habeat executionem paratam?

1 DEPOSITVM † differt à ſequeſtro, de quo ſupra ampliat. prox. præcedenti verba fecimus. Nam primò plures, vel vnus deponere poſſunt, In ſequeſtro autem plures deponere ſolent. Secũdò in ſequeſtro vnuſquiſque inſolidum depoſuiſſe videtur; In depoſito verò ſi plures rem communem deponant quilibet pro ſua parte cenſetur deponere. Tertiò in depoſito, rei proprietas, & poſſeſſio apud deponentem, In ſequeſtrum autem aliquando transfertur, vt is cuſtodiendo poſſideat, de quibus *in l.licet 17. ff.depoſiti, vbi Doctores Connan. in comment.iur.ciuil.lib.7. c.4.ſub nu.6.verſ.Vtrumque vocabulum, Scard.in Theſaur.iur.in verb.depoſitum.*

2 Et illud propriè nũcupatur, † quando cuſtodiendum alicui datum eſt, dictum ex eo, quod ponitur, *vt l.1. ff.depoſiti, vbi Oldendorp.relat. per Scard. vbi ſupra, de quo Conn. in loco proximè citato, Mantic. de tacit. lib.10. tit.1. num.4. verſic. Depoſitum, & Iacob.de Carol.meus Conciuis in Gem.Pauon. tom.2. col.14. num.6. verſic. Dicitur.*

3 Depoſitum aliud iudiciale, † aliud verò extraiudiciale; Iudiciale propriè illud eſt, cum res, de qua controuerſia
4 eſt, apud officium, † vel vbi Iudex ſtatuerit deponitur *l. Senatuſconſulto 16. ff.de offic.præſid. l.ſi fideiuſſor 7. §.vltim. ff.qui ſatiſdar.cogant. & l.ſi hominem 7. ff. depoſiti cum ſimilibus.*

Da alijs Deo annuente ſermo erit *in lib.3. de pact. execut. in tit. de depoſit.*

Quod ſi in iudicio fiat, debet, vel vbi
5 Iudex elegerit, † vel in æde ſacra illud fieri, aliàs non dicitur legitimè factum *l.acceptam vbi Bart. in fin. C. de vſuris l.ſi reus paratus, vbi Bald. & Caſtrenſ. ff.de procurat.* quos commemorat *Mantic. de tacit.d.lib.10.tit.2.num.2. verſic. Et ſi depoſitum.*

6 Aliud verò extraiudiciale † nuncupatur, eò quia extraiudicium fit, In hoc enim qui deponit eligere poterit quem

voluerit,& ſibi imputet ſi malè elegerit
l.1. §.is quoque apud quem ff.de action. & obligat. §. præterea inſtit.quib.mod. re contrahit.obligat. Ruin. conſ.152.nu.7. verſic. Nec obſtat lib.4. Tiraq. de retract. conuent. §.4. gloſ.7. num.11. allegati per Mantic. vbi ſupra num.3. verſic. Si verò.

Illud etiam appellatur, vel regulare,
7 vel irregulare, † Regulare illud eſt,
quando ita deponitur, vt illud idem veniat reſtituendum, & ex eo non transfertur dominium vel poſſeſſio; Irregu-
8 lare † vel improprium eſt, quando quis
pecuniā numeratam, nec clauſam, neque obſignatam deponit, ſed vt dominium in depoſitarium transferatur, ita vt tantundem pecuniæ reſtituere teneatur, *Caroc. de depoſit. quæſt.2.nu.21. verſic. Secunda eſt, Mantic. vbi ſupra nu.10. verſ. Quinta,* apud quos alias reperire poteris diuiſiones vltra, *Iacob. de Carol. vbi ſupra.*

9 Hæc depoſiti materia † executiua
eſt, quia depoſitarius ſine dilatione cōpellitur ad reſtitutionem, nec obijcere poteſt compenſationem, ſiue aliam exceptionem *l. ſi quis 11. C.depoſiti, vbi Imper. Iuſtin.* inquit. *Si quis vel pecunias, vel res quaſdam per depoſitionis acceperit titulum, eas volenti ei, qui depoſuit reddere illicò, modis omnibus compellatur, nullamque compenſationem, vel deductionem, vel doli exceptionem opponat, vbi plenè per Scribentes, & cap. bonafides de depoſit. c. ex literis de mut. petit. Menoch. de arbitr. caſu 184. in fine, Cumi. in rit. Regn. Sicil. cap.18. nu.12. verſ. Tertiò nota, Fachin. controuerſ. iur. lib.2. cap.92. verſic. Et denique. Et in fin. eiuſdem cap.92. Anton. Hering. de fideiuſſ. cap.27. num.269. verſic. Sanè. Viu. deciſ.191. num.5. verſic. Taliter lib.1. Mantic. de tacit. lib.10. tit.10. num.1. verſic. In primis volum.1. Seraphin. de priuileg. iur. priuileg.77. num.71. verſic. Et ſimiliter. Maur. Burg. in tract. de mod. proced. cent.1. quæſt.5. num.42. verſic. Vndecimus,* ſed videas *in fine huius 39. ampliationis num.44.*

Amplia hanc concluſionem firma-
10 tam procedere, ſiue depoſitū † ſit reale
§. Præterea inſtit. quib. mod. re contrahitur obligat. ſiue depoſitum confeſſionatum *l. Publia §. fin. ff. depoſiti;* Equidem vtrumque depoſitum mox reſtitui debet, & executionem paratam habe-
11 re dicitur, quia & confeſſionatū † gau-
det priuilegio non numeratæ pecuniæ, *vt eſt text. in l. in contractib. 14. §.1. ibi. Ideoque ſancimus inſtrumento quidem depoſitionis certarum rerum, vel certæ pecuniæ nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi C. de non numer. pecun.* Ex quo textu formatur argu-
12 mentum. Exceptio † non numeratæ
pecuniæ non poteſt opponi in depoſito, Ergo executionem paratam habere dicitur, *dicta l. ſi quis,* & hanc opinionem vti communem, * & receptam post alios citatos *per Caroc. in tract. de depoſit. par.1. quæſt.2. num.10. verſic. Quarè, & num.18. verſic. Concludendo* ſuſtinent *Kircou. recept. ſentent. cent.2. concluſ.35. Cum. vbi ſupra num.14. verſic. Sed contrarium, & Fachin. Controuerſ. iur. d. lib.2. cap.92. verſic. Sed contraria,* vbi hăc vti communem * ſuſtinēdo ad cōtraria reſpōdet, *Mătic. de tacit. lib.10. tit.10. n.12. verſ. Sed diuerſa,*
* vbi hăc frequentiori calculo * receptă
eſſe affirmat, & ad cōtraria reſpondet.

13 Contrariam partem † quod ſolum
depoſiti inſtrumentum habeat executionem paratam, nō autem depoſitum confeſſionatum, videtur ſuadere *text. in dicta l. in contractibus §. primo,* vbi inſtrumento quidem depoſitionis, & formari poteſt argumentum, Incluſio v-
14 nius † eſt excluſio alterius *vulg. l. cum prætor de iudic. & l. ait prætor §. ſed*

quod

quod Papinianus ff. de minor. cum ſimil. ſed in dicto §. 1. includitur inſtrumentum depoſiti, vt patet ad ſenſum, Ergo excluditur depoſitum confeſſionatum, ſiue alterius generis; quia in con-
15 tractibus † propriè, & ſtrictè verba ſunt intelligenda *l. veteribus ff. de pact. l. quicquid aſtringendæ ff. de verbor. obligat. cum ſimilibus, Carocc.* plures hanc partem ſuſtinentes adducit *dicta quæſt. 2. num. 2. verſic. Sed hic Coler. de proceſſ. execut. parte 3. cap. 1. num. 20. verſ. Vndè Curtius, & cap. 2. à num. 15. vſque ad num. 20. verſic. Sextò fallit, Boer. deciſ. 295. num. 7. & 8. verſic. Fallit in inſtrumento, Aſin. in tract. de execut.* §. 1. *cap. 4. num. 1. & 2. folio mihi 9. Plot. de in lit. iur.* §. 10. *num. 32. verſic. Ipſum vſque ad finem.*

Sed non recedendo in praxi à prima opinione, quæ verior, & æquior eſt, vt apparet ex ſupra deductis.

Declara eandem opinionem pro-
16 cedere, ſiue depoſitum † fiat de mandato iudicis, quod depoſitum Iuſtitiæ appellant, vt inquit *Aſinius vbi ſupra* §. 1. *cap. 4.*

Siue depoſitum fiat de partium vo-
17 luntate, † quandoquidem, ſi vera eſt opinio communis à nobis relata, prout veriſſima eſt, quoquomodo depoſitum occurrat, executioni paratæ locus eſſe videtur, quia depoſitum vno modo rectè contrahitur ſcilicet re, quod accidit, ſiue confeſſione, ſiue verbis, aut chirographo fiat, vt latè *Maſcard. de probat. concluſ. 509 num. 5. & 6. vol. 1.*

Secundò declara, dummodo conſtet
18 de depoſito, † vel per chirographum, vel per inſtrumentum, vel etiam per teſtes examinatos ad perpetuam rei memoriam, vel aliter notoriè de eo appareat, vt per *Bart. in l. creditores C. de pignoribus, Seraph. de priuileg. iur. dicto priuileg. 77. num. 71. verſic. Et ſimiliter, Cum. ſuper rit. regn. Sicil. dicto cap. 19. nu. 12. & nu. 13. verſ. Tertiò nota, Viu. plenè d. deciſ. 191. nu. 2. verſic. Quæ quidem lib. 1.* quia quolibet genere pro-
19 bationis probari poteſt, *Aretin. in l. 1. num. 1. & Iaſ. num. 2. C. de edendo* relati *per Mantic. d. lib. 10. tit. 10. num. 26. verſic. Poteſt.*

Declara tertiò, quod inſpecto iure
20 communi, ita contra † depoſitarium executio permittitur quando pro depoſito Iudicis officium imploratur, ſecus verò, ſi actione depoſiti agitur, vt poſt *Bart. in l. 1. de re iud. Alex. in l. 3. §. in acquirenda, & Parpal. in l. 2. num. 9. ff. ſi certum petat.* tenet *Cum. d. cap. 19. num. 13. verſic. Quod intelligitur.*

Declara quartò, dummodo depoſi-
21 tum per priuatam † Scripturam à depoſitario cōfectam, vel ſit acceptatum, ſiue confeſſione firmatū, vel à teſtibus comprobatum, aliàs ſimplex ſcriptura facta abſque Iudicis mandato, & in iu-
22 dicio à tertio producta † nō habet executionem paratam, quia dicta ſcriptura ſimpliciter in actis à tertio, vel à deponente exhibita non probat, vt inquit *tex. in l. ſi quis ſcripturas § fin. C. qui potior. in pignor. habeant. Decian. reſponſ. 109. num. 82. verſic. Sextò vol. 2.* ſed vide *inferius num. 31.*

Amplia ſecundò, quod licèt contra-
23 ctus ſimulatus impediat † executionem & carcerationem, quando in promptu probari poteſt, *Iaſ. in l. Cum. C. de tranſact. Felin. in cap. cum Ioannes col. 10. de fid. inſtrum. Alex. conſ. 101. ſuper lib. 4. Bald. conſ. 118. Prætermittendum vol. 4.* cum alijs congeſtis per *Pand. de execut. inſtrum. par. 5. 19. declar. n. 35.* vbi alios congerit, *Seraph. de priuil. iur. priuil. 74. n. 91. verſ. Et quamuis,* latè *Graff. de except. except. 12. per tot.* & Iudicis arbi-
24 trio relinquatur, † quando ſimulatio eſt probata, *vt per eundem Graff. nu. 27.*

verſic. Et quando, vbi multos allegat, tamen in depoſito ſecus eſſe dicendum eſt quandoquidem non obſtante ſimu-
25 latione † eius ſolutio non retardatur, *vt per Abb. in conſ.3. num.12. parte 2.* quem refert *Seraph. vbi ſupra.* ſed Abb. hoc non dicit, nec in alijs conſilijs id affirmantem perlegere nequiui.

Quæ ampliatio conuenire videtur iſtiuſmodi depoſitis, quæ hodie fiunt ad contemplationem amicorum, hæc enim, ſiue ſint realia, ſiue ſimulata, vel verius fictitia, ſemper contra depoſitarium relaxatur executio, adeo quod omninò tenentur depoſitarium exhibere, vt dicemus paulò *inferius num.31.*

Amplia tertiò, ita locus eſſe executioni paratæ aduerſus depoſitum, quod
26 nec cõtra eius ſolutionem † poſſit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ *l. in contract:b. §.1. ff. de non numer. pecun. Cum. poſt alios alleg. in rit. Regn. Sicil. d. cap. 19. num. 22. verſic. Nec etiam, Ioan. Beſſian. ad conſuet. Aluer. cap. 18. art. 4. circa princip. verſic. Et vltra hos, Viu. d. deciſ. 191. nu. 3. verſ. Et de hoc, Bertazz. de clauſ. clauſ. 32. gloſ. 1. nu. 14. verſic. Et quod in depoſito, Seraph. de priuileg. iur. d. priuileg. 74. num. 93. verſ. Et confitens, Mart. deciſ. 137. in principio folio mihi 123. Ricc. in collect. 1054. verſic. Infertur tertiò, & in deciſ. Archiepiſcop. Neapol. 99. Caroc. de depoſit. rubr. de depoſit. probat. nu. 4. verſ. Ampliatur folio mihi 84. parte 1.*

Declara hãc tertiam ampliationem
27 non procedere quando † quis extraiudicialiter confeſſus fuit ſe tenere loco depoſiti aliquam pecuniæ ſummam, quam promiſit reſtituere ad omnem requiſitionem creditoris deponẽtis, de quo depoſito depoſitarius priuatã ſcripturam abſque teſtibus confecit, in hac enim facti ſpecie admittitur exceptio nõ numeratæ pecuniæ infra biennium *l. in contractibus, vbi Bart. num. 7. verſic. Secus ſi pecunia ſit numerata C. de non numer. pecun. vbi etiam Caſtrenſ. in §. ſed quoniam num. 5. verſ. Si verò non ſit ſignata, ſed numerata, Caroc. in tract. de depoſit. p. 1. tit. de caſu n. 32. verſ. Quintò quæro,* & eſt cõmunis opinio, ✳ de qua ☜ poſt *Dec. in l. 2. §. appellata num. 2. ff. ſi cert. petat.* teſtatur *Mart. d. vot. 137. n. 2. & 3. verſ. Sed iſtis,* vbi ẽt ad Tiraquell. & alios cõtrarium ſuſtinentes reſpõdet, & ſic refert fuiſſe per eum iudicatum.

Sed eius opinionẽ nõ puto tutam, quia
28 hæc exceptio † non poteſt opponi, quando quis ſcripturam confitetur, licèt negauerit contenta in eadem ſcriptura, vt nos latè diximus ſupra *quæſt. 5. princip. num. 26. in fine.*

Primò ſubdeclara hãc exceptionem
29 non numeratæ pecuniæ † non competere campſoribus, & mercatoribus, qui etiam aduerſus depoſitum nequeunt dictam exceptionem proponere, quãdo ex propria perſona eam opponere velint, vt diximus ſupra latè *in quæſt. 5. num. 17. verſic. Secundò ſubdeclara.*

Secundò ſubdeclara neque adaptari
30 poſſe exceptionem ſupradictam, † quã pecunia fuit in ſacculo obſignato conſignata, & de dicta conſignatione fuit ſcriptura confecta, quoniam hoc caſu non competit iſtiuſmodi exceptio, *vt dicta l. in contractibus,* & ita poſt alios declarat procedere contrariam opinionem, *Mart. d. vot. 137. per tot.* & ſic etiam concludit *Caroc. d. num. 32.* quibus conueniunt relata per *Mantic. de tac. d. lib. 10. tit. 9. num. 29. verſ. Poteſt.*

Tertiò declara hanc eamdem am-
31 pliat. non procedere quando † quis confeſſus fuit, ſe tenere in depoſitum, vel loco depoſiti certã ſummam, quàm conſignare ſpopondit ad omnem ordinem talis Curiæ, ſiquidem hoc caſu

non

non poteſt opponi hæc exceptio, quia depoſitum dicitur iudiciale, vel in forma iudicij, *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 111. *num.6. Oſcaſc. deciſ.* 134. *per tot.* & ſic poſt *Iaſ. in l. qui pecuniam num.7. & in l. ſingularia num.39. ff. ſi cert. petat. & alios citatos,* concludit *Graſſ. dicta except. vltima num.27. verſic. Sed in iſto puncto,* pro qua declaratione videnda ſunt quæ ſupra tradidimus *ampliat.36. principal. in fine,* & paulò *inferius numero 36.*

Quartò amplia, quod contra depo-
32 ſitum non poſſit compenſationis † exceptio opponi, etiam ſi debitum liquidum appareat *l. fin. C. de compenſation. & tex. clar. in dicta l. ſi quis 11. C. depoſiti,* vbi Doctores *Abb. & cæteri Canon. in cap.2. extr. depoſit. §. in bonæ fidei inſtit. de action.* prout etiam ſupra diximus; *Mant. latè de tacit. dicto tit.10. num.4. verſic. Secundò* deducitur cum alijs ſequentibus, *Cum. in ritu Sicil. dicto cap.19. verſic. Non admittitur, Viu. dicta deciſ.191. num.4. verſic. Imò, Rot. Ian. deciſ.34. num.7. verſic. Sed perperam, Pat. deciſ.292. parte 2. Ricc. in collect. deciſ. parte 4. collect.1054. in principio, Plot. de in lit. iur. §.10. numero 32. verſic. Ipſum, Kircou. recept. ſentent. centuria 1. dicta concluſ.35. in principio.*

Declara tamen hãc quartam ampliationem, quod licèt non poſſit opponi exceptio compenſationis, rectè tamen
33 datur † retentio depoſiti, tam pro vſuris, quàm etiam pro expenſis, vt per *dictam Rot. Ian. d. deciſ.34. num.5. verſ. Nam huiuſmodi, Ricc. in d. collect.* 1054. *in princip. Mant. d. lib.10. tit.10. num. 24. verſic. Illud verò.*

Secundò declara procedere, etiamſi ſit compenſatio alterius depoſiti, quia nihilominus neque debet admitti com-
34 penſatio, ſed reconuentio, † dummodo vtrumque depoſitum ſit liquidum, aliàs ſi vnum ſit liquidum, aliud illiquidum non differtur reſtitutio liquidi propter illiquidum, ſed primum illicò reſtituitur; ſecundum verò reſeruatur *Bart. in d. l. ſi quis C. depoſiti, vbi etiam Salicet. num.2. per tex. in l. ille à quo §. ſi teſtamento ff. ad Trebell. allegati per Cum. vbi ſupra numero 21. verſic. Et etiam.*

Declara tertiò eamdem ampliatio-
35 nem procedere, etiam ſi debitum † per ſolam probetur confeſſionem, quia nihilominus compẽſationi locus non eſt, prout frequentiori calculo eſſe firmatum * refert *Mant. de tacit. d. tit.10. num.12. verſic. Sed diuerſa.*

Amplia quintò, etiamſi fides depoſiti per tertium in iudicio fuerit producta, quia nihilominus executioni paratæ contra depoſitarium locus eſſe debet, quando depoſitarius promiſit ſoluere ad omnem ordinem Curiæ, quia hæc confeſſio iudicialis videtur, vt ſupra diximus *in ſecunda declar.3. ampliat. num.31. hac ead. ampliat.39. princip. & ibid. num.21. & 22.*

Declara procedere, dummodo de-
36 poſitarius † fidem acceptauerit, aliàs ſola fides depoſiti à depoſitario conſcripta, & à tertio producta non probat, vt inquit *tex. in l. ſi quis §. fin. C. qui pot. in pignor. habeantur, Decian. reſponſ. penult. num.82. verſic. Sextò volum.2.*

Amplia ſextò multò magis concedendam eſſe executionem aduerſus depoſitarium quando confeſſio depoſiti
37 † fuerit iuramento vallata, ſiquidem hoc caſu probabilior erit cauſa depoſiti, *Doctores omnes in d. l. ſi quis C. depoſiti, Viu. dicta deciſ.191. num.7. verſic. Secundò.*

Amplia ſeptimò procedere etiam in
38 depoſito extraiudicialiter † coram Pa-

rocho pro exoneratione conſcientiæ confeſſionato, hæc enim confeſſio, & paratam executionem habere dicitur, *Bald. in l. generaliter quæſt.* 10. *C. de non numer. pecun. Corn. conſ.* 211. *vol.* 3. *Aſflict. deciſ.* 164. *in fine*, quos cum alijs allegat *Carocc. de depoſ. par.* 1. *in rubr. de depoſ. probat. num.* 15. *verſic. Quid.*

Amplia octauò, etiamſi depoſitarij, ſiue nūmularij ad ceſſionem bonorum fuerint admiſſi, quia nihilominus, qui

39 depoſitas † pecunias apud eoſdem habuerunt præferri debent, etiam alijs priuilegiatis creditoribus *l. ſi hominem* §. *quoties ff. depoſiti. Bal. in l. vlt. num.* 4. *C. depoſiti. Mantic. de tac. d. lib.* 10. *tit.* 10. *num.* 37. *verſic. Habet.*

40 Declara primò id procedere in omnibus, qui pecunias ſuas depoſuerunt, hi enim ſimul admittuntur, & omnium eorum ratio habenda eſt, *vt d.* §. *Quoties, Mantic. vbi ſupra num.* 38. *verſic. Neque.*

Subdeclara non procedere quando

41 vnus ex pluribus † creditoribus, ſiue hæredibus ſuam ratam à depoſitario receperit, quia ſi poſtea is non ſoluendo exiſtat, non datur alteri creditori regreſſus aduerſus eum, qui ſuam ratam ex ſua induſtria exegerit *l. fin. vbi eſt text. ſingular. C. depoſ. & ibi Baldus, idem Bald. in ſingular.* 42. *Coſt. de port. rat. quæſt.* 121. vbi ex errore Tipis contrarium videtur ſuſtinere, *Carocc. de depoſ. in tit. de remed. ad l. fin. C. depoſiti.*

Quod procedere videtur, quando

42 depoſitum fuit conſignatum † in pondere, numero, vel menſura, ſecus autem in alijs rebus, de quo plenè poſt *Caroc. vbi ſupra num.* 3. *Coſt. de port. rat. dicta quæſt.* 121. *num.* 11. *verſic. Atqui*, vbi alios adducit.

Subdeclara ſecundò non procedere

43 quando depoſitum † fuit in ſacculo obſignatum, quia in eo non datur concurſus aliorum creditorum, ſed illi tantum datur repetitio, & executio, qui ſuum repetit depoſitum non conſumptum, *Bald. in l. vltim. num.* 4. *C. depoſiti, Mantic. vbi ſupra eadem quæſt.* 10. *num.* 38. *verſic. Neque.*

Amplia nonò in volente cenſum redimere vigore pacti de retrouendendo quandocunque, is enim poteſt pro dicta reemptione deponere pretium cenſus coram eius Iudice, nec cogitur adire Iudicem creditoris, vt firmat *Ioan. Baptiſta Lupus in tract. de vſur. tomo* 2. §. 4. *nu.* 12. *Felic. de cenſ. lib.* 4. *ſub nu.* 3. *verſic. Sed coram quo Iudice, Abb. in c. ſi quis contra clericum num.* 2. *de for. comp. Alex. in conſil.* 103. *lib.* 5. *Cap. deciſ.* 18. *num.* 2. *& ſeq. Intrigl. de cenſib. q.* 77. vbi magis ✳ cōmunem appellat, & ibi ✠ *Conuerſ.* alios concordantes adducit *folio mihi* 247. & nouiſſimè reiectis contrarium affirmantibus, hanc ſequitur ſententiam *Cenc. in tract. de cenſib. parte* 3. *cap.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 9. *num.* 5. *&* 6. *folio mihi* 229.

Declara modò ſupradictam concluſionem ſupra firmatam num. 9. in qua diximus depoſiti materiam eſſe executiuam non ita ſimpliciter eſſe intelligendam, ſed eam procedere, quando

44 depoſitū † eſt ſimpliciter purè, & abſque aliqua conditione confectum, vel confeſſionatū, vt ſupra diximus, ſecus verò quādo depoſitum eſt factum cum aliqua lege, vel conditione, in hoc inquam caſu, depoſitum non debet reſtitui, ſiue conſignari, niſi conditionibus in eodem depoſito appoſitis adimpletis, & purificatis, & ideo dum depoſitarius, qui depoſitam pecuniam habere confitetur opponit aliquam conditionem, vt aliquando ſolet fieri per Mercatores, qui vt plurimū ad retardādam ſolutionem effingūt huiuſmodi modos, ſiue leges, debet prius conditio adimpleri

pleri *arg. tex. in l. 1. §. eleganter in fine ibi, ſi pecunia apud te ab initio hac lege depoſita ſit, & §. ſi ſic depoſuero apud te, vt poſt mortem tuam reddas ff. depoſiti.*

Et creditor ſiue alius, cuius intereſt debet bene inſpicere huiuſmodi depoſiti cōfeſſiones, & Iudex etiam animaduertere, quomodo fiant, ne ex poſt facto creditor ſuo iure priuetur, & iudicium reddatur eluſorium, vt aliquando in praxi obſeruauimus.

SVMMARIVM

AMPL. XL.

1 *Diffamare aliquem quid ſit.*
2 *Remedium diffamationis duplex iudicium habet.*
3 *In iudicio diffamatorio diffamatus pro actore habetur.*
4 *Remedium l. diffamari intentans dicitur verè, & realiter reus.*
5 *Author defendit opinionem Afflicti.*
6 *Opinio diſtinguens eſt iuridica.*
7 *Opiniones contrariæ prout fieri poteſt reducendæ ſunt ad concordiam.*
8 *Proceſſus ſuper iactationibus debent fieri ſummariè, & ante litem conteſtatam.*
Nullus ordo iudiciarius requiritur nu. 9.
Procedit in cauſis criminalibus, & in ciuilibus num. 10.
11 *Diffamatori incumbit onus probandi diffamationem.*
12 *Remedium l. diffamari habet locum in actionibus perſonalibus, & in realibus.*
Competit reo, ad quem exceptio aliqua ſpectat num. 13.
14 *Diffamator ad notificationem citationis non comparens iterum citari debet.*
Eo abſente trina citatio expoſcitur n. 15.
Tenetur edere inſtrumenta penes ſe exiſtentia num. 16.
17 *Nemo inuitus in iudicio agere cogitur.*
18 *Diffamator executiuè ad agendum compellitur.*
19 *Vbique locorum fuerit deprehenſus iudicium experiri debet.*
Contrarium, & verius ſuſtinent multi num. 20.
21 *Fideiuſſio de reficiendis expenſis non præſtatur in iudicio diffamatorio.*
22 *Vis inquietatiua infertur ex diffamatione.*
23 *Poſſeſſor non tenetur docere de titulo.*
24 *Condemnatus in materia legis diffamari tenetur parere ſententiæ, ſed declara num. 25.*

AMPLIATIO XL.
in Diffamante.

An remedium l. diffamari ſit executiuum?

1 DIFFAMARE aliquem † eſt tacitè eundem ad iudiciū prouocare *l. diffamari, vbi Baldus* hoc ſingulariter notat per *illum text. num. 6. verſic. Sed ille ff. de ingen. & manum.* vbi etiam alij Scribentes *Boer. deciſ. 255. nu. 7. verſic. Et iſte, Minſing. ſingular. obſeruat. cent. 5. obſeruat. 81. nu. 3. verſic. Diffamare, Gail. practicar. obſeruation. lib. 1. obſeruat. 9. Oſaſc. deciſ. 151. num. 6. verſ. Addens.*

In materia eiuſdem legis diffamari
2 duplex reperitur † iudicium; primum
diffamatorium, in quo de veritate actionis, aut traductionis, aut de impoſitione perpetui ſilentij tractatur *l. Titia ff. de accuſation. & l. ſi eo tempore C. de remiſſ. pignor.*

Secundum verò Iudicium ex eadem lege reſultans eſt illud, in quo tractatur remedium actionis, ſeu cauſæ principalis, in quo diffamator de iure ſuo ciuiliter, vel criminaliter accuſare debet.

In ſupradicto primo iudicio diffa-
3 matus † pro actore habetur; in ſecundo

do autem diffamator partes actoris ſuſtinet, ſic præcisè etiam iure communi inſpecto ſeruari in camera Imperiali, teſtatur *Gail. d.obſeruat.9. num.7.* vbi de cōmuni, * & magis prolixè *obſeruat.11.nu.1.& 2.* ſic etiam poſt multos allegatos concludit *Caualcan. deciſ. 16.num.13.verſic.Et quod Cagnol.plene in d.l. diffamari num.9. verſic. Hic.*

Contrariam partem, quod intentās remedium l.diffamari dicatur † verè, & realiter reus,& nō actor,& quod
4 trahat diffamantem ad iudicem diffamati, firmat ex magis * cōmuni *Oſaſc. d.deciſ.151. per tot.* vbi ad contraria reſpondet, & ſignanter ad *Afflict. in deciſ.267.* & contra eundem Afflict. hoc firmat *Vrſill.*& de magis communi * teſtatur, & alios pro hac parte contra Afflictum recenſet *Muſcat.in ſua prax.part.1. Gloſ. Reus nu.13.verſ. Idque, & part.3. Gloſ. Expenſis num. 12. verſic.Similiter*,de ead.magis communi teſtatur *Tuſcus pract. concluſ.litter. D. concluſion.412. num.2. verſic. Contrarium*, vbi ponit effectum reſultantem, & nouiſſimè *Alex. Trentacinqu. mius conciu. var. reſolut. lib.1. tit.de diffam. num.7. verſic. Tertia quæſtio* & de magis * communi poſt plures relatos teſtatur,& hanc ſequitur ſententiam.

Ego aūt ad concordādas opiniones
5 contrarias † à ſupradictis Doctoribus relatas, & ad ſaluandam authoritatem Afflicti, quæ magna eſt in eius deciſionibus, vt alibi diximus, non recederem à dicta diſtinctione Gail. ſupra relata,quoniam in cōflictu opinionum opinio diſtinguens eſt valde iuridica,
6 † & prout fieri poteſt, opiniones contrarias ad concordiam reducere debe-
7 mus *l.ita ſtipulatus, vbi poſt alios Ripa num.6.ff.de verbor. obligat.*quia opinio diſtinguens præſumitur verior, vt ex Contard. *in ead. l. diffamari quæſt.18. num.114.* refert *Corat. in tract. de commun.opin. lib.1.tit.6.num.80.81.82.& 83. verſic. Sextus caſus.* Vnde Afflicti,& aliorum ſequacium ſententia per Oſaſc. relatorum procedit in primo iudicio diffamatorio, Contraria autem opinio Oſaſc.& aliorū magis * communis, procedat in ſecundo iudicio ſuperius relato.

Hæc eadem materia eiuſdem legis diffamari fuit tam ab antiquioribus in eadem lege,quam etiam ab alijs recentioribus ſuperius,& alibi relatis abundantiſſimè pertractata,nos verò breuitati annuentes hanc eandem rem perſtringendo inferius connectimus cum infraſcriptis requiſitis, & prærogatiuis.

Primum itaque requiſitū eſt, quod
8 proceſſus † ſuper iactationibus,& diffamationibus extraiudicialiter emanatis debent fieri ſummaria cognitione præcedente ante litem conteſtatam, *vt ex Marcheſ. de commiſſ. par.2. cap.9. nu. 40.& Neuiz.conſ.65.n.19.refert Maur. Burg. de mod. proced.caut.1.quæſt.5.nu. 141.verſic. Quinquageſimus.*

Declara primò dictum primum requiſitum,vt ſuper eo nullus ordo iudi-
9 ciarius † requiratur, ſed aliquali petitione propoſita ex Iudicis arbitrio certus terminus diffamato ad docendum de iure diffamatoris proponitur, cum comminatione, vt ſi non doceat in termino, ſilentium perpetuū iuri ſuo imponatur *Burg. vbi ſupra, Boer. d. deciſ. 255. num.7. Peregrin. in tract. Vario. lib.6.num.95.verſic. Si autem Afflic. deciſ.264. latè Gail. practicar. obſeruat. d. lib.1. obſeruat.12.num.2. verſic.Modus,* vbi alios recenſet.

Declara ſecundò hoc idem proce-
10 dere ne dum in cauſa † criminali, de qua latius Deo annuēte dicemus *lib.4.*

eiuſdem

eiuſdem tract. de cauſ. execut. criminalibus, verum etiam in cauſis ciuilibus, de quibus in præſentia ſermonem habemus *Gloſ. ſingul. in l. ſed & ſi prætorem, in verbo, Decreto ff. ex quib. cauſ. maior. Innocent. in cap. conquerente ſuper 2. Gloſ. de offic. ord.* quem ſequitur *Boer. d. deciſ. 255. d. num. 7. Minſing. d. obſeruat. 81. num. 2. verſic. Tamen, Gail. d. obſeruat. 9. num. 2. verſic. Ante omnia, & obſeruat. 10. in fin. Gomet. variar. lib. 3. cap. 1. num. 18.*

Declara tertiò quod comparente diffamatore in termino citationis, &
11 negante diffamationem, eidem † diffamatori incumbit onus probandi diffamationem, quod ſi non fiat, reus abſolui debet, & actor in expenſis cōdemnari *cap. final. de reſcript.* & ſic refert fuiſſe iudicatum *Gail. d. obſeruat. 12. num. 2. verſic. Diffamatore.*

Extende hanc declarationem, & remedium eiuſdē legis diffamari pro-
12 cedere, ne dum in actionibus † perſonalibus, & in petitorio, verum etiam in realibus, & in poſſeſſorio, *Boer. d. deciſ. nu. 7. verſic. Quia remedium, Peregrin. d. lib. 6. num. 95. verſic. Sextò nota, Gail. & Minſing. in locis proximè commemoratis Cagnol. in d. l. diffamari nu. 3. verſic. Secundò.*

Quartò declara eandem l. locum ſibi vēdicare in reo, cui exceptio aliqua
13 † competit quādoquidem ſi actor differt ſuam proponere exceptionem, ad hoc vt teſtes moriantur, & reus ſua priuetur actione, eidem permittitur Iudicis officium implorando, & petendo declarari, illam exceptionem competere, in iudicio agere vt eidem actori perpetuum imponatur ſilentium ſuper iactationibus, & conſequenter ne dum reo conceditur teſtes producere ad æternam rei memoriam, verū etiam pronunciationem petere ſuper dicta exceptione, vt actori dictum ſilentium imponatur *l. Aurelius §. ſi centum ff. de liber. agnoſcend. Caſtr. in l. ſi contendat 29. num. 1.* vbi etiam Addentes, *in lit. A. ff. de fideiuſſ.* quem poſt *Abb. & Decium*, ſequitur *Peregrin. vbi ſupra verſic. Secundò, Couar. variar. cap. 18. nu. 3. lib. 1. Roman. conſ. 412. Pro habendo nu. 1. & 2. Cagnol. in d. l. diffamari num. 5. verſic. Sextò*, vbi refert differentiam *d. l. ſi contendat, à d. l. diffamari.*

Secūdum requiſitum exigitur circa
14 citationem, in qua † ſi diffamator ad notificationem primæ citationis non comparet, iterum citari debet, nō enim vnica citatio, ſed bina depoſcitur, vt diffamanti perpetuum ſilentium imponi poſſit, *Afflict. deciſ. 264. vbi etiam Vrſill. & alij addentes, Boer. vbi ſupra num. 10. Gail. d. obſeruat. 12. nu. 3. verſic. Diffamatore*, vbi de communi ✱ teſtatur *Cagnol. vbi ſupra num. 7. verſic. Secundò*, licèt contrarium diſputando ſuſtineat *num. 8.*

Et an vnica, an bina ex Iudicis arbitrio reſultare aſſeuerat *Mart. deciſ. 95. num. 2. in fine*, de qua re latius diſputando verba facit ad partes *Trentacinqu. meus conciuis var. reſolut. lib. 1. tit. de diffamat. reſolut. 1. num. 5. & 6. verſic. Secunda fol. m. 100.*

Diffamatore verò abſente trina ci-
15 tatio † expoſcitur, vt per *Boer. vbi ſupra, Tuſc. pract. concluſ. liter. D, concluſ. 411. num. 14. & 15.*

Tertium requiſitū expoſcitur, quod prius de diffamatione conſtet, quæ ſi probari nequit à diffamato non poteſt terminus aſſignari ad agendum, nec fieri comminatio ſupradicta aliàs appellari poteſt ab aſſignatione termini, & ſuſpenditur per eam hoc iudicium, & ſic teſtatur practicari *Cagnol. in d. l. diffamari num. 6. verſic. Limita.*

Quartum requiſitum. Diffamatus tanquam

16 tanquam reus tenetur edere † inſtru-
menta penes ſe exiſtentia, quando id
à diffamatore petatur *Purpur. in l. fi-
nal. C. de edend. d. Gail. obſeruat. 9. in fi-
ne, Port. commun. concluſ. 19. limit. 5.* ab
eod. commemoratus.

Habet etiam remedium eiuſdem le-
gis diffamari inter alia infraſcriptas
prærogatiuas prima, licet nemo inui-
17 tus in iudicio † agere cogatur *l. vnica
C. vt nemo inuitus, & l. creditori 2. C. de
pignor. cum ſimilibus,* attamen diffama-
18 tor † executiuè ad agendum compelli-
tur *Couar. var. lib. 1. cap. 18. num. 3. ver-
ſic. Et niſi Mart. deciſ. 95. in princ. Rom.
conſ. 53. Viſis Themate.*

19 Imò vbique locorum fuerit à diffa-
mato deprehenſus, ibi iudicium expe-
riri debet, *Blareus in d. l. diffamari c. 1.
num. 21.* quem refert *Pecch. de iur. ſiſt.
cap. 4. nu. 8. verſic. Idem dici poteſt,* com-
memoratus à *Gothofred. prax. ciuil. lib. 2.
tit. 3. de in ius vocand. fol. mihi 603. Boer.
vbi ſupra num. 7. verſic. Tertiò fallit.*

20 Contrarium & verius † quod Iudex
diffamati, & non diffamantis adeun-
dus ſit *poſt Bald. in l. acceptam C. de vſur.
& Salic. in d. l. vnica l. vt nemo inuitus
Alex. conſ. 103. Conſideratis, & non conſ.
105. corruptè allegatus lib. 5. concludit
Minſing. d. obſeruat. 81. num. 4. verſic.
Deinde, Gail. d. obſeruat. 9. num. 9. ver-
ſic. Quia propter, Oſaſc. d. deciſ. 151. num.
4. verſic. Quibus.*

Secunda Prærogatiua exiſtit circa
21 fideiuſſionem † de reficiendis expen-
ſis, quæ licèt in quolibet iudicio præ-
ſtari debeat, tamen in hoc iudicio diſ-
famatus non poteſt compelli ad ean-
dem fideiuſſionem præſtandam de ex-
penſis reficiendis in caſu ſuccumbētię,
*Muſcat. in prax. part. 3. Gloſ. expenſis
num. 12. verſic. Similiter, Hering. de fide-
iuſſor. cap. 10. num. 136. verſic. Quem-
admodum.*

Tertia Prærogatiua. In actione rea-
li, in qua diffamator obtinere non po-
teſt contra poſſeſſorem rei, de qua aſ-
ſerit ſe dominum, *Felin. in cap. in præ-
ſentia num. 3. verſic. Sed etiam de probat.*
22 quia ex hac diffamatione ius † inquie-
tatiua infertur *l. vim facit de vi, & vi ar-
mat.* vnde aduerſus diffamantem com-
petit interdictum vti poſſidetis, vt fir-
mat *Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. re-
med. 3. num. 294. verſic. Secundus eſt,*
23 & ratio eſt, quia poſſeſſor † non tene-
tur titulum ſuæ poſſeſſionis demon-
ſtrare *l. cogi C. de petit. hæredit.* vbi Scri-
bentes, *Afflict. in conſtit. Regni, Ab offi-
cialibus, in tit. vt nullus officialis cogi ali-
quem ſub num. 2.*

Quarta Prærogatiua. Facta per Iu-
dicem pronunciatione, & impoſitione
perpetui ſilentij, ſi pars ad id cōdem-
24 nata † non acquieſcat, ipſe Iudex po-
teſt cogere condemnatum, & eundem
mulctare, vt ſententiæ prolatæ pareat,
*d. l. diffamari, vbi Cagnol. num. 21. verſic.
Octaua, poſt Bald. relatum* ſic concludit.

Declara hoc procedere, dummodo
25 non fuerit † appellatum, ſed ipſa ſen-
tentia tranſitum fecit in rem iudica-
tam, aliàs interpoſita appellatione, cō-
demnatus non tenetur ſententiæ pare-
re, vt poſt multos allegatos concludit
Cagnol. vbi ſupra num. 22. verſic. Nona.

SVMMARIVM

LIMIT. PRIMAE.

1 *Conſtitutus in articulo, vel conſtitutus in periculo mortis differunt.*

2 *Vnuſquiſque viuens dicitur poſitus in mortis articulo.*

3 *Vltimus dies hominis latet, res omnes dies obſeruet.*

4 *In mortis articulo eſt qui ex morbo veriſimiliter citò receſſurus eſt.*

Et qui extremam vnctionem recipit n. 5.

Mortis

Ripa de actij in mort. artic. cap. 1.

Digitized by Google

6 *Mortis in periculo dicuntur illi, qui ſe exponunt nullo cogente ad mortem.*

Non gaudent priuilegijs conſtituti in articulo mortis num. 7.

8 *Conſtitutus in articulo mortis non poteſt à creditoribus moleſtari.*

A carceribus debet relaxari num. 9.

Cuſtodes debent adhiberi num. 10.

Debet conſtare per fidem probi Phiſici, & cum eiuſdem Phiſici iuramento numero 11.

Relaxantur cum cautione de ſoluendo, vel concordando infra dies, &c. vel de redeundo in carceribus num. 12.

Fideiuſſoribus deficientibus Iudex debet facere præceptum creditoribus quod recipiant infirmum in eorum domibus numero 13.

14 *Infirmitas an ſit probata ſtatur Iudicis arbitrio.*

LIMITATIO PRIMA.

An conſtitutus in articulo mortis, vel periculo poſſit carcerari?

CONSTITVTVS in mor-
1 tis articulo, † vel cõſti-
tutus in periculo mor-
tis differunt inter ſe,
quãuis enim largè lo-
quendo vnuſquiſque
viuens in articulo mortis conſtitutus
2 † dici poſſit, quia quotidie morimur, &
quaſi aqua dilabimur ſuper terrã, ſem-
per enim de vita noſtra minuitur, vt
inquit *Bart. in l. 1. num. 39. verſic. Super*
1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & *2. Reg. 14.*
nec mors tardat, neque teſtamentum in-
ferorum, quia demonſtratum eſt nobis
Eccleſ. 14. *& nobis latet vltimus dies,*
3 † *vt omnes dies obſeruemus*, vt inquit
Auguſtinus de diſciplin. Chriſt. & beatus
homo, qui ſemper eſt pauidus; Tamen
in articulo mortis cenſendi ſunt, qui ex
4 morbo † citò ſunt veriſimiliter, & à
communiter accidentibus receſſuri, vt
accidit illis, qui febri acuta laborant
vel ſi ab hoſtibus, vel predonibus, vel
ex tirannide mors timetur, *vt per Bart.*
vbi ſupra, & Nauar. in Manual. confeſ-
ſor. cap. 2. num. 8. & in cap. 1. circa princ.
de pœn. diſtinct. 5. Burſat. conſ. 40. nu.
65. lib. 1. quos ita diſtinguendo allegat
Thom. Actius de infirmitat. part. 1. rubr.
15. num. 1. 2. 3. & 4. & rubr. 16. num.
2. Graſſ. de except. 29. except. num. 16.
verſic. Et tunc.

Vel ille reputandus eſt in articulo
5 mortis cõſtitutus, qui extremam † vn-
ctionem recipit, vel qui ex morbo abſ-
que ſanis interuallis mortuus eſt, li-
cèt pluribus ſuperuixerit diebus *dict.*
Thom. Actius vbi ſupra num. 5. & 6.

In periculo autem mortis conſtitu-
6 ti cenſentur, qui ſponte, † & nullo co-
gente ad mortem ſe exponunt, vt cum
mare, vel aliquod prælium ingrediun-
tur, vnde cum in periculum mortis eo-
rum culpa, & conſilio incidunt, non
7 gaudent † tot priuilegijs, prout gau-
dere debent conſtituti in articulo mor-
tis, vel graui infirmitate affecti, vt ex
allegatis recenſet *d. Thom. Act. in d. cap.*
16. num. 2. 3. & 4.

Vnde conſtituti in articulo mortis
8 non poſſunt † à creditoribus moleſta-
ri, vt dicemus infra plenius 2. *limitat.*
princ. imò graui pœna moleſtantes pu-
niendi ſunt *auth. item qui C. de ſepul-*
chr. violat. & dicemus *infra in d. limita-*
tione 2. quibus accedat *Thom. Act. in di-*
cto cap. 16. num. 11. & 12.

Et propterea ſi carceratus debitor
in mortis articulo exiſtat, debet à car-
9 ceribus dimitti † ad hoc, vt periculo a-
nimæ, & corporis prouidere poſſit, vt
ita limitat *Coler. de proceſſ. execut. part.*
1. cap. 6. num. 92. verſic. Ripa tamen, ſub-
dens, quod eo caſu eidem infirmo de-

bent

10 bent † cuſtodes adhiberi, ne Iudex litem ſuam faciat. Et in hoc caſu eidem infirmo aſſerenti ſe eſſe conſtitutum in mortis articulo non eſt credendum, ſed
11 debet conſtare † per fidem probi Phiſici, & cum eius Iuramento, & conſtito debet relaxari cum idonea cautio-
12 ne, vel de redeundo † quando conualuerit, vel de ſoluendo, & concordando partem infra dies, &c. Si verò non habeat fideiuſſores, vel habeat, ſed
13 non idoneos, Iudex debet † facere preceptum creditoribus, quod recipiant creditorem infirmum in eorum domibus, & cuſtodia, & quod ſubminiſtrant eidem infimo neceſſaria.

Quod ſi creditores neglexerint Iudex debet mittere eundem debitorem ſic infirmum ad hoſpitale, vel illũ conſignare etiam fideiuſſoribus non idoneis, prout ex *Foller. & Gomeſ.* firmat *Farinacc. de carcerib. & carcer. quæſt. 33. limit. 7. num. 77. verſic. In cauſa infirmitatis folio mihi 76.* & ſic teſtatur ſeruari in Magn. Cur. Vicar. *Maczia ad Franc. Ant. de Iudice in prax. liquid. inſtr. conſid. 4. nu. 72. verſ. Adde Iaſonem.*

Et an infirmitas fuerit probata, vel
14 non, eſt † arbitrarium Iudicis, qui tutius arbitrabitur, quando infirmitas conſtat per fidem probi Phiſici, vt diximus ſupra, & firmat *Thom. Act. in d. tract. de infirmit. cap. 37. num. 38. & num. 39. verſic. Vltima ſit concluſio. Baiard. ad Clar. quæſt. 24. num. 23. verſic. Et ſi ex cauſa*, vbi ſubdit quod Iudex præter fidem medici debet carceratum inſpicere, ne decipiatur.

SVMMARIVM

LIMIT. II.

1 *Aſichis Rex Ægyptiorum protulit legem permittentem retentionem cadaueris debitoris.*

2 *Statuto extante quod inſtrumenta confeſſionata poſſint executioni demandari, poteſt cadauer debitoris Iudicis authoritate detineri, ſed vide num. 3.*

3 *Conſtitutio Publij Seruilij reiecit legem permittentem ſequeſtrum cadaueris debitoris.*

4 *Cadauer mortui debitoris non poteſt arreſtari, neque eius ſepultura impedriri.*

Arreſtans punitur in tertia parte bonorum, actionem amittit, & infamia notatur num. 5.

Corporaliter punitur, nec eius appellatio admittitur num. 6.

7 *Creditor vexans domum moribundi debitoris ius ſuum perdit, & tantumdem reſtituere condemnandus eſt.*

Procedit etiam ſi debitor vexatus ſit vſurarius manifeſtus, etiam in debito cõtracto ex cauſa infirmitatis num. 8.

9 *Poſſeſſio capta in bonis debitoris infirmi in extremis exiſtentis eſt inualida.*

10 *Cadauer debitoris non licet ſequeſtrari pro impenſis funeris.*

Procedit etiam in inſtrumento guarentigiato, & ad formam ritus confecto numero 11.

12 *Creditor exequias prohibendo, & excommunicando infirmum, credito priuatur, & omnia acta, & fideiuſſiones per hæredes facta & praſtita ſunt nulla.*

Nec conſuetudo in contrarium valet numero 13.

Appellatio à creditore propoſita corruit num. 14.

15 *Cadauer debitoris etiam ob vſuras commiſſas non poteſt detineri.*

Non traditur eccleſiaſticæ ſepulturæ, niſi obtenta licentia Iudicis num. 16.

17 *Iudex eccleſiaſticus mandat ſequeſtrari cadauer vſurarĳ, donec eius hæres caueat de vſuris reſtituendis.*

18 *Cadauer ſequeſtrari poteſt, quando quæſtio eſt inter duas eccleſias.*

Procedit etiam pro cibarĳs præſtitis n. 19.

Et

Et de conſuetudine Angliæ ſequeſtratur num.20.

LIMITATIO II.

An cadauer debitoris pro debito ab eodem debitore contracto poſſit ſequeſtrari, & eius ſepultura impediri?

ASichis Rex Ægiptiorum inhumanam pro-
1 tulit † inſtitutionẽ,qua
permiſit nõ licere mortuum debitorem ſepe-
lire, niſi cõcurrente creditorum volun-
tate, ad hoc vt filij, ſeu conſanguinei
æs alienum eiuſdem debitoris ſoluerẽt,
vt refert *Connan. comment. iur.ciuil. lib.
10. in tit.de hæred.qualit.& differen.cap.
5. ſub num.8. verſic.Nam & ob cauſam,*
& quod alienum debeat eſſe à Chriſti-
fidelibus; *Angelus* verò *in authent.vt de-
funct. ſeu funer. eorum §.1. coll.5.* per
illum textum tenet,quod ſi extat ſtatu-
2 tum,vt inſtrumenta confeſſionata poſ-
ſint exequutioni demandari ad volun-
tatem creditoris producentis inſtru-
mentum, pro vt viget hæc noſtra con-
ſuetudo arreſtandi debitorem foreſem,
quod mortuo debitore poſſit eius ca-
dauer Iudicis authoritate detineri, ne
eccleſiaſticæ ſepulturæ tradatur,donec
creditor ſatisfiat, vt etiam refert eum
impugnando, *Guttier. de iuram. confir-
mator.par.2.cap.4 nu.17.verſ.Vlterius,*
Contra eundem Angelum tenet *Colcr.
de proceſſ.execut. par.1.c.6.nu.105.verſ.
Angelus tamen,Decian.tract.crimin.to.2.
lib.7. cap.10.de priuat.carcer.nu.20.* vbi
refert hanc legem apud Romanos re-
ceptam,maximũ fuiſſe reipubl. pericu-
3 lum,& per cõſtitutionem Publij † Ser-
uilij reiectam; Hanc eand.Angeli opi-
nionem refert *Lancellott.de attent. p.2.
cap.4.limitat.13. num.6. verſic.Pro qua
conſuetudine,* & contrarium ſuſtinet.

Cõtrariam tamen partem vti magis
piam,& noſtræ religioni congruam,&
humaniorem ſuſtinendam cenſemus,
4 qua non ſolũ † nõ poteſt cadauer debi-
toris mortui arreſtari, detineri, ſeque-
ſtrari, ſeu aliquo modo impediri, *l.cum
ſit iniuſtum cum authent.ſequent. de ſe-
pulchr.violat. Colcr. vbi ſupra d.cap.6.d.
nu.105.verſ.Fallit ſextò folio mihi* 104.
cum multis allegat. quibus addo *Fari-
nac. tract.crimin.par.1.tom.1. quæſt.20.
de delict. & pœnis num.139. verſ.Deci-
matertia, Petr.Pecch.cap.5.nu.23.de iur.
ſiſt.relat.per Gothofred.in prax.ciuil.to.2.
Oinot.inſtit. de interdict. num.41. verſic.
Porrò, Anton.Hering. de fideiuſſor.c.10.
nu.45.Garz.in tract.de expenſ.c.8.n.19.
verſ.Humani fol.m.339.& Guttier.vbi
ſupra nu.18.verſ.Et ita inuenio,Muſca-
tell.in prax.appell.par.3.Gloſ.detinebitur
num.54.verſic.Sed ſacrum,Carocc.de ſe-
queſtr.par.1.q.3.nu.4.verſ.Contrarium,
Thor. in compend. deciſ. in verbo, Corpus
mortuum, fol.m.127.in 2.edit. Aſin.in
tract.de execut. §.2.cap.71.nu.2.verſic.
In hac quæſt.* vbi alios citat *fol.m 24.*

Sed arreſtans debet puniri in tertia
5 parte † bonorũ, actionem amittere, &
infamia notari, *vt ex Rip. refert Colcr.
vbi ſupra,* & libræ auri quinquaginta
fiſco inferri,& ſi ſoluere neglexerit Iu-
6 dicis † arbitrio corporaliter punitur,
nec eius appellatio recipitur, vt refert
Farinac. vbi ſupra, & hanc opinionem
ab omnibus receptã,& ab omni tribu-
nali ſeruatam * *ex Brunor. à Sole quæſt.
29.nu.1.* teſtatur, ſequitur *Hortenſ.Ca-
ualcan.in tract.de Brach.Reg.tit.de æqui-
tat.& rigor. par.6. nu.558. fol.m.135.*

Amplia hãc fallentiam nedum pro-
cedere in creditore cadauer mortui de-
7 bitoris ſequeſtrante,ſed etiam † in cre-
ditore, qui vadit ad domum moribun-
di debitoris, & eum, vel eius domum

vexat, etenim ne dum ius ſuum perdere debet, ſed etiam tantundem vexatis reſtituere condemnandus eſt, *authent. item qui C. de ſepulchr. violat. Menoch. de arbitrar. iudic. caſu* 387. *n.* 18. *Farinac. d. quaeſt.* 20. *num.* 139. *verſic. Quibus addo*; Quod dicit eſſe bene notandum per procuratores, & cauſidicos pro liberando debitore infirmo à creditorum moleſtijs tempore extremæ infirmitatis, vbi ampliat, etiam ſi debitor eſſet per ſententiam condemnatus,
8 † etiam in vſurario manifeſto, etiamſi debitum ſit contractum cauſa infirmitatis, etiam non obſtante ſtatuto cum allegatis per eumdem, quibus addo *Caroc. de ſequeſtr. d. par.* 1. *quaeſt.* 3. *nu.* 5. *Thom. Act. de infirm. par.* 1. *cap.* 15. *nu.* 11. *&* 12.

Amplia ſecundò, vt poſſeſſio capta
9 in bonis infirmi † in extremis exiſtẽtis, ſit inualida, & illegitima, *Iaſ. conſ.* 146. *nu.* 5. *in fin. lib.* 4. *Honded. conſ.* 18. *nu.* 27. *in* 2. poſt alios allegatos per dictum *Thom. Act. vbi ſupra num.* 13. *&* 14.

Amplia tertiò procedere, etiam ſi pro
10 impenſa funeris † agatur, quia non licet hoc caſu ſequeſtrare cadauer debitoris, vt per *Gloſ. in cap. ex parte, il primo, & ibi Abb. de ſepult. Garz. in tract. de expenſ. & melioram. cap.* 8. *num.* 19. *verſic. Nec enim*.

11 Amplia quartò procedere, etiam ſi debitum ſit contractum vigore inſtrumenti guarentigiati, ex eo enim non poteſt impediri ſepultura cadaueris debitoris, *Farinac. vbi ſupra nu.* 142. *verſic. Amplia primò*, & ſic ex *Abbat. Felin. Guglielm. de Bened. Marſ. Soar. Couar. Menoch. Sebaſt. Medic. Duen.* & alijs, hãc dicit communem, ∗ & in praxi receptam in Vrbe, & in Magna Cur. Vicar. ex inſtrumẽto etiam ſecũdum formam ritus, teſtatur *Oinotom. inſtitut. de Interd. nu.* 43. *verſ. Ergo, Gramat. deciſ.* 82 & ſic dixit etiam ſeruari per Sacr. Conſ. Neapol. *Muſcatell. vbi ſupra in praxi appellat d. par.* 3. *Gloſ. detinebitur nu.* 54. *verſic. Sed ſacrum, Garzia in tract. de expenſ. & melior. cap.* 8. *num.* 19. *verſic. Nec enim funus. Lancell. de attent. d. par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 13. *dicto num.* 6.

Quintò amplia, ſi creditor excom-
12 municando infirmum † exequias prohibuiſſet, eundem ſuo credito priuari, & puniri, & omnia acta actitata, fideiuſſiones quomodocũque per hæredes præſtitas eſſe nullas, & interpellationem factam corruere, *Farinac. vbi ſupra dicto num.* 143.

13 Amplia ſextò non obſtante quauis conſuetudine in contrarium, illa enim tamquam ex facto proueniens impia, & contra ius eſt extirpanda, & magis barbaris moribus, quã Chriſtianis conueniens; *Petr. Pecch. vbi ſupra cap.* 5. *num.* 23. *in fin. verſic. Dubito tamen*, quem cum alijs refert *Gothofredus d. prax. ciuil. in tit. de in ius voc. folio mihi* 627. *& Farinac. vbi ſupra num.* 139. *in fine*, nec datur nec admittitur appella-
14 tio † à creditore propoſita, eſt magis comm. opin. ∗ de qua recolendæ memoriæ noſter *Viu. opin.* 78. *p.* 2. *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 4. *de attentat. lit. pendent. limit.* 13. *nu.* 5. allegati per *Caroc. vbi ſupra nu.* 6. *verſic. Ampliatur tertiò*.

Amplia ſeptimò etiam ſi debitor
15 fuiſſet † condemnatus ob vſuras commiſſas, quia quo ad pœnam corporalem eius cadauer nõ poteſt ſequeſtrari, cum morte pœna ſoluatur, *Angel. in l.* 1. *§. quoties ff. de iniur. Rip. de remed. praſeruat. ad peſtem num.* 104. *Caroc. allegat vbi ſupra num.* 7.

Declara hanc ſeptimam ampliatio-
16 nem, vt quamuis, † non poſſit cadauer vſurarij ſequeſtrari ob dictam pœnam, tñ non poteſt Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi, niſi prius obtẽta licentia Iudicis,

qui

qui eundem condemnauit *l. 1. & 2. ff. de cadau. puniend. Vaſq. controuerſ. illuſtr. lib. 3. cap. 96. num. 10. verſic. In caſibus, Aſin. in tract. de execut. §. 2. cap. 71. nu. 2.* vbi alios citat concordantes.

Secundò declara nõ procedere quo-
17 ties Iudex Eccleſiaſticus † mandat ſequeſtrari cadauer alicuius vſurarij, ne ſepeliatur, donec illius hæres de vſuris reſtituendis caueat, *Angel. in d. auth. vt defuncto in princip. Marant. de ord. iudic. par. 4. diſtinct. 11. nu. 33. verſic. Decimoquartò relati per Gothofred. d. cap. 5. nu. 23. verſic. Hæc tamen folio mihi 627.*

Tertiò declara non procedere quo-
18 ties quæſtio eſt † inter duas Eccleſias, quæ contendũt, cui earũ ſepulturæ cadauer tradendum ſit, quia tunc ad inſtatiam oſtẽdentis titulum, ſeu aliquod ius ſepeliendi, ſolet fieri ſequeſtrum à Iudice Eccleſiaſtico, ne ſepeliatur; donec fuerit prouiſum, vbi tradendum ſit, & ita paſſim obſeruatur in Curia Epiſcopali huius Ciuitatis.

Quartò declara, non habere locum
19 quando agitur † de cibarijs præſtitis tunc enim retineri poſſe corpus humanum ſcriptũ reliquit *Sola in conſtit. Pedem. gloſ. 3. num. 6.* quem refert *Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 71. in fine.*

Quintò declara nõ ſubſiſtere in An-
20 glia vbi de cõſuetudine † poteſt impediri, ne cadauer Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradatur, ſi creditores id petant, imò ſi proferatur decretum cõtra eoſdem creditores, appellantes audiuntur in appellatione, &. interim corpus humanum retinetur, donec fuerit aliter prouiſum, vt firmat *Lancell. de attent. d. limit. 13. nu. 4. verſ. Quam declarationem.*

SVMMARIVM.

LIMIT. III.

1 *Pignus propriè dicitur de re mobili.*

2 *Aliud pro alio inuito creditore non ſoluitur, Non procedit in debitore carcerato ob fugæ ſuſpicionem n. 3. Sed vide n. 5.*

4 *Iudex recuſans relaxare debitorem pignus offerentem puniri poteſt.*

5 *Debitor obnoxius præſtare fideiuſſores dando pignora non liberatur, ſed vide num. 19. 20. & 21.*

Mobilia non poſſidens offerendo prædium debet à carceribus dimitti num. 6. Sed vide num. 19. & 20.

7 *Auth. hoc niſi C. de ſolution. explicatur. Explicantur eius requiſita num. 8.*

9 *Debitor bonis ſubhaſtatis nõ reperiens iuſtum emptorem habet ius offerendi bona creditoribus.*

10 *Beneficio Auth. hoc niſi poteſt renunciari, Contrarium ſuſtinent relati num. 11. Concorda num. 19.*

Prima opinio vendicat locum iuramento interueniente num. 12.

Certioratio ſupradicti beneficij eſt neceſſaria num. 13.

Contrarium, quod certioratio non ſit neceſſaria eſt communiter receptum nu. 14.

In Regno Neapolitano eſt permiſſa renunciatio num. 15.

Non procedit diſpoſitio d. Auth. in contractu cenſuali num. 16.

17 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij poteſt offerre bona debitoris inſolutum.*

Non poteſt cõpelli ad vendendũ bona hæreditaria pro ſatisfatione creditorũ nu. 18.

Dummodo ſine damno vendere poſſit nu. 19. Et accedente eius voluntate nu. 20.

21 *Datio inſolutum debet fieri ſecundum veram rei æſtimationem.*

Poteſt fieri quibuſcunque creditoribus per hæredem cum beneficio inuentarij n. 22.

23 *Creditores anteriores habent regreſſum contra poſteriores, quibus ſoluitur.*

24 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij qui ſe obligauit hẽt beneficiũ excuſſionis.*

25 *Hæres, qui adiuit hæreditatem abſque beneficio inuentarij, tenetur de perſona.*

26 *Tertius poſſeſſor poteſt offerre bona, & ſe liberare à præſtatione cenſus.*

27 *Debitor obligatus ex inſtrumento liquido non poteſt offerre bona inſolutum.*

Habet etiam locum in inſtrumento guarentigiato num.28.

Si debitum confiteatur tenetur præcisè ſoluere num.29.

30 *Mercatores non valent bona offerre, ſed præcisè ſoluere tenentur.*

31 *Hæres poteſt ſoluere aliud pro alio.*

Dummodo ſine damno legatarij fieri poſſit num.32.

Idem quando legatum eſt relictum in genere num.33.

Et quando teſtator iuſſit ſoluendum eſſe de eius bonis num.34.

35 *Aliud pro alio ſolui non poteſt, quando legatum eſt in ſpecie relictum. Vel quando conſuetudo contrarium ſuadeat num.36.*

37 *Debitor volens vti beneficio authent. Hoc niſi dēt abſolutionem iuramenti obtinere.*

LIMITATIO III.

An ſi debitor offerat pignora debeat à carceribus liberari?

PIGNVS propriè loquen-
1 do † de re mobili intelli-
gitur *l. plebs; vbi Alciat. de*
verbor. ſignific. Impropriè
autem dicitur illud, quod ab eodem de-
bitore creditori in ſecuritatem conce-
ditur ſiue mobile, ſiue immobile exi-
ſtat, de quo plenè per *Scard. in theſaur.*
iur. in verbo, Pignus. Licèt tantum ob
nominis ſonum ab hipotheca differat *l.*
5. §. inter pignus ff. de pignor.

Creditor autem non poteſt compel-
2 li ab eius debitore † pignora recipere,
niſi aliud ſtipulatio ſuadeat, propter
vulgarem regulam, quod aliud pro alio
inuito creditore nō ſoluitur vulg. *l. eum*
à quo C. de ſolution. l. 2. §. 1. ff. de rebus
credit. vbi etiam Gloſ. & DD. Bartol. &
alij in §. quod autem nu. 3. auth. de fideiuſ.
plenè Guttier. de iuram. confirmat. par. 1.
cap. 29. num. 1. folio mihi 118. Manti. de
iuram. par. 4. effect. 148. num. 1.

Limita hanc regulam primò, & erit
limitatio tertia principalis in eo, qui
3 ſub fideiuſſoribus † eſt relaxandus, vt
in debitore fugitiuo carcerato, hic
enim offerens pignora, debet, nulla alia
fideiuſſione præſtita, relaxari, *ſic ex*
Bald. in l. 1. ff. qui ſatiſdar. cogant. & ex
Gloſ. & Paul. de Caſtr. in l. more Romano
ff. de fer. determinat *Marſilius in prax.*
criminali in §. attingam num. 11. verſic.
Scias etiam, quem refert, & ſequitur, &
ſignanter in debitore obnoxio ad præ-
ſtandum fideiuſſionem de ſtando iuri,
& iudicatum ſoluendo, firmat *Farinac.*
in prax. criminal. in tit. de carcerib. quæſt.
33. num. 6. verſic. Amplia tertiò, Carauit.
in ritu 70. num. 4. verſic. Limita, Decius
in l. plus cautionis, 25. num. 3. verſic. Et
per iſtum de reg. iur. Plenè Anton. Hering.
in tract. de fideiuſſ. cap. 18. num. 69. ver-
ſic. Sed obſtat folio mihi 351. Aufrer. ad
deciſ. 68. Capell. Toloſ.

Amplia hanc limitationem, vt ſi de-
4 bitor carceratus † offerat pignora, &
ſub dictis pignoribus Iudex eumdem
debitorem relaxare recuſauerit, non
ſolū teneri in ſindicatu, ſed etiam con-
tra eundem Iudicem inſtitui poſſe in-
iuriarum actionem *Gloſ. & Bart. in l. 1.*
& in l. ſi verò §. qui pro reo in 3. notabili
ff. qui ſatiſdare cogant, Ioann. de Anon.
comment. 70. Pacian. de probat. lib. 1. cap.
57. num. 26. Farinac. d. q. 33. nu. 7. verſ.
Amplia quartò, cum alijs allegat. per An-
ton. Hering. vbi ſupra d. nu. 69. quia car-
ceratio præiudicium infert irreparabi-
le, & infamiam dicitur irrogare, vt ex
pluribus concludit *Aſin. in tract. de exe-*
cut. §. 2. cap. 15. per tot.

Con-

Contrariam partem, quod ille, qui
5 tenetur † fideiuſſores præſtare dando pignora non liberatur, nec poſſe à carceribus ſolui, tenet *dictus Ant. Hering. vbi ſupra num.68. verſic. Sed hic*, vbi ſi tenetur dare fideiuſſores dando pignora non liberatur, & hanc magis * communem, & veriorem ſententiam affirmat, & reſpondet dictum contrarium allegatum, procedere in caſu neceſſitatis, *Paſchal. de virib. patr. poteſt. par.2. cap.9. num.116. & 117. verſic. Et ideo folio mihi* 301. & eſſe ſpeciale in debitore carcerato vti de fuga ſuſpecto.

Sed cõcordando ſupradictas opiniones, declara *vt inferius n.*19.20. & 21.

Limita ſecundò ratione ſanguinis, & affinitatis, quia aliud pro alio ſolui poteſt, vt in fratre, qui, ſi ſoluẽdum ſit fratri, poteſt aliud ſoluere, quod in ſtipulatione continetur, *Gloſ. in l.2. §.mutui datio verbo. Non poteſt ff. ſi certum petatur, vbi Dec. nu.*25. *Onded. conſ.*18. *nu.*47. *par.*1. quos ita firmando adducit *Hering. de fideiuſ. p.4. c.27. n.96. verſ. Fruſtra* quibus addo *Curt. iun. poſt Bart. in d.§.mutui datio nu.*34. *verſ. Secunda*.

Limita tertiò, quando debitor conuentus mobilia non poſſidet, *Caroc. in tract. de obl. p.2. q.*10. *nu.*3. *verſic. Secundum, Gozad. conſ.*32. *num.*8. *Muſcat. in prax. appellat. par.*3. *Gloſ. Adiudicatur num.*37. *verſic. Aduerte tamen*, etenim
6 offerendo aliquod prædium † ex melioribus, de quo poſſit facilè emptor inueniri, etiam ad electionem creditoris, debet à carceribus liberari abſque alia
7 fideiuſſione † *Auth. hoc niſi C. de ſolut. Rom. ſingular.*815. *Tu habes Capell. Tholoſ. d. deciſ.*68. *vbi Aufrer.* & ex multis congeſtis concludit *Coler. de proceſſ. exequut. par.*1. *cap.*6. *nu.*104. *verſ. Fallit quintò, Muſcatell. vbi ſupra num.*29. *verſic. Sed an creditor, Caroc. vbi ſupra num.*1. & *ſeq. Guttier. de iur. confirmat. par.*1. *cap.*29. *num.*1. & *ſeq. Mancin. de iuram. par.*4. *effectu* 148. *num.*5. *verſ. Limita, Paſchal. de virib. patr. poteſt. par.*2. *cap.*9. *num.*87. *verſic. Altera nouiſſima*.

Declara hanc ſecundam limitationem, vt debitor poſſit offerre aliquod prædium ex ſuis melioribus ad creditoris electionem iuxta terminos ſupra-
8 dictæ auth. hoc niſi procedere † cum infraſcriptis requiſitis neceſſarijs, de quibus plenè per *Rip. in l.2. §.mutui datio num.*25. *ff. ſi cert. petat.* quæ reaſſumit *Guttier. de iuram. confirmat. cap.*29. *num.*2. *d. lib.*1. & *plenius Theſaur. deciſ.*153. *num.*12. & *ſeq.* ea refert *Muſcatell. in d. prax. appellat. d. parte* 3. *Gloſ. Adiudicatur num.*30. & *ſequent.* magis plenè enumerat *Bertaz. in tract. de clauſul. clauſ.*41. *gloſ.*6. *num.*3. *verſic. Quæ tamen, Barz. deciſ.*4. *num.*5. & *deciſ.*105. *num.*16. & 17. quæ etiam hic referam ad releuandum lectorem à reuolutione librorum. Primum itaque requiſitum eſt, quod debitor probet exactam diligentiam feciſſe pro inuenienda pecunia debita, quàm inuenire non potuit. Secundò, quod offerat bona meliora ad creditoris electionem, Tertiò, quod caueat de euictione: & hæc debet præſtari tempore oblationis bonorum, vt benè animaduertit *Hering. de fideiuſſ. cap.*11. *nu.*490. *verſic. Sequitur* cum allegatis ab eo. Quartò, quod debitor transferat dominium rei oblatæ, & inſolutum datæ. Quintò, quod conſignentur inſtrumẽta titulorum. Sextò, quod debitor probet non reperiri emptorem bonorum ſuorum. Septimò, dummodo per debitorem non ſit renunciatum expreſsè beneficio dictæ authent. hoc niſi. Octauò, quod debitum non ſit iuratum. Nonò, quod non extent mobilia, & hoc probandum ſaltim per diſcuſſionem, de quibus ét plenè per *Caroc. de oblat. par.*2. *q.*10. *per tot.*

Ee 3 De-

Declara modò ſupradicta requiſita,
& primò ſextum requiſitum tunc opti-
9 mè probari, quando † licitatis, & ſub-
haſtatis eius bonis non fuit repertus iu-
ſtus emptor, *vt per Vincent. de Franc. de-
ciſ. 81. num. 1.* quem allegat *Muſcatell.
vbi ſupra d. num. 30. verſic. Sextum re-
quiſitum, & num. 37. verſic. Sed ecce,*
quibus conueniunt allegata per *Gut-
tier. d. cap. 29. ſub num. 3. circa medium.*

Declara dictum ſeptimũ requiſitũ, q
10 benè poſſit † renũciari dicto beneficio
*dictæ Authenticæ hoc niſi C. de ſolutioni-
bus, vt ex Gozad. Brun. Seraph. in locis
commemoratis* docet *Fachin. controuerſ.
iuris lib. 10. cap. 63. in principio;* quibus
addo *Vinc. de Franc. d. deciſ. 81. per to-
tam, Barz. d. deciſ. 40. nu. 5. fol. m. 114.
& dicta deciſ. 105. num. 16. & num. 17.
Bertazz. d. clauſ. 41. gloſ. 6. nu. 4. verſic.
Sed tamen, Muſcatell. vbi ſupra num.
32. verſic. Septimum, Guttier. de iur.
confirmat. dicto cap. 29. num. 3. circa fin.
Ricc. in collect. deciſ. parte prima collect.
207. verſic. Limita hanc. Paſchal. vbi
ſupra num. 3. verſic. Præcipuè. Caroc.
de oblat. quæſt. 10. num. 66. verſic. Quar-
to, parte 2.*

Contrariam partem, quod non poſ-
11 ſit † renũciari beneficio dictæ *authent.
hoc niſi, vltra Bart. & Alber. in d. au-
thent. tenet Alex. in conſ. 37. nu. 6. lib. 2.
folio mihi 30.* & hanc partem ex pluri-
bus cumulatis nempe *ex Rot. Bonon. de-
ciſ. 28. Ludou. deciſ. Peruſ. 64. parte 1.
Honded. conſilio 18. numero 39. & ſeq.
lib. 1.* ſuſtinet *Fachin. dicto cap. 63. ver-
ſic. Sed contrariam,* & ad contraria re-
ſpondet.

Concordando ſupradictas opinio-
12 nes declara procedere quando † iura-
mentum in eadem renũciatione inter-
uenerit, quia hoc caſu poteſt legitimè
cum iuramento renunciari, & tenet re-
nunciatio, vt *per Mancin. de iurament.
par. 4. effect. 148. nu. 3. Vinc. de Franc. d.
deciſ. 81. nu. 4. & 5.* vbi de * communi
teſtatur cũ pluribus adductis, nec hoc
13 caſu requiritur † certioratio beneficij
dictæ authent. niſi in muliere, & ruſti-
co, vt in omni renunciatione concludit
*Bertaz. de clauſ. clauſ. 40. gloſ. 7. num. 1.
folio mihi* 280.

Quibus concordant allegata per
*Mancin. in tract. de iuramento effect. 1.
quæſt. 13. nu. 21.* vbi *ex Socin. Tiraquell.
Marcobr. Neuizzano, Tobia, & Socin.
iun.* communem * dicit.

Contrariam partem, quod certiora-
14 tio aliqua † non ſit neceſſaria eſt magis
* communis opinio, * & in praxi ma-
gis recepta, & in iudicando non eſſe ab
ea recedendum ex pluribus alijs refert
idem *Mancin. vbi ſupra num. 21. verſic.
Contraria,* vbi innumeros allegat, &
* multos alios refert hãc magis * com-
munem ſequẽtes, *Gabr. comm. concluſ. in
tit. de iuramẽto concluſ. 2. verſ. Cõtrarium.*

Et apud nos hoc nõ habet dubium,
15 quia † articulus reperitur deciſus per
Sacr. Reg. Conſil. & ſic per Regis ſen-
tentiam, quæ facit ius vniuerſale in
Regno Neapolitano, vt inquit *dictus
de Franch. d. deciſ. 81. num. 2.* & propte-
rea ab ea non eſt recedendum, etiam ſi
adeſſet communis opinio in contra-
rium, *Corat. de comm. opin. lib. 2. tit. 10.
caſu 8. num. 65. & 66. Viu. opin. 398.
num. 20. verſic. Sed reuertendo lib. 1. &
opin. 461. num. 3. lib. 2. & opin. 1001.
num. 3. lib. 3.* Licèt contra dictam deci-
ſionem ſuſtineant multi relati per *Fa-
chin. controuerſ. iur. lib. 10. cap. 63. ver-
ſic. Sed contrariam,* vbi iuramentum
præcisè obligat ad factum quando ſer-
uari poteſt, ſecus ſi obſeruari nequit,
ſiquidém per æquipollens creditor po-
teſt ſatisfieri, vt per *eũdem Fachin. ibid.*

Declara dictum ſeptimum requiſi-
tum in contractu iurato, vt multò for-

tius

tius diſpoſitio dictæ authent. hoc niſi, non procedat in infraſcriptis caſibus.

Primus erit in contractu cenſuali, in
16 quo debitor † non poteſt offerre rem cenſui ſubmiſſam, ſed tenetur præcisè ſoluere, *Tiraquell. in tract. de retract. lignag. gloſ. 6. §. 1. num. 20. verſic. Nec denique, Boccat. in tract. de cenſib. par. 3. num. 34. & nu. 66. Foller. in prax. cenſ. in text. tanquam res iudicat. nu. 49. verſ. Plenè, Intrigliol. de cenſ. quæſt. 98. nu. 2. verſ. Contrarium,* Ex illa præcipua ratione, quia debitor in futurum poteſt habere prædium pretioſius, & eidem cenſui ſubmiſſum, propter obligationem generalem in cõtractu cenſus appoſitam, magis plenè *Roder. in tract. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 9. nu. 58. verſ. Sed quæritur, & verſ. Ex quibus, Cenc. de cenſib. part. 2. cap. 2. quæſt. 5. art. 7. num. 30. verſic. In omnibus, vbi alios adducit.*

Declara, hunc caſum non procedere contra hæredem cum beneficio legis & inuentarij, qui recto iure poteſt
17 † offerre bona debitoris inſolutum, pro ſatisfactione debiti cum defuncto contracti, etenim eidem hæredi conceditur electio, vel vendendi bona eiuſdem defuncti, vel eadem bona inſolutum creditoribus etiam inuitis, concedendi, vt eſt *text. in l. final. §. & ſi præfatam C. de iure deliberand. vbi Iaſon nu. 1. verſic. Quarta vtilitas, Caroc. in tract. de oblatione part. 2. quæſt. 44. num. 1.* & ſic nouiſſimè, reiectis contrarium ſuſtinentibus, firmat ex multis iuribus, & rationibus, *Gizzarell. deciſ. 7. ſacr. conſ. Neapolitan. per totam,* vbi teſtatur fuiſſe pluries deciſum, & ibi reſpondit ad adducta per *Vinc. de Franch. in deciſ. 83. & per Burſat. in conſ. 9. num. 1.* & hanc veriorem, * & magis receptã appellat *nu. 3. & nu. 6.* vbi cum *Fanucc. de inuentar. par. 5. num. 195.* ſic inter-

prætati ſunt *text. in d. §. & ſi præfatam,* quibus addo *Valaſc. deciſ. 52. num. 39. verſic. Quarta vtilitas tom. 1. & Ioſeph. de Seſſ. deciſ. Aragon. 88. nu. 17. & 18. verſ. Neque hæres.*

Declara ſecundò hæredes cum be-
18 neficio non eſſe compellẽdos † ad vendendum bona hæreditaria pro ſolutione æris alieni, maximè ſi eiſdem hæredibus venditio damnum illatura eſſet, propter euictionem, vel aliud periculum, etenim beneficium inuentarij ſuadere videtur, ne hæres vltra vires hæreditarius deuictus exiſtat, ſed etiam à vexationibus etiam facti indemnis euadat, vt poſt *Bald. in d. §. & ſi præfatam* concludit *in d. deciſ. 7. idem Gizzarell. num. 18. Ioſeph. de Seſſe d. deciſ. 88. num. 18.*

19 Et ſolummodo tenetur, ſi ſine eius damno, & præiudicio fieri poteſt, vt poſt *Bart. Bald. & Alex. in d. §. & ſi præfatam* ſuſtinet, *Michael. Craſſ. in tract. de ſucceſſ. in articul. inuentarij quæſt. 20. num. 1. verſic. Sed verior mihi,* vbi magis * receptam affirmat *Caroc. in d. tract. de oblatione d. quæſt. 44. num. 9.* vbi communem commemorat *Vinc. de Franc. deciſ. 504. num. 4. & 5. verſic. Idcirco.*

Quod intelligendm exiſtimo, ſi id
20 hęres exequi † velit, non autem aſtringi poſſe determinat ex multis relatis *Gizzarell. d. deciſ. 7. num. 11. num. 14. & num. 22.* vbi, reiectis alijs, hanc ſequitur ſententiam, maximè ſi inuentarium omni ſolemnitate ſit vallatum, & confectum, vt poſt alios recentiores *ibi ſub num. 16.* affirmat, & hanc veriorem * ad ſedãdas diſputationes exiſtimarem, enimuero magis agitur de lucro captando creditoribus, quàm de damno euitando ipſis hæredibus, vt ad ſenſum colligitur.

Tertiò Declara hanc inſolutum dationem

21 tionem fieri debere ſecundum veram rei oblatæ æſtimationem, non autem arbitrio creditorum, qui etiam ſi nollet eadem bona inſolutum recipere, electionem habent bona ſubhaſta plus offerenti vendendi, & pretium oblatum, vt moris eſt, recipere, vt ſentit idem *Gizzarell. vbi ſupra num. 43.*

Quartò declara hanc inſolutum dationem hæredi cum beneficio legis, &
22 inuentarij eſſe permiſſam † concedere primis creditoribus, & legatarijs venientibus, nec opus ſit reliquos citare creditores, vt firmat *text. in d. §. & ſi præfatam*, vbi *Bald. & Corneus Conſ. de portirata quæſt. 74. num. 5. Mich. Craſſ. in d. articul. de inuentar. num. 4. verſ. Infertur*, & ſic dixit ſeruari in praxi *Guid. Pap. in tract. de form. inuentarij num. 18.* dummodo ſine dolo hoc fiat, vt per eundem *Craſſ. vbi ſupra num. 4. Valaſc. de conſult. 52. num. 38. verſic. Tertia vtilitas* conceditur enim regreſſus
23 anterioribus † creditoribus contra legatarios, & poſteriores creditores, quibus fuit facta ſolutio per dictos heredes *l. 1. ff. de bon. auth. iudic. poſſid. l. quod autem §. penult. ff. quæ in fraud. creditor. Coſt. vbi ſupra num. 9. verſic. Ad ſecundum.*

Quintò declara, quando hæres, qui
24 adiuit † hereditatem cum beneficio legis, & inuentarij facto ſequeſtro ad inſtantiam creditorū pro obtinendo diſſequeſtro proprio nomine, & inſolidum cum hipotheca ſuorum bonorum obligationi ſe ſubmiſit, quandoquidem non obſtante hac eadem obligatione debet fieri diſcuſſio eiuſdem inuentarij, ſi penes eundem heredem adſunt bona ſufficientia ad ſolutionem debiti, antequam procedatur ad carcerationem eiuſdem heredis, & repertis bonis pro concurrenti quantitate in eadem diſcuſſione ſufficientibus, debet fieri executio in perſonam eiuſdem heredis cum beneficio inuentarij vigore ſupradictę relatę obligationis, vt fuit deciſum per Sacr. Reg. Conſil. Neapolit. vt refert *Vinc. de Franc. in deciſ. 648. per totam poſt Minad. deciſ. 23. verſic. Non obſtat.*

Declara ſextò, vt quamuis hæres, qui abſque beneficio inuentarij hære-
25 ditatem adiuit teneatur † inſolidum creditoribus, & legatarijs ſatisfacere etiam de proprijs bonis, & vltra vires hæreditarias, vt eſt *text. in l. fin. §. cū igitur C. de iure deliber. l. dotis. ff. ſoluto matrimon. l. more ff. de acquir. vel omittend. hæreditat* cum ſimilibus, & ſecundum receptiſſimam omnium ſententiam relatam per *Roland. de inuentar. 10. part. vlt. quæſt. 35. Franc. Porcell. de inuentar. cap. 1. num. 2.* quos poſt alios refert *Michael. Craſſ. de inuentar. lib. 2. quæſt. 22. num. 1.*

Tamen in perſona nullam poteſt recipere moleſtiam, niſi prius appareat hæreditatem adiuiſſe, tunc enim, quia cum creditoribus, quaſi contrahit, & ex quaſi contractu noua obligatio exoritur, ideo etiam de perſona obſtrictum eſſe ſuperius firmauimus *in ampliat. 14. principali nu. 24. 25. & ſeq. & num. 31. 32. & ſequent.*

Declara ſeptimò in tertio poſſeſſo-
26 re, qui benè poteſt offerre, † & renunciare rem cenſui ſubmiſſam, & ſe liberare à præſtatione cenſus, vt concludit in puncto *Roder. de ann. reddit. quæſt. 9. num. 58. verſic. Videtur tamen diſtinguendum*, & diximus etiam ſupra *in d. ampliat. 14. & ampliat. 6.*

Secundus caſus eſt quando debitor
27 † in his partibus eſt obligatus vigore ritus Mag. Cur. Vicar. ex aliquo inſtrumento ex omni parte liquido, vel obligatus penes acta alicuius Curiæ, ſi quidem ſi inſtrumentum fuerit liquidatum,

Digitized by Google

datum, vel obligatio accuſata, debitor non poteſt carceres euitare, ſed vel tenetur præciſè ſoluere, vel facere depoſitum, vel cauſam in vinculis dicere, nec creditor poteſt compelli ad recipiendum aliud pro alio, ſiue ſit debitor generis, ſiue ſpeciei, *Muſcatell. in prax. appellat. d. par. 3. Gloſ. adiudicatur num. 34. 35. & 36. verſic. Sed huiuſmodi*, & ſic poteſt ſaluari, & intelligi dictum *Rebuff. in ord. Reg. Gall. de liter. obligat. art. 11. gloſ. 3. num. 3. relatus per Coler. de proceſ. execut. part. 1. cap. 6. nu. 122. verſic. Sed contrariam ſententiam ſol. 208*, vbi concludit debitorem carceratum ob debitum liquidum, vel guarentigiatum non eſſe à carceribus cum fideiuſſoribus relaxandum, *Ioſeph. de Seſſ. deciſ. Aragon. 88. num. 9.*

Sic etiam poteſt concordari dicta commun. opin. pro vtraque parte adducta *per Anton. Hering. in d. tract. de fideiuſſor. cap. 18. num. 66. verſic. Sed hic non incommodè*, vbi ex magis communi concludit, quod debitor dando pignora non liberatur.

28 Et in inſtrumento guarentigiato, quod non habeat locum dicta auth. tenet præciſè *Bald. in l. 1. num. 3. verſic. Quæro ſi ſtatutum C. qui bon. ceder. poſſ.*

Tertius caſus eſt, quando debitor
29 confeſſus † fuit debitum, quia præciſè ſoluere tenetur, nec relaxatur, ſi offerat pignora, vel fideiuſſionem, *Coler. de proceſ. execut. part. 3. cap. 11. num. 88. ſol. m. 709*, Sed vide, & declara hũc caſum, prout diximus *ſupra in Ampliat. 13. principal. An debitor debeat præſtare caution. de ſtand. iur. & iudicat. ſoluend. limit. 1. num. 8. & 9. & ampliat. 36. princ.*

Quartus caſus eſt, ſi negocium erit
30 inter † mercatores, qui non poſſunt bona offerre, ſed tenentur vnus alteri præciſè ſoluere in pecunia numerata, niſi habuiſſent aliquod infortunium, & in hoc verſari Iudicis arbitrium, dixit *Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 64. num. 24. 25. & 27. verſic. Sed quoniam part. 2.*

Quintus caſus occurrit quando eſt relicta, vel legata aliqua bonorum pars per hæredem præſtanda, hac enim in
31 re † in arbitrio hæredis reſidet, vel rem legatam, vel eius præſtare æſtimationem, vt eſt text. apertus *in l. non amplius 26. §. final. ibi, ſed oportet hæredi ſuccurri vt ipſe eligat ſiue rerum partes, ſiue æſtimationem dare maluerit ff. de legat. 1. Caroc. in tract. de depoſit. part. 2. quæſt. 49. verſic. Contrarium, plenè Ruin. conſil. 65. Primo per ordinem per tot. vol. 2. Angel. conſil. 295. Punctus teſtator num. 1.*

Primò declara hunc caſum proce-
32 dere, quando ſine damno † legatarij id fieri poteſt, prout accidere ſolet quãdo res legata commodè diuidi valet, ſin autem res legata diuiſionem nõ patiatur, hoc caſu æſtimatio debetur, vt inquit idem text. *in d. l. non amplius in fine*, vbi Pomponius inquit, *ſin autem vel naturaliter indiuiſæ ſint, vel ſine damno earum fieri non poſſit, æſtimatio ab hærede omnimodo præſtanda eſt.*

Secundò declara locum ſibi vendi-
33 care quando legatum † in genere relictum eſt, & in quo certa ſpecies non continetur, vel in certa quantitate nõ conſiſtit, hoc caſu aliud pro alio ſolui poteſt, *vt d. l. non amplius §. fin. & l. 1. §. 1. & l. cum certum ff. de aur. & argen. leg. Albericus hoc firmat in eod. §. final. verſic. Aut ergo eſt relictum.*

Tertiò declara quando teſtator iuſ-
34 ſit † ſoluendum eſſe legatum de eius bonis, vel de eius ſubſtantia, hoc etiam caſu hæres non compellitur ſoluere legatum de pecunia, ſed de bonis hæreditarijs, quia illa dictio, De, cauſam denotat proximam *l. 1. §. emancipatus,*

&

& ibi Bartol. de coniung. cum emancip. liber. ſic præciſè concludit *Ruin. d. conſ. 65. num. 3. verſic. Sed his, & nu. 8. verſic. Quia*, cum alijs rationibus ab eodem adductis.

Limita ſupradictum quintum ca-
35 ſum non procedere quando † eſt legata res in ſpecie, aut certa ſpecies eſt legata, quia, hoc ſuppoſito, aliud pro alio ſolui non poteſt *l. Paulus ff. de ſolut. Alberic. in eod. §. final.*

Sextus caſus eſt, quando conſuetudo
36 aliter ſuadeat, † tunc enim creditor etiam inuitus cogitur aliud pro alio recipere, vt exemplificat *Boccat. de cenſib. part. 2. num. 97.* prout de hac conſimili cõſuetudine, & iure Regio illius Regni teſtatur *Guttier. de iurament. confirmat. d. part. 1. cap. 29. ſub nu. 2. verſ. Hodie*, cuius iuris diſpoſitione aliud pro alio ſolui poteſt. Sed apud nos contrarium de conſuetudine ſeruatur, quia aliud pro alio inuito creditore non ſoluitur.

Declara omnes prædictos caſus, vt
37 debitor qui ſoluere iurauit, † in pecunia, & vult bona offerre cum requiſitis, de quibus ſuperius ſermonem habuimus, debeat prius abſolutionem à iuramento petere, & obtinere, ne periurus efficiatur, & reijciatur, *Roland. à Valle conſ. 31. lib. 2.* quem refert *Ioſeph. Lud. d. deciſ. 64. num. 52. verſic. Alij etiam.*

SVMMARIVM

LIMIT. IV.

1 *Clericus, qui vult gaudere beneficio cap. Odoardus de ſolut. non tenetur, niſi in quantum facere poteſt.*

Iudex eccleſiaſticus tenetur creditoribus adijudicare fructus beneficij reſeruatis clerico alimentis num. 2.

Pendente diſcuſſionis beneficio parte non inſtante non carceratur ibi num. 3.

Renunciatio beneficij dicti cap. Odoardus non ſubſiſtit num. 4.

Non cenſetur eidem beneficio renunciatum per generalem renunciationem numero 5.

Neque per ſpecialem cum iuramento nu. 6. Contrarium ſuſtinent relati num. 7.

Sed prima opinio eſt magis recepta num. 8.

9 *Ceſſioni bonorum etiam cum iuramento non renunciatur.*

10 *Clericus obligatus vigore inſtrumenti guarentigiati, vel cenſualis, poteſt gaudere beneficio cap. Odoardus de ſolut.*

Conuenitur pro cenſibus in foro eccleſiaſtico num. 11.

Non poteſt vti d. cap. vigore moratoriæ ſibi conceſſæ num. 12.

Procedit beneficium d. cap. Odoardus tam in Clericis ſacris ordinibus inſignitis, quã in clericis prima tonſura num. 13.

Etiam ſi inſtrumentum ſit iuratum numero 14.

Contrariam partem, quod Clericus ratione inſtrumenti iurati poſſit carcerari maximè obſtante beneficio d. cap. Odoardus, ſuſtinent multi num. 15.

16 *Periurium incurritur tempore ſoluendi elapſo.*

17 *Clericus, contra quem fuerunt late tres ſententiæ conformes non tenetur, niſi in quantum facere poteſt.*

Contrarium ſuſtinent multi num. 18.

Hanc contrariam defendit Guttier. numero 19.

Recenſentur tres concluſiones eiuſdẽ Guttier. num. 20. 21. & 22.

Contra dictum Guttier. in praxi contrarium defendit Author num. 23.

24 *Ceſſioni bonorum non poteſt renunciari.*

25 *Clericus non poteſt renunciare beneficio cap. Odoardus.*

Coniugatus incedens in habitu, & tonſura non poteſt carcerari à Iudice laico numero 26.

Contra-

Contrariam partem, quod Clericus coniugatus debeat conueniri coram Iudice laico, tenent multi, & verior eſt opinio numerò 27.

Vt gaudeat beneficio dicti capituli debet eſſe pauper, & hoc debet probari numero 28.

Praxis conueniendi clericum non obſtante beneficio cap. Odoardus num. 29.

Conuenitur, & carceratur quando eſt obligatus in forma cameræ num. 30.

Quando debitum negat, non conceditur beneficium cap. Odoardus num. 31.

Non gaudet beneficio illius cap. quando contraxit debitum tempore quo erat laicus num. 32.

Non prodeſt fideiuſſori num. 33.

Neque comprehendit clericos luxurioſè viuentes, &c. num. 34.

Neque clericum, qui antea laicus poſt citationem eſt effectus clericus num. 35.

36 *Clericus ſuſpectus de fuga non gaudet beneficio cap. Odoardus.*

37 *Clericus Mercator non gaudet beneficio capituli, nec fori priuilegio.*

LIMITATIO IV.

An Clericus pro debito poſſit carcerari, ſi vult gaudere beneficio cap. Odoardus?

DIXIMVS ſupra in ampliat. 2. principali, clericũ vti de fuga ſuſpectum, poſſe etiam à proprio creditore carcerari, cũ declarationibus ibi poſitis, ſed ſi
1 vult † vti cap. Odoardus de ſolutionibus, debet ad eius beneficium admitti, & non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, Gloſ. *in l. miles ff. de re iudic.* vbi ☞ Doctores ✳ omnes communiter *Abb. ceterique Scribẽtes in d. c. Odoardus, Brunus in tract. de ceſſ. bonor. quæſt. 8. quarta quæſt. principal. num. 2. fol. m. 36. Cappell. Tholoſ. deciſ. 246. fol. m. 450. inter deciſ. canonicas diuerſor. vbi etiam addentes,* & hæc eſt communis ✳ opinio, ☜ de qua teſtatur *Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 1. verſic. Quibus vol. 2. fol. m. 17. Farinacc. de carcer. quæſt. 27. num. 65. verſ. Limita ſecundò, Ricc. in deciſ. Archiepiſcop. 160. num. 1. vol. 1. fol. m. 118. Seraph. in tract. de priuileg. iuram. priuileg. 56. num. 7. verſic. Iſtud fol. m. 259. Guttier. de iuram. confirmat. part. 1. cap. 17.* Gutier. ibi à fol. 84 vbi etiam ✳ teſtatur de communi, *Genuenſ. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap.* ✳ *3. nu. 1.* vbi de magis ✳ communi teſtatur, *Viuius in lib. 1. commun. opin. opin. 99.* vbi concludit Iudicem Eccleſiaſti-
2 cum † teneri adiudicare creditoribus annuos fructus beneficij illius, reſeruatis alimentis, cum refert *Galter. in prax. inſtrum. in 2. part. 2. part. principal. num. 62. & nouiſſ. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 2. cap. 9. nu. 31. verſic. Clericus, Pecch. de iur. ſiſtend. cap. 5. num. 6. verſic. Exiſtimant, Frecc. de præſent. inſtrument. par. 13. quæſt. 1. num. 18. & ibi addentes in lit. D.*

Amplia & declara primò, vt pen-
3 dente diſcuſſione, ſi debeat † dicto beneficio gaudere parte non inſtante non eſſe carceribus tradendum *l. 1. qui bon. ceder. poſſ. Abb. in dicto cap. Odoardus num. 8.* & ſic in facti contingentia fuiſſe deciſum teſtatur *Ricc. in deciſ. 81. Archiepiſcop. Neapol. part. 1. per totam folio m. 65. & deciſ. 160. num. 3. Aun. in conſil. 124. num. 13. lib. 2. Paſchal. vbi ſupra num. 36. verſic. Et an.*

Amplia, & declara etiam ſi fuerit dicto beneficio renunciatum, quia cum
4 reperiatur † inductum in totius ordinis clericalis fauorem, ne clericus cogatur cum dedecore mendicare, dicta renunciatio non tenet, vt per *Ioannem Andream in d. cap. Odoardus, Guttier. de iur. confirmat. d. cap. 17. num. 34. verſic. Prima*

ma

ma concluſio folio m.90. Genuenſ. vbi ſupra num.4. verſic. Amplia.

Tertiò amplia, & declara per ge-
5 neralem † renunciationem etiam cum iuramento emanatam, non eſſe renunciatum prærogatiuæ *d.cap.Odoardus*, & ideo non obſtante dicta generali renunciatione eſſe admittendum ad eius beneficium, quia non cenſetur renunciatum, niſi in ſpecie de eo dictum ſit, *Ferrett. conſil.254. num.14. allegatus per Giurb. in deciſ.42. num.21. verſ. Sic in Clerico fol.m.211.*

6 Imò etiam ſi dicta renunciatio ſpecialiter fuerit facta cum iuramēto, non amittitur eius beneficium, ſed dicta renunciatione minimè obſtante, debet eo gaudere, *Ricc. in prax. Epiſcop. cap. 3. num.4. Giurb. deciſ.42. nu.21. verſ. Sic in clerico,* vbi alios allegat concordantes.

7 Contrarium aſſeuerat † *Guttier. vbi ſupra d.cap.17. num.35. verſic. Secunda concluſio.*

8 Sed non puto eſſe recedendum † à prima opinione, ſi quidem ſi ſecus diceretur deterioris conditionis eſſet laicus, quàm Clericus; Ille enim etiam ſi ceſſioni bonorum cum iuramento renunciauerit, eius beneficium non perdit, vt diximus *in limitat. V.* quia re-
9 nunciatio ſpecialis etiam † cum iuramento non tenet ex magis communi ☞ opinione, * de qua *Neuizzan. conſil. 59. num.6. Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 183. nu.18. lib.2.* licet ſuſtineat contrarium, *Felin. in cap. ex reſcripto nu. 3. de iureiurand.* & diximus in dicta limitatione, & hanc opinionem ſequitur *d. Paſcal. de virib. patr. poteſt. d.part. 2. cap.9. num.33. & num.34. verſ. Verior.*

Amplia, & declara etiam ſi clericus
10 † eſſet obligatus vigore inſtrumenti guarentigiati, vel cenſualis, quia dictis obligationibus minimè obſtātibus poteſt vti dicto cap. *Ferett. d. conſil.145. & Ann. conſil.124. num.13. lib.2.* cum alijs adductis per *Ricc. in deciſ. Archiepiſcop.160. num.2. verſic. Imò gaudet.*

11 Subdeclara hanc ampliationē, quod licèt clericus poſſit ſe ſubmittere annuo cenſui, tamen hoc intelligendum eſt, vt pro eo poſſit conueniri in foro eccleſiaſtico, non autem laico, vt ex multis cōcludit *Intrigliol. de cenſ. quæſt. 7. per totam fol.m.27.*

Subdeclara ſecūdò, clerico non eſſe
12 permiſſum † vti d. cap. Odoardus vigore moratoriæ ſibi conceſſæ, *Bened. Bon. de cenſib. quæſt.75. verſic. An autem fol.m.181.* de qua latius ſupra diximus.

Quintò amplia, & declara procedere non ſolum in clericis, qui ſacris or-
13 dinibus ſunt inſigniti, ſed etiam † in illis, qui minoribus ſunt ornati, dummodo ij proprio Eccleſiæ miniſterio in diuinis deſeruiant, aliàs debent ab eo excludi, *Guttier. de iuram. confirm. par. 1. d.cap.17. num.10. verſic. Supradicta, Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 183. Farinacc. de carceribus quæſt.27. num.69. Hector. Felic. allegation.37. num.2. par. 1. Genuenſ. d.prax. Archiepiſcop. c.3. n.3. Ricc. in collect. deciſ. collect.22. part.1. ex Rotæ. deciſ.6. Paſcal. de virib. patr. poteſt. d.par.2. cap.9. num.32. verſic. Hæc autem.*

Sextò amplia, & declara, dictum
14 beneficium clerico † competere, etiam ſi agatur cōtra eum vigore inſtrumenti iurati *Leon. in prax. Archiepiſcop. par. 1. cap.11. ſub num.15. fol.m.132. Couar. var. reſolut. lib.2. cap.1. num.9. verſic. Quoties verò, Farinacc. de carcer. quæſt. 27. ſub num.70.*

Contrariam partem, quod Clericus
15 † ratione inſtrumenti iurati poſſit carcerari propter peccatū periurij, quod

eſt

Digitized by Google

eſt graue, tenet *Afflict. in conſtit. Regni ſi quis Clericus in 6. notand. in rubr. de cleric. conueniend. Brun. in d. tract. de ceſſ. bonorum quæſt. 3. princip. nu. 17.* quos allegat hanc ſuſtinẽdo partem *Genuenſ. in dicta prax. Archiepiſcop. nu. 16. verſic. Poterit, Gomet. in compend. vtriuſque ſignaturæ col. vlt. allegat. per Guttier. vbi ſupra num. 31. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 56. num. 7. verſic. Iſtud.*

16 Et ad fundamentum periurij † ſufficit probare tempus ſoluendi eſſe elapſum, *Felin. in cap. querelam in princip. de iur. iur. allegat. per Genuenſ. dicto numero 16. verſicul. Et ad fundamentum.*

Amplia ſeptimò dictum beneficium

17 † in fauorem Clerici locum habere etiam ſi contra eum fuerint latæ tres ſententię conformes, quia nihilominus non tenetur hoc caſu, niſi in quantum facere poteſt, vt diximus ſupra, hanc opinionem firmat *Leon. in d. prax. Archiepiſcop. d. nu. 15. verſ. Addo, ex Couar. in dicto lib. 2 var reſolut. cap. 1. num. 9.* & ſequendo eumdem *Couar.* hanc firmat *Guttier. vbi ſupra num. 31. Put. in deciſ. 56. alleg. per Genuenſ. in dicta prax. num. 13. verſic. Idem dicit;* Hanc partem per plures rationes defendit *Brun. in tract. de ceſſ. bonor. 2. quæſt. princip. à num. 10. verſic. Suas vſque in finem.*

18 Contrariam partem, † quod ſi fuerunt latæ contra eum tres ſententiæ conformes, poſſit carcerari tenet *Gometius in compend. vtriuſque ſignatur. in fine à prædictis Couar. & Guttier. allegatus, & Farinac. de carcer. dicta quæſt. 27. ſub num. 70.*

19 Et dictus Guttier. defendendo † dictum Couar. tam pro dicta ampliatione ſexta, in qua tenet quod in cõtractu iurato poſſit opponere beneficiũ, ne conueniatur, niſi in quãtum facere poteſt, tam etiam pro dicta ſeptima ampliatione, in qua ſtantibus tribus ſententijs conformibus nõ teneatur, niſi in quantum facere poteſt, faciendo tres concluſiones.

In prima concludit, quod clericus

20 † obligans ſe, & renuncians beneficio *dicti cap. Odoardus*, non obſtante dicta renunciatione poſſit vti beneficio illius cap. quia cum ſit inductum ad fauorem ordinis Clericalis, non poteſt illi per Clericum renunciari in opprobrium totius ordinis, *vt numero 34. verſic. Prima.*

In ſecunda cõcluſione firmat, quod

21 ſi clericus † renunciat non contrauenire, nec allegare dictum cap. Odoardus, nec eius beneficium, nec priuilegium opponere, hoc caſu renunciatio valeat, & teneat, quia quemadmodum ceſſioni bonorum poteſt renunciari, ita etiam Clericus beneficio illius capituli, *vt num. 35. verſic. Secunda.*

In tertia concluſione affirmat, quod

22 ſi clericus † iurat ſoluere inſolidum, vel integrè debitum, non poſſit opponere beneficium illius cap. quia iam videtur clarè illi renunciare cum iuramento, vt per *eum num. 36. verſic. Tertia*, & ſic etiam quando renunciat non adiecto ſigno vniuerſali; quia poteſt gaudere huiuſmodi beneficio, vt *in 4. concluſ. num. 38.*

Supradictæ concluſiones, quamuis in puncto iuris ſint minerua illuſtratæ,

23 nihilominus † in praxi nunquam affirmarem eſſe recipiendas, etenim in iure claram habemus concluſionem ceſſioni bonorum etiam cum iuramento non poſſe renunciari, & quamuis hæc opinio habeat multos con-

24 tradictores, nihilominus † magis communis, ✱ & verior opinio, & in praxi magis recepta eſt, hanc renunciationem non ſubſiſtere, vt de hac teſtatur in communi *opinion. ſintagmat.*

Ff *Soa-*

Soarez. in verb. cedens bonis, vol. 1. lib. 3. fol. 87. de magis ✱ communi teſtatur *Viu. opin. 183. num. 2. vol. 1. Seraph. de priuileg. iur. priuil. 91. num. 3. & nouiſſ. Carol. de Graſſ. de except. nu. 9. 10. & 11. except. 17.* vbi hanc affirmat eſſe veriorem, humaniorem, & in prax. magis receptam, & communem, ✱ vbi innumeros allegat *Ceual. comm. contr. commun. q. 701.* vbi de magis communi teſtatur etiam in renunciatione cum iuramento *nu. 11. verſic. Quod quidem,* ſed latius dicemus *in limitat. 5. princip.*

Et ita etiam ponderando animaduertit *Ceual. vbi ſupra d. num. 11.* vbi
25 affirmat † Clericum nullo pacto, nec iuramento, poſſe renunciare beneficio illius cap. Odoardus, ne remaneat obligatus ad perpetuos carceres in cōtemptum Sacerdotij, & ordinis clericalis.

Amplia, & declara octauò in Clerico
26 coniugato † incedente in habitu, & tonſura, & habente vnicam vxorem, & virginem, quia pro debito ciuili carcerari, nec inuitus detineri poſſe à Iudice laico non eſt in iure permiſſum *cap. vnico de for. compet. Lapus allegat. 118. Quaritur non leuiter per totam,* & hanc Lapi opinionem ✱ vti communem ſequitur *Ioannes Andr. in cap. vnico de oblig. ad ratiocinia, Imol. in cap. ex parte num. 3. de cleric. coniugat. Guttier. d. cap. 17. num. 11.*

27 Contrariam partem ſuſtinet † idem *Guttier. vbi ſupra verſic. Sed hac opinio,* vbi adducit *text. in d. cap. vnico,* quem etiam ad hoc commendat *Tuſc. concluſ. 395. Clerici coniugati nu. 21. verſic. Contrarium,* per quem concludunt, clericos coniugatos pro debito ciuili eſſe conueniendos coram Iudice laico, & ſic etiam in praxi ſeruauimus in his partibus, in quibus clerici coniugati carcerantur pro debito ciuili, nec gaudent priuilegio Clericorum, niſi in eiſu canon. Si quis ſuadente, & in delictis ab iiſdem clericis coniugatis patratis, vt refert *Guttier. ſub num. 11. verſic, Et ſic eodem cap. 17. Paſchal. dicto cap. 9. num. 32. verſic. Vnde.*

Declara ita ſupradictam ampliationem, & contrariam partem locum ſibi vendicare, dummodo duo alia concurrant; Primum, quod Clerici ſupradicti alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi in diuinis deſeruiant; Secundum, quod negociationibus ſecularibus, vel armis non ſe immiſceant, vt annuit *Ambroſ. in tract. de immunit. Eccleſ. nouiſſ. edit. cap. 22. num. 9. verſic. Non ſolum cum allegat.* & ideo benè concludit non ſæpè conceſſum eſſe Clericis coniugatis beneficium ſupradictum, quia huiuſmodi requiſita non concurrunt.

Amplia, & declara nonò, ita Cleri-
28 cis ſupradictum † beneficium cap. Odoard. conceſſum eſſe, dummodo pauperes ſint, & paupertatem eorum probare valeant, vel per famam in vicinia, vel quia viſi ſunt mendicare, vel alio medio Iudicis arbitrio, *Brun. dicta quæſtione 8. 4. par. principal. ſub num. 2. & quæſt. 26. princip. num. 1. Couarr. dicto cap. 1. Genuenſ. in dicta prax. num. 15. verſic. Præterea.*

Praxis verò conueniendi clericum
29 † obligatum, eſt, quod illi ſequeſtrentur fructus beneficij, qui creditoribus poſtea vſque ad integralem ſatisfactionem aſſignantur, reſeruato eidem Clerico congrua portione, vt poſſit viuere, ne cogatur in opprobrium clericatus mendicare, ſic teſtatur practicari Romæ *Farinac. de carcer. d. quæſt. 70. nu. 68. verſic. Sed quando,* ſic etiam teſtatur practicari, *Viu. in Cur. Epiſcop. Aquil.* vt per eũ *comm. opin. ſintag. in verb. Clericus vol. 1. folio mihi 106. Galter. in dicta par. inſtrument. Rubr. vnic. 2. 2. par. princ.* & ſic etiam practicari teſtatur

ſtatur *Paſchal. de virib. patr. poteſt. d. par. 2. cap. 9. num. 31. verſic. Sed practica.*
Sublimita primò, vt non procedat
30 dictum beneficium † cap. Odoardus
quando clericus eſt obligatus in forma
cameræ, quia vltra clauſulas ampliſſimas in dicta obligatione apponi ſolitas, in eius ſtipulatione deducitur,
quod poſſit capi, carcerari, & detineri, ex quibus omnibus rectè poteſt
Clericus carcerari, & hoc in praxi ſeruari teſtatur *Farinac. in tract. de carcerib. quæſt. 27. ſub num. 70. verſic. Sublimita ſecundò in fine*, eum refert, & ſequitur *Guttier. d. cap. 17. num. fin. Genuenſ. in prax. Archiepiſcop. Neap. cap. 3. n. 13. verſ. Et in obligatione, & n. 16. in fin. verſ. Poterit*, vbi ſic teſtatur in praxi obſeruari, *Paſchal. de virib. patr. poteſt. d. par. 2, cap. 9. num. 35. verſic. Niſi vltra.*
Sublimita ſecundò dictum beneficium non eſſe concedendum, ſi clericus
31 debitum † negauit, quādoquidem debet ante omnia Clericus, qui eo vult
gaudere, debitum agnoſcere, vt patet
ad literam *in dicto cap. Odoardus, Afflict. in deciſ. 379. num. 4. verſic. Sed Angelus, vbi etiam Vrſillus num. 3. Guttier. d. cap. 17. nu. 2. & 3. verſ. Sed ad hoc, Genuenſ. in dicta prax. Archiepiſcop. num. 5. verſic. Declara primo, Ricc. in collect. deciſ. collect. 22. p. 1. & Mohed. deciſ. 1. de ſolut.*
Limita tertiò in Clerico, qui ante
32 eius Clericatum, † & dum erat laicus
debita contraxit, ſe obligādo ſecūdum
formam ritus huius Regni, quoniam
hoc caſu ſtatutum laicorū, & per conſequēs ritus noſter officit Clericum, vt
ſecūdum illud ius etiam in foro Eccleſiaſtico iudicetur, clarè concludit *Abb. in cap. quod Clericus 11. num. 39. de for. compet. cum allegatis præcipuè in addition. Felin. in cap. Eccleſia Sancta Mariæ num. 101. de conſtit. Borgnin. Caualc. deciſ. 3. num. 29. in 3. tomo deciſ. diuerſ. folio mihi 66. Paſchal. remiſſiuè d. cap. 9. nu. 36.*
Sublimita quartò, vt dictum beneficium cōceſſum clerico, ſi eo vſus fuerit
ſecundum ea, quæ ſupra diximus, non
33 debeat, † nec poſſit fideiuſſori prodeſſe *l. hæres à debitore 28. §. quod ſi ſtipulator ff. de fideiuſſor.* quem *Bald.* ibi notat
pro ſingulari, cum alijs allegatis per
Ceual. comm. contr. comm. d. quæſt. 701. num. 13. verſic. Vnum tamen.
Sublimita quintò, vt auxilium d. c.
34 Odoardus † non comprehendat eos
clericos, qui debita ſub ſpe defraudandi creditores contraxerūt, vel in eo, qui
luxurioſè in ludo viuēdo bona diſſipauit, vel in Clerico, qui doloſè cōtraxit,
Ferret. d. conſil. 144. Genuenſ. in d. prax. nu. 6. verſic. Declara ſecundò, & num. 8. verſic. Declara quartò, Ricc. in collect. deciſ. par. 1. collect. 22. vbi allegat Caputaq. deciſ. 183. par. 3. Giurb. deciſ. 43. nu. 15. verſic. Neque clericus.
Sublimita ſextò in clerico, qui an-
35 tea erat † laicus, & Clericatum aſſumpſit poſt citationis notificationem ad
inſtantiam eius creditoris expeditam,
quandoquidem hoc caſu præſumitur
aſſumptus ad Clericatum in fraudem
creditoris, *Abb. in cap. vnico ſub num. 5. verſic. Idem videtur, & verſ. Si quæritur de citat. in tit. de obligat. ad ratiocinia, Genuenſ. in dicta prax. num. 11.*
Sublimita ſeptimò in Clerico ſuſpe-
36 cto de fuga, vel fugitiuo, † qui carceratur ad inſtantiam creditorum, & in
iiſdem carceribus debet opponere dictum beneficium, vt diximus ſupra *in ampl. 2. & Genuēſ. in d. prax. d. c. 3. n. 17.*
Sublimita octauò in Clerico merca-
37 tore, † qui in negocijs ſecularibus ſe
immiſcuit; hoc. n. caſu excluditur à beneficio c. Odoardus, *Stracc. in tract. de Mercat. in 3. p. princip. n. 4. & ſeq.* cū alijs
cōcordātibus allegatis *per Foller. ſuper cōſt. Reg. in Rub. de Epiſc. & cler. incipiēs,*

Digitized by Google

*ſi quis Clericum num.*31. *verſic. Clericum folio mihi* 47, nec poteſt gaudere fori priuilegio, & alijs immunitatibus clericis conceſſis, *Brun, in tract. de ceſſ. bonor. quæſt.* 3. *princip. num.* 15. *verſic. Idem in Clerico, Guid. Pap. deciſ.* 196. *Nobiles etiam, circa princip. vbi bona additio per Mattheum,*

SVMMARIVM.

LIMIT. V.

1 *Debitor, qui antiquitus ſoluendo non erat beneficium l. Iuliæ de bonis cedendis impetrabatur,*

*Nec hoc caſu erat permiſſum creditoribus bona diuidere, ſed Iudicis authoritate num.*2.

3 *Cedens bonis non incurrit infamiam,*

*Et vnicuique hoc beneficium eſt permiſſum num.*4. *&* 5.

*Eccleſiæ conceditur hoc beneficium nu.*6.

*Vniuerſitati eſt permiſſum cedere bonis num.*7.

*Sed in praxi non procedit num.*8.

*Debitor Vniuerſitatis non poteſt cedere bonis num.*9.

*Poteſt fieri etiam appellatione pendente num.*10.

*Non poteſt renunciari beneficio ceſſionis bonorum num.*11.

*Eſt inductum beneficium de iure naturali num.*12.

Nec cum iuramento poteſt renunciari numero 13.

*Conceditur etiam non obtenta abſolutione iuramenti num.*14.

Facta cum vno creditore nocet alijs numero 15.

Liberatur per ceſſionem ab oſtagijs numero 16.

*Procedit beneficium ceſſionis etiam contra tres conformes num.*17.

*Sufficit fuiſſe citatos creditores apparentes num.*18.

*Dummodo citatio ſit facta per edictum num.*19.

*Praxis citationis pro ceſſione bonorum num.*20.

Poteſt fieri coram quocumque Iudice numero 21.

*Dummodo reſcriptum à Principe ſit obtentum num.*22.

Sed in his partibus proceditur ad ceſſionem abſque Principis reſcripto numero 23.

*Tenentur aſportare ſignum in bireto, vt ab alijs dignoſcantur nu.*24. *Sed in his partibus non vtimur num.*25.

Poteſt ceſſionem re integra reuocare numero 26.

*Iterum poteſt bonis cedere num.*27.

*Contrarium eſt verius num.*28.

*Non prodeſt fideiuſſori num.*29.

*Prodeſt fideiuſſori pauperi num.*30.

Non prodeſt debitori, qui omnem ſubſtantiam luxurioſè conſumpſit numero 31.

*Vel qui cum fraude, & dolo bona diſſipauit num.*32.

*Coniectura eius, qui bona diſſipauit recenſentur num.*33.

*Non admittitur ad beneficium ceſſionis debitor, qui infra annum debita contraxit num.*34.

*Pauper, non autem diues admittitur ad dictum beneficium num.*35.

36 *Pauper dicitur ille, cuius facultates creditoribus concurrentibus non ſufficiunt,*

Inſpicitur fructus, & non valor bonorum, vt pauper dici poſſit numero 37.

38 *Diues ſecundum vnam opinionem admittitur ad ceſſionem bonorum; Sed contraria opinio verior eſt num.*39.

40 *Cedens bonis debet præſtare cautionem de ſoluendo, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit.*

*Sufficit ſi debitor offerat, & præſtet pignora num.*41.

Con-

Contrarium quod ſufficiat iuratoria tenent multi num.42.

43 *Cedens bonis tenetur ſoluere creditoribus perueniendo ad pinguiorem etiam deficiente fideiuſſione de ſoluendo.*

Procedit ſi ceſſio fuerit facta verecundè num.44.

Clericus, & Miles non tenentur ad dictam ceſſionem num.45.

Poteſt tamen Clericus, & Miles compelli ad ſatiſdandum, ſi ad pinguiorem peruenerit fortunam num.46.

47 *Milites ſtipendiati etiam inſeruientes in praſidijs Reg. Arcium gaudent priuilegio militum.*

Noua militiæ non gaudent priuilegijs militum num.48.

Noua militiæ, etſi non gaudeant dictis priuilegijs, non poſſunt compelli ad ceſſionem bonorum num.49.

50 *Debitor, qui implorauit infra annum beneficium ceſſionis, excluditur, &c.*

51 *Debitor collectarum non admittitur ad beneficium ceſſionis.*

Nec debitor fiſcalis num.52.

Dummodo non ſint debitores ex contractu num.53.55.

Fiſcalis ex maleficio non gaudet beneficio ceſſionis num.54.

Ad opera obnoxius excluditur à beneficio ceſſionis num.56.

Habet beneficium, dummodo in carceribus reperiatur num.57.

Non habet beneficium, ſi ſua culpa eſt decoctus num.58.

Habet beneficium dummodo omnia bona indicet num.59.

Si ei denegatur ceſſio bonorum, denegari poſſunt alimenta num.60.

Si ei offeratur dilatio, vel ceſſio poteſt eligere vnam, vel alteram num.61.

Contrariam partem quod ſit in electione creditoris num.62.

LIMITATIO V.

An debitor qui vult cedere bonis poſſit carceratus detineri? Iudoc. in prax. Ciuil. cap.70. fol.117

ANTIQVITVS moris erat, vt debitores, qui
1 ſoluere † æs alienũ non valebant legis Iuliæ de bonis cedendis beneficium implorarent, quo impetrato omnibus ſuis bonis ad beneficium omnium creditorum cedebant *l.4. C. qui bonis ced. poſſ.* & tunc eadem bona pro-
2 pria creditorum authoritate † diuidere non poterant, nec etiam iure dominij eadem retinere, ſed Iudicis mandato accedente, eadem bona vendere, & pro rata diuidere iiſdem creditoribus permiſſum erat, *vt dicta l.4. Scard. in theſaur. iur. in verb. Bonis cedebantur*, & nihilominus hæc bonorum ceſſio beneficium vocatur, etenim etſi qui bonis cedũt, eorundem vẽditionem patiantur, tamen ſi ceſſio ſecundum ius commune
3 propaletur, infames debitores † ex eadem ceſſione non fiũt *l. fin. vbi præcipuè Bald. & Salic. hoc firmant C. qui bonis ced. poſſ. Flau. Tort. ad ſtat. Pap. 46. n. 32. verſic. Sed dubium in ciuilibus*, quia non inutilis iiſdem debitoribus vẽditio reſultat *l. debitores C. ex quib. cauſ. infam. irrogetur l.3. & l.5. ff. de ceſſ. bonor.* licèt incurrant infamiam facti propter vituperium, quod eidem cedenti irrogari videtur, *Alber. in dicta l. debitores, Brun. de ceſſion. bonor. 6. quæſt. princ. n.4. Tuſc. pract. quæſt. in verbo, Ceſſio bonorum q.217. nu.7. & 8.* quando eadem ceſſio ſecundum formam ſtatutorũ vituperosè oſtẽditur *Flau. Tort. d. ſtat. 46. nu.32.*

Vnde ſi debitores in vinculis deducti ſoluendo non ſunt, cuiuſcumque generis, ſiue maſculi, ſiue fœminæ poſſunt cedere bonis *l. penultima, vbi Bart.*

Gloſ. & Doctor. C. qui bon. ced. poſſ. &
ideo pro pleniori, & faciliori intellectu
eorum, quæ inferius proponenda ſunt,
facias regulam cum infraſcriptis am-
pliationibus, limitationibus, & decla-
rationibus.

Regula enim erit, quæ etiam loco
quintæ fallentiæ ſuccedit, debitoribus
4 † ære alieno grauatis, & in carceribus
deductis, ſiue maſculis, ſiue feminis
5 † hoc beneficium ceſſionis bonorum
conceſſum eſſe, *vt tot. tit. ff. & C. de ceſſ.
bonor. & dicta l. penult.* hanc regulam
conſtituit, *Iaſ. in §. cum eo, qui eſt final.
num. 10. inſtit. de action. Lancellot. de at-
tent. par. 2. cap. 4. limit. 11. num. 4. verſ.
Quæ ceſſio.*

Primò amplia etiam in Eccleſia, quæ
6 poteſt † de iure bonis cedere, vt eſt tex.
peregrinus *ſecundum Iaſ. in §. ſi quis
autem adiecerit in auth. vt determinat. ſit
num. clericor.* & ideo Vniuerſitas vt Cle-
ricorum vel Fabrorum, vel Pelipalio-
rum poteſt bonis cedere, *vt per Angel.
Aret. in dicto §. fin. num. 9. verſic. Aduer-
tas,* & ibi etiam *Iaſ. ſub d. num. 10. Au-
frer. ad deciſ. Cappell. Tholoſ. 136. num. 4.
verſic. Nam, Lancell. vbi ſupra num. 4.* &
7 in Vniuerſitate † Collegio, & Eccleſia
firmat *Menoch. de arbitr. iudic. caſu 183.
num. 12. cum allegat. Flau. Tort. ad ſtat.
Pap. ad ſtat. 64. num. 9. & 10. in ciuili-
bus folio mihi 449.*

8 Sed in praxi in his partibus † diffici-
lè eſſet hoc obtinere, quia ceſſio bono-
rum non conceditur, niſi principali de-
bitori, & non procuratori, vt per *Ran-
chin. ad deciſ. Guid. Pap. 343.* tantò ma-
9 gis, quia debitor Vniuerſitatis † non
poteſt cedere bonis, *Graſſ. d. except. 17.
num. 42. verſic. Quod procedit.*

Amplia, vt dicta ceſſio bonorũ poſ-
10 ſit fieri † etiam appellatione penden-
te, *Mutel. Brun. de ceſſ. Bonor. quæſt. 33.
princip. per tot.* & ſic tam ante, quàm
poſt ſententiam *Gloſ. in l. 1. in verbo,
condemnati C. de his qui bonis ceder. poſſ.
Guid. Pap. conſilio 124. num. 3. allegati
per Lancellott. vbi ſupra num. 1. 2. & 3.
addo Graſſ. dicta except. 17. num. 31. ver-
ſic. Tertiò limita.*

Amplia tertiò, vt dicta ceſſio poſſit
11 fieri per debitorem, † etiam ſi is eidem
bonorum ceſſioni renũciauerit, etenim
dicta renũciatio obligare videtur eum-
dem debitorem ad carceres; & ſic ad
quamdam ſpeciem ſeruitutis, quod de
iure ferendum non eſt, vnde non ob-
ſtante eius renũciatione debet admitti
ad dictum miſerabile beneficium, & à
carceribus liberari, *vt per DD. in l. 1.
vbi in ſpecie, Matthe ſilan. num. 6. verſic.
Quæro vtrum C. qui bon. ced. poſſ. Bart.
in conſ. 116. num. 2. verſic. In contrarium
volum. 1. Guid. Pap. in deciſ. 211. Debi-
tor non poteſt num. 1. & ibi addentes ad
eum, Ceual. comm. contr. commun. quæſt.
701. ſub num. 1. verſic. Sed his non ob-
ſtantibus, Couar. lib. 2. variar. reſolut. ca-
pit. 1. num. 7.* vbi hanc appellat * com-
munem de hac etiam communi teſta-
tur *Vaſquius de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22.
num. 79. verſic. Qua in re,* vbi etiam
recenſet contrarium tenentes, hanc
etiam eſſe * communiter receptam
tam à Legiſtis, quàm etiam à Cano-
niſtis teſtatur *Carocc. in tract. de oblat.
parte 2. quæſt. 10. num. 67. verſic. Con-
cluſio igitur,* hanc magis * communem
appellat *commun. opinion. ſintag. in ver-
bo, cedens bonis, volum. 1. folio mihi 87.
colum. 1. vbi Bened. Capr. Reg. 75. nu. 26.
& 27. Galter. in prax. inſtrumentor.
rubr. 2. vlt. par. num. 32. verſic. Quintus
caſus, Giurb. deciſ. 41. numero 3. Carol.
de Graſſ. in tractat. de except. except. 17.
num. 9. verſic. Quæro ſecundò,* vbi hanc
appellat * cõmuniorem, humaniorem,
& magis veram *Roder. de ann. reddit.
lib. 2. quæſt. 10. num. 12. verſic. Quam
con-*

concluſionem, vbi etiam adducit contrarium ſuſtinentes, *Beroi. quæſt.* 133. *in fin. num.* 5. *inter quæſt. diuerſ. fol. m.* 880. vbi concludit ceſſioni bonorum non poſſe renunciari, quia eius bene-
12 ficium † eſt fundatum in iure naturali, vt latius per eundem *Beroi. num.* 2. & 3. *Rouit. in prag.* 3. *num.* 5. *verſic. Quid autem de ceſſ. bonor. Flau. Tort. vbi ſupra num.* 42.

Amplia quartò procedere, etiam ſi
13 huic bonorum ceſſioni † cum iuramento eſſet renunciatum, quia nihilominus debitor ad eamdem ceſſionem debet admitti, & à carceribus extrahi, *Guid. Pap. in d. deciſ.* 211. *ſub num.* 11. *verſic. Sed his*, vbi refert, ſic fuiſſe iudicatum, *Cumia in rit. Regn. Sicil. cap.* 95. *num.* 4. 5. 6. & 7. vbi allegat contrarium tenentes, ſed teſtatur hanc opinionem vidiſſe ſeruari, *Galter. in d. rubri. num.* 35. *verſic. Amplius caſum, Vaſquius de ſucceſ. creat. d. lib.* 3. §. 22. *num.* 80. *verſic. Contrarium*, vbi etiam commemorat contrariam partem ſuſtinentes, *Caracc. vbi ſupra ead. quæſt.*
* 10. *num.* 58. vbi de magis * communi teſtatur, de hac etiam * teſtatur *Seraphin. de priuileg. iur. priuileg.* 91. *nu.* 3.
* de magis * communi teſtatur *Eman. Suar. comm. opin. ſintag. d. vol.* 1. *in verbo, Cedens bonis fol.* 87. *Intrigliol. de cenſib. quæſt.* 54. vbi appellat omnium receptiſſimã * ſentẽtiam, quàm iudicando, & patrocinando ſeruauit *num.* 7. *vbi etiam Conuerſ. Ricc. in collect. deciſ. collect.* 121. *verſ. Item num ceſſio Giurb. d. deciſ.* 41. *num.* 3. *Guttier. de iuram. confirmat. par.* 1. *cap.* 18. *num.* 4. *verſic. Si tamen, Mancin. in tract. de iuram par.* 4. *effect.* 223. *num.* 3. licet contrarium ſubſtineat *num.* 4. *Vaſq. vbi ſupra num.* 80. *verſic. Quod, Graſſ. d. except.* 17. *nu.*
* 10. vbi de magis * communi teſtatur, *Gaſpar Roder. vbi ſupra de ann. reddit. d. quæſt.* 10. *num.* 13. vbi contrarium ſeruatur de iure Reg. illius Regni, & ibi videtur contrarium ſuſtinere in annuo cenſu *Paſchal. de virib. patr. poteſt. d. part.* 2. *cap.* 9. *nu.* 54. *verſic. An autem Flau. Tort. vbi ſupra num.* 43. & hanc
* appellat humaniorem, * & veriorem opinionem.

Subamplia hanc quartam amplia-
14 tionem procedere etiam † non obtenta abſolutione à iuramento, *Guid. Pap. d. deciſ.* 211. *vbi etiam Ranchin. in annot. & alij addentes, Graſſ. d. except.* 17. *nu.* 11. *Vaſquius de ſucceſſ. creat. d.* §. 22. *ſub num.* 80.

Quintò amplia, vt dicta ceſſio bo-
15 norum ſi fuerit facta † per debitorem cum vno ex creditoribus, debeat nocere etiam alijs *l. is qui bonis* §. *Sabinus ff. de ceſſione bonor.* nec oportet, quod dictus debitor iterum cedat, ſi alij creditores poſtea actionem propoſuerint, licèt eis permiſſum eſſet dictam exceptionem bonorum impugnare, & ita dixit vidiſſe practicari *Rebuff. in prax. cancellar. Apoſt. in declarator. ſuper propon. ſeu vouent. verſic. An ceſſio bonorum fol. m.* 515. *in pract. beneficiali eiuſdem Rebuff. Graſſ. de except. d. except.* 17. *nu.* 66. *verſic. Sed hanc*, ſed declara hanc ampliationem vt infra *Ampliat.* 8. *huius limitationis.*

Sextò amplia, vt per legitimam bo-
16 norum ceſſionem † debitor liberetur ab obſtagijs, & carceribus, & obligatione ſub pœna obſtagij, vt per *Andr. Gail. obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 45. *num.* 6. *verſic. Limita*, & dicemus latius Deo dante *in tit. de obſtag. lib.* 4.

Septimò amplia etiã ſi contra reum
17 fuerit lata † vnica ſententia, quę tranſitum fecit in rem iudicatam, vel tres ſententiæ cõformes, quia quamuis poſſit carcerari, nihilominus debet admitti ad bonorum ceſſionem, *Brun. de ceſſion.*

Digitized by Google

ſion. bonor. 2 quæſt. princ. à num. 10. ver-
ſic. Scius tamen vſque in finem, vbi plu-
ra adducit & vide quæ diximus ſupra
limitat. 4. princip. num. 17. & ſeq.

Amplia octauò etiam ſi creditores
18 tãtum apparẽtes † fuerint citati, quia,
ex quo operatur quoad nõ comparen-
tes, & non citatos, debitor debet ad-
mitti ad bonorum ceſſionem; ſic præ-
ciſè limitando concludit *Anton. Gabr.*
commun. concluſ. in tit. de citat. limit. 99.
num. 486. Rouit. eum citat. in d. prag. 3.
num. 6. de ceſſ. bonor. Guid. Pap. conſil.
124. relatus per Gabriel. vbi ſupra Brun.
de ceſſ. bonor. 5. quæſt. princip. num. 4. &
10. quæſt. princip. num. 4. & 5.

Declara hanc octauam ampliatio-
nem, quòd quamuis creditores non
comparentes, non ſint citandi particu-
19 lari citatione, debeat tamen † expediri
citatio per edictum *Papienſ. in form. in-*
quiſit. ſub num. 26. verſ. Et regula eſt, vbi
addentes Brun. à Sol. quæſt. 9. num. 21.
23. 24. 25. & 26. Salic. in l. 1. in princ.
C. de ceſſ. bonor. quem cum alijs ſic de-
clarando refert *Graſſ. d. except. 17. nu-*
mero 60.

In his partibus autem creditores
20 † particulares certi, & comparentes
particulari citatione notificantur, &
contra dictos citatos incuſantur debitę
contumaciæ, incerti verò, & non com-
parentes citantur per edictum, quod
affigitur in valuis Curiæ.

Amplia nonò, vt dicta bonorum ceſ-
21 ſio † poſſit fieri coram quocumque Iu-
dice, vt dicemus in dilatione quinquẽ-
nali *limit. 6. princip.* dummodo fuerit
22 obtentũ reſcriptum à Domino Prore-
ge, eiuſque Collaterali Conſ. vt poſſit
cedere bonis, quia cõcedere hoc bene-
ficium ad Principem ſpectat, *vt l. fin. in*
princ. C. qui bon. ced. poſſ. vt per Afflict. in
deciſ. 296. in fin. & deciſ. 379. in prin-
cip. allegati per Muſcat. in prax. appell.
part. 3. Gloſ. vlt. nu. 81. verſic. Primum,
Coſt. ſubſid. remed. 27. num. 11. relatus
per Giurb. deciſ. 41. ſub num. 2. folio mi-
hi 204.

Sed in his partibus in Curia Ciuita-
tis Aquilæ fuerunt admiſſi debitores
23 † ad bonorum ceſſionem abſque alio
reſcripto obtento, ne in carceribus fri-
gore, & fame morerentur, & pro hac
determinatione facit optimè *Gloſ. in d.*
l. final. in verbo Maieſtate, vbi ſubdit
Gloſ. vel ab aliquo iudice.

Amplia decimò, vt quamuis ceden-
24 tes bonis debeant † aſportare in bireto
velum, ſeu aliquod ſignum coloris vi-
ridis, eorum vita durãte, vt dignoſcan-
tur ab alijs, vt per Reg. Prag. refert
Muſcatell. in d. prax. appell. gloſ. vlt. nu.
84. verſic. Quintum tamen, & Rouit.
in d. Prag. 3. num. 7. verſic. In fine, &
in Hiſpania ex diſpoſitione iuris illius
Regni debitor teneatur aſportare in
collo manicam ferream, vt refert *idem*
Rouit. ibidem; tamen hoc in Regno
25 † in deſuetudinẽ abijt, vt inquit idem
Rouit. d. num. 7. in fine, & ita vidimus
etiam in partibus noſtris obſeruari,
quia debitores cedentes bonis non te-
nentur aſportare dictum ſignum colo-
ris viridis, vel aliud ſimile.

Amplia vndecimò, vt debitor, qui
bonis ceſſit re integra, nec bonis per
26 creditores † occupatis, poſſit ceſſio-
nem reuocare, quia in ea eſt locus pę-
nitentiæ, *vt ex Iaſ. in d. §. final. num. 23.*
& Aretin. num. 16. inſtit. de actionibus
& ex Cephal. in conſil. 193. num. 3. & ſe-
quent. lib. 2. firmat Paſchal. de iurib. pa-
tr. poteſt. d. part. 2. cap. 9. num. 55. verſ.
Sed an bonis. Flau. Tort. ad ſtat. Pap. d.
ſtat. 64. num. 30. dummodo creditoribus
ſit ſoluere paratus, vt per eum.

Amplia duodecimò, vt cedẽs bonis
27 poſſit iterum † bonis cedere in præiu-
dicium primæ ceſſionis, *Cephal. in dicto*
conſil.

Digitized by Google

conſil. 193. *per tot.* quem adducit ſic concludendo *d. Paſchal. d.cap.9.nu.56. verſic. Et an u.*

28 Contrariam partem, † quod cedens bonis non poſſit iterum cedere propter fraudis præſumptionem, tenet *Alban. in conſ.*710. *num.*2. & *Alex. in l.alia* §. *eleganter num.* 14. *ff. ſolut.matrim. relati per Graſſ. d.except.*17. *num.*68. *verſ. Octauò quæro.*

Primò declara, vt bonorum ceſſio facta per debitorem non poſſit prodeſ-
29 ſe † fideiuſſori, qui eius acceſſit obligationi, *text. eſt clarus in* §. *fin. inſtit. de replicat.* DD. *omnes in l.* 1. *C. qui bonis ceder. poſſ. Muſcatell. in prax. fideiuſſ. par.* 2. *quæſt.*8. *num.*21. *Coler. de proceſſ. exequut. cap.*6. *num.* 110. *Petr. Pecch. de iur. ſiſtend. cap.*45. *num.*19. *Graſſ. de except. d.except.*17. *num.*67. *verſ. Quæro ſeptimò. Hering. in tract. de fideiuſſor. cap.*27. *num.*99. *verſic. Tertium exemplum Mart. deciſ.*158. *num.*4. *verſic. Item ceſſio.*

Subdeclara, vt quamuis dictum beneficium ceſſionis non poſſit fideiuſſo-
30 ri prodeſſe, tamen quando † fideiuſſor eſt adeo pauper, vt ſolutionem parare non poſſit, ne in carceribus moriatur, ei permiſſum videtur, quod poſſit de principalis bonis diuidendis ſoluere, ſicex *Marſil. Roland. Bertazz.* & *Alban. in locis commemoratis firmat Hering. vbi ſupra num.* 103. *verſic. Etſi verò.*

Declara ſecundò bonorum ceſſio-
31 nem non eſſe concedendam † debitori, qui omnem creditorum ſubſtãtiam luxurioſè conſumpſit, vel ſi doloſè, &
32 in fraudem † creditorum bona diſſipauit, *Theſaur. deciſ.*36. *num.*5. *Neuiz. conſil.*59. *Rebuff. conſil.*184. *alleg. per Giurb. deciſ.*43. *num.*14. *Graſſ. d. except.*17. *num.*32. *verſic. Tertius caſus*, vbi alios allegat, & *num.*44. *verſic. Septimò, Rouit. ſuper prag.*2. *num.*1. & 2. *de ceſſ. bonor.* & *in prag.*3. *num.*3. *eodem tit. Iaſ. in* §. *fin. num.*18. *verſic. Nouò, inſtit. de action. Mattheſil. in l.* 1. *num.*8. *verſ. Ratio C. qui bon. ced. poſſ.* vbi ex tribus
33 cõiecturis debitor iudicari poteſt † bona diſſipaſſe in fraudem creditorum. Primò, quando euidenter apparet de fraude *l. penult. in fin. ff. de ijs, quæ in fraud. credit.* Secundò, quando incontinenti poſt contractum ad paupertatem deuenit *l. ſi ventri* §. *in bonis ff. de priuileg. creditor.* Tertiò, quando ſine aliquo caſu inopinato pauper euaſit *l.*2. §. *ſi eo tempore de adminiſtrat. rer. ad ciuit. pertinet.* vt latius per eumdem *Mattheſil. ibidem.* Addo quartum, quando
34 † debitor debita contraxit infra annũ, quia eo ipſo quod petit admitti ad beneficium ceſſionis infra annum reſultat dicta fraus præſumpta, vt benè, & doctè animaduertit *dictus Rouit. vbi ſupra num.*2.

Declara tertiò ceſſionem bonorum
35 locum habere, † quando debitor eſt pauper, ſecus verò quando eſt diues; *Carbon. in pract. lib.* 3. *cap.*8. *num.*42. *allegat. per Graſſ. d. except.*17. *num.*54. *verſic. Decimustertius, Iaſ.* § *fin. nu.*21. *verſic. Duodecimò inſtit. de action. vbi allegat. Bald.* & *Nicol. de Neapol. in loco commem. per eum.*

Pauper autem in caſu, de quo agi-
36 tur, ille nuncupatur, † cuius facultates creditoribus concurrentibus non ſufficiunt *Bald. in auth. præterea num.*4. *C. vnde vir. per text. in* §. *ſed neque auth. de fideiuſſor.* cum alijs allegatis per *Rotam Roman. deciſ.*48. *nu.*3. *verſic. Tunc enim in nouiter nouiſſ. par.*2. *fol.m.*568.

Et ad dignoſcendum an aliquis ſit
37 pauper, † inſpicitur fructus, & non valor bonorum *Bar. in l. qui bonis per illum text. ff. de ceſſ. bonor. Rota Roman. d. deciſ.*48. *num.*5. *verſic. Quia cum allegatis*, & paupertas quomodo probetur, & quando

quando præſumatur vltra *Maſcard. de probat. concluſ. 1159. per tot. part. 3. fol. m. 72.* adeundus eſt *Brun. de ceſſion. bonor. 26. quæſt. princip. fol. m. 137.*

38 Contrariam partem, quod etiam diues † poſſit cedere bonis, firmat *Cinus in d. l. 1. in 3. quæſt. per text. in l. illud §. quod tamen ff. de tribut. & Rainer. de Forliu. in l. legis Iuliæ C. qui bon. ced. poſſ.* quos refert *Iaſ. in d. §. fin. d. nu. 21.* vbi conciliando concludit, vt diuiti ſit permiſſum cedere parti bonorum, non autem omnibus bonis, ſed prima

39 opinio † verior eſt, quia debitor non poteſt, nec etiam rem meliorem offerre inuito creditore, per ea, quæ ſupra diximus *limit. 3. principal.*

Declara quartò, vt creditoribus in-

40 ſtantibus † ita debitor ad ceſsionis beneficium admittatur, ſi idoneam de ſoluendo præſtiterit cautionem, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, iuxta diſpoſitionem *cap. Odoardus vbi Gloſ. de ſolut. DD. in l. 1. vbi præcipuè Matthesil. num. 4. C. qui bon. ceder. poſſ. Anton. Hering. in tract. de fideiuſſor. cap. 5. num. 84. & ſeq. verſic. Idem ne igitur cum allegatis, Graſſ. d. except. 17. nu. 52. verſic. Duodecimus Giurb. deciſ. 41. num. 20. vbi alios allegat.*

Primò ſubdeclara dictam cautio-

41 nem, vt ſupra requiſitam, † ita eſſe admittendam, ſi cum fideiuſſoribus, aut pignoribus paretur, quandoquidem quoties cautio plena, vel idonea requiritur tunc pignoratitia, vel fideiuſſoria intelligitur *l. ſi mandatum 59. §. vltimo ff. mandati l. 4. §. adduci ff. de fideiuſſor.* plura etiam alia iura, & auctoritates refert *d. Anton. Hering. vbi ſupra num. 92. verſic. Cautio, & num. 96. & num. 198. & 199.*

42 Contrariam partem † quod hoc caſu ſufficiat iuratoria cautio abſque fideiuſſore, tenet *Matthesil. in d. l. 1. num. 4. verſic. Sed pone,* vbi refert etiam hoc eſſe de mente Cini ibidem, quibus concordare videntur allegata *per Hering. vbi ſupra d. cap. 5. num. 95. verſic. Cæterum,* vbi quamuis contrariam partem putet de iure veriorem, tamen in praxi ab hac non recedimus, Ceual. *commun. contr. commun. quæſt. 729. num. 10.* quia impoſſibile eſt, vt inueniat fideiuſſorem, qui cum verecundia, & ignominia dictum beneficium recepit, *Graſ. d. except. 17. num. 53. Flau. Tort. ad ſtat. Pap. 64. in ciuilib. num. 27.* & ſic in praxi ſeruari etiam vidi in his partibus.

Subdeclara ſecundò etiam ceſſante

43 dicta fideiuſſione † de ſoluendo, ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam, bonis cedentem de iure teneri creditoribus ſatisfacere, ſi ad dictam pinguiorem peruenerit *l. qui bonis vbi DD. & præcipuè Matthesil. num. 2. & 3. C. qui bon. ced. poſſ. Guid. Pap. deciſ. 343. vbi etiam Matth. & Ranchin. in addit. Ceual. d. quæſt. 279. num. 14. & num. 29. Paſchal. de virib. patr. poteſt. part. 2. cap. 9. num. 52. verſic. Et demum, Flau. Tort. vbi ſupra num. 40. verſic. Et idea eodem ſtat. 64 fol. m. 450.*

Subdeclara tertiò, vt ita teneatur, ſi

44 ad pinguiorem peruenerit † fortunam, quando vituperosè, & verecundè fieret dicta ceſſio bonorum, ſecus verò quando abſque vituperio propalaretur, vt ſolet fieri in his partibus noſtris, in quibus cedens bonis per horam aſcendit in quendam locum deputatum abſque alio actu vituperabili, ſiquidem hoc caſu ſi peruenit ad pinguiorem tenetur creditoribus ſoluere, vt per *dictum Guid. Pap. d. deciſ. 343.* vbi etiam magis in ſpecie *Ranchin. in annotationibus Ceual. commun. contr. commun. quæſt. 729. num. 12. verſic. Vnum tamen fol. m. 106.* plures alios concordantes ita tenendo allegat *Giurb. d. deciſ. 41. n. 21.*

Paſch.

Paſch. d. cap. 9. verſic. Hanc autem, Flau. Tort. ad ſtat. pap. 64. in ciuilib. num. 15. num. 27. & ſeq. fol. m. 449. vbi declarat ita procedere, dummodo congrua alimenta iuxta conditionem ſuæ perſonæ deducat *l. 4. ff. de ceſſ. bonor. Menoch. caſu 183, nu. 21. de arbitrar. Brun. de ceſſ. bonor. d. quæſt. 31. relat. per eumdem Tort. ibid. num. 40. verſic. Et ideo,* vbi etiam declarat, quomodo facienda ſit dicta deductio.

Declara quintò in milite, & in cle-
45 rico, † qui cogi non poſſunt ad bonorum ceſſionem, quia non tenentur, niſi in quantum facere poſſunt, & ideo nec huic beneficio renunciare valent, *Brun. vbi ſupra 11. quæſt. 4. part. princip. num. 14. verſ. Et ideo,* plenè *Guttier. de iuram. confirmat. part. 1. cap. 18. num. 4. verſic. Et ita, Leon. in prax. Archiepiſc. in tit. de priuileg. Clericor. part. 1. cap. 11. num. 15. verſic. Tamen, Aufrer. ad deciſ. Capell. Tholoſ. 246.* & latius diximus *ſupra limit. 4. princip.*

Primò ſubdeclara tamen hanc quintam declarationem, vt quamuis miles, & clericus non teneantur bonis cede-
46 re, tamen † poſſunt compelli ad præſtandum cautionem de ſoluendo, ſi ad pinguiorem peruenerint fortunã, *Abb. in d. cap. Odoardus num. 8. de ſolut. Leon. d. cap. 11. d. num. 11.*

Secundò ſubdeclara procedere in hoc Regno in militibus ordinarijs à
47 Regia Curia † ſtipendiatis, etiam ſi poſiti ſint in præſidijs Regiarum Arcium, vel ciuitatum, quia gaudent omnibus priuilegijs militibus conceſſis, *Brun. in tract. de ceſſion. bonor. ſub num. 2. verſic. Contrarium tamen, Alex. Trentacinq.* ſemper commendandus *in tract. de ſubſtit. part. 4. cap. 8. num. 6.* quem citat, & commendat diligentiſs. *Rouit. in commentar. Regiar. Pragm. in rubr. de militibus num. 3.*

Secundò ſubdeclara, non procedere
48 † in militibus, qui ordinariè non ſunt ſtipendiati, at ſunt milites nouæ militiæ in his partibus deputati, quia non gaudent priuilegijs militum, vt concludit ſupradictus *Alex. Trentacinq. vbi ſupra verſ. Tamen,* quem ſic concludendo allegat *dictus Rouit. vbi ſupra d. nu. 2. verſic. In ſecundo caſu,* cum alijs rationibus ab eodem Rouit. in hac vltima editione adductis.

Tertiò ſubdeclara hanc proximam ſubdeclarationem, in qua diximus ſupradictos milites nouæ militiæ nõ gaudere priuilegijs militum, tamen quia
49 † ex diſpoſitione Reg. Prag. non poteſt fieri exequutio contra eoſdem Milites, nec in armis, veſtibus, nec in perſona, *vt per Rouit. in d. Prag. 15. nu. 42. verſ. Secundum priuilegium de militibus,* ideo nõ poſſunt carcerari, neque compelli ad recipiendũ beneficiũ ceſſionis, Hoc enim introductum fuit, ne debitores in carceribus moriantur, ideo ſi nõ poſſunt dicti Milites nouæ militiæ carcerari, in conſequentiam nec poſſunt cedere bonis *Bald. in l. 1. num. 17. C. qui bon. ceder. poſſ. Graſſ. d. except. 17. nu. 55.* ſed latius dicemus *infra limit. 8. princ.*

Declara ſextò in debitore, qui infra
50 annum † implorauit ſupradictum beneficium ceſſionis, etenim tamquam excluſus ſecũdum diſpoſitionem Reg. Prag. 2. de ceſſ. bonor. non poterit ad dictum beneficium admitti, etiam ſi poſt annum per nouum libellum, & principalem petitionem obtineat, quia propter fraudem manifeſtam remanet perpetuò excluſus, prout ſic bis fuiſſe deciſum in ſacr. Reg. Conſ. teſtatur *Conſ. Rouit. in d. prag. 3. nu. 3. verſic. Hinc modo de ceſſ. bonor.*

Declara ſeptimò in debitore collectarum, qui ſi reperitur carceratus pro
51 Regijs collectis non admittitur † ad bonorum

bonorum ceſſionem *Capell. Tholoſ. deciſ. 28. num. 4. vbi Aufrer. fol. m. 381. & in deciſ. 124. Thomat. de collect. cap. 8. num. 32. verſ. Mihi videtur,* pro qua concluſione eſt text. peregrin. *in l. propter bonorum C. qui bon. ced. poſſ. vbi Bald. cæterique Scribentes.*

Primò amplia etiam in quolibet
52 debito fiſcali, † in quo debitor non admittitur ad bonorum ceſſionem *Rouit. in d. Reg. prag. 3. num. 4.* vbi plures concordantes remiſſiuè *Graſſus d. except. 17. num. 41. verſic. Sextò caſu,* vbi alios allegat, *Peregrin. in tract. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 7. num. 37. verſ. Sed certum,* vbi remiſſiuè *ad Iſerniam in capit. 1. in verb. Condemnatorum in tit. quæ ſint regalia, vbi latius Afflictus.*

Contrarium, quod debitor fiſci ex
53 contractu † poſſit cedere bonis tenet *Gloſ. in §. penult. in verb. debita, inſtit. de ſociet. Cepol. conſil. 9. in princ. in ciuil. Ioſeph. Lud. deciſ. 33. num. 4. quos refert Graſſ. vbi ſupra nu. 43. verſic. Sed Iſtud.* verum in praxi hoc eſſet difficillimum obtinere, quia debitores fiſcales, aut compelluntur ſoluere, aut in carceribus moriuntur.

Amplia, vt multò magis non admit-
54 tatur ad bonorum ceſſionem † debitor fiſci ex maleficio, quia ſi non habet in ære luet in corpore, vt per *Peregrin. vbi ſupra d. num. 37. verſic. Illud autem,* pro qua ampliatione eſt videndus *Graſſ. d. except. 17. nu. 34. 35. & 36.* vbi ſi pœna debetur parti ex crontactu, & non deſcendit ex delicto poteſt fieri ceſſio, Idem quando creditor, cui fuit applicata pœna pecuniaria, quia poteſt debitor cedere bonis, etiam ſi creditor inſteterit, vt luat in corpore.

Tertiò in mulcta, quæ Iudicis arbi-
55 trio † imponitur, quia eam poteſt Iudex remittere propter paupertatem debitoris, ideo nō tenetur propter eius incurſum cedere bonis, vt latius per eumdem.

Declara octauò quando ex pacto in inſtrumento appoſito debitor ad ope-
56 ra, & ſeruitia † præſtanda obnoxius reperitur, & ſic ad faciendum aliquid, quia tūc antequam petat ceſſionis beneficium, vel quinquennalem dilationem, vt diximus, creditor de iure ciuili officium Iudicis implorando, poteſt eumdem debitorem compellere ad dicta opera, & ſeruitia præſtandum, ſecundum communem ✱ opinionem, de qua teſtatur *Coler. de proceſſ. exequut. cap. 9. num. 28. verſic. Ideoque, fol. mihi 245. cum allegatis,* quibus addo alios cumulatos *per Graſſ. d. except. 17. num. 49. verſic. Decimus caſus.*

Declara nonò vt debitor volens bo-
57 nis cedere † non debeat audiri, niſi ſe in carceribus conſtituat, quia is non poteſt ad bonorum ceſſionem admitti, niſi ſit in vinculis, ſic fuiſſe pluries iudicatum in Magn. Cur. Vicar. Siciliæ teſtatur *Giurb. d. deciſ. 41. num. 5. verſ. Controuerſum,* vbi plures concordantes allegat *Graſſ. de except. d. except. 17. num. 55.*

Declara decimò in debitoribus eo-
58 rum culpa † decoctis, quibus hoc beneficium non competit ratione doli, qui in eorum decoctione præſumitur, vt ex *Natt. conſil. 361. nu. 7. Brun. quæſt. 9. num. 35. Trentacinq. reſolut. 27. num. 28. lib. 3. tit. de ſolut.* & ex alijs compluribus concludit *Giurb. d. deciſ. 41. num. 12. verſic. Doctoribus, Hering. in d. tract. de fid. d. cap. 5. num. 104. & ſequent. Gamm. deciſ. Luſit. 261. num. 3. Paſibal, de virib. patr. poteſt. d. par. 2. cap. 9. num. 61. verſic. Et quod.*

Declara vndecimò ita admittēdum
59 eſſe debitorem † ad bonorum ceſſionem, ſi omnia bona demonſtrauerit eius creditoribus, adeo quod ſi ali-

quam

quam partem occultauerit excluditur à dicto beneficio, *Graſſ.d.except.17.nu.56.& 57.* vbi plures adducit, quibus addo *Genuenſ.in prax.Archiepiſcop.Neapol.c.3.num.18.in fin. Ricc.in deciſ.Cur. Archiepiſcop.81.nu.4.& Giurb. d.deciſ. 41.nu.19.verſic.Denique,* vbi quod tenetur dicta bona indicare cũ iuramento, & ibi alios allegat, etiam creditoribus non inſtantibus, aliàs ceſſio eſt nulla, vt *per Reg.Pragm.3.de ceſſ.bonorum, vbi etiam Franc.Scagl.num.5.verſic.Sed quaero.*

Declara duodecimò, vt debitori, cui
60 ratione doli denegatur † ceſſio bonorũ, vt diximus *ſupra declar.2.& declar. 10.* poſſe etiam alimenta denegari, vt firmat *Gamm.d.deciſ.261.d.nu.3.verſic. Aut ſumus in caſu, Flau.Tort.ad ſtat. Pap.64.num.34. verſic. Et vide in ciuilibus.*

Declara decimotertiò, quando cre-
61 ditores offerunt debitori † carcerato dilationem quinquennalem, quæ cũ ſit in electione debitoris, an velit eam recipere, vel bonis cedere, ſi eadẽ dilatione non vult vti, poteſt bonis cedere, *Alber. in dicta l.fin.& Vincent.de Franc. dicta deciſ.251.*quos allegat *Graſſ.d.except.17.num.45.verſic.Contrariam.*

Contrariam partem, quod electio
62 † ſit creditorum, adeo quod ſi obtulerunt dilationem quinquennalem debitori carcerato, is teneatur eam recipere, & quod non poſſit hoc caſu bonis cedere, dummodo creditoris conſenſus concurrat, vt Iudicis decretum ſuper hoc interponatur, *Brun.de ceſſ.bonor. 22.quaeſt.princip.per tot. Rom.conſ.439.* quos cum alijs refert *Paſchal.de virib. patr.poteſt. par.2. d.cap.9. num.65.* vbi hanc communem * appellat.

Sed pro concordia eſt adeundus *Vincent.de Franc. d.deciſ.251.& Graſſ. vbi ſupra.*

SVMMARIVM.

LIMIT. VI.

1 *Moratoriæ ſaluiconductus, & dilationes quinquennales ſunt vniuocæ.*
Conceduntur ex pluribus cauſis num.2.
A Principe præſtatur ad fauorem debitorum contra creditores num.3.
Ab Inferiore, nec à Iudice pōt concedi n.4.
Per aliquos dies à Iudice præſtari pōt n.5.
6 *Dilatio quinquennalis ex concurſu maioris partis creditorũ à Iudice conceditur.*
Induciæ propriè appellantur num.7.
Concurrentia, Cinquina, & ſoprattiene *vulgariter nuncupatur num.8.*
9 *Moratoria ex motu proprio Principis concedi poteſt.*
Dummodo præſtetur fideiuſſio de ſoluendo debitum finita dilatione num.10.
Et debet à principio præſtari num.11.
Nec pōt ĩ Principis reſcripto remitti n.12.
Etiam ſi Princeps immunem à fideiuſſione debitorem reddat num.13.
Nõ præſtatur dicta fideiuſſio quãdo ĩ reſcripto eſt appoſita clauſula nõ obſtante n.14.
Præſtari debet dicta fideiuſſio ſi à parte petatur num.15.
Ex partis inſtantia non præſtatur, quando tempus non eſt præfixum num.16.
Ad Iuratoriam admittitur ſi fideiuſſores non inueniat num.17.& num.19.
Ad tempus non autem in perpetuum poteſt Princeps concedere nu.18.& n.19.
Impetrans à Principe dilationem perpetuam efficitur infamis num.20.
Obtineri poteſt à Principe, etiamſi debitum ſit iuratum num.21.
Contrarium affirmant multi num.22.Sed declara vt num.23.
Conceſſa ex motu proprio Principis prodeſt fideiuſſori num.24.
Multò magis prodeſt fideiuſſori, quando reſcriptum principis loquitur ſimpliciter, & abſque dictionibus taxatiuis, ex pluribus rationib.ex Muſcat. relatis n.25.

Contrarium defendit Author ex pluribus rationibus, & reſpondet ad contraria num.26.

27 *L.omnes ff. de exceptionibus interpretatur.*

28 *Dilatio per Principem conceſſa, ſi eſt in dando non extenditur ad fideiuſſores.*

29 *Regula acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, non procedit, vbi eſt diuerſa ratio.*

30 *Priuilegium perſonale non egreditur perſonam.*

31 *Ex diuerſis non fit illatio.*

32 *Moratoria potius appellatur beneficium, quàm priuilegium.*

33 *Priuilegium propriè eſt interpretandum, vt quantominus alteri præiudicet.*

Et ſecundum coniecturatam mentem concedentis eſt interpretandum num.34.

35 *Moratoria à Principe conceſſa, vt poſſit prodeſſe fideiuſſori, eſt inſpiciendus tenor inſtrumenti.*

36 *Fideiuſſor obligatus vt principalis, & in ſolidum conueniri poteſt, non obſtante moratoria conceſſa principali debitori.*

Opponit tamquam talis beneficium excuſſionis num.37.

Si non habet beneficium excuſſionis, conuenitur non obſtante moratoria numero 38.

Si obligatio debitoris reſpicit factum, prodeſt fideiuſſori num.39.

Conceſſa etiam lite pendente prodeſt numero 40.

Dummodo in reſcripto fiat mentio de ſtatu cauſæ num.41.

42 *Sententiæ executio non retardatur per moratoriam.*

Contrarium eſt verius num.43.

44 *Moratoriam impetrans debet omnes qualitates debiti exprimere, aliàs nulla redditur.*

A Principe tamen poteſt declarari nulla num.45.

Non comprehendit debitum fiſcale nu.46.

Comprehendit fiſcale debitum, ſi ex lectura moratoria appareat num.47.

Non gaudet ea debitor de fuga ſuſpectus, qui ad fugam ſe præparat num.48.

Poteſt conueniri ea non obſtante apud Iudicem Eccleſiaſticum num.49.

Sed in praxi in Regno non recipitur n.50.

Debet debitor obtinere abſolutionem à iuramento, quando renunciauit in contractu impetrationi moratoriæ num.51.

Priuilegiatus non vtitur ea, contra aquè priuilegiatum num.52.

Gaudet priuilegio quando tractatur de damno euitando, quando priuilegia ſunt imparia, & quando vnus eſt priuilegiatus in ſpecie num.53.

Non extenditur in penſionibus domorum, mercedibus, victuris, & in rebus comeſtibilibus num.54.

Extenditur ad res commeſtibiles, quando non fuit adiectum tempus ſolutionis num.55.

In Regno non conceduntur, nec poſſunt concedi num.56.

Non comprehendit debitum cenſus nu.57.

Neque debitum contractum paulò ante conceſſionem num.58.

Non poteſt comprehendere debitum Eccleſiaſticum num.59.

Comprehendit debitum pupillare nu.60.

61 *Dilatio quinquennalis conceditur ex concurſu maioris partis creditorum.*

A quolibet Iudice concedi poteſt nu.62.

Contrarium tenēt multi, & verius n.63.

Maior pars verificatur in maiori ſumma num.64.

Non debet concedi debitoribus eorum culpa decoctis num.65.

Creditores in ea concurrentes poſſunt remittere iuramentum num.66.

Ex ea non tenetur debitor fideiuſſionem præſtare, de ſoluendo poſt lapſum temporis num.67.

Concedi debet, quando maior pars eſt creditrix vigore inſtrumentorum, non autem

tem

Digitized by Google

tem quando ex ſcriptura priuata creditum apparet num.68.

Tranſacto tempore non debet iſdem debitor admitti ad ceſſionem bonorū nu.69.

Contrariam partem tenent multi, ſed prima opinio verior eſt num.70.

71 *Creditores ex contractu depoſiti non comprehenduntur in moratoria, ſi conſtat de depoſito per publicum inſtrumentum.*

72 *L.ſi quis vel pecunias C.depoſiti declaratur.*

73 *Dilatio quinquennalis habet locum, etiam ſi debitum ſit dotale.*

Conceditur etiam aduerſus inſtrumentum iuratum num.74.

Prodeſt fideiuſſoribus nu.75. Contrarium ſuſtinent aliqui num.76. declara nu.79.

Ratio primæ opinionis proponitur nu.77.

Procedit multò fortius, quando fideiuſſor principaliter & inſolidum obligatus exiſtit num.78.

80 *Clericus creditor in dilatione quinquennali tenetur concurrere.*

81 *Hæredes debitoris non gaudent beneficio dilationis quinquennalis, ſi tempus eo mortuo non eſt elapſum.*

82 *Dilatio quinquennalis non comprehendit debitores futuros.*

83 *Debitor ad opera non gaudet beneficio dilationis quinquennalis.*

84 *Dilatio quinquennalis non extenditur ad contractus cenſuales.*

Neque ad debita Regij Fiſci num.85.

LIMITATIO VI.

An Debitor cui fuit conceſſa moratoria poſſit carcerari?

1 MORATORIAE, ſalui conductus, † dilationes quinquennales, guidatici, induciæ, & ſimiles ſunt vniuoca inter ſe.

2 Et cōceduntur debitoribus † à Principe à lege cum miniſterio, & ſine miniſterio Iudicis, à partibus & à teſtatore, quæ optima ſerie recenſet omni laude digniſſimus, *Carol.de Graſſ.in ſuo aureo tract. de exception.except.32.n.2.10.177.& 182.* Nos autem relictis alijs, quæ ad noſtram rem non pertinent, verba faciemus circa duas tantum. Graſſ. a fol. 209

3 Prima erit illa dilatio, † quæ à Principe ex eius ſimplici motu, & poteſtate debitoribus aduerſus creditores conceditur, ne eiſdem per aliquod temporis ſpacium moleſtia inferatur, quę originem traxit *ex l.vniuerſa C. de precib. Imper.offerend.* vt inquit *Cuiac. in ſuis obſeruat. lib.2.c.10.* vbi ex authoritate *Caſſiodor.lib.2.variar.* affirmat ēt Theodoricum Italiæ, Gotiæque Regem debitoribus conceſſiſſe, & eas obſeruaſſe.

4 Hæc autem à Principe † inferiore non poteſt concedi, nec à Iudice ſolutio aliter prorogari, vt ex multis docet *Anton. Corneus de abſolut.iuram. par.3. quæſt.5.num.1.2.& ſeq. folio mihi 158.*

5 niſi ex cauſa per ſpatiū † triginta dierum, & non vltra, licèt arbitrio Iudicis id eſſe relictum affirmet *Trentac. var. lib.3.tit.de ſolut.reſol.1.num.2.verſ.Ego reperio,* & Iudex etiam inferior poteſt aliquā ſecuritatem debitoribus concedere, ne in dicto tempore moleſtentur, *Farinac. de carcerib. quæſt.29. num.21. verſic. Quando tamen.*

6 Secunda eſt illa dilatio, quæ Iudicis † miniſterio concurrente maiori ſumma, & maiori parte, ſeu numero creditorum, reluctāte etiam minore ſumma, & parte creditorum, debitoribus per quinquennium conceditur, quæ ortum habuit *ex l.vnica de ceſſ.bonor.* vt inquit *dictus Cuiac. in d.cap.10.* vbi inducias

7 propriè † eas appellat, *Hering. de fideiuſſor. cap.5.nu.101. verſ.Loquuntur,* & ſic dictæ, quod in diem ducantur, ideſt differantur, vt in alia facti ſpecie inquit *Alciat. in l.cum proponas 2. ſub*

num.4. verſic. Cum enim C. de pactis, & hæc diuerſis nominibus in Italia eſt nuncupata, quia Neapoli concurren-
8 tia † appellatur, vt inquiunt *Galter. in prax. inſtrument. rubr.2. num.13. in vlt. par. & Muſcatell. in prax. ciuil. par. 4. Gloſ. petendo num.15. verſic. Secunda eſt, & in prax. fideiuſſor. par.2. quæſt.9. num.17. & 18.* qua noſtrates vulgariter cinquinam nominant, alibi dictam, ſopratiene, vt refert *Caual. in tract. de Bracch. Reg. par.6. num.559. verſic. Inter debitores.*

Circa primam dilationem, ſeu moratoriam à Principe conceſſam, conſti-
9 tuas cõcluſionem, quod Princeps † poteſt ex motu proprio cõcedere dilationem debitoribus, ne infra tempus ab eodem Principe præfixum, moleſtẽtur, vt habetur *tex. in d.l. vniuerſa, vbi præcipuè Bartol. Bald. Salic. Iaſ. cæterique Scribentes C. de precibus Imper. offerend. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum num.42. verſic. Quarta declaratio de conſtit.*

Et in Regno habemus ritum Magn. Cur. in ord.287. *Muſcat. in d. Gloſ. petendo nu.13. verſ. Duplex, & Galter. in prax. inſtrumentor. rubr.2. nu.18. verſic. Altera, parte vltim. & dictus Carol. de Graſſ. d. except.32. num.11. verſ. Tertia, Pecch. de iur. ſiſt. cap.10. num.3. verſic. Conſtat quod Princeps apud Gothofred. in prax. ciuil. tomo 2. folio 638.*

Primò declara dictam concluſionem
10 ita procedere, ſi fideiuſſio † fuerit præſtita per debitores de ſoluendo debitũ, finita dilatione iiſdem debitoribus à Principe conceſſa, vt habetur *tex. clarus in d.l. vniuerſa,* vbi præcipuè *Bart. Bald. Salicet. Iaſ. & alij Scribentes, Muſcatell. in d. Gloſ. petendo d. nu.13. Galter. d. rubr.2. dicto num.18. & num.19. Carol. de Graſſ. d. except.32. nu.132. verſic. Ideo, Mart. deciſ.158. n.1. Solertiſſimus Borell. in tract. de magiſtr. edict. lib.1. cap. 15. num.25. verſ. Ad hanc* opinionem,
11 quæ fideiuſſio debet † à principio præſtari, vt in terminis *d.l. vniuerſa* cõcludit *Ant. Hering. de fideiuſſ. c.11. nu.491. verſic. Et quorum, Farinacc. de carcer. d. quæſt.29. num.27. verſic. Limita quartò.*

Secundò declara, vt dicta fideiuſſio,
12 † nec etiam poſſit in reſcripto Princeps remitti, vt habetur *tex. expreſſ. in d.l. vniuerſa,* vbi præcipuè *Caſtrenſ. & Iaſ.* qui eum refert *nu.1.* eſt communis opinio * de qua *Viu. opin.176. num.2. lib.1.* quem refert ſequendo *Galter. vbi ſupra num.20. verſ. Amplia etiam, Borell. vbi ſupra nu.26. verſ. Nec talis, Graſſ. in d. except.32. nu.133. verſ. Quæ concluſio, Carauit. in d. ritu 287. num.5. verſic. Et ideo, Hering. d. cap.5. nu.128. verſic. Ponamus, Mart. deciſ.158. num.1.*

Et in Regno habemus ritum Magn. Cur. Vicariæ, vbi etiam *Carau. vbi ſu-*
13 *pra,* etiam ſi † Principis reſcriptum eumdem debitorem reddat immunem, vt inquit *Vrſill. ad Afflict. d. deciſ.288. ſub num.1.*

Contrarium teſtatur fuiſſe ſeruatum per *Borell. vbi ſupra num.23.* vbi dicit moratorias fuiſſe conceſſas per Principem, abſque dicta fideiuſſione, & ideo limita, dictam declarationem non procedere, quando in dicta moratoria eſſet
14 appoſita clauſula nõ obſtãte, vt firmat *Graſſ. vbi ſupra n.134. verſ. Quam ampliationem, & Iaſ. in addit. in d.l. vniuerſa in fin. verſ. In ſecunda parte,* vbi firmat contra Gloſ. ibi, quod iſta ſolemnitas tamquam inducta à iure ciuili poſſit per Principem, ſiue eius reſcriptũ tolli, *& Farin. vbi ſup. d.n.28. in fin. Trentac. de ſol. d. reſol.1. v.5. verſ. Hoc reſcriptum.*

15 Tertiò declara, quod ſi dicta fideiuſſio à parte petatur, tunc debeat præſtari, aliàs debitor ad eam non teneatur *l. peto 71. §. fin. ibi, Quod ſi cautio d.l.2.* quam allegat *Petr. Pecc. de iur. ſiſtend. dicto*

dicto cap.10.num.3, verſic. Nihilominus, Paul. de Caſtr. in d.l.vniuerſa per illum text.iuncta Gloſ. vbi dicit eſſe menti tenendum,refert,& ſequitur Iaſ. ibid. ſub num.1. vbi exemplificat quatuordecim caſus,in quibus ſi lex,vel ſtatutum requirit, quòd præſtetur fideiuſſio, aliàs actus nõ valeat,debet intelligi ſi à parte petatur, Carol.de Graſſ. vbi ſupra num. 135. verſ.Intellige,vbi alia exempla adducit Anton.Hering.in d.cap.5.nu.133. verſ.Cæterum, Farinac. de carcer.d.quæſt. 29.nu.28. Carthar.in prax.interrog.reorum lib.3,cap.3. num.52.verſ.Et facit, Trentacinq.vbi ſupra nu.8.verſ.Procedit.

Subdeclara primò,dummodo in mo-
16 ratoria † non ſit præfixum tempus ad præſtãdam dictam fideiuſſionem, quia hoc caſu non eſt opus partis petitione, Surd, conſ.124. per totum, vbi ſic teſtatur obtinuiſſe in facti contingentia, & cum cum alijs refert Graſſ. vbi ſupra nu. 137, verſic. Sed ſi.

Subdeclara ſecũdò,vt ſi debitor,cui fuit cõceſſa moratoria diligentijs debi-
17 tis adhibitis,nõ inuenit † fideiuſſores, tũc debeat admitti ad iuratoriam cautionem, Graſſ. d.nu.8. vbi ẽt extendit procedere in Hebreo, qui ad eamdem dẽt admitti,& Farinac.de Carcer.d.q.29. n.29. verſ.Sublimita, Trẽtac.d.reſol.1.n. 9.vbi ſic firmãdo ad cõtraria reſpõdet.

Declara quartò, vt hæc dilatio à
18 Principe conceſſa † non poſſit præberi vltra quinquennium, vt ex multis allegatis firmat Anton.Hering.vbi ſup.d.c. 5.nu.135.verſ.Cæterum,vbi refert alios cõtrarium ſuſtinẽtes,quod poſſit Princeps concedere dictas dilationes vſque ad decennium,prout refert Natt.ab eod. allegatus in conſ.591.num.1.2.3.4.& 5. lib.3. quod puto verum, quia Princeps
19 poteſt rei noſtræ † etiam dominiũ auferre, Felin.in c.quæ in Eccleſiarum num. 48.verſ.Quinta declaratio de cõſtit.Petr. Pecch.vbi ſup.d.cap.10.nu.3.verſ.Sanè ſi omninò, licèt peccet mortaliter, vt inquit Felin.vbi ſupra,ſed de iure non poteſt præcipere, vt debitor nunquam conueniatur,vt per Felin. vbi ſupra nu. 47.in princip.& quod dicta dilatio non poſſit concedi per Principem vltra quinquennium, tenet etiam Graſſ. de except. dicta except.32. ſub num.130. vbi dixit in praxi malè ſeruari.

Declara quintò, vt hæc fideiuſſio adeo debeat præſtari,vt ſi debitor facta diligenti perquiſitione non inuenerit fideiuſſorem,amittat beneficium dictæ dilationis,nec de iure eſſe admittẽdum ad iuratoriam cautionem, licèt de conſuetudine ſeruari cõtrarium in illo Regno teſtatur Graſſ. vbi ſupra num.160. 161.& 162.Sed vide quæ diximus ſupra in dicta ſecunda ſubdeclaratione.

Declara ſextò, quod impetrans à
20 Principe † dilationem perpetuam infamis efficiatur, vt inquit Benedictus Bon. in tract. de cenſibus art.75.

Amplia primò ſupradictam primam concluſionem,& ſextam limitationem,
21 vt procedat etiam in contractu † iurato, Vrſill.ad Afflict.in deciſ.288. num.8. Muſcatell. in d.prax.ciuil. d.Gloſ.petendo num.14. Farinac. de carcer. quæſt.27.nu. 22.verſ.Limita primò,vbi reſpõdet eruditè,& doctè ad contrarium ſuſtinẽtes Galter.in d.rubr.2.nu.21.verſic.Secundò amplia, & quamuis hæc opinio multos habeat contradictores, quos longa ſerie adducit Graſſ. de except. dicta exception.32. numero 13. 14. 15. & 16. tamen hanc opinionem dixit de conſuetudine ſeruari num.17. verſic. Sed ſupradictis, & de hoc non eſſe dubitãdum affirmauit Decius ab eodem commemoratus conſilio 352. in fine, & ſic teſtatur ſeruari in Regno Carauit. in ritu 287. numero nono, de hac etiam obſeruantia teſtatur Theſaur. filius ad

deciſ. patris in ordine 186. ad num.4.
quamuis veram cõtrariam opinionem
nominet, vbi monet Regios conſilia-
rios, non eſſe ita faciles ad conceden-
das ſimiles moratorias,& dilationes,&
de eadem in hoc Regno obſeruantia
teſtatur *Muſcat. in prax. fideiuſſoria
par.2. quaeſt.9. num.31. & 32. verſic.
Sed an*, ſic etiam ſeruari, licèt contra-
rium ſentiat, teſtatur *Carneus proximè
allegandus in tract. de abſolut. iur. par.
3. quaeſt.5. num.13.* ſic etiam ſeruari
teſtatur *Aſin. in tract. de execution. cap.
383. §.vlt. verſic. Contrariam.*

Contrarium in themate inſtrumen-
22 ti † iurati tenet *Mancin. de iuram. par.
4. effect.233.* vbi dixit etiam procede-
re in conceſſione facta à Summo Pon-
tifice, *vt num.6.* hanc etiam partem
vltra allegatos *per Graſſ. d.except.32.
num.13.* longa ſerie diſputando firmat
*Anton. Corn. in tract. de abſolut. iuram.
par.3. quaeſt.5. à num.7.* cum infinitis
alijs numeris ſequentibus, *Anton. Ga-
briel. comm.concluſ. de iureiur. concluſ.5.
num.21. Trentacinq. Variar. dicto libro
3. tit. de ſolut. reſolut.1. num.12. ver-
ſic. Ego in puncto*, & hanc diſputando
ſequitur.

Sed declara hanc contrariam pro-
23 cedere, † quando ſolutio ad tempus fit
de conſenſu maioris partis creditorum,
vt concludit *Mancin. vbi ſupra nu.7.*
& ideo eius dictum procedit in dilatio-
ne quinquennali, de qua infra latius
dicemus, vel quando in reſcripto mo-
ratoriae eſſet appoſita clauſula,non ob-
ſtante, vel quando eſſet facta motu
proprio ipſius Principis,quia hoc caſu
comprehẽdit etiam debitum iuratum,
*vt per Anton.Gabriel. d.concluſ.5. num.
28. & num.29. & per Aſin. in dicto cap.
383. in fine, & Trentacinq. vbi ſupra
num.12.*

Secundò amplia,vt dicta Moratoria
24 conceſſa à Principe, † quando tribui-
tur motu proprio ipſius Principis, pro-
ſit etiam fideiuſſori, vt ex multis fir-
mat *Fab. de Ann. in conſilio 82. Illuſtriſ-
ſimè num.7.8. & 9. Anton. Hering. in
dicto tract. de fideiuſſ. cap.27. numero
79. verſic. Vel ſi conceſſa, Graſſ. in di-
cta except.32. num.58. verſic. Secundò
intelligas*, hanc etiam opinionem con-
tra communem ſententiam,quando re-
25 ſcriptum Principis loquitur ſimplici-
ter,& abſque dictionibus taxatiuis,ſci-
licet tãtum,vel ſolum,tenet *Muſcatell.
in prax. fideiuſſor. in quaeſt.9. nu.9. ver-
ſic. Sed aduerte*, vbi concludit,quod di-
latio per Principem conceſſa principa-
li debitori, proſit etiam eius fideiuſſo-
ribus, propter tres rationes ibi relatas,
quarũ prima eſt,quia omnes exceptio-
nes,quae ad reum pertinent,etiam fide-
iuſſori reo inuito conceduntur, *ex l.om-
nes ff. de except.* ſecunda,quia obligatio
fideiuſſoris tamquam acceſſoria debet
ſequi naturam ſui principalis, *ex cap. ac-
ceſſorium de regul. iur. in 6.* tertia, quia
Principis beneficia ſunt latiſſimè inter-
pretanda *l. fin. ff. de conſtit. princip.*

26 Sed ſupradictae rationes non viden-
tur dictam concluſionem contra com-
munem ſententiam interuertere, nec
confirmat axioma propoſitum; etenim
quamuis dicta regula prima, in ſe ſit
vera,quod exceptiones cõpetentes reo
competũt etiam fideiuſſori, tamen hoc
eſt verum in actionibus realibus, ſecus
verò in perſonalibus, haec autem,ſi non
competunt reo,non poſſunt competere
fideiuſſori,vt eſt *text. clar. in d. l. omnes
27 iunct. Gloſ. vnica* † quũ ibi exponit *omnes
exceptiones coherentes rei*, prout ét ſenti-
re videtur *Angel. in d. l. omnes, & ibi Al-
ber. ſub nu.3. verſ. Si verò*, vbi in ſpecie
verba facit de dilatione conceſſa debi-
tori per Principis reſcriptum, ſi eſt in
28 dando nõ extẽditur † ad fideiuſſorem,
vt

vt ibi per eum *in verſ. Contrarium*, quia in obligationibus ſoluendi exceptio competens reo principali non ſpectat ad eius fideiuſſorem, *vt ex Petr. Bald. & Bonio firmat Graſſ. de except. d. except. 32. num. 51. Mart. deciſ. 158. num. 2. & 3. fol. m. 134.*

Nec ſecunda regula de acceſſorio
29 videtur coarctare, quia dum illa † non habet locum, vbi eſt diuerſa ratio, *Bar. in l. Lite ſtipulatus in 12. oppoſitione de verbor. obligat. Bald. in l. non dubium in 14. oppoſit. C. de legibus, Alex. conſ. 4. Circa primum lib. 1. cum alijs allegatis per Socin. in reg. 5.*

Et diuerſa ratio eſt, quia priuilegiũ
30 † perſonale non egreditur perſonam priuilegiati *l. exceptiones ff. de except. l. quia perſonales, & ibi Bartol. ff. ſolut. matrim. Fab. de Ann. d. conſil. 82. num. 8. cum alijs allegatis in themate propoſito per*
31 *Graſſ. d. except. 32. num. 52.* ideo tamquam diuerſa nõ poteſt illationem facere *vulg. l. Papinianus ff. de minoribus, Farinacc. latè de carcer. d. quæſt. 29. num. 27. in fine.*

Neque tertia ratio aſtringit, ſiquidem priuilegium contra ius commune conceſſum, quamuis latè, & fauorabiliter ſit interpretandum, & dicta mora-
32 toria † potius debeat beneficiũ, quàm priuilegium dici, latè, & doctè *Farin. ibidem num. 39. verſic. Amplia ſextò,* tamen propriè interpretandum *cap. pono de priuileg. in 6.* ita vt quantò minus
33 alterius † iuri præiudicet, *Oldrad. conſ. 268. Quæſtio eſt vtrum num. 1. in princ.* & etiam ex identitate rationis non poteſt fieri extenſio de perſona ad perſonam, *Bald. in l. 1. in princip. ff. de leg. Ant. de Butr. in cap. Sanè de priuileg. Decius in conſil. 32. num.... & conſil. 113. num... & conſil. 516. num....* & ſaltem interpretationem recipit ſecundum coniecturatam mẽtem conceden-
34 tis, & quando de † eius mente non apparet eius declarationi ſtandum eſt, quod procedit in caſu dubio, non autem quando clarè apparet de mente eiuſdem concedentis, vt exactiſſimè declarat *Farinacc. de carcer. d. quæſt. 29. nu. 41. 42. 43. 44. & 45.*

Vnde in themate propoſito dicerem
35 quod quando † dicta Moratoria eſt conceſſa per Principem, vt prodeſſe debeat fideiuſſori, conſideranda eſt forma ipſius obligationis, ſeu inſtrumenti ſtipulati, etenim in eo, aut fideiuſſor eſt vti principalis, & inſolidum
36 † obligatus eidem creditori, vt plurimum fieri ſolet, & in hoc caſu nulla remanet dubitatio, quod moratoria conceſſa debitori, poſſit prodeſſe fideiuſſori, quandoquidem creditor nõ agit contra obligatum vti fideiuſſorem, ſed contra eumdem vti principaliter, & inſolidum obligatum, tamquam reum debendi, ſeu promittendi *l. 2. ff. de duobus reis, & l. 1. C. eod. Bertazz. de clauſ. clauſ. 39. gloſ. 7. num. 3. verſic. Sed quando, Muſcatell. in d. par. 2. quæſt. 10. ſub num. 30.* ſic præciſè concludit *Mart. deciſ. 44. num. 3. fol. 44. à tergo par. 1.*

Aut verò fideiuſſor ſimpliciter tam-
37 quam † talis obligationi accedit, & tunc ſi competit, poteſt opponere beneficium excuſſionis in caſibus, in quibus de iure excuſſio conceditur, vt diximus *ſupra 17. ampliat. princip.*

Aut verò non competit dicta excuſ-
38 ſio, & hoc caſu moratoria † conceſſa principali debitori non prodeſt fideiuſſori, niſi aliter appareat ex reſcripto Principis, *Graſſ. de except. d. except. 32. num. 49. verſic. Quæro ſecundò, Galter. in d. prax. inſtrument. d. part. vltima rubr. 2. num. 27. verſic. Secundò, Hering. in d. tract. de fideiuſſor. d. cap. 27. par. 5. nu. 77. verſic. Hæc enim fol. mihi 645. plenè Farinacc. de carcer. d. quæſt. 29. num. 25.*

&

Digitized by Google

& 26. vbi hanc communem * appellat *Trentac. vbi ſupra num.24. & ſeq.*

Declara, hoc vltimum non procedere, quando obligatio contracta per de-
39 bitorem † cum fideiuſſore, eſſet in faciendo, quia hoc caſu dilatio conceſſa principali prodeſt etiam fideiuſſoribus *Alberic. in d.l.omnes ſub num.3. verſic. Si verò, Bald. in d.l.quoties num.4. C. de precib. imperat.offerend. Graſſ. d.except.32. num.60. verſic. Quaero.*

Tertiò amplia dictam moratoriam
40 à Principe cōceſſam † ſuffragari, etiam ſi ſit obtenta lite pendente ſuper eodem debito, & eius exactione, *Ioannes de Amic.conſ.150. num.7. allegatus per Graſſ. d.except.32. num.61. & 62.*

Declara hanc ampliationem ita lo-
41 cum habere, dummodo † in moratoriæ impetratione fiat mentio ſtatus cauſæ *l.2. & tot.tit. vt lit. pendent.* & ſi ſecus fiat, impetratio ſupradicta non valet, vt latè examinat *Lancell. in tract. de attent. in praefat.illat.7.n.728. & ſequent. per tot.* vbi limita, & declara vt per eū, addo *Farinacc. de carcerib. d.quaeſt.29. num.32 verſic. Vbi Amplius. Trentac. vbi ſupra num.20.*

42 Declara ſecundò non procedere, quando lite pendente fuiſſet lata ſententia, quæ tranſitum feciſſet in rem iudicatam, quia hoc caſu etiam ſi de lite, vel de ſententia non fuiſſet facta mentio, dicta moratoria ſuffragatur, vt poſt *Parſ. in conſ.30. lib.5. & Gabriel. comm. concluſ. in tit. de iudic. concluſ.4. num.41.* firmat *Lancell. vbi ſupra num. 754. verſic. Vel cauſa.*

43 Contrarium ſeruari dixit † *Graſſ. in d.except.32.n.63.* vbi teſtatur, quod in Regno Siciliæ ſi moratoria eſſet conceſſa etiam ſententia lata, & ſecuta adiudicatione, valet, & tenet, quod puto in praxi etiam in his partibus verius, quia vidimus quotidie dictas dilationes cōcedi etiam aduerſus inſtrumentum liquidatum, accuſatum, & executum.

Primò declara dictas ampliationes
44 ita procedere, dūmodo ille, † qui vult moratoriam, ſeu ſaluumconductum à Principe impetrare, exprimat omnes qualitates, per quas Princeps illas non concederet, videlicet ſi debitum ſit iuratum, ſi fiſcale, vel eccleſiaſticum, ſi ſit dotale, vel ex cauſa dotis, ſi ex locato, ſi ex cauſa alimentorum, vel ſi ſit cenſuale, vel pupillare, vel ſit de recenti contractum, aliàs non expreſſis dictis, vel ſimilibus qualitatibus, gratia eſſet ſurreptitia, & nulla ipſo iure, *Menoch. de Arbitrar. caſu 101. Afflict. deciſ.210.num.13. & ſeq. vbi etiam Vrſill. cum alijs allegat. per Graſſ. vbi ſupra à num.26. vſque ad num.47. Anton. Hering. in d. tract. de fideiuſſ. d.cap.5.num. 124. verſic. Sed nec, Farinacc. de carcer. d. quaeſt.29. num.31. & num.32. Trentacinq. d. reſolut.1. num.17. & ſequent.*

Secundò declara, quòd licèt gratia, ſeu reſcriptum eſſet ipſo iure nullum,
45 tamen hæc ſurreptio † non poteſt declarari à Iudice inferiore, ſed debet haberi recurſus ad eumdem Principem, & reuocationem obtinere, vt ita ſeruandum vidiſſe teſtatur *Farinacc. vbi ſupra num.33. verſic. Sublimita hanc.*

Limita modò ſupradictam concluſionem ſupra conſtitutam *num.9.* non
46 procedere in debito fiſcali, † vel ex cauſa delicti, quia dicta debita non cōprehenduntur in moratoria à Principe conceſſa, *Graſſ. d. except.32. num.34. verſic. Secundò debet,* cum concordantibus ibi adductis, quibus addo *Farinacc. de carcerib. quaeſt.29. num.24. verſic. Imò eadem, Ioann. Bapt. Conſt. in conſ. 20. Regula eſt num.14. verſic. Caeterum, Hieronym. de Martin. ad deciſ. Afflict. 5.*

verſic.

verſic. Et adde Galter. in d. prax. inſtrument. d. rubr. 2. num. 23. verſic. Eamdem autem, Hering. in tract. de fideiuſſor. d. cap. 5. num. 124. verſic. Sed nec.

Declara hanc limitationem niſi
47 † cauſa, propter quam moratoria fuit conceſſa, talis eſſet, quod etiam in debitoribus Fiſci, & non creditoribus, vt corruptè legitur, locum haberet, *vt ex Iaſ. & Carauit. inquit Graſſ. vbi ſupra nu. 37. verſic. Quam ampliationem, & Galter. ibidem num. 26.*

Limita ſecundò, vt dicta moratoria,
48 ſeu ſaluus † conductus à Principe conceſſus, non releuet debitorē fugitiuum, ſeu de fuga ſuſpectum, præparantem ſe ad fugam, ſarcinas colligendo, & mobilia alijs conſignando, quia recto iure non obſtante moratoria carcerari poteſt, nec propterea ſaluus conductus vulneratur, quia illius conceſſio debet intelligi, rebus ſic ſtantibus, vt ſic fuiſſe deciſum teſtatur *Surd. in deciſ. 307.* conceditur ſæpè per totam.

Tertiò limita non habere locum in foro eccleſiaſtico, quia licèt per mora-
49 toriam † reus debitor non poſſit conueniri in foro ſeculari illius Principis, qui eamdem conceſſit moratoriam, poterit tamen conueniri coram Iudice eccleſiaſtico, vigore iuramēti per eumdem debitorem præſtiti, vt ex multis rationibus, & authoritatibus conatur ſuſtinere dictus *Ant. Corneus in d. tract. de abſolut. iuram. part. 3. quæſt. 5. num. 52. 53. & 54. & num. 278. 279. & 280. eadem quæſt. 5.*

Sed apud nos hæc limitatio vana
50 eſſet, quia † ſeculares debitores non poſſunt vnquam conueniri coram Iudice eccleſiaſtico, ſed coram ſeculari.

Limita, quando cum iuramento eſt
51 in ſpecie † renunciatum impetrationi moratoriæ, quia ſi prius non obtinet debitor abſolutionem à iuramēto, non poteſt ea vti abſque metu periurij, *Theſaur. d. deciſ. 186. num. 6. alleg. per Graſſ. d. except. 32. num. 22. & nu. 25.*

Limita quintò vt hæc moratoria à Principe conceſſa non extendatur ne-
52 que comprehendat † æquè priuilegiatum, quia hoc etiam caſu confunduntur priuilegia, vt per *Anchar. in conſ. 37. Contra Ioannem per totum. Farinac. de carcer. d. quæſt. 29. num. 34. verſic. Limita ſextò.*

Declara hoc non procedere quando dictus debitor, qui moratoriam ob-
53 tinuit tractat † de dāno euitando, quia hoc caſu vtitur priuilegio contra priuilegiatum, vt per *Anchar. vbi ſupra verſic. His præmiſſis ſub num. 2.* de quo articulo plenè *per Odd. de reſtit. in integr.* ſic concludentem *part. 1. quæſt. 18. art. 4. num. 33.* vbi limitat duobus alijs modis. Primò non procedere, quando priuilegia eſſent imparia, quorum potentius priuilegiatum præfertur inferiori. Secundò, quando vnus eſſet priuilegiatus in genere, alius in ſpecie, etenim priuilegiatus in ſpecie excludit alium in genere, *vt ibi per eum. num. 32. & num. 34.*

54 Limita ſextò, vt dicta moratoria non extendatur in penſionibus, & locationibus domorum, mercedibus, & victuris, & in rebus comeſtibilibus cæterorum animalium, carnium, vini, piſciū, & ſimilium, *vt per Boer. deciſ. 296. nu. 6.* quem refert, & ſequitur *Carocc. in tract. de locat. part. 5. quæſt. 16. num. 2. & 3. Vrſill. ad Afflict. d. deciſ. 288. ſub num. 1. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 2. cap. 9. num. 69. verſ. Et quod, Farinacc. vbi ſupra d. quæſt. 29. num. 35.*

Declara hanc limitationem procedere, quando dicta debita pro rebus, vt
55 ſupra expreſſis † fuerunt cōtracta abſque temporis præfixione, quia hoc caſu creditor non habebit hanc prærogatiuam,

gatiuam, ſecus verò ſi in ſolutione adiecta eſt dies, hoc enim caſu ſecūdum alios creditores, concurrere tenetur, *vt per Boer. d. deciſ. 296. ſub num. 6. verſic. Sed ſi creditor.*

Limita ſeptimò in hoc Regno Neapolitano, in quo non ſolum moratoria
56 † eſt prohibita reſpectu Neapolitanorum, vt in Reg. Prag. 1. de ceſſ. bonor. verum etiam reſpectu omnium Regnicolarum, & Incolarum in hoc Regno, contra quos non cōceduntur, nec concedi poſſunt moratoriæ, vt in prag. 2. de inſtr. liquid. vt refert *Rouit. in prag. 1. num. 8. verſic. Et quia in tit. de ceſſ. bonor.* vbi declarat procedere in moratoria conceſſa à Principe, vel à Iudice, non tamen in dilatione cōceſſa ex concurſu creditorum, vt ibi per eum.

57 Limita octauò in contractu cenſuali, in quo moratoria à Principe conceſſa non releuat debitorem in eodem contractu obligatum, vt patet ad literam *in Reg. Prag. de cenſib. cap. 54. num. 1. vbi etiam Conuerſ.* & ibi ex *Marſil. in tract. de indult. cap. 46. num. 11.* extendit etiam ad indultum generale, quod non comprehendat debitorem ex cenſu obnoxium.

Limita nonò dictam moratoriam non eſſe extendendam ad debitum
58 † cōtractum paulò ante conceſſionem eiuſdem moratoriæ, quia hoc caſu videntur in fraudem creditorum impetratæ, *Menoch. de arbitr. iud. quæſt. 203. num. 24. & 25.* adductus per *Farinacc. de carcerib. d. quæſt. 29. num. 38. verſic. Vbi pariter.*

Limita decimò dictam moratoriam,
59 ſiue ſaluumconductum † non comprehendere debitum pupillare, & eccleſiaſticum, quia Principes ſeculares non poſſunt eccleſiaſtica iura infringere *Ioann. Aquilæ de monet. poteſt. theor. 4. verſic. Inde elicitur,* adductus per *Gaſpar. Theſaur. in tract. var. de monetar. augum. fol. m. 38.* & concludit *Rebuff. in commentar. ad reg. conſtit. Gall. to m. 2. rubr. de literis dilator. annal. quinquen. & c. nu. 32. & 33. Menoch. d. caſu 203. num. 23. & 24. refert Farinacc. vbi ſupra num. 36. & 37.*

Contrarium in debito pupillari
60 † contra *Rebuff. ſuſtinet Menoch. d. caſu 203. d. num. 23. & 24.* quem ſequitur etiam *Farinacc. d. num. 37.*

Alia, ſeu ſecunda dilatio eſt illa, quę
61 conceditur à Iudice cōcurrente † maiori ſumma, & numero creditorum, renitente minori parte, & ſumma, vt ſupra diximus, & hæc propriè dicitur dilatio quinquennalis, vt diximus ſupra, de qua etiam *Muſcatell. vbi ſupra dicta Gloſ. petendo num. 13. & in prax. fideiuſſ. part. 2. quæſt. 9. num. 17. Galter. dicta rubr. 2. nu. 12. verſic. Et pro declaratione, Graſſ. d. except. 32. nu. 177. verſ. Quarta ſpecies, Anton. Hering. d. tract. de fideiuſſor. cap. 5. num. 101. & 102. & cap. 27. nu. 76. Mancin. de iur. part. 4. effect. 233. num. 1. 2. & 3. Viu. deciſ. 38. num. 1. lib. 1.*

Et quod hæc poſſit à quocumque
62 Iudice † concedi firmat *Graſſ. d. except. 32. d. num. 177.* vbi ſic ex *Angel. Caſtrenſ. & Alex. in l. ſuum §. hodie ff. de pact. Farinacc. de carcerib. quæſt. 29. nu. 21. verſic. Quando tamen,* vbi concludit quod Iudex poteſt ex cauſa concedere ſecuritatem, & dilationem debitori, ſed non vltra tempus triginta dierum, & conceſſa ſeruanda eſt, vt per eum.

63 Contrariam partem † quod hęc dilatio quinquennalis non poſſit concedi, niſi à ſolo Principe tenet *Vinc. de Franc. deciſ. 82.* quem refert, & ſequitur *dictus Viu. d. deciſ. 38. num. 7. verſic. Sed præſens,* vbi concludit, quod ſi huiuſmodi dilatio ab alijs Iudicibus conceditur

ceditur, ſententia redditur nulla,& iniuſta, tamquam contra legem lata, *Paſchal. de virib. patr. poteſt. part.2. cap.9. num.70. in fine.*

Declara primò ad hanc dilationem obtinendam ſufficere, ſi concurrat vnius creditor, qui cõſequi deberet mille,& decem eſſent creditores in nonin-
64 gentis, quia ille ſolus dicitur † maior pars, & poteſt alios ad concurrendum in dicta dilatione compellere, *Muſcatell. in d.part.4.Gloſ.petendo num.15. refert Graſſ. d.except.32. num.178.*

Declara hanc ſecundam dilatio-
65 nem † non eſſe concedendam debitoribus eorum culpa decoctis, ſed illis tantum, qui fortunæ aduerſitate facultatibus lapſi ſunt, prout de iure cõmuni, & conſuetudine ſic ſeruari teſtatur *Hering. d. cap.5. num.*103. 104. 105. *& ſequent.*

Declara tertiò vt hoc caſu, quod
66 creditores, qui † ſupradictæ dilationi quinquennali annuunt, poſſunt remittere iuramentum, quod à Principe ſeculari controuerſum eſt remitti poſſe, & hoc non ex minori facultate, quàm Princeps videatur habere, ſed ex natura ipſius contractus, in quo priuatus homo, prout eſt creditor, poteſt iuramentum remittere, tamquam dominus bonorum ſuorum, vt non minus eruditè, quam doctè ſic exemplificando firmat *Ant. Corn. in tract. de abſolut. iuram. part.1. quæſt.4. nu.11. verſ. Quamobrem, & part.3. quæſt.5. in princ.*

Declara quartò, quod in dilatione quinquennali per concurſum credito-
67 rum conceſſa, debitor † non teneatur præſtare fideiuſſionem de ſoluendo poſt lapſum tẽporis in dilatione comprehenſi, vt diximus teneri eum, qui moratoriam à Principe obtinuit, *l. & ſuum §. hodie ff. de pactis, Afflict. in deciſ.288, vbi Vrſill. num.2. verſic. Sin verò, Galter. in prax. inſtrum. d. rubr.2. nu.14. par. vltima, Graſſ. d. except.32. numero* 182.

Quintò declara, vt ita ad inſtan-
68 tiam † creditorum pro maiori parte concurrentium poſſit, & debeat concedi dicta dilatio quinquẽnalis, quando dicti creditores eſſent inſtrumentarij; ſecus verò ſi maior pars eorumdem creditorum eſſet creditrix vigore priuatæ ſcripturæ, & pars minor haberet ſuum creditum fundatum in publicis inſtrumentis, ſiquidem hoc caſu nõ eſt concedenda dilatio ſupra dicta *l. reſcriptum ff. de pactis l. ſi præcedente §. Lucius ff. mand. Strac. de mercat. in tit. de decoct. part.6. num.13. Coler. de proceſſ. execut. part.1. cap.4. num.16.* quos allegat ita limitando, *Graſſ. d. except.32. num.33. verſ. Sed id.*

Sextò declara, quòd obtenta dilatione quinquennali ex concurſu credi-
69 torum, vt diximus, & tranſcurſo † ſpatio in dilatione præfixo, iſdem debitor non debet admitti ad bonorum ceſſionem, ne duplici onere creditores prægrauentur, vt tradit *Hering. vbi ſupra d. cap.5. num.126. verſic. Sed tranſacto* Secundum Gloſæ opinionem *in l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* quam approbauit *ſacr. Reg. Conſ.* per quod fuit iudicatum, debitori cui fuit conceſſa dilatio quinquennalis, non eſſe permiſſum cedere bonis contra voluntatem creditorum, vt refert *Vinc. de Franc. deciſ.251. per tot. & Afflict. in deciſ.378. ſub num.3. verſic. Hac ratione, vbi etiam Vrſill. num.1. Ricc. in collect. deciſ. collect.121. par.1. in princip. Aret. in §. fin. ſub num.6. verſ. Quæro data inſtit. de action. Guttier. de iur. confirm. par.1. cap.18. num.2. verſic. Vbi Matthæſil. in l.1. num.10. verſic. Adde ad prædicta C. qui bon. ced. poſſ. Galter. in prax. inſtrum. rubr.2. vlt. part. num.34. verſic. Aduertas, Graſſ. in tract.*

tract. de except. 17. *except. n.*46. vbi limitat, niſi obtinuiſſet reſcriptũ ne obſtante dilatione admittatur ad bonorũ ceſſionem, *vt num.*48. *Rouit. in Reg. Prag.* 3, *num.* 10. *verſic. Hoc, de ceſ. bonor.*

70 Contrariam partem † quod etiam contra voluntatem creditorum debitor, qui dilatione quinquennali vſus fuit poſſit cedere bonis, dummodo ceſſio ſine fraude, & dolo fiat, tenet *Ranchin. ad deciſ. Guid. Pap.* 97. *in fine*, ſed prima opinio verior eſt.

71 Septimò declara, vt dicta dilatio ex maiori concurſu creditorum non poſſit concedi, quando minor pars eſſet creditrix ex cauſa depoſiti, *l. ſi quis vel pecunias C. depoſiti Boer. deciſ.* 296. *num.* 4. *Vinc. de Franc.* 151. *cum alijs allegatis per Graſſ. d. except.* 32. *num.* 181. *quibus add. Rouit. in Prag.* 3. *num.* 31. *in tit. de ceſſ. bonor. Paſchal. de virib. patr. poteſt. part.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 66. quia depoſitarius tenetur depoſitum reſtituere ſine aliqua exceptione, *vt d. l. ſi quis,*
72 *Carocc. in tract. de depoſit. quæſt.* 3. *num.* 32. vbi declarat dictam legem locum habere, dummodo de depoſito conſtet per publicum inſtrumentum, & depoſitum, de quo agitur ſit verum, & non confeſſionatum, vt ibi per eum *num.* 34. *&* 35. ſed vide quæ ſupra retulimus *in ampliat.* 39. *principal. num.* 10. *& ſequent.* vbi plenius hanc rem attigimus.

Octauò declara, vt dicta dilatio quinquennalis ſit concedenda debito-
73 ribus contra creditores, etiam† ex cauſa dotis, quando ſit concurſus maioris partis creditorum, quia ſi renitentes creditores fuerint, etiam ex cauſa dotis, poſſunt compelli ad conceſſionem dictæ dilationis quinquennalis, *Vinc. de Franc. deciſ.* 219. *num.* 5. *&* 6. vbi ſub dubio hoc relinquit, *Muſcatel.* eum refert *in d. prax. fideiuſſ. part.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 30. & hanc opinionem ex *Alex. in l. ſi conſtante* §. *quoties num.* 11. *ff. ſolut. matrim. & ex Carauit. d. rit.* 287. *num.* 19. *& ex Ioanne Bapt. de Sancto Blaſ. in tract. de priuileg. dot. priuileg.* 289. ſequitur *Graſſ. d. except.* 32. *num.* 40. *verſic. Secus, Giurb. deciſ.* 118. *num.* 12. vbi extendit procedere ſiue de ſoluenda, ſiue reſtituenda dote agatur.

Nonò declara, vt in dicta dilatione
74 quinquennali teneantur † concurrere etiam creditores, qui debitorem deuinctum habent, etiam medio iuramento, *Carauit. d. rit. num.* 8. eum refert, & ſequitur *Muſcatel. in d. quæſt.* 9. *nu.* 31. *verſic. Sed an.*

Primò amplia, quod diximus in ſupradicta ſecunda dilatione quinquennali extendendum eſſe ad fideiuſſorem
75 † eiuſdem debitoris, cui fuit conceſſa, qui durante dicto tempore non poteſt de iure moleſtari, *Petr. Iacob. in ſua practic. tit.* 9. *in penult. col. verſic. Item illa induciæ per text. in l. etiam hæredi in fin. ff. de pact.* quem refert *Brun. de ceſſ. bonor.* 9. *quæſt. princip. num.* 2. *verſ. Quamuis*, Hanc eamdem opinionem ſequitur diſputando *Muſcat. in d. prax. fideiuſſ. part.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 17. *& ſeq. & ſub num.* 28. *verſic. Concludo*, hanc firmat opinionem *Laur. de Pinn. conſil.* 52. quem refert *Conſ. Rouit. ſupra dicta Reg. Prag.* 3. *num.* 30. *verſic. An autem in tit. de ceſſ. bonor. Strac. de mercat. in tit. de decret. part.* 6. *num.* 15.

76 Cõtrariam partem † quod dicta dilatio quinquennalis conceſſa debitori non proſit eius fideiuſſoribus, tenet *Brun. vbi ſupra num.* 3. & hanc firmat concluſionem *num.* 6. *verſic. Concludo igitur*, & alios contrarium tenentes allegat *Rouit. d. num.* 30. qui loquuntur in creditoribus, qui in dilatione quinquennali non habuerunt concurſum, *vt per Strac. vbi ſupra num.* 14.

Suſtinen-

Suſtinendo,& ſequẽdo ſupradictam opinionem in dicta prima ampliatione relatam in creditoribus concurrenti-
77 bus dicimus, ſi aliàs fieret † vanus eſſet concurſus,& aſſenſus creditorum, qui dum conſenſum præſtant principali debitori, eumdem concedere videntur eius fideiuſſoribus argumẽto à minori ad maius §.*quis enim patiatur Inſt. quibus mod. ius patr. poteſtatis ſoluit.* Euer.*in loco à minori*,quibus etiam conueniunt quæ ſuperius retulimus in hac eadem ampliatione, & ſic in dilatione quinquennali firmat *Ceual.comm.contr. comm. quæſt.*701. *num.fin.* maximè ſi
78 fideiuſſor eſt principali nomine, & inſolidum obligatus, quia etiam ſi debitor principalis moratoriam à Principe, ſiue dilationem ex concurſu creditorum obtinuerit, poteſt nihilominus moleſtari, ſic præcisè concludit *Mart. deciſ*44.*volum*.. *& Paſchal. de virib. patr. poteſt. parte* 2. *cap.*9. *numero* 71. *verſic. Et an hæc folio mihi* 295. & ſic teſtatur fuiſſe decisum in Sacr. Reg. Conſil. *Thor. in compend. deciſ. in verbo, Dilatio quinquennalis folio mihi* 146. *colum... in ſecunda impreſſione*.

Suſtinendo etiam,& declarando dictam contrariam dicimus procedere re-
79 ſpectu † tertij, & reſpectu creditorum non concurrentium, hoc enim caſu dilatio conceſſa principali debitori, non prodeſt fideiuſſori, qui per alios creditores non concurrentes poſſunt moleſtari, vt diximus ſupra, & ſic ex pluribus concludit *Farinac.dicta quæſt.*29. *num.*26. *verſic. Et licèt.*

Amplia ſecundò, quod ſi inter cre-
80 ditores concurrentes † adſit aliquis Clericus, cauſa debet terminari coram Iudice laico,nec debet remitti ad Eccleſiaſticum *Gerſ.Maſtrill.deciſione* 79. *numero* 5. quem cum alijs refert *Paſchal. vbi ſupra dicto num.*70. *verſic. An autem, Thorus in dicto compend. deciſ. in dicto verbo, Dilatio quinquennalis*, vbi alios allegat.

Limita primò dictam ſecundam dilationem quinquennalem non habere
81 locum, ſi mortuus † ſit debitor,ad cuius fauorem fuit conceſſa ex concurſu maioris quantitatis debitorum,quia ſi quinquennium non eſt elapſum, hæredes non habent beneficium eiuſdem dilationis, nec poterunt opponere dilatoriam exceptionem, quæ ad eas non tranſit, vt fuit deciſum in Sacr.Reg.Conſil. prout refert *Vincent. de Franch. deciſione* 179. *à num.* 1. *vſque ad numerum nonum*, quem cum alijs refert *Graſſ. dicta except.*32. *numero* 66. cui addo,*& Galter.dicta prax. inſtrum. rubr.*2. *vltim.part. numero* 29. *& Dominum Rouit. in dicta Reg.Pragmat.*3. *numero* 29. *verſicul. Et dum de ceſſ. bonorum, Paſchal. de viribus patr. poteſt. parte ſecunda, cap.*9. *numero* 62. *verſic. Nec*.

Limita ſecundò dictas dilationes
82 quinquennales † non comprehendere debita, & futuros creditores *l. Aurelius* §.*Titius ff. de lib.legat. Guid.Pap. deciſione* 109. *& ibi Ranchin. in annotation.* vbi debita futura appellat ea, quæ poſt datam dictarum dilationum quinquennalium ſuperuenerunt, *Surd. in deciſione* 307. *numero* 13. *verſicul. Tertiò, Ancharan. conſil.*37. *contra Ioannem in princip. verſic. Tertiò pro parte, Graſſ. vbi ſupra numero* 129. *Galter. in dicta prax. inſtrument. dicta rubr.* 2. *vltim.part. numero* 30. *verſic. Quintò, Rouit. in dicta Pragmat.*3. *num.*32. *verſic. Verum*.

Limita tertiò, quando ex pacto in
83 inſtrumẽto appoſito † debitor ad opera, & ſeruitia præſtanda obnoxius reperitur, quia hoc caſu, ante quam petat ceſſionem, vel quinquennalem di-

Hh latio-

lationem, creditor de iure ciuili Iudicis officium implorando, poteſt dictum debitorem compellere ad dicta opera, & ſeruitia præſtanda, ſecundum communem opinionem, * de qua teſtatur *Coler. de proceſſ. execut. par.1.cap.9. num.28. verſic. Ideoque folio mihi 245. cum allegatis.*

Limita quartò, vt inter creditores, qui concedere poſſunt dictam quin-
84 quennalem dilationem, nõ ſint † connumerandi ij, qui annuum cenſum cum pacto de retrouẽdendo ſecundum formam Reg.Prag. à debitoribus emerũt, quia non tenentur concurrere, niſi pro tertijs decurſis, non autem pro capitali, vt fuit deciſum in Sacr. Reg.Conſil. prout refert *Scip.Rouit. in d.Reg.Prag. 3.num.11. verſic.Sed inter, de reſſ.bonor.* vbi declarat hoc non procedere, quando huiuſmodi creditores habent eorum contractus reſciſſos per ſententiam, vel quando eſt commiſſa graduatio creditoribus concurrentibus in bonis debitoris, in contractu cenſuali obligati, & iam decocti, quia cum pro reſciſſis huiuſmodi contractus habeantur, non tenentur, neque pro tertijs concurrere, ſed Iudex ſummariè, & abſque ordine iudiciario conſtito de debito aſſignare debet bona debitoris creditoribus anterioribus, tam pro ſorte principali, quàm etiam pro tertijs decurſis, non autem pro tertijs tertiarum, vt doctiſſimè concludit *idem Rouit. vbi ſupra num.12. vſque ad numerum* 18.

85 Quintò limita non habere locum in debitis fiſcalibus, vt diximus ſupra, & ſic fuiſſe pluries deciſum, refert *Capiblanc. in tract. de Baron. prag.8. ſub nu. 145. verſic. Et procedit*, quem etiam refert *Thor. in compend. deciſ. in verbo, Dilatio quinquennalis, folio mihi 146. in ſecunda impreſſione.*

SVMMARIVM.

LIMIT. VII.

1 *Fideiuſſoris bona dicuntur aggregata patrimonio creditoris.*

Si eſt ſufficiens non poteſt debitor moleſtari, & in vinculis detineri num.2.

Sufficit tam in ciuilibus, quàm in criminalibus ſemel fuiſſe ſatiſdatum num.3.

Procedit quando debitor eſt ſoluendo, & id probationibus apparet num.4.

Non procedit fideiuſſoribus mortuis nu.5.

Non videntur fideiuſſiſſe, niſi perduret num.6.

Tenetur debitor ad fideiubendum, quando fugam fideiuſſor arripuit num.7.

LIMITATIO VII.

An creditor poſſit arreſtare debitorem, quando in inſtrumento habet eumdem debitorem, ac fideiuſſorem deuictos?

CREDITOR quando in inſtrumento inito habet eius debitorem, & fideiuſſorem ab eodem debitore præſtitum, & vtrumque in eodem inſtrumento ſuppoſitum, ſi idem debitor carceratus ſufficientiam dicti præſtiti fideiuſſoris alle-
1 gauerit, quia hoc caſu bona † eiuſdem fideiuſſoris debitoris patrimonio dicuntur aggregata, vt per *Paul.de Caſtr. in l.ſi plures § præterea ſi quæratur ff. de verbor. obligat.* non erit permiſſum di-
2 ctum debitorem † in vincula conijcere, vt ſentit *Coler. de proceſſ. execut. p.1.c.6. nu.121. verſ. Tradi poteſt fol.m.208. Faber. in deciſ.1. C.de fideiuſſor. Ricc. cum allegat. in collect. deciſ. p.4. collect.1203. folio m.220. & in deciſ.59. Cur. Archiepiſcop. Neapol. num.2. par.1. folio mihi 45. plenè Valaſc. conſult.13. per tot. folio mihi 24.* cui determinationi cõuenit illa ra-

tio

Digitized by Google

3 tio præcipua, ſufficere † ſemel tamen ciuiliter, quam etiam in criminalibus fuiſſe ſatiſdatũ, *Anton. Hering. in tract. de fideiuſſor. cap. 13. nu. 3. verſ. Non tantum, Sebaſt. Medic. tract. de regul. iur. regul. 4. num. 39. par. 1. Surd. conſ. 18. nu. 9. Alex. Raud. in Analog. lib. 1. cap. 11. num. 21.* allegati cum alijs per eundem *Hering. ibidem.*

Declara ſupradictã ſeptimam limitationem procedere, quando fideiuſſor
4 † eſt ſoluendo, & hoc appareat per probationes factas, vel incontinẽti faciendas, quia hoc caſu non poterit dictus debitor detineri, *Valaſc. d. conſult.* 13. & non 11. relata ex *errore typi per eundem Ricc. in d. collect.* 1203.

Limita, & declara non procedere ſi
5 fideiuſſores † primo loco dati deceſſerunt, ſi quidem in hac facti ſpecie tenetur debitor alios præſtare fideiuſſores *l. 4. ff. vt in poſſeſſ. legat.* quia non vide-
6 tur cautum, niſi cautio † perduret *l. prætor 20. §. & ſi ſatiſdatum ff. de nou. oper. nunc. Carpan. ad Stat. Mediolan. parte 1. cap. 44. num. 34. & cap. 45. num. 27. cum alijs allegatis per eundem Hering. d. capit. 13. num. 17. fol. m. 307.*

Limita, & declara ſecundò, quando idem fideiuſſor, vt ſupra datus fugam
7 † arripuit poſt interpoſitam fideiuſſionem, quia cum hoc caſu debitor præſumatur conſcius fugæ, rectè ſiſti, & arreſtari poterit, *Sebaſt. Medic. in tract. de fortuit. caſ. quæſt. 10. num. 117. Anton. Hering. vbi ſupra num. 21.*

SVMMARIVM

LIMIT. VIII.

1 *Miles dicitur à militia, ſeu à duritia.*
Sex requiſita adeſſe debent, vt dici poſſit num. 2.
Duo tamen requiruntur ſecundum Rouit. num. 3.
4 *Militiæ appellatione non ſolum comprehenditur militia armata, ſed etiam caeleſtis, & literaria.*
5 *Miles pro ciuili debito non poteſt carcerari.*
Nec eius arma, & animalia poſſunt detineri num. 6.
Nec veſtes poſſunt pignorari attento iure Regni num. 7.
Procedit etiam in militibus Regiarum artium num. 8.
9 *Equites Sanctorum Ioannis, Lazari, Stephani, & Laurentij gaudent priuilegio militum.*
Contrariam partem tenent multi, ſed prima opinio verior num. 10.
11 *Hoſtica ideſt militaris ſeruitij exceptio, competit militibus.*
Etiam lite legitimè conteſtata num. 12. etiam ſi iudicium ſit feudale numero 13.
Non extenditur in executione ſententiæ num. 14.
Procedit dicta exceptio etiam in dotis reſtitutione num. 15.
Competit etiam Baronibus ad parlamentum vocatis num. 16.
Comprehendit etiam artifices ad bellum ſe præparantes num. 17.
18 *Miles in criminalibus non torquetur; ſed vide remiſſiuè.*
19 *Fideiuſſores militum, & litium conſortes potiuntur beneficio hoſticæ exceptionis.*
Milites habent beneficium hoſticæ exceptionis, etiam ſi per ſubſtitutum inſeruiant num. 20.
Non conceditur quando ſunt debitores ex contractu cenſuali num. 21. nec impedit eius exequutionem num. 22.
Non procedit in debito contracto in exercitu, quando opponens eſt actor, & quando agitur inter eoſdem ſubmonitos num. 23.
Poteſt beneficio ſupradicto renunciari nu. 24.

nu.24. quamuis contrarium ſuſtineant aliqui num.25.

Non tenet hæc renunciatio in expeditione bellica num.26.

Non poteſt opponi contra executionem cenſus num.27.

Nec competit beneficium, ſi ante monitionem miles reperitur carceratus numero 28.

LIMITATIO VIII.

An Miles pro debito poſſit carcerari?

MILES appellatur, vel à
1 militia, † vel à duritia,
quàm pro nobis ſuſtinet, aut à multitudine,
vel potius à malo, quod
arcere milites, vel melius, quod nobis
inferre ſolent *l.1. ff.de milit.teſtam.* vel
à numero dicitur, quaſi milleſimus, ideſt
vnus ex mille, vt Valla recenſet *Connan. com.iur.ciuil. lib.9. cap.5. num.1.*
vbi pleniſſimè de hac materia, quem
ſequitur *Maiorag. lib.Miſcell.4. cap.1.*
de quibus *Oinotom. inſtit.de teſtam.militari num.1.2. & 3.*

Et quāuis ſex ſint de iure neceſſaria
2 † ad hoc, vt miles quis dici & exiſtimari
poſſit. Primò, vt non ſit negociator.
Secundò, quod examinetur. Tertiò,
quod ſacramentum præſtet non euitare
mortem, Principis & reipublicę cauſa.
Quartò, quod enſe cinctus ſit. Quintò,
quod ſtigma, ideſt nota debeat in
eius brachijs deſcribi. Sextò, quod deſcribatur
in numero aliorum militum,
vt notatur *in l.penult. ff.ex quib. cauſis maior. in integrum reſtitut. & per Ioann. Bellon. in Etym. in verbo, miles, Bellug. in ſpecul. princip. rubr.20. §. quia poſt num.7.* tamen duo tantum refert eſſe
3 neceſſaria † ad hoc, vt quis miles dicatur
vir omni ſcientiarum genere peritiſſimus,
Rouit. in Com.pragm. in rubr.de militibus ſub num.1. quod fiat deſcriptio
in numero aliorum, vt propè diximus.
Secundum, quod ſacramentum
præſtet, licèt hoc ſecundum non ſit vſu
receptum, quia ſufficit, quod eius Capitaneus
iuramentum præſtet, *Paul.de Caſtr. in l.ſancimus C.de reſtitut.militar.*
quem ſic firmando allegat *Brun. in tract. de ceſſion.bonor. 11.quæſt.4.quæſt. principal. ſub num.2. verſic. Non obſtat ſecundum, Caccialup. de debitor. ſuſpect. quæſt.5. princip. num.11. verſic. Quintò quæritur apud Gothofred. folio 727.*

Militandi autem appellatione nondum
venit militia armata, & metapho-
4 ricè celeſtis, † ſed etiam literaria, *Gothofred. in prax.ciuil. lib.1. tit.3. de milit. priuileg. volum.1. folio mihi 47. verſic. Militandi.*

Milites verò pro debito ciuili non
5 poſſunt † in vinculis detrudi, nec aliter
carcerari, *Bald. in l.1. vlt.quæſt. C. qui bon. ced.poſſ. Brun. de ceſſ.bonorum quæſtione 11. num.16. verſic. Circa tertium, Caccialup. dicta quæſtione 5. numero 15. verſic. Sed Bald. Rouit. in pragmat. 15. num.42. verſic. Secundum in tit. de militibus, Marian.Socin. in l. centurio num. 62. ff.de vulg. & pupill.* quia non tenentur,
niſi in quantum facere poſſunt,
vt per Brun. ibidem num.14. & 15. & Caccialup. vbi ſupra ſub numero 12. Paſcal. de virib. patr.poteſt. parte 2. cap.9. numero 37. verſic. Miles, Pecch. de iur. ſiſtend. cap.5. num.4. verſic. Proximi, Graſſ. de except. in prælud. num.175. Caualc. de tutor. & curator. num.318. verſic. Et intellige, Oinot. inſt. de milit.teſtam. num.6. Caball. caſ.294. n:314.

Etiam ſi huic priuilegio renūciauerint,
quia cum inductum ſit ad fauorem
totius ordinis militaris renunciari per
militem non poteſt, *Iaſ. in l.ad egregia num.2. ff.de iureiur.* quem refert, & ſe-

quitur

Digitized by Google

quitur *Aſin.in tract.de executor.§.2.c.7. nu.15.verſic.Et hinc*, Quamuis vſu non ſeruari teſtatur *Addent. ad Omot. inſtit. de milit. teſt. num.6. in litera C.*

6 Amplia primò in eorũ armis, † animalibus, ſtipendijs, quæ non poſſunt nec capi, nec arreſtari, quando ad bellum properãt, *Gloſ.in l.nepos Proculo,& ibi Doctor. ff.de verbor.ſignific. Iaſ.in §. item Seruiana inſtit. de action. cum alijs allegat. per dictum Petr.Pecch. d.cap.5. num.5. verſic. Eadem.*

Amplia primò procedere in militibus nouæ militiæ,quibus ex diſpoſitio-
7 ne Reg.Prag.non poteſt fieri † executio,nec in armis,nec in veſtibus,neque de perſona poſſunt moleſtari,nec aliter carcerari, *vt per Dom. Rouit. in Reg. Prag.15.num.42.verſic.Secundum priuilegium in tit. de militibus, & Brun. de ceſſ.bonorum dicta quæſt.9.4.quæſt. princip.num.10.verſic.Vnde*, vbi concludit quod in Regno Neapolitano, milites gaudent priuilegijs militum.

Amplia ſecũdò, vt multò magis milites ordinarij à Reg.Curia ſtipendiati, qui nec conueniri,nec aliter moleſtari
8 poſſunt,etiam ſi † poſiti ſint in præſidijs Regiarum Arcium,vel Ciuitatum, quia gaudent omnibus priuilegijs militibus conceſſis, *Brun.in tract. de ceſſ. bonor. ſub num.2. verſic. Contrarium, Alex.Trentac. in tract. de ſubſtit. parte 4.cap.8,nu.6,relatus per Rouit.in Rubr. de militibus nu.3. Caſtrenſ. in conſ.414. num.2. verſic. Nec etiam obſtat volum.2. folio mihi 191. Æmil.Gall.in tract.de except. ſucceſſ. parte 2.except.6. num.15. verſic. Et in militibus, folio 192. Caccialupus vbi ſupra num.13.14.& 15. Gam. deciſ.Luſit.365. num.2. folio mihi 326. Odd. de reſtitut. in integr. quæſtione 6, numero 18, verſicul. Sed breuiter.*

Amplia tertiò in alijs militibus à
9 Principe † ſolemniter creatis, vt ſunt Equites Sãctorum Iacobi, Ioannis, Lazari, Stephani, & ſimilium, *Polit. in tract.compend.num.9.relatus per ſupradictum Æmilium,Gall. d.except.6.num.13.* vbi hoc etiam extendit ad milites non ſolemniter creatos, vt ſunt Equites Laureati ſecundum cõmunem opinionem, ✱ de qua *Socin. in l. Centurio num.79. de vulg. & pupill. vt per eumdem num.14. Brun.de ceſſ.bonor.d.quæſt. 11.4.quæſt.princip. num.3.in fin.verſic. Baldus tamen*, & ſic refert Cinum poſt Iacobum de Rauenna ſuſtinere, & de Hieroſolimitanis hoc firmat *Ioannes Franch.de Pont. conſil.14.num.1.2.3. & 4.*

Contrariam partem, quod dicti E-
10 quites † non gaudeant priuilegijs militum, tenet *Caccial. d.quæſt.5. princip. num.15. & Brun. vbi ſupra num.4. in fin. verſic. Quid tenendum, Gothofred. prax. ciu. lib.1. tit.3. de milit. priuileg. num.4. verſic. Tametſi folio mihi 47.* Sed prima opinio verior eſt, & in praxi recepta.

Amplia quartò de iure huius Regni
11 † in militibus, ſeu baronibus ſubmonitis, vt exercitum Regis adeant, quia non poſſunt carcerari, nec arreſtari pro debito ciuili, nec pro iudicij aſſecuratione,nec pro cauſa criminali; gaudent enim hoſtica, ideſt ſeruitij militaris, exceptione, de qua habemus titulum in conſtit. de hoſtica exceptione rubr.19. Et propterea à die vocationis per dies quindecim, & poſt reditum per alios quindecim, non poſſunt carcerari, vt dictat eadem conſtitut. incipiens: Hoſtici exceptionem,vbi etiam *Afflict. Foller.in prax.criminal. prim.par. 2.part. Audiantur excuſatores num.21. folio mihi 64. Cum.in ritib. Regn. Siciliæ cap.42.num.56. folio mihi 279. Graff.de except.except.3,n.19.& 20. verſ.Sed an* Graff. fol. 4

folio mihi 44. *Giurb. deciſ.*118.*num.*7. & 8. *folio mihi* 575.

Amplia quintò, vt etiam lite legiti-
12 mè conteſtata, † contra militem, vel Baronem poſſit apponi dicta exceptio hoſtica, adeo quod vt nec etiam teneatur miles relinquere procuratorem inſtructum, nec aliter illum conſtituere, imò ſi proceſſus fiat per Iudicem, ipſo iure eſt nullus, vt per *Afflict. in d.conſtit.num.*1.*verſic.Nota primò.Graſſ.d.except.*3.*nu.*20.& 21.*Giurb.d.deciſ.*118.*num.*16.*verſic. Articulus ſecundus*, vbi
13 ampliat procedere, ſiue iudicium ſit allodiale, ſiue feudale.

Declara hanc quintam ampliatio-
14 nem † non procedere ſi agatur de exequendo ſententiam, quia cum cõſtitutio ſupradicta exceptionem concedat, ſi de conueniendo agatur, videtur negare dictam de exequendo ſententiam, *vt per Giurb. d.deciſ.*118.*num.*17.*cum allegatis, Vinc.de Franc. deciſ.*286.*num.*7. *folio mihi* 30.

Amplia ſextò etiam ſi Miles, vel Ba-
15 ro † eſſet pro dote reſtituẽda conuentus, quia nihilominus hac eadem hoſtica tuetur exceptione, *Graſſ. d.except.*3.*num.*22. *Vinc.de Franc. dicta deciſ.*286. *ſub num.*1. *Giurb. dicta deciſione* 118. *num.*19.

Amplia ſeptimò in Baronibus ad
16 parlamentum, † & muneribus Regi faciendis vocatis, quia per dictum temporis ſpatium, & dicta lite pendente minimè obſtante, non poſſunt moleſtari, etiam ſi per procuratorem in dicto parlamento compareãt, vt ex pluribus cumulatis concludit *Giurb. vbi ſupra num.*23.& *num.*27. vbi etiam hoc extendit ad procuratorem à ſubmonito barone miſſum, & refellit contrariam ſuſtinentes.

Amplia octauò, vt dicta exceptio
17 hoſtica † competat etiam artificibus qui ad exercitum pro faciendis armis, veſtibus, pane, & ſimilibus accedunt, & in nautis, qui exercitum, & milites ad bellum vehunt, ſiquidem cum eadem pericula patiantur, tamquam ſeruientes in eodem exercitu militari, eodem debent priuilegio potiri, *Afflict. in ead. conſtit. ſub num.*5. *verſic. Quartò quaero, vbi etiam Tapia.*

Amplia nonò, vt non poſſint in cri-
18 minalibus, † neque torqueri, neque in pœnis plebeiorum condemnari *l. milites C.de quaeſtion.* dummodo non commiſerint cum ignominia delictum, *vt per Gothofred. prax.ciuil.lib.*1.*tit.*3. *de milit. priuileg. num.*3. *verſic.milites folio mihi* 47. vt latius Deo dante dicemus *in tertio volum. de cauſ.execut. criminal.*

Amplia decimò in fideiuſſore mili-
19 tis ſubmoniti; † qui eodem potitur priuilegio, prout conceditur etiam litis conſortibus in cauſa indiuidua, vt concludit *Giurb. d.deciſ.*118. *num.*33. *verſic. Quae ſi à Barone.*

Amplia vndecimò etiam hac tueri
20 exceptione, ſi ſubſtitutum † mittat ad exercitum, quia & ſi non ſubſtitutus, tamen miles, vel Baro, qui ſubſtitutum miſit, rectè excuſatur, & exceptio conceditur, *vt per Andr. de Iſernia in dicta conſtit. in princip. verſic. Et habet hoc, vbi etiam Gloſ. per eum alleg.*

Limita primò modo, quod diximus de hoſtica exceptione, non procedere
21 † in contractu, ſiue inſtrumento cenſuali, quia non impedit eius exequu-
22 tionem, † *vt per Graſſ.d.except.*3.*num.*30. *verſic. Et pro concluſione, & Giurb. d.deciſ.*118.*num.*32.

Limita ſecundò non procedere in tribus caſibus, ſcilicet in debito con-
23 tracto † in ipſo exercitu, quando opponitur contra eumdem militem, vel Baronem ſubmonitum, vel quando oppo-

opponens eſſet actor, quia in ſupradictis nō poteſt opponi dicta hoſtica exceptio, *Afflict. in d. conſtit. num. 19. & num. 26. Ann. alleg. 75. in fin. Graſſ. de except. 3. num. 24. & num. 25. & numero 30.*

Limita tertiò non procedere, quan-
24 do miles † huic priuilegio renunciauit, quod tum de iure ſit permiſſum, *Vinc. de Franch. deciſ. 164. Ricc. in collect. deciſ. part. 1. collect. 57.* & verius eſſe affirmat *Paſchal. vbi ſupra de virib. patr. poteſt. dicta parte 2. cap. 9. num. 38. verſic. Sed quod,* non poteſt miles hac tueri exceptione.

Contrarium, quod huic beneficio
25 † non poſſit renunciari inter alios tenet *Petr. Foller. in cap. ſi quis Clericus num. 28. verſic. His enim de Epiſcop. & cleric.*

Declara vt quāuis miles poſſit huic beneficio renunciare, tamen ſi reperi-
26 tur † in expeditione bellica, & reſpublica eius miniſterio indiget, renunciatio ſupradicta non tenet, vt ex *Baez. de inop. debitor. cap. 16. num. 99. concludit dictus Paſchal. d. num. 38.*

Limita, & declara quartò cum ſupradictis ampliationibus, & declara-
27 tionibus nō procedere, quando † contra militem eſſent relaxatæ literæ executoriales vigore Reg. Prag. de cenſibus pro cenſibus decurſis, & non ſolutis, hoc enim caſu non eſt permiſſum militi, hanc opponere exceptionem, vt expreſsè habetur in eadem Reg. Prag. de cenſibus ibi, & ſi fortè, prout ſic etiam concludit *Carol. de Graſſ. in d. tract. de except. except. 3. num. 30. verſ. Et pro concluſione ſol. m. 45.*

Et nos latius dicemus Deo fauente, & annuente in noſtris obſeruationibus *in tit. de cenſibus.*

Limita, & declara quintò quādo miles antequam fuit monitus reperitur carceratus ex aliqua cauſa ciuili, vel criminali, quia hoc caſu etiam Iudici non eſt permiſſum militem ſubmonitum relaxare, quādoquidem dicta conſtitutio, Hoſtici exceptionem locum habere videtur, quando miles, vel Baro ſubmonitus eſt ad exercitum, ergo ſi antequam ſubmonitus ſit reperitur ex alia cauſa carceratus non conceditur huiuſmodi exceptionis oppoſitio, vt diximus etiam ſupra in declaratione quintæ ampliationis octauæ principalis limitationis, ſiquidem licèt hęc conſtitutio ſit fauorabilis, vt inquit *Andr. de Sur. in d. conſtit. in princ. verſic. Sed ſi vbi non erat,* tamen eſt correctoria, & contra ius commune, & ſic reſtringenda argumento eorum; quæ fusè tradit *Andr. Gail. pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 84. num. 7. & obſeruat. 85. num. 5. & obſeruat. 140. num. 11. & latius Nigr. in cap. Regni Ad hoc quod noſtrum num. 144. & num. 145. verſ. Aduerte.*

SVMMARIVM

LIMIT. IX.

1 *Doctores, & Aduocati ſub literaria militia comprehenduntur.*
Laudes literarum recenſentur num. 2.
Splendor, & ſtellæ vocantur num. 3.
Recenſentur Doctores ciuitatis Aquilæ, qui tempore Authoris ſcripta protulerunt num. 4.
5 *Ioannes Franciſcus Viuius in lucem prodijt diuerſa iuris volumina, & eius laudes.*
6 *Ioſephus de Ruſticis ſubtiliſſimus, & eloquentiſſimus iuriſperitus.*
7 *Alexander Trentacinquius vir ſummæ auctoritas edidit diuerſos in iure tractatus.*
8 *Iacobi de Carolis laudes.*
Saluatoris Maſſonij laudes narrātur n. 8.

Ioſephi

Ioſephi Ciampellæ merita recenſentur Ampliat. 1 5. princip. num. 17.

9 *Doctores actu legentes non poſſunt pro debito carcerari, ſed vide num. 14.*

10 *Aduocati eadem ratione nequeunt carcerari.*

Vxores, & filij eorum, ac Viduæ per eoſdem relictæ non carcerantur num. 11.

Excommunicari pro debito non eſt permiſſum num. 12.

Nobiles pro debito non carcerantur numero 13.

De conſuetudine tamen omnes ſupradicti carcerantur num. 14. & 15.

Hodie paruipenduntur, & ad nihilum ſunt redacti num. 16.

Non tenentur milites hoſpitari num. 17.

Nec fratres eorum ſimul habitantes numero 18.

De conſuetudine torquentur num. 19. licèt de iure contrarium num. 20.

Et in aliquibus delictis indiſtinctè torquentur num. 21.

Præcedentibus vrgentibus indicijs numero 22.

Aduocati habent fori electionem nu. 23.

LIMITATIO IX.

An Doctores, Aduocati, & alij perſonæ priuilegiatæ poſſint carceribus mancipari?

DIXIMVS ſupra de priuilegijs militum, qui ſub appellatione armatæ militiæ continentur, & de Clericis, qui ſub militia cœleſti connumerantur; nunc verò dicendum cenſe-
1 mus de Aduocatis, † & Doctoribus, qui ſub literaria militia vocantur, vt diximus ſupra *ex Gothofred. prax. ciuil. lib. 1. tit. 3. de legib. & priuileg. ſub tit. de militari priuilegio verſ. Militandi autem folio mihi 47.*

Quantis præconijs apud antiquos
2 Romanos literarum † ſtudia honore decorata fuerint *Oldendorp. cap. 10. de iur. ſingul. in tit. de ſtudioſ. & profeſſor. priuileg.* vnum inter alia, vti præclarum commemorat, quod in laudem Taciti Imperatoris olim acclamare ſolebant. Quis melius, quàm literatus imperat? quaſi verò hanc omnium maximã eius virtutem ſicut certè erat, exiſtimarent, Doctores enim quaſi ſplendor Firmamenti lucem emittunt, & quaſi luminaria vniuerſum corpus orbis tenebris
3 errorum profligatis, vti † ſtellæ matutinæ in omnem perpetuitatem manſuræ irradiare dicuntur *cap. ſuper ſpecula, extra de Magiſtratib. cap. ex eo de electionib. in 6. Lucas de Penn. in l. medicos num. 2. verſic. Nam comparatur, C. de profeſſorib. & medic. lib. 10. Farinacc. prax. crimin. quæſt. 40. num. 39. verſ. Doctores, Coler. de proceſſib. execut. part. 1. cap. 6. num. 132. verſ. Doctores,* quorum laudes poſtremò percũctatur *eruditiſſimus Borell. in tract. de Magiſtratib. lib. 1. cap. 8. per tot.* ad quem lectorem humaniſſimum refero.

Et ſi mearum virium non ſit, eorum
4 laudes † percenſere, qui ſuperiori ætate præ grandibus voluminibus æternitati ſacratis, tot tamquam ſideribus meæ huius Ciuitatis, veluti Cœlum decorarunt, ne tamen ingratus videar his, quos veluti parentes agnoſcere debeo, illibatas tot eorum laudes præterire nequaquam poſſum.

Et primò quidem effulget mihi præ cęteris tamquam ſidus fulgentiſſimum
5 † Ioannes Franciſcus Viuius, qui non minus ætate, quàm meritis grauis octuagenarius migraſſe creditur in cœlum victurus omnium per ora immortalitati, tum ob varia, tum ob inſignia, quæ reliquit ingenij ſui monumenta, vt meritò teſtantur nunquam ſatis laudatæ

datæ

datæ ab ipſo editæ communes opiniones, deciſioneſque; Omitto duorum cōſiliorū volumina,& tractatū de peccato in tres partitum tomos non adhuc in lucem edita amplectens abundè materiam de iuſtitia, & iure, quos proprijs oculis toties vidi, & perlegi.

Quid verò de Ioſepho de Ruſticis
6 † ſubtiliſſimo,eloquentiſſimoque viro dicam, profectò qui eius laudibus addere aliquid audeat, is vtique paruo facis lumine Solis iubar augere conabitur, is enim vltra tractatū An,& quando filij poſiti in conditione censeātur vocati,& Commentaria in l.cum Auus de conditionib. & demoſtration. niſi vitalia lumina non dimiſiſſet ſeptuagenarius, duorum voluminum conſilia edidiſſet, à cuius ſolertia haud quaquam degenerauit Hieronymus tanti viri filius, qui niſi morte fuiſſet præuentus, & ipſe ſui ingenij poſteris trophea reliquiſſet non contemnenda.

Venio nunc ad Alexandrum Tren-
7 tacinque † ſummę authoritatis virum, quem enim laude dignum exiſtimat illum *Doctiſſimus Rouita in Cōmentarijs Regiæ pragmaticæ in Rubr. de militibus*, qui extremum vitæ ſpiritum Deo reddidit anno ætatis ſuæ quinquageſimooctauo, in quo exornando nullius eſt tanta vis eloquentiæ, quem in ipſo exornationis veſtibulo non deficiat, ſed nequaquam eget Demoſtenis laudatione, is, quem ſatis commendat tractatus de ſubſtitutionibus, Variæ reſolutiones, & Additamenta ad omnia Baldi conſilia,& eiuſdem Reſponſa.

Neque prætereundus omninò eſt
8 Iacobus de Carolis, † ſiquidem præter eius præſtantiſſimam doctrinam,& vltra Gemmatum Pauonem ab ipſo editum, certè præſtantiora edidiſſet ingenij ſui ornamenta, niſi importuna mors ſub ipſum quaſi ætatis florem eius vitæ ſtamina decerpſiſſet.

Meum etiam hic eſſet de eruditiſſimo Philoſophiæ, ac artis medicæ candidato viro Saluatore Maſſorio aliquid prælibare ob grandes in lucem editos labores, ſed ne eius modeſtiam offendere videar, cum adhuc Soſpes ad multos annos ſit facilè adducor, vt qui eius laudes pro meritis percenſere non valeo, tacitus illas ſilentio prætercam.

Debueram quoque Alexandrum Mauſonium celeberrimum in VRBE Patronum meum conſanguineum ante oculos omnium conſtituere. Verum cum perfectiſſimam eius imaginē breui expreſſam in ijs, quæ imprimentur eius ſcripta, ſimus habituri, ne eius, meāque modeſtiam offendere videar, ſilentio pętermittetur.

Sed redeundo ad rem, de qua noſter
9 eſt ſermo, dicimus, Doctores † actu legentes, ſicut milites armatæ, vel Cœleſtis militiæ carceribus pro ciuili debito non eſſe ſubijciendos ſecundum *Gloſ. Bartol. & Luc. de Penna in d.l. medicos Matthesil. in ſingul. 59. inter ſingularia Doctorum vol. 2. Coler. d. cap. 6. num. 129. verſic. Quin, Guttier. de iuram. confirmator. part. 1. cap. 16. per tot. Graſſ. de except. in prælud. num. 163. verſic. Quod nec, latè Farinacc. de carcerib. quæſt. 27. num. 77. verſic. Limita tertiò, Menoch. de arbitrar. quæſt. 88. verſic. Declara, Socin. iunior in l. Centurio num. 62. verſic. Quartò, vbi alij Scribentes de vulg. & pupillar. Paſchal. de virib. patr. poteſtat. cap. 5. num. 74. verſic. Vnde part. 2. Caccialup. de debitor. ſuſpect. quæſt. 5. verſ. Quartò quæro, Caualcan. de Tutore nu. 118. Pecch. de iur. ſiſt. cap. 5. num. 13. verſic. Aduocatos*, vbi hoc extendit etiam ad medicos, & ſic teſtatur obſeruatum fuiſſe propter periculum, quod ægris imminere ſolet.

Amplia hanc concluſionem ſupra
10 firmatam locum vendicare † in aliis
Doctoribus actu non legẽtibus, pro vt
ſunt Aduocati, ſeu alij, qui legalem
ſcientiam profitentur, ij enim potiun-
tur Doctorum priuilegiis ſecundum
Socin. iunior. in l. 1. *num.* 273. *verſ. Et
hac ratione ſolut. matrim.* non autem in
aliis, qui ſunt Doctorati, vel Docto-
relli, ſuper quorum libris puluere coo-
pertis (ſi forſan etiam libros habent)
digito ſcribi poteſt, vt inquiunt *Curt.
iun. vbi ſupra, & Paſch. d. cap.* 5. *nu.* 83.
& hanc ſententiam * vti receptio-
rem Aduocatos, ſeu aliquo modo le-
galem ſcientiam profitentes gaudere
priuilegio Doctorum, firmat *Ripa in d.
l. Centurio num.* 17. *vbi Socin. iun. nu.* 55.
Guid. Pap. deciſ. 88. *& deciſ.* 388. *Ce-
ual. commun. contr. commun. quæſt.* 477.
in princip. Tiraquell. de nobilit. cap. 29.
num. 15. *Franciſc. Marc. deciſ.* 638. *nu.*
4. *vol.* 1. & hoc eſſe communiter rece-
ptum, & pluries deciſum * teſtatur
*Farinacc. ex compluribus adductis, vbi ſu-
pra num.* 87. *Paſch. de virib. patr. poteſt.
dicto cap.* 5. *num.* 77. *&* 78. *verſ. Ea-
dem.*

Amplia ſecundò dictũ priuilegium
non ſolum extendendum eſſe ad vxo-
11 res, † & filios Doctorum, *Farinac. ibi-
dem*, dum verò Pater eorum viuit, &
non vltra *Franciſc. Marc. deciſ.* 637. ſed
etiam ad viduas iiſdem Doctoribus or-
batas *Guid. Pap. deciſ.* 389. *Menoch. de
arbitrar. caſu* 379. *num.* 5. *commemorati
per Paſchal. vbi ſupra num.* 78. *verſic.
Imò, Caccialup. vbi ſupra verſic. Quartò
quæro, Franc. Marc. deciſ.* 636. *& deciſ.*
637. *vol.* 1.

Amplia tertiò nec etiam licitum eſ-
12 ſe † pro debito eoſdem excommuni-
care *Ceual. d. quæſt.* 477. *in fin. & quæſt.*
701. *num.* 10. nec etiam ſequeſtrum
fieri ſuper eorum ſtipendiis honorariis,
Pecch. vbi ſupra d. cap. 5. *num.* 13. *verſic.
Et ſunt.*

Amplia quartò in perſonis nobili-
13 bus ex natalium † origine, hi enim nec
ad carceres pro debito duci poſſunt,
vt latè examinat *Guttier. d. cap.* 16. *per
tot.*

Sed ſupradictas ampliationes malè
14 ſeruari † dixit *Farinacc. vbi ſupra num.*
85. vbi Romæ, & carcerari, & excom-
municari Doctores etiam pro paruo
debito ſeruari teſtatur, & refert etiam
Graſſus de exception. in prælud. nu. 163.
vbi teſtatur vidiſſe quendam Docto-
15 rem pro tenui † debito in carceribus
ab hac vita diſceſſiſſe, & hodie legum
Profeſſores ab omnibus paruipendun-
16 tur, † & tamquam in vanum laboran-
tes cribro aquam hauriunt, & nedum
nihil, aut parum lucrantur, ſed eorum
patrimonium perdunt, & vt refert *Ce-
ual. commun. contr. commun. in præfat.
num.* 152. *&* 153. inferioris conditio-
nis omnibus alijs artificibus exiſtunt,
hi enim ex labore artium victum quæ-
runt, multi autem Doctores etiam di-
gni fame pereunt, noſtrorumque tem-
porum calamitate, virtutes omnes ce-
ciderunt.

Amplia quintò, quod Doctores, Ad-
17 uocati non tenentur, † nec poſſunt ad
hoſpitandum milites compelli *d. l. Me-
dicos, & l.* 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ. Ferret.
de Gabell. num.* 464. *Paris de ſindic. in
verb. Doctor, Viu. deciſ.* 162. *num.* 11.
verſic. Nec Doctor. lib. 2. *Franc. Marc.
in deciſ.* 636. *Quæritur an Doctores nu.*
5. *verſic. Vnde vol.* 1. *Paſchal. de virib.
patr. poteſt. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 76. *verſ.
Et non tenetur,* prout etiam diximus *in
ampliat. princ.* 29. *num.* 66. *verſic. Limit.*
18 Et ampliatur ad fratres † Doctorum
ſimul habitantes, *Natt. conſ.* 1. *& conſ.*
65. *Siluan. conſ.* 20. *num.* 12. *& ſequent.
adducti per Paſchal. vbi ſupra.*

Amplia,

Amplia, & declara ſextò, vt quamuis de cõſuetudine Doctores, & Aduo-
19 cati † poſſint tormento chordæ cruciari, *Farinac. de indic. & tortur. quæſt. 41.*
20 *num. 54.* licèt contrarium in iure † deciſum appareat, vt per *Farinac. ibidem à num. 37. vſque ad num. 54. Paſchal. de virib. patr. poteſt. d. cap. 5. num. 79. verſ. Idem,* vbi dixit non valere conſuetudinem in contrarium *num. 80.*

Tamen in enormibus, prout in cri-
21 mine † hæreſis, læſæ maieſtatis, priuati carceris, & falſi, indiſtinctè Doctores tormento chordæ afficiuntur, vt per *Farinac. ibidem num. 65. Baiard ad Clar. quæſt. 64. num. 62. verſ. Quæro.*

22 Dummodo grauiora indicia præcedant *Baiard. ibidem num. 63. Paſchalis vbi ſupra num. 82. verſic. Vel ſaltim,* & nos annuentibus ſuperis latius de hac eadem re verba facturi ſumus *in lib. 4. huius tractatus.*

23 Amplia, & declara ſeptimò, quod Doctores, & Aduocati ac etiam Procuratores, & alij Curiales habent fori electionem, adeo quod non poſſunt vbique conueniri, *vt l. fin. C. de apparitor. magiſtr. milit. lib. 12. Rouit. in prag. 15. num. 26. in tit. de milit. fol. m. 383. vlt. impreſſ.* cui concordat *Ritus Magn. Cur. Vic. in ordine 232.* ſed trahere valent eos aduerſarios in curia; in qua aduocationis, ſiue procurationis munus exercent, vt præcipit dictus Ritus *vbi Carauit.* plene, extendens etiam ad Regiæ Audientiæ Aduocatos, & Procuratores, & nouiſſimè *Nouar. in prax. electione fori part. 2. quæſt. 21. num. 10. verſic. Limita, vbi allegat Rit. 128.* qui ex impreſſorum errore eſt ritus 232. & *in quæſt. 40. per totam,* vbi plenius id ampliat ad officiales, & actorum Magiſtros, Et licèt *Carauit.* hoc intelligat in Aduocatis Neapolitanis Regij fiſci, vel pauperum, tamen *Muſcatell. in prax. Sacr. Reg. Conſ. par. 2. Gloſ. competentes num. 74. & Nouar. d. q. 40. nu. 3. verſic. Amplia ſecundò,* extendunt etiam ad Aduocatos, & Procuratores exteros, dummodo matriculatos, ſed apud nos matriculæ deſcriptione non vtentes, Aduocati, & Procuratores habent fori electionem pro eorum cauſis, & ſic paſſim obſeruamus abſque alia cõtrouerſia, ne aliàs ad imparia iudicarentur Aduocati illarum partium argumento *text. in l. final. C. de fruct. & lit. expenſis Mar. Gurb. deciſ. 40. num. 16.* vt etiam ſupra diximus *quæſt. 1. nu. 4. verſic. Secundò.*

SVMMARIVM

LIMIT. X.

1 *Mulier ex pacto non poteſt carcerari.*
Non poteſt huic beneficio renunciari nu. 2. & ratio ibidem aſſignatur, contrarium vide num. 4.
3 *Philippi Paſchalis laudes recenſentur.*
4 *Mulieres ex pacto renunciari poſſunt eorum beneficio.*
Non carcerantur, etiam ſi de fuga ſunt ſuſpectæ, & etiam ſtatuto hoc dictante num. 5.
Contrarium in ſtatuto in praxi ſeruatur num. 6.
Ad fideiuſſionem de iure non admittuntur num. 7. Sed declara, vt infra nu. 28.
Verbum intercedere quid importet numero 8.
Pro maritis non poſſunt fideiubere nu. 9.
Etiam ſi marito pro dote fideiuſſionem præſtent, vel quando pro cenſu obligantur num. 10.
De iure regni non poteſt vllo modo fideiubere num. 11.
Contrarium de iure vbi accedit iuramentum num. 12.
Sed in Regno neque cum iuramento cauere poteſt num. 13.

Nec

Nec pro mala tutela adminiſtratione carcerantur num.14.

Etiam ſi mater ſit quæ adminiſtrauit numero 15.

Pro debito fiſcali nec etiam carcerari poteſt num.16.

Non poteſt cogi venire in Palatium, ſed actuarius tenetur accedere ad eius domum num.17.

Excommunicari eas non eſt licitum pro debito ciuili num.18.

Non carceratur etiam ſi non adſint bona num.19.

Vtero gerens torqueri non poteſt nu.20.

Carceratur quando cum viro negociatur, vel quando eſt mercatrix num.21.

Bona eius arreſtantur, dummodo veſtibus non ſpolietur num.22.

23 *Gothofred. praxis laudes narrantur.*

24 *Mulier pro dote poteſt obligari, & carcerari.*

Etiam pro dote incerta num.25.

Obligata ad formam Ritus huius Regni carceratur num.26.

Loco carceris aſſignatur eius, vel alterius domus num.27.

Inhoneſta carceratur in carceribus publicis num.28.

Si pro alio intercedens poſt biennium denuo intercedat obligatur num.29.

Meretrix pro cauſa ciuili, & criminali in vinculis detruditur num.30.

Dummodo in carceribus à virorum commercio deponantur num.31.

Meretrix maritata non poteſt carcerari num.32.

Recuſans ad virum redire carceratur numero 33.

Occultans bona mariti carceratur nu.34.

Non procedit in muliere honeſta num.35.

Luxurioſè viuenti poteſt interdictio bonorum fieri num.36.

In viro hoc non procedit, ratio aſſignatur num.37.

38 *Mulier obligari poteſt pro excarcerando viro. Contrarium verius in Regno numero 39.*

Nec pro ex carcerando filio poteſt intercedere num.40.

LIMITATIO X.

An mulier pro debito poſſit in vinculis detrudi?

1 PACTVM quod mulier pro debito poſſit carcerari † de iure eſſe reijciẽdum, determinat *auth. ſed nouo iur. de cuſtod. reor. l. 1. cum auth. ibi colloc. C. de offic. diuerſ. iudic. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 88. num. 10. Coler. de proceſſ. exequut. part. 1. cap. 6. num. 99. verſic. Reſtringitur, & part. 2. cap. 3. num. 191. Graſſ. de except. in prælud. nu. 164. verſ. Idem eſt, Rebuff. in ordinat. Regn. Gall. de liter. obligat. articul. 11. gloſ. 3. num. 32. Non. ſuper rit. Regn. Sicil. cap. 93. num. 27. & cap. 29. num. 17. Gothofred. prax. ciuil. tom. 1. lib. 1. tit. 5. de fæmin. verſ. Carcerari Mulier fol. m. 291. col. 1. & fol. 44. in tit. de mulier. priuileg. verſic. Mulier, Caualc. de tut. & cur. num. 318. Vaſquius de ſucceſſ. creat. lib. 3. limit. 11. § 22. num. 82. verſ. Infertur an valeat, Guttier. de iuram. confirmat. part. 1. cap. 16. num. 33. Giurb. deciſ. 4. nu. 25. verſ. Sed retractata, Galter. in prax. inſtrument. 2. 2. part. principal. rubr. vnic. nu. 17. verſic. Quinto amplia, Med. reg. 1. Anton. Hering. in tract. de fideiuſſor. cap. 17. num. 77. verſic. Hic, fol. m. 340. Caccialup. de debit. ſuſpecto 5. quæſt. princip. num. 22. Pecc. de iur. ſiſtend. cap. 5. num. 10. verſic. De mulieribus, Borell. de magiſtr. lib. 2. cap. 4. nu. 45. Gomet. Leon. deciſ. 14. num. 7. verſic. Præterea, Trentac. meus conciuis. var. reſolut. lib. 3. tit. de ſolut. reſolut. 4. in princ.*

Amplia,

Amplia, vt nec huic beneficio mu-
2 lieribus † conceſſo poſſit per pactum
renunciari, cum hoc ſit cauſa honeſta-
tis conceſſum toto fœmineo ſexui, *Me-
noch. de arbitr. iudic. caſ. 88. nu. 12. Duen.
in reg. 312. Franc. Mugnoz. in tract. de
ratiocin. cap. 33. nu. 5. relatus per Paſchal.*
3 † in ſuo elegantiſſimo, & nunquam ſa-
tis commendato tractatu *de virib. pa-
tr. poteſt. lib. 2. cap. 9. ſub num. 16. verſic.
An autem aliæ, fol. mihi 290. Caccialup de
debitor. ſuſpect. & fugit. 5. quæſt. princip.
num. 26. verſic. Bene dico, Farinac. de car-
cerib. q. 27. ſub num. 62. verſic. Ideo ſucce-
dit, Gomet. Leon. d. deciſ. 14. num. 3. verſ.
confirmatur, & num. 6. in fine, Graſſ. de
except. in prælud. numero 178. & nu-
mero 167. verſic. Tertiò ampliabis, Ca-
ualc. de tut. & curat. num. 318. verſic.
Ibi dicunt.*

Contrariam partem, quod huic be-
4 neficio † poſſit per mulierem renuncia-
ri, quia per dictam renũciationem non
læditur publica honeſtas, dummodò
mulieres ponantur in carceribus ſepa-
ratis ab hominibus, tenet *Ameſſ. in trac.
de poteſt. in ſeipſum cap. 24. nu. 8. & Bar-
boſ. in §. eleganter num. 24. relati per eun-
dem Paſchal. ibidem.*

Amplia ſecundò, etiam ſi de fuga eſ-
5 ſe † ſuſpectam appareat, & etiam di-
ctante ſtatuto, vel conſuetudine, quod
debitor fugitiuus poſſit capi, & carce-
rari, quia hoc caſu non poteſt mulier
carcerari, niſi expreſsè per ſtatutum
aliter diſponeretur, vt determinat *Fa-
rinac. de carcer. quæſtione 27. numero 64.
verſic. Sublimita quintò, Caccialup. dicta
quæſtione 5. num. 24. verſic. Limitat ſe-
cundò,* plures alios allegat elegantiſſi-
mus, & Doctiſſimus *Borell. in tractat.
de magiſtr. dicto libro ſecundo, capitulo
quarto numero 45. verſic. Vel quia, folio
mihi 65.*

Contrarium quod in ſtatuto dictan-
6 te debitorem † poſſe carcerari, & capi
perſonaliter, comprehendatur etiam
mulier, tenet *Graſſ. de except. in prælud.
num. 174. verſic. Tertiò,* ſed contraria,
& prima opinio eſt communis, & in
praxi ſeruatur.

Riccius collect. 1991 p. 5. fol. 137.

Amplia tertiò, vt multò fortius pro-
7 cedat ſi fideiubeat, † ſeu intercedat
pro alio, quia ex peculiari priuile-
gio Senatuſconſult. Velleiani non obli-
gatur, *vt tot. tit. ff. & C. ad Senatuſ-
conſult. Velleian. Graſſ. de except. except.
27. num. 22. verſic. Venio, Mareſcott.
variar. reſolut. lib. 2. cap. 5. num. 1. fo-
lio mihi 24. Hering. in tractat. de fide-
iuſſor. capitulo ſeptimo numero 389. ver-
ſic. Decimaſexta, & ſequent.* vbi de-
8 clarat quid importet verbum † inter-
cedere *num. 395.* cum allegatis, quibus
addo etiam *Borell. de magiſtr. dicto lib.
1. cap. 2. num. 48. verſic. Eiſdem,* vbi
innumeros allegat pertractantes, in
quibus mulier poſſit fideiubere, ad-
dit alios caſus *dictus Hering. vbi ſu-
pra, & Anton. Corneus de abſolut. iu-
rament. lib. 3. quæſtione 5. numero 133.
verſic. Nam.*

Subamplia hanc tertiam ampliatio-
nem, vt priuilegium conceſſum mu-
lieribus, ne poſſint pro alijs obliga-
ri, vel intercedere, tranſeat etiam ad
hæredes. *l. hæredes, vbi Doctor. C. ad Vel-
leian. Surd. deciſ. 164. num. 10. verſic.
Et hoc folio mihi 367.*

Amplia quartò etiam ſi pro mari-
9 to fideiubeat † propter ſuſpicionem,
quod maritus blanditijs, ſeu minis eam
inducat ad ſe obligandam *auth. ſi qua
mulier, vbi Doctores C. ad Velleian. Ma-
reſcott. vbi ſupra numero 2. & 3. He-
ring. in tract. de fideiuſſor. cap. 7. nume-
ro 453. verſicul. Nam pro viro, Ceual.
comm. contr. commun. quæſt. 3. num. 17.
verſic. Quod eſſet.*

Primò ſubamplia hãc quartam am-

Digitized by Google

10 pliationem etiam † ſi pro dote danda fideiubeat, quia licèt ſit permiſſum de iure ſi pro alio fideiubeat ad dotem præſtandam *l. ſi dotare, & l. fin. C. ad Velleian. latè Anton. Hering. vbi ſupra num. 452. 453. & 454.* tamen pro marito ad ſimilem non poteſt accedere cautionem, *Bal. in dicta l. fin. & in l. iubemus C. ad Velleian. Beroi. conſil. 48. per totum lib. 1.* ſic concludit ex alijs allegatis, *Mareſcott. dicto cap. 5. num. 15. & 16. verſic. Imò, Hering. vbi ſupra num. 399. verſicul. Vxor folio mihi 172. Graſſ. de except. except. 27.*

Secundò ſubamplia hanc quartam ampliationem in vẽditione annui cenſus per virum, & vxorem ſimul conſtituti, in quo mulier ad nihilum tenetur, etiam ſi inſolidum ſit obligata, vel cum iuramento aſſerat, pecuniam ad ſe perueniſſe, etenim hoc caſu præſumitur dictam pecuniam ad virum deuolutam fuiſſe, & ipſam non teneri ad aliquam cenſus, ſiue pretij ſolutionem, niſi probatum fuerit eandem pecuniam ad ſui commodum verſam fuiſſe, *Speculator. in tit. de obligat. §. ante omnia, verſic. Sed pono, vbi Ioann. Andr. Doctores in Authent. hoc amplius C. de fideicommiſſ. Fabian. in tractat. de empt. & vendit. quæſtione 38. 3. part. principal. Afflict. in deciſione 209. Tiraquell. in tractat. de retract. lib. 1. §. 31. numero quarto, & ſequent.* & hæc eſt communis opinio, ∗ à qua temerarium eſſet recedere, *vt teſtatur Gaſpar. Roder. in tractat. de ann. reddit. lib. 2. quæſtione 5. num. 16. & 17. verſic. Sed quod totum,* vbi vltra ſupradictos allegat *Crauett. conſil. 91. num. 11. & Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 22. quibus addo Vital. de Camban. in tractat. de clauſul. in §. Sed nunc reſtat videre ſub numero primo, verſic. Ex prædictis etiam petere poteſt folio mihi 492. circa finem eiuſdem tractat.* vbi extendit procedere etiam ſi in inſtrumento aſſeratur pecuniam eidem mulieri fuiſſe numeratam, plenè *Andr. Gail. practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 89. folio mihi 203.* cum alijs ab eo allegatis, *Theſaur. deciſ. 223. numero 1. verſic. Et hæc,* vbi in hoc caſu præſumitur pro viro interceſſiſſe, & pro eo fideiuſſiſſe.

Declara hanc ſecundam ſubampliationem non procedere, quando mulier coram Iudice, & in figura iudicij confitetur pecuniam recepiſſe, & in ſui vtilitatem conuerſam fuiſſe, quia cum in hoc caſu præſentia Iudicis omnem doli præſumptionem tollat, mulierem omninò teneri affirmat *dictus Gail. vbi ſupra numero quinto, verſicul. Sed quid ſi mulier,* cum ab eo allegatis, *Franc. Marc. deciſione 508. numero decimoſeptimo ab eodem commemoratus.*

Idque etiam puto procedere in Regno, quando mulier acceſſit in inſtrumento cenſus, vel venditionis cum Regio aſſenſu impetrato, ſiquidem hoc caſu dictus aſſenſus omnem maculam tollit, vt inquit *Gail. vbi ſupra* de præſentia Iudicis, &c.

Declara tertiò non procedere, quando mulier in hoc Regno obligatur ad formam ritus, vt *dicemus infra limitatione quarta,* dummodo non ſe obligauerit cum marito, quia hoc caſu adeſſet eadem ratio, vt ſupra diximus ſtante eò magis Regia Pragmatic. huius Regni de Senatuſconſult. Velleian. per quam omnimodo prohibetur
11 † mulieri fideiuſſioni accedere, nec ei permittitur beneficio dicti Senatuſconſultus renunciare ſub quo vis colore, & renunciatio omninò redditur nulla, immo Notarij ſtipulantes huiuſmodi cõtractus, vltra pœnam vnciarum auri cen-

centum, priuationem officij incurrunt, *Borell. de magiſtr. lib. 1. cap. 2. num. 48. verſic. Hoc idem,* prout in conſimili ſtatuto refert *Mareſcott. vbi ſupra num. 16. verſic. Maximè,* vbi limitat proce-
12 dere quando † contractus fideiuſſionis eſt iuramento firmatus ex *Bartol. in l. ſi quis num. 11. verſic. Et ideo dico ff. de fideiuſſor.* & ſic refert fuiſſe deciſum *per Rot. Bonon. vt ibi num. 17. verſic. Limitatur, Guttier. de iuram. confirmator. par. 1. cap. 20. num. 2. verſic. Sed eſt, vſque ad finem numeri,* cui accedat *Mancin. in tract. de iuram. par. 4. effectu 137. num. 6. verſic. Quicquid, Hering. plenè in dicto tract. de fideiuſſor. d. cap. 7. num. 507. verſ. Quod tamen cum numeris ſequentibus, Graff. de except. except. 27. num. 24.* vbi de magis ✱ communi ✱ teſtatur.

Et quod hoc caſu ex vi iuramenti ſit mulier certiorata beneficio d. Senatuſconſult. & non requiri aliam certiorationem, tenet ex multis cumulatis *Graff. d. except. 27. n. 39. verſ. Tertiò caſu,* vbi pluries de communi, & magis ✱ communi teſtatur, ✱ & hanc ex multis alijs crebriori calculo receptā firmat *Mancin. de iuram. par. 9. effect. 1. quæſt. 13. num. 21. verſic. Contrariam,* & hanc firmauit ita decidēdo, *Rot. Rom. diuerſ.* vt teſtatur idem *Mancin. vbi ſupra, Fachin. controuerſ. iur. c. 61. verſic. Sed contrariam lib. 2.* vbi reſpōdet ad contraria.

Contrariam partem ſuſtinet *Ceual. comm. contr. comm. quæſt. 515. nu. 7. verſ. Sed contrariam,* licèt cōtrarium ſibi ipſi contrarius firmet in minore *in quæſt. 723. num. 5. verſic. Sed contrariam.*

Sed in Regno dicto iuramento mi-
13 nimè † obſtante mulieres non carcerantur, nec contra eas inſtrumentum liquidatur, quādo pro alio intercedūt, vt diſponit dicta Regia Prag. *&* *Vinc. de Franchis deciſ. 237. relata per Galter. d. 2. 2. part. princip. nu. 55. verſic. Sextò, & per Borell. vbi ſupra.*

Amplia quintò in matre filiorum
14 tutrice, quæ ipſorum † tutelam malè adminiſtrauit, quæ ſi propter eius malam adminiſtrationem à Iudice condemnata fuerit, ſiue aliter debitricem filiorum eſſe appareat, non poteſt carcerari, ſed tenetur ſolum in quantum facere poteſt, ſic ex pluribus cumulatis reijciendo contrarium ſuſtinentes hāc vti communem affirmat, ✱ & tuetur *Farinac. de carcer. d. quæſt. 27. num. 62 & 63. verſic. Contrariam,* & hanc ✱ opinionem vti veriorē, ✱ & humaniorem ſequitur *Vaſquius de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22. limitat. 17. num. 82. verſic. Contrariam,* vbi adducit etiam contrarium aſſeuerantes, & ibi plura iura al-
✱ legat, Hāc etiam vti magis ✱ communem, & veriorem amplectitur, *Paſchal. de vir. patr. poteſt. d. par. 2. cap. 9. num. 16. verſic. Verior, Graff. de except. in prælud. num. 173. verſic. Quam limitationem,* vbi in matre, quæ tutelam adminiſtra-
15 uit † hanc videtur ſequi opinionem,
✱ hanc vti veriorem, ✱ & indubitatam opinionem ſequitur *Guttier. in tract. de tut. & cur. par. 1. cap. 8. num. 36. verſic. Secundò,* quamuis contrarium ſuſtineat etiam *Petr. Pecc. de iur. ſiſtend. d. cap. 5. nu. 14. verſic. Quinimò apud Gothofred. folio mihi 622.* vltra alios allegatos pro hac opinione per ſupradictos Doctores proximè citatos *idem Gothofred. lib. 1. tit. 5. de fœmin. verſic. Carcerari mulier folio mihi 291. colum. 1. & Graff. de except. in prælud. num. 172.* vbi loquitur quando tutela non fuit per matrem adminiſtrata, *& Coler. de proceſſ. exequut. d. par. 2. cap. 2. nu. 193. verſ. Secundò, Aſin. in tract. de execut. §. 2. cap. 8. in fin. folio 30.* & hanc opinionem æquiorem appellat *Trentacinq. variar. d. reſol. 4. num. 3. verſic. Mihi placet.*

16 Amplia ſextò, vt nec pro † debito fiſcali poſſit detineri, ſiue aliter carcerari *l. 1. C. de offic. diuerſ. iudic. Afflict. in capit. 1. in verbo, condemnatorum, in fine in tit. quæ ſint reg. Farinac. de carcer. dicta quæſtione 17. cum allegat.* quibus addo *Peregrin. de iur. Fiſc. lib. 6. tit. 7. num. 9. verſic. Fallit in fœmina, Coſta conſilio 20. num. 4. verſic. Tertiò mulier, Graſſ. de except. in prælud. numero 165. verſic. Quam*, & diximus ſupra *in ampliat. 8. princip.*

Amplia ſeptimò, vt nec cogantur 17 venire † in Palatium quando eis debet deferri iuramentum litis deciſorium, hoc etiam caſu quando mulieres ſunt nobiles, vel honeſtæ, actuarius tenetur accedere ad domum ipſarum, vt firmat *Caroc. in tract. de iurament. deciſiuo quæſtione 5. 13. quæſt. princip. num. 4. verſic. Secundò*, prout etiam quando iudicium abſque mulieris præſentia expediri nequit, ſi quidem ex his caſibus non veniens non poteſt deprehendi, ſed Iudex, vel ad eam debet accedere, vel aliquem ei mittere, vt per *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæſtione 88. numero 11. Farinac. de carceribus dicta quæſtione 27. numero 49. verſic. Amplia rurſus. Oldendorp. cap. 9. de iur. ſingul. verſic. Mulieres, relatus per Gothofred. d. praxi ciuil. lib. 1. tit. 3. de leg. & priuileg. folio mihi* 40.

Amplia octauò, vt nec etiam pro de-18 bito † per eaſdem mulieres contracto poſſint excommunicari, & ex pluribus cumulatis firmat *dictus Gomet. Leon. in deciſ. 14. per tot. inter deciſ. diuerſ. volum. 2. folio mihi* 11.

Amplia nonò procedere, etiam ſi 19 non adſint † bona, in quibus poſſit fieri executio, vel vbi creditor ſatisfieri non reperiret, quia nihilominus non eſt permiſſum de iure, in carceribus mulieres arreſtari, ſiue aliter detrudi, *Guid. Pap. deciſione 256. vbi etiam addentes, & Graſſ. vbi ſupra num. 168. verſic. Quartò.*

Amplia decimò, vt grauidæ mulie-20 res † torqueri non poſſint, nec etiam poſt partum infra quadraginta dies *l. prægnantis ff. de pœn. Gothofred. dicta prax. ciuil. lib. 1. tit. 3. de mulier. priuileg. parte prima, folio mihi 44. verſic. Eſt & hoc*, & latius annuente Domino dicemus *in lib. 4. de cauſ. exequut. criminal.*

Limita, & declara modò ſupradictam concluſionem ſupra firmatam, in qua diximus mulierem non poſſe car-21 cerari, non procedere † quando ſimul cum viro negociatur, & in muliere mercatrice, quia hoc caſu rectè cum viro obligatur, & carcerari poteſt, *Faber. § 1. inſt. quod cum eo, Gailius pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 90. num. 5.* & ſic firmat *Petr. Pecch de iur. ſiſtendi, cap. 5. num. 14. verſic. Ita quoque, Ioan. Beſſ. ad conſuet. Aluerniæ cap. 1. artic. 9. incipiens Sicut iure communi, fol. m. 5.* alios allegat *Anton. Hering. de fideiuſſ. d. cap. 7. num. 406. verſic. Sic enim.*

Limita, & declara ſecundò, quod licèt mulieres de perſona non poſſint in 22 carceribus † detrudi, tamen res, & bona eorum rectè arreſtari poſſunt, dummodo non ſpolientur veſtimentis, & alijs rebus ſuis, ſine quibus viuere non poſſunt, *Petr. Pecch. vbi ſupra dicto nu. 14. verſic. Et Etiam apud* 23 *Gothofred.* † *d. prax. ciuil. in tit. de in ius vocand. folio m. 622.* quem Gothofred. relatorem ſic paſſim commemoramus, quia in alijs tractatibus eiuſdem Petr. Pecch. impreſſis alibi, deficiunt multa, quæ reperiuntur in d. impreſſione Gothofred. qui tanquam diligentiſſimus, fideliſſimus, & exactiſſimus relator, & in ſua ætate nemini ſecundus eſt citandus,

dus, videndus, & commendandus,
etenim vltra eius ingenij eminentiam
in d. praxi ciuili præexcelluit ſaltim in
ſerie eius praxis, omnes alios prædeceſ-
ſores, qui in eadem re ſcripta protule-
runt, & hoc etiam firmat *Trentacinq.
dicta reſolut. 4. num. 3. verſic. Contra-
riam.*

Limita, & declara tertiò, quando
24 mulier interuenit † ex cauſa dotis, ſiue
pro filia, ſiue etiam pro extranea, quia
hoc caſu rectè obligari poteſt, vt latè
per Ant. Hering. d. cap. 7. num. 452. 453.
☞ 454. vbi multos allegat, & de * com-
muni teſtatur, *Theſaur. deciſ. 223. num.
15. Surd. deciſ. 164. num. 3. & 4. ab eo-
dem allegat. & deciſ. 287. num. 9. verſic.
Fuit dubitatum, & nu. 16. fol. 665. Gal-
ter. praxi inſtrum. 2. 2. part. princip. num.
57. verſ. Quam limitationē, vbi ex Vinc.
de Franch. deciſ.* 182. extendit etiam ad
antefatum *Ricc. in collect. deciſ. collect.
146. verſ. Item mulierem part. 1. Olden-
dorp. capit. 13. de dotalib. priuileg. num. 2.
verſic. Si tamen, & num. 3. relat. per Go-
thofred. in d. prax. ciuil. lib. 1. tit. 3. de legib.
& priuileg.* vbi extendit procedere in
25 dote † promiſſa inſerta, quæ nihilomi-
nus arbitrio boni viri debetur. & ſic
fuit deciſum *per Rot. Rom. diuerſor. in
deciſione 264. per tot. parte quarta, folio
mihi* 131.

Limita, & declara quartò in mu-
26 liere † debitrice vigore inſtrumenti
ſtipulati ſecundum formam ritus Ma-
gnæ Curiæ Vicariæ, quia hoc caſu
carcerari poſſe determinat ritus 166.
vbi ſic obſeruari ex praxi in Regno te-
ſtatur *Carauit. in dicto ritu num. 1. 2. 3.
& 4. Galter. in dicta prax. inſtrumen-
tar. 2. parte principal. rubrica vnica num.
17. verſ. Quintò amplia, Bernard. Pand.
de execut. inſtrum. 4. parte 11. declarat.
num. 81. verſic. Mulieres,* Licèt ibi cum
Bald. in l. in multis ff. de adopt. contra-
rium ſuſtineat, *& parte 2. 18. decla-
rat. num. 45. Franc. Anton. de Iudic. in
tract. de liquidat. inſtrum. conſid. 4. num.
43. verſ. Sed pone, Trentacinq. vbi ſupra
num. 7. verſic. Quintò.*

Subdeclara hanc quartam limitatio-
nem, quod ſi mulier eſt honeſta, ſiue
Neapolitana non tenetur in curia, vel
iudicio comparere, ſed in propinquio-
ri Eccleſia, & Curia ſedente mittitur
actuarius ad eam, vbi interrogata ſu-
per tenore inſtrumenti, ſiue confitea-
27 tur debitum, ſiue neget, fit † ei præce-
ptum, quod non diſcedat de propria
domo, vel aſſignatur alia domus, vel
aliquando monaſterium cum fideiuſ-
ſoribus, donec ſoluat, ſi verò mulier
28 eſt † inhoneſta tenetur comparere in
propria Curia, vbi fit liquidatio, qua
facta carceratur in loco à Iudice de-
putato, vt per *Carauit. in dicto ritu
dicto numero quarto, Grammatic. deci-
ſione 33. numero duodecimo, dictus Franc.
Anton. de Iudic. de liquid. inſtrument.
dicta conſideratione 4. numero 43. ver-
ſic. Sed pone, Galter. in praxi inſtru-
mentor. dicta 2. par. 2. part. principal.
numero decimoſeptimo, verſicul. Quintò
amplia.*

Limita, & declara quintò, quòd li-
cèt mulier non poſſit pro alijs inter-
cedere, vt diximus *ſupra ampliatione 3.*
29 tamen ſi poſt biennium † interceſſio
ſit repetita, tunc ob voluntatem, &
firmitatem propoſiti, & voluntatis,
quæ ex dicti biennij diſcurſu habetur,
valet, & tenet *l. ſi mulier C. ad Velle-
ianum, Anton. Corneus de abſolut. in-
ram. parte 3. quæſtione 5. numero 136.
& num. 140. verſic. Et tamen folio mihi
185. Oldendorp. de mulier. fideiub. pri-
uileg. capit. 18. relatus per Gothofred.
in dicto titul. de leg. & priuileg. num. 5.
verſic. Si mulier folio mihi 49. columna
prima.*

Limita,& declara ſextò non proce-
30 dere in muliere † meretrice, quæ tam ex cauſa criminali, quàm etiam pro debito ciuili poteſt in carceribus detrudi, quia in ea ceſſat illa cauſa reuerentiæ, & honoris, quæ conceſſa eſt mulieribus, ne teneantur vltra quam facere poſſunt, & ne poſſint carcerari; & ideo debeat ceſſare eius priuilegium, *Menoch. de arbitr. iudic. d. quæſt. 88. num. 13. cum alijs relatis per Farinac. de carcerib. dicta quæſt. 27. num. 55.* vbi communem dicit, * & contrarium ſuſtinentes refellit; hac eadem ratione ſic cõcludendo mouetur *Coler. de proceſſ. exequut. parte 2. cap. 2. num. 192. verſic. Verum, Pecch. de iur. ſiſtend. dicto cap. 5. num. 14. verſic. Tunc verò, Gothofred. in prax. ciuil. lib. 1. tit. 5. de fœminis in verſic. Carcerari mulier folio mihi 291. columna 1. volumine 1.* vbi limitat indiſtinctè in meretrice nupta propter matrimonij honorem, *Graſſ. de except. in prælud. num. 169. verſic. Limitabis, Trentacinq. Variar. reſolut. lib. 3. tit. de ſolut. reſolut. 4. num. 4. verſic. Secundò.*

Primò declara hanc ſextam limitationem, quod licèt mulier meretrix tam pro debito criminali, quàm ciuili poſſit in vinculis carcerari, tamen debet
31 † in carceribus à virorum carcere ſeparatis detineri, *l. quoniam C. de cuſtod. reor. Farinac. vbi ſupra num. 59. verſic. Limita, ſecundò, Trentacinq. vbi ſupra in fine.*

Secundò declara non procedere in
32 meretrice † maritata, vt diximus, quia nupta meretrix, ob reuerentiam Sacramenti matrimonij pro cauſa ciuili non poteſt carcerari, *Graſſ. vbi ſupra num. 170. verſic. Quod tamen,* dummodo honeſtè viuat. Inhoneſtè autem dicitur viuere ſi mulier meretrix modò ingreditur vnam, cras aliam domum, & meretrix appellatur quãdo admittit vltra duos viros, *Graſ. ibid. n. 171.* & in eadẽ re vide diſtinctionem *Farin. vbi ſupra.*

Septimò limita in muliere, quæ re-
33 cuſat † ad virum reuerti, hæc enim ne dum carcerari, vt ad virum redeat, ſed etiam per vim ad illum deduci poteſt, *Iaſon in l. 3. C. de iur. emphyteut. & in l. plerique de in ius vocand. Socin. reg. 229. Abb. in cap. 1. de reſtitut. ſpoliator.* quos allegat *Gothofred. vbi ſupra d. tit. 5. de fœmin. ſub d. verſic. Carcerari mulier tomo 1. fol. m. 291. col. 1. Trentac. vbi ſupra num. 5. verſic. Tertiò.*

Octauò limita, & declara, quando
34 mulier † occultaſſet bona mobilia mariti in creditorum fraudem, quoniam conſtito de fraude ſupradicta, mulier ipſa occultatrix Iudicis arbitrio eſt carceranda, ne ex eius delicto commodum conſequatur, & creditoribus pro exhibitione bonorum mediante captura de eorum credito, ſatisfiat, ſic præcisè reſpondit *Guttier. de iuram. confirmator. par. 1. cap. 16. num. 33. verſic. Nam ſi mulier, & num. 34.*

Sed eius opinio in his partibus malè
35 ſeruatur; Mulier † enim propter naturalem auaritiam facillimè apud quemlibet prudentem Iudicem excuſaretur.

Nonò limita, & declara in muliere
36 luxurioſè † viuente, cui de iure per Iudicem bonorũ interdictio fieri poteſt, quia ſi ſui corporis prodiga appareat, multò magis ſuarum rerũ prodiga præſumitur, *Arius Pinell. in l. fin. nu. 20. verſ. Ex prædictis,* vbi plures alios cumulat *de bon. mater.* cũ refert *Guttier. in tract. de tutel. par. 1. c. 9. nu. 23. verſ. Quinimò.*

37 Et licèt ſecus ſit in viro, † tñ ratio differẽtiæ reſultat, quia ſexus muliebris eſt debilior, & fragilior, & ardentius à carnis cõcupiſcẽtia moleſtatur; Vir aũt prudentior, & fortior, vt inquit *Arius Pinell. & Guttier. in locis prætitatis.*

Deci-

Decimò limita in muliere, quæ pro
38 excarcerando † viro ſe obligauit, vel pro eodem ab hoſtibus redimendo acceſſit, hoc caſu validè obligari, & per conſequens carcerari poteſt, vt in puncto firmat *Cephal. conſ. 51. num. 21. lib. 1. Mancin. de iuram. part. 4. effect. 202. num. 4. verſ. Quod ſi pro viro, & nu. ſequent.* vbi reſpondent ad contrariũ ſuſtinentes, moti, quia vxor pro honeſta, iuſtaque cauſa obligatur, & de infortunijs viri participare debet, & hoc probari videtur per *text. in l. quamuis 21. cum ſequent. ſolut. matrimonio*, ab iiſdem commemoratum.

39 Contrariam partem † quod mulier nõ poſſit obligationi accedere pro excarcerando viro ſuſtinet *Gizzarell. in deciſ. ſacr. reg. conſ. 4. num. 3. verſ. Secundò*, vbi reſpondet iura ſuperius allegata in muliere ſoluente pro viro carcerato procedere, non autem in muliere intercedente, quia mulier facilius inducitur ad promittendum, quàm ad ſoluẽdum, propter eius naturalem auaritiam, & in Regno etiam pro excarcerando viro obligationi non accedit, niſi prius impetrato Regio aſſenſu, quem facillimè pro hac cauſa Domini Regentes concedere ſolent.

Amplia hanc contrariam procede-
40 re etiam ſi mulier † pro filio ex carcerando intercedat, quia nec etiam pro hac cauſa propter Velleiani beneficium eius obligatio ſubſiſtit, & ita poſt hinc inde relata teſtatur fuiſſe deciſum, *Gizzarell. d. deciſ. 4. per totam, & in fine*, ſic etiam fuiſſe deciſum teſtatur *Vincent. de Franc. deciſ. 578. num. 13. verſ. Nihilominus*, vbi ad contraria optimis rationibus reſpondet.

SVMMARIVM LIMIT. XI.

1 *Pupilli appellatione quis contineatur.*
Infans infra annis ſeptem appellatur n. 2.
Ab annis ſeptem vſque ad pubertatem dicitur puer, ſiue pupillus num. 3.
Eſt nomen diminutiuum à Pupo nu. 4.
Propriè qui in poteſtate patris eſſe deſijt num. 5.
6 *Minor dicitur qui vigeſimumquintum annum non compleuit.*
De iure huius Regni qui decimum octauum non excedit num. 7.
8 *Proximus pubertati quando quis dicatur.*
9 *Pupillus quando dicitur doli capax.*
10 *Pupillus, & Minor pro debito detineri nequeunt.*
11 *Infans nequit citari.*
12 *Pubertati proximus non poteſt iurare.*
13 *Doli capax poteſt iurare, Procedit in iuramento aſſertorio, & promiſſorio numero 14.*
15 *Auth. ſacramenta puberum declaratur.*
Habet locum in pupillo doli capace ibi numero 16.
Contrariam partem, quod dicta Auth. obtineat in minore num. 17.
Vtraque opinio eſt magis communis, ſed in praxi prima opinio verior ibi nu. 18.
19 *Iurans maiorem eſſe obligatur. Procedit quando tactis ſcripturis, & ſpecificè renunciat num. 21.*
20 *Filiusfamilias aſſerens cum mendacio eſſe emancipatum efficaciter obligatur.*
Pupillus pubertati proximus, & doli capax, recipiens depoſitum obligatur numero 22.
Conuentus in iudicio ex contractu paterno exeutionem in bonis patitur num. 23.
24 *L. ſi tibi C. mandati interpretatur.*
Pactum legis commiſſoriæ exercetur contra pupillum num. 25.
26 *Hæres debitoris non poteſt præiudicare iuri quæſito creditoris.*
Non procedit in hærede cum beneficio legis, & inuentarij num. 27.
28 *Pupillus ſi conueniatur debent. iuris ſolemnitates obſeruari.*

Eius

Eius tutor ſi minor infante ſit, debet citari num.29.

Et ſi vnus citatus non comparet ſi plures habeat debent omnes citari num.30.

Si tutorem non habet, debent citari agnati, num.31.

Et ſi tutores non habeat, & proximiores volunt eum defendere datur ex officio procurator pauperum pro curatore ad litem num.32.

Contrariam partem quod pupillo minori infanti non detur curator tenent multi num.33. Sed declara num.34.

35 *Tutore recuſante pupillum defendere poteſt Iudex procedere ad immiſſionem bonorum ex primo, vel ſecundo decreto.*

Contraria opinio quod pupillus non poſſit pati immiſſionem ex primo decreto, tenent multi, & verius num.36.

Poteſt compelli captis pignoribus ad ſuſcipiendum tutelam num.37.

Eius officium publicum eſt, & poteſt inuitus compelli num.38.

39 *Pupilli bona poſſunt capi quando ſe immiſcuit in hæreditate.*

Debet fieri cũ tutoris authoritate nu.40.

41 *Solemnitates, quas debet tutor adimplere, recenſentur.*

42 *Mater, vel auia, ſi ſit tutrix debet renunciare Velleiano, & alia adimplere.*

Hæc renunciatio non eſt de eſſentia, maximè in hoc Regno num.43.

44 *Solemnitates, quæ debent interuenire in alienatione rerum pupilli, vel minoris.*

45 *Pactum initum cum pupillo tutoris authoritate, de ingrediendo poſſeſſionem eſt validum.*

46 *Res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt enumerantur.*

47 *Pecunia dicitur res, quæ ſeruando ſeruari non poteſt.*

Non habet locum quando eſt deſtinata ad emptionem prædiorum num.48.

49 *Pecunia non eſt res mobilis, & quomodo procedat.*

50 *Pupillus abſque Iudicis decreto cum tutoris authoritate transfert poſſeſſionem in alium.*

Et multò magis ex pacto exequutiuo numero 51.

Contrarium, & verius tenent multi in puncto iuris, licèt contraria ſit verior num.52.

53 *L.Poſſeſſionem pupillus ff.de acquir.poſſeſſ. interpretatur.*

54 *Illatio non fit ex diuerſis.*

55 *Pupillus ex iudicio teſtatoris poteſt res pupillares vendere, & alienare.*

56 *Minor, pupillus, & alia huiuſmodi perſonæ in iure parificantur.*

57 *Filiusfam. obligatus cum præſentia, & conſenſu patris conueniri poteſt ad formam ritus huius Regni.*

Minor pro patre excarcerando in contractu accedẽs efficacius obligatur n.58.

Nec hoc caſu competit reſtitutio in integrum num.59.

60 *Maior decem, & octò annis aſſerendo in iuramento ſe maiorem, obligatur.*

Reſtitutio non competit in caſu prænarrato num.61.

Poteſt tamen dicere contractum nullum num.62.

Bona alienans etiam ſine Iudicis decreto, & curatoris authoritate ex vi iuramenti validè obligatur num.63.

Nec hoc caſu certiorationé beneficij opus eſt num.64.

Et procedit quando iurauit non contrauenire ratione ætatis, & renunciauit omni legum auxilio num.65.

Nec abſolutio à iuramento eſt neceſſaria num.66.

Rem immobilem ad ſui vtilitatem abſque Iudicis decreto poteſt alienare num.67.

Contrarium eſt verius num.68.

69 *Tutor pupilli, & proprio nomine contrahens debita, poteſt ſemper conueniri.*

70 *Minor impetrans veniam ætatis conueniri poteſt.*

Etiam

Etiam impetrata venia non poteſt bona hipothecare abſque Iudicis decreto numero 71.

Nec conueniri hoc caſu quod ad actionem realem permiſſum eſt num. 72.

Vendens annuum cenſum debet obſeruare iuris ſolemnitates num. 73.

Non tamen quando vult reemere alium cenſum, & maiores vſuras euitare numero 74.

Accedens in inſtrumento vt fideiuſſor ex vi iuramenti validè obligatur n. 75. Sed competit ex enormiſſima læſione reſtitutio in integrum eod. num. 75.

76 *Debitor ex cauſa fiſcali carcerari poteſt.*

Ex iudicis arbitrio carcerari poteſt numero 77.

Bona eius quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, licèt locatori retinere, pro penſione domus num. 78.

79 *Furioſus, & mente captus tempore ſanæ mentis condemnatus, non patitur executionem, ſi ſuperueniat furor.*

80 *Prodigus nec conueniri, nec carcerari poteſt.*

81 *Furioſus ſtatim furore ſequuto agnati ipſo iure curatores efficiuntur.*

82 *Prodigo non eſt dandus curator, niſi bonis interdictum ſit.*

83 *Furioſus prodigus, & mente captus pupillo æquiparantur.*

84 *Minor ad nundinas miſſus non poteſt carcerari vt ſuſpectus.*

LIMITATIO XI.

An pupillus, vel minor poſſit carcerari?

PVPILLVS non tantum
1 ætatem † denotat, ſed
etiam cõditionem eius,
qui ante pubertatem in
patris poteſtate deſijt
eſſe, & in poteſtate Tutoris viuere
cæpit, vt inquit *Cuiac. in l. 2. circa medium ff. de excuſſionibus*, Minor annis
2 † ſeptem infans appellatur, ab annis
verò ſeptem completis vſque ad an-
3 num pubertatis † duodecimum in fœmina, & decimum quartum in maſculo, dicitur puer, ſiue pupillus, latè *Farinac. prax. criminal. quæſt. 92. num. 6. verſ. Quæro quartò tom. 1. 2. par.* cum allegatis, quibus addo *Gothofred. prax. ciuil. tom. 1. de ſtat. homin. lib. 1. tit. 5. de infant. fol. m. 305. col. 1. Scard. Lexicon, iuris in verbo, Infans, & in verbo, Pupillus, Bertazz. de clauſ. clauſ. 8. gloſ. 2. in princip. fol. m. 60.*

4 Nomen eſt diminutiuum † à pupo,
quod puerum ſignificat, vt inquit *Alciat. in l. pupillus 239. ff. de verbor. ſignific.* Propriè, & impropriè in iure ſumitur, Impropriè pro eo, qui in patris reperitur poteſtate, *Scard. in d. verb. Pupillus, Vinc. de Franch. in deciſ. 100. ſub num. 16.*

5 Propriè verò pro eo, † qui cum impubes eſſet in patris poteſtate deſijt eſſe, vel morte, vel emancipatione, vt *d. l. pupillus, vbi Alciat. Vinc. de Franch. d. deciſ. 100. num. 17. Paſchal. de virib. patr. poteſt. part. 2. cap. 2. num. 92. verſic. Pupillus.*

Minor verò dicitur ille, qui nõdum
6 † vigeſimumquintum annum compleuit, iure communi inſpecto, *vt in tit. de filiofam. minor. de fideiuſſ. minorum, de in integr. reſtit. de minor. vigintiquinque ann. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 83. num. 1. Farinac. d. quæſt. 92. num. 21. verſic. Quæro nonò.*

7 Iure autem municipali † huius Regni inſpecto dicitur ille, qui decimumoctauum annum adhuc non compleuit, vt in conſtit. regni Minorum iura.

8 Proximus pubertati † dicitur pupillus, qñ exceſſit decimum annũ, & menſes ſex, Pupilla autem proxima pubertati, quando compleuit nonum annum

cum

cum dimidio, hæc fuit originalis opinio *Gloſ. in §. pupillus infantiæ proximus, inſtit. de inutilib. ſtipulat.* & *ſimilis, Gloſ. in l.1. in gloſ. vltim. part. princip. ff. de nouat.* eſt communis omnium ſentẽtia, de qua *Aretin. in d. §. pupillus n.2.* hanc ẽt vti cõmunem ∗ ex pluribus cumulatis firmat *Farinac. in prax. crimin. d. quæſt. 92. num. 10. de pæn. temper. fol. m. 203.* de hac etiam ∗ communi teſtatur *Michael Craſ. in ſuis quæſt. tit. de iuram. quæſt. 14. relat. in commun. opin. ſintag. tom. 1. lib. 9. fol. mihi 619. in verb. Iuramentum, Scard. Lex. iur. in verbo, Puberes, Vrſill. ad Afflict. deciſ. 322. nu. 1.* & *Bertazz. in tract. de clauſ. clauſ. 8. gloſ. 2. num. 1. verſ. Pupillaris fol. m. 60. Felician. de cenſ. lib. 2. cap. 2. num. 2. verſic. Alij ſunt fol. mihi 187. cum allegatis.*

9 Doli capax dicitur † etiam ille, qui eſt proximus pubertati tam in maſculo, quàm etiam in fœmina, vt diximus, & firmat *Michael Craſſ. vbi ſupra, Scard. Lexic. iuris in verbo, doli capaces, fol. mihi 308. Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 83. num. 24. Et primo, Vrſill. ad Afflict. deciſ. 322. num. 1.*

Et ne confusè procedamus conſtituamus regulam, quod pupillus, & mi-
10 nor non poſſint † carcerari, neque aliter pro ciuili debito detineri *l. neque impubes, vbi DD. ff. de in ius vocand. Monach. deciſ. Bonon. 68. num. 16. verſic. Quia prohibet fol. mihi 153. Graſſ. in tract. de except. in prælud. num. 159. verſic. Idem eſt, Muſcatell. in prax. Sacr. reg. Conſ. part. 2. Gloſ. Intimato num. 7. Caccial. de debitor. ſuſpect. quæſt. 5. verſ. Circa ſecundum, Roman. conſ. 120. Circa primum, per totum. Seraphin. de priuileg. iur. d. priuileg. 84. num. 22. verſic. Et ſi, Polidor. Ripa ſingular. obſeruat. obſeruat. 355. num. 5. verſic. Minus verò, Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. nu. 247. verſic. Quod autem,* & *num. 249.* vbi de ∗ communi *Brun. de ceſſ. bonor. quæſt. 3. 4. quæſt. princip. nu. 11. verſic. Tu verò fol. m. 26. Aſin. de execut. §. 2. cap. 10. fol. m. 31. Pand. in tract. de execut. inſtrum. part. 4. 11. declar. num. 82. verſ. Infantes.*

Amplia vt multò magis procedat in
11 infante, qui nec † verbaliter poteſt citari, nec contra eundem infantem agere permiſſum eſt *d. l. neque impubes ff. de in ius vocand. vbi etiam Bartol. hoc notat,* & *notatur in l. 1. ff. de adminiſtrat. tutor. Speculat. in tit. de citat. §. primo, verſ. Item non valet,* & *in tit. de reo, verſic. Item non poteſt agi contra infantes, Cenc. de cenſib. par. 3. cap. 1. quaſt. 3. art. 9. nu. 14.* & *num. 15. verſic Ceſſante, Afflict. deciſ. 262. num. 5. cum alijs allegatis.*

Et pro declaratione dictæ regulæ conſtituas plures caſus, in quibus pupillus, vel minor poſſint obligari, & conueniri, & plures alios, in quibus non permittitur obligationi accedere.

Primus caſus eſt in pupillo puberta-
12 ti † proximo, qui quamuis ſimpliciter loquendo non poſſit iurare *cap. paruuli 14* & *cap. pueri 15. 22. quæſt. 5.* quia in iuramenti delatione iudicium deeſt, & pupillus neſcit quid agat, & peierare nequit, vt inquit *Gloſ. notabil. in d. cap. paruuli.*

Tamen ſi proximus ſit pubertati,
13 & doli † capax, & per conſequens capax periurij iuramẽtum ab eodem pupillo præſtitum, & contractus, in quo acceſſit conualidatur, & tamquam maior reputatur, ſiue ſit iuramentum aſ-
14 ſertorium, ſiue promiſſorium, † ſiue confirmatoriũ, etiam ſi cõtrahatur abſque tutoris authoritate, & Iudicis decreto, vt ex pluribus cumulatis ſuſtinet *Seraphin. de priuileg. iuram. d. priuileg. 83. num. 24.* & *num. 25. verſic. Et primò,*

*primò, fol. m.*432. & propterea authen.
15 † ſacramenta puberum, quæ loquitur
in minore, debet habere locum etiam
16 in pupillo proximo pubertati, † &
doli capace, ſic ex pluribus alijs con-
cludit *Gabriel. commun. concluſ. tit. de
minorib. concluſ. 5. num. 39. verſ. Contra-
riam, Mancin. de iuram. effect. 1. quæſt.
13. num. 19. verſ. Fuerunt,* vbi etiam de
* magis * communi *Afflict. in d. deciſ.
322. nu. 4. 5. & 6. vbi etiã Vrſill. nu.
1. 2. & 3. Mantic. de tacit. conuent. lib.
9. tit. 4. num. 10. & num. 11. verſ. Im-
puberes, Paſchal. de virib. patr. poteſt. par.
2. cap. 1. num. 99. verſic. Quæ concluſio,*
* eſt magis * communis opinio, de qua
*Gutier. in tract. de tut. & cur. part. 2.
cap. 7. num. 27. verſ. Quod non,* hanc e-
tiam vti magis * receptam, & animæ
ſecuriorem ſequitur *Ceual. commun.
contr. commun. quæſt. 123. num. 5. verſ.
Sed contrariam fol. mihi 100. Paul. Æmil.
Gall. de except. ſucceſſ. part. 2. tit. 3. exce-
pt. 12. num. 41. & 42. verſ. Et ſi non,
fol. m. 215. Thor. in compend. deciſ. in ver-
bo Minor duodecim, fol. m. 337. in 2. im-
preſſ.* vbi alios allegat.

Contrariam partem, quod diſpoſi-
17 tio Authent. † ſacramenta puberum
non habeat locum, niſi in minore, non
autem in pupillo, etiam doli capace,
qui contra legis ſolemnitatem contra-
xit, tenet *Fachin. controuerſ. iur. lib. 3.
cap. 10. fol. m.* 294. vltra alios allegatos
pro hac parte *per Gabriel. in d. concluſ.
5. num.* 38. alios recenſet *Ceual. commun.
contra commun. quæſt.* 123. & hanc vti
communem * à Legiſtis eſſe appro-
batam teſtatur *ſub num. 1. & alios ad-
ducit num. 2. 3. & 4. Mancin. in tract.
de iuram. d. part. 4. effect. 1. quæſt. 13.
num. 18. verſic. At non mediocris,* &
hanc magis communem appellat.

Et quamuis hæc opinio ſit ex vtra-
18 que † parte magis communis, & ita à
grauiſſimis iuriſperitis appellata, vt
inquit *Mancin. vbi ſupra,* tamen hodie
difficillimè in praxi ſeruaretur, quia
cautè proceditur per contrahẽtes cum
pupillis; & in Regno propter deciſio-
nem Sacr. Conſ. ſuperius citatã, con-
traria opinio eſt recepta, vt inquit *Viu.
lib. 2. opin. 180. verſic. Contrariam in fi-
ne,* & ab ea decidendo non eſſe rece-
dendum affirmat.

Secũdus caſus exemplificari poteſt,
quando pupillus pubertati proximus
19 ſe maiorem † eſſe iurauerit, quia cum
hoc caſu decipere videatur aduerſa-
rium, & verè poſſet dici fuiſſe doli ca-
pacẽ, ex contractu iurato tenetur, *Paul.
de Caſtr. in l. qui iuraſſe nu. 5. & 6. verſ.
Dicit tamen ff. de iureiurand.* vbi dicit
perpetuò hoc eſſe menti mandandum,
& ibi etiam *Alex. ſub num. 1. verſ. Ta-
men Guglielmus,* vbi refert dictum Ca-
ſtrenſem, *Andr. Gail. pract. obſeruat.
lib. 2. obſeruat. 65. num. 1. fol. mihi* 182.
vbi ſupradictos allegat, *Mancin. in
tract. de iuram. part. 4. quæſt. 14. prim.
effect. num. 3. verſic. Proceditque.* Sic e-
tiam ex pluribus rationibus, & argu-
mentis quando filiusfam. qui ſecun-
20 dum † loci ſtatutum non poteſt con-
trahere, niſi fuerit ẽmancipatus, vel
ſeorſim à patre habitauerit, aſſerendo
cum mendacio eſſe emancipatum, vel
ſeorſim à patre viuere, prout minor, q;
cum iuramento aſſerit ſe maiorẽ, pro-
pter dolum, & mendacium, validè, &
efficaciter obligatur, vt ex pluribus ar-
gumentis, & rationibus cõcludit *Ma-
rin. Frecc. de præſent. inſtrumentor. part.
9. quæſt. 8. per tot. num. 12. verſ. Contra-
riam vſque in finem fol. m.* 134.

Declara ſupradictũ caſum ita pro-
cedere, ſi pupillus, vel minor ſpecificè
21 † & tactis ſcripturis ſe maiorẽ eſſe iu-
rauit, non autem quãdo in inſtrumen-
to ſimpliciter ſe maiorem abſque iu-

ramento

ramento aſſeruit eſſe *Manc. vbi ſupra d. quæſt.14. num.4.*

Tertius eſt caſus, quando pupillus pubertati proximus, & doli capax re-
22 cepit depoſitum, † etiam ſine tutoris authoritate, hoc enim caſu, ſi ex contractu depoſiti ſit factus locupletior, vel dolo, aut lata culpa depoſitum recepit, efficaciter obligatur *l.1. §. an in pupillum ff. depoſiti, Frecc. in tract. de præſentat. inſtrum. part.9. quæſt.8. num. 31. verſ. Idem probatur fol. m.135. Carbc. de depoſit. part.1. quæſt.3. num.20. 21. & 22. fol. mihi 8.*

Quartus eſt caſus, quando pupillus
23 conuenitur in iudicio † ex contractu paterno, quia cum obligatio inita cum prædeceſſore defuncto ſit inuariabilis, nec eius conditio poſſit mutari in hæredum perſona *l.2 §. ex his, verſ. Non enim ff. de verbor. obligat. l. pupillus in princ. §. ſed, & ſi creditor iuncta Gloſ. de authorit. tutor. & l. toties §. Cæterum. de pollicitat.* & priuilegium ſucceſſoris nihil poſſit obeſſe creditori, cum quo contractus fuit conſumatus, *Salicet. in auth. quas actiones nu.9. C. de ſacroſanct. eccleſ.* ideo ex contractu paterno pupillorum bona executionem patiuntur, ſiue executio concedatur vigore ſtatuti, ſiue pacti, aut cõuentionis executiuę, *Neguſant. de pignor. 4. quæſt. princip. num.17.* quem cum alijs rationibus adductis, refert *Coler. de proceſſ. exequut. part.2. cap.3. num.209. & num.210. verſ. Contrarium tamen fol. m.501.* vbi
24 pro hac etiam adducit † *text. in l. ſi tibi C. mandat. Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed.5. l.3. C. de pignor. nu.107. verſ. Primus caſus,* vbi magis explicitè pupillus non poteſt impedire ex ſuo priuilegio, executionem licentiæ conceſſæ ab eo, cui ipſe ſucceſſit, vt *ex Ruino conſ.152. num.6. verſ. Si verò hic pupillus lib.4. & conſ.119. num.8. lib.5. Neguſant. vbi ſupra d. num.17. verſic. Sexta concluſio, Socin. iunior conſ.125. nu.5. lib 2. & Roland. conſ.20. num.1. lib. 1.* concludit *Menoch. vbi ſupra nu.110. verſic. Ita ergo.*

Quintus eſt caſus quando creditor
25 cum debitore † fecit pactũ legis commiſſoriæ, illud enim etiam ſi hæres dicti debitoris poſtea defuncti, ſit pupillus, poteſt exerceri contra eundem pupillum hæredem *d. l. ſi tibi C. mandati l. Æmilius Largianus ff. de minor.* quia æ-
26 tas hæreditarij † debitoris ius creditori quæſitum, non poteſt infringere *l. ſub prætextu C. de hæredit. action. l. ſi intra C. de non numerat. pecun. Coler. de proceſſ. exequut. d. part.2. cap.3. nu.110. verſ. Et facit, & num.221.*

Limita ſupradictum tertium, & quartum caſum non procedere quan-
27 do pupillus, vel minor † hæreditatem adiuit cum beneficio legis, & inuentarij, quia pendente dicto tempore, nec pupillus, nec eius tutor poſſunt conueniri, vt latè per *Caualcan. de tutor. & curator. num.109. verſic. Et durante fol. mihi 63.*

Declara ſupradictos, & alios ſimi-
28 les caſus, dummodo † dum pupillus conuenitur iuris ſolemnitates obſeruentur, *vt per Curt. iunior. d. conſ.125. num.5. verſic. Nec etiam nobis vol.2. relat. per Menoch. d. remed.5. num.110. verſ. Quod ita.*

Et ideo ſi pupillus eſt minor infan-
29 te debet † eius tutor, ſi reperiatur citari *l.1. §. ſufficit ff. de adminiſtrat. tutor. Afflict. deciſ.262. num.2. verſic. Sed citari, Curt. iun. d. conſil.125. num.5. Brun. latè de ceſſ. bonor. quæſt.3. quæſt. princip. nu.2. & 3. Kirchou. commun. opin. concluſ.70. cent.5. in verbo, Minor, fol. 107.* & ſi vnus citatus non comparet,
30 & alios † tutores habeat debent omnes citari, *Crauet. conſ.225. nu.5. verſ. Quartò,*

Digitized by Google

Quartò, aliàs enim nec verbaliter citari poteſt *l. neque impuberes*, *& l. 4. in princip. & ibi Bart. ff. de in ius vocand. Brun. vbi ſupra dicto num. 2. verſic. Quinimò*, & ſi compateat tutor hoc caſu tenetur oſtendere ſolemnia tutelæ, vt *per Afflict. deciſ. 256.* ſi verò tutorem non habet, debent citari agnati,
31 † & cognati, ſiue eius proximiores, vt veniant ad eundem infantem defendendum, & ad ſuſcipiendum eius tutelam, vt per eundem *Afflict. vbi ſupra verſic. Et ſi non habet, Brun. num. 3. verſic. Et ſi tutorem, Crauet. dicto conſil. 225. num. 6. verſic. Amplius, relatus per Vrſill. in dicta deciſ. num. 4. Rom. conſil. 454. num. 5. verſic. His tamen, Kirchou. dicta concluſ. 70.*

Et ſi tutores non habent, nec pupil-
32 li proximiores voluerint † eum defendere, Iudex ex officio eidem infanti decernere debet pauperum procuratorem pro curatore ad litem, vel curatorem hæreditati iacenti, *vt per Vrſill. ad Afflict. d. deciſ. 262. num. 5. verſic. Et tunc, & in deciſ. 256.*

Contrarium quod huic pupillo mi-
33 nori infanti † non poſſit dari curator cum is detur petenti tantum, *l. qui habet §. ſi pupillus ff. de tutel.* ſed tutor aſſignandus ſit, vt per *Brunum vbi ſupra num. 6. verſic. Volens, & verſ. Nam cum, Vrſill. ad Afflict. d. deciſ. 256. num. 2. verſic. Sed quod detur tutor.*

34 Declara, primam opinionem procedere, quando bona pupilli infantis peritura eſſent, vel aliquod periculum in eiſdem bonis immineret, quia hoc caſu cum conſilio coniunctorum Iudex ex officio curatorem decernere poteſt, & in ſubſidium quãdo tutor non reperitur, vel ſi reperitur non oſtendat ſolemnia, *Afflict. d. deciſ. 256. Bald. in c. 1. col. 5. verſic. De citatione de milit. vaſſall. qui contum. eſt, in vſibus feud. relatus per Brun. d. quæſt. 3. d. num. 6. verſic. Dicit tamen Bartol.*

Declara ſecundò, quod ſi tutores vel conſanguinei pupilli renuerint ip-
35 ſum pupillum defendere † poſt notificationem citationis, Iudex poteſt procedere ad immiſſionem in bonis defuncti, & ad bonorum venditionem *l. hac autem in principio, & l. apud Iulianum §. finali ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur*, hanc opinionem tenet *Brunus vbi ſupra ſub dicto num. 6. verſic. Et ideo Doctores, ſic ex Fabr. in §. item inuiti, inſtit. de curat. refert Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 256. num. 2. verſic. Et dicit Ioannes Faber.*

36 Contrariam partem, † quod neque infans, neque pupillus poſſint pati immiſſionem primi, vel ſecundi decreti in caſu ſupradicto, tenet *Vrſill. vbi ſupra ex Afflict. in deciſ. 262. Rom. conſil. 454. & Imol. in l. contra pupillum de re iudic.*

Et hanc opinionem puto de iure veriorem, Iudex enim poterit compel-
37 lere † tutorem ad ſuſcipiendum pupilli defenſionem, etiam captis pignoribus, quia tutor cogitur inuitus tutelam ſuſcipere *l. 1. § ſi quis tutor ff. quando appelland. ſit, Alex. in l. decem num. 5. ff. de verbor. oblig. Guttier. de tutel. & cur. part. 1. cap. 1. num. 21. verſic. Tutor. & cap. 19. num. 11. & num. 12. verſic. Vlterius.*

38 Etenim officium tutoris † publicum, & neceſſarium eſt, & poteſt etiam inuitus à Iudice, & à lege conſtitui *l. 1. § ſi quis tutor ff. quand. appell. ſit. l. final. in princip. C. de adminiſtrat. tutor. Bartol. in l. illud ff. de tutor. & curator. Iaſon. in l. eum qui res num. 7. C. de procurator. Alexand. conſilio 26. num. 7. & conſilio 109. numero 3. volumine 3. Caualc. de tutel. & cur. num. 201. commemorati per Guttier. d. cap. 1. nu. 21.*

Iodoc. Domboud. in patroc. pupillorum, cap. 1. in fine, verſic. Nec enim.
Et propterea abſque cauſæ cogni-
tione iure Municipali huius Regni in-
ſpecto, datur in iudicio Curator, vt di-
ctat ritus Magn. Curiæ Vicariæ 291. in
illis verbis, Curia ipſa dat curatorem
ad litem abſque aliqua difficultate, &
cauſæ cognitione, *Marant. in ſua prax.
par. 4. diſt. 16. num. 56. & 57. verſic. De-
cimooctauò fol. m. 229. in vltima editione.*
Declara tertiò, ita demum procede-
re executionem contra bona pupilli,
39 † quando idem pupillus ſe in hæredi-
tate defuncti immiſcuit *l. ſi cum dotem
§. transgrediamur ff. ſolut. matrimon.*
Dummodo hoc fiat cum tutoris
40 † authoritate *l. potuit C. de iur. deliber.
Brun. de ceſſ. bonorum quæſtione 3. 4. quæ-
ſtion. principal. ſub num. 6. verſic. Bal-
dus tamen.*
Declara quartò, ſi modò tutor con-
41 uentus † oſtendat adimpleuiſſe ſolem-
nia. Primò oſtendendo eiuſdem tutelæ
dationem, vel confirmationem cum Iu-
dicis decreto. Secũdò, inuẽtarium con-
feciſſe. Tertiò, ſatiſdationem pręſtitiſ-
ſe rem pupilli ſaluam fore. Quartò, iu-
raſſe vtilia facere, & inutilia præter-
mittere. Quintò, promiſiſſe expreſsè
defenſionem eiuſdem pupilli ſuſcipe-
42 re. Sextò, ſi mater, † vel auia erunt Tu-
trices, oſtendere cum expreſſa hipothe-
ca bonorum ſuorum omnia ſupradicta
adimpleuiſſe, ac Velleiano ſecũdis nu-
ptijs, & omni legum auxilio renunciaſ-
ſe, de quibus omnibus latè per *Capic.
deciſ. 50. per tot. & Caualc. de tutor. &
cur. num. 23. & 24. verſic. Et debet tu-
tor,* & de hoc ſexto requiſito videndus
eſt *Guttier. de tutel. & cur. parte 1.
cap. 8. à num. 24. vſque ad num. 33.* vbi
inter alia *ſub nu. 31. in princip.* conclu-
43 dit non eſſe de eſſentia † mulierem
Velleiano renunciare; ſed contineri di-
ctam Velleiani renũciationem ſub alia
generali facta omni beneficio, quod
maximè procedit in hoc Regno, vbi
mulieres ex diſpoſitione Reg. Pragm.
de Senatuſconſult. Velleian. non poſ-
ſunt eius beneficio renunciare, vbi latè
etiam *Rouit.*
Declara quintò, quod in alienatio-
44 ne rei pupilli, vel minoris † quatuor
interuenire debent ad hoc, vt valeat
alienatio, de qua agitur; Primò dicti
tutoris authoritas; Secundò examina-
tio in iudicio an expediat, vel non ex-
pediat alienare; Tertiò decretum Iu-
dicis interponendum cum dicta cauſæ
cognitione; Quartò eiuſdem rei alie-
nandæ ſubhaſtatio, de quibus omni-
bus plenè per *Fab. de Mont. in tract. de
empt. & vendit. 5. quæſt. princip. nu. 95.
verſic. Sequitur videre,* vbi vltra prædi-
cta recenſet vndecim requiſita neceſſa-
ria in alienatione rei minoris, & ponit
quinque fallentias, in quibus non re-
quiruntur d cta ſolemnia *num. 97. ver-
ſic. Tamen fallit, & num. 98. & 99. fo-
lio mihi 218. & Guttier. de tut. & cur.
parte 2. cap. 5. num. 75. verſic. Sed ad hoc,
folio mihi 145. Caualc. de tutor. & cura-
tor. num. 129. verſic. E t ad hoc, fol o mi-
hi 72.* pro quibus omnibus videndus
eſt remiſſiuè *Intrigl. de cenſib. quæſt. 81.
num. 4. verſic. Quæ autem.*
Sextus eſt caſus, quando inter pu-
45 pillum cum authoritate † tutoris abſ-
que tamen Iudicis decreto fuit factum
pactum de ingrediendo poſſeſſionem
earum rerum, quæ ſeruando ſeruari
non poſſunt, quia cum hoc caſu lici-
tum ſit dictum pactum in cõtractu ad-
ducere, *vt l. lex quæ tutores C. de admini-
ſtrat. tutor.* permiſſum ẽt de iure videtur
eidem creditori dictarum rerum poſſeſ-
ſionem apprehendere in caſu more, vt
per *Neguſant. in tract. de pignor. 4. part.
principal ſub num. 18. verſic. Aut pactum
fuit,*

fuit, ſequitur eum *Menoch. de adipiſcend. poſſeſſion. remed. 5. num.* 17. *verſic. Quartus eſt caſus*, *Coler. de proceſſ. exequut. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 242. *verſic. Licèt autem, fol. mihi* 507. vbi de communi opinione ✱ teſtatur *Bald. Nouell. de dot. priuil.* 1. *nu.* 4. *&* 5. *vſque in fin. part.* 7. *fol. m.* 81. *Caualc. de tutor. & curat. nu.* 12 5. *verſic. Quod decretum, fol. m.* 70.

Declara illas res dici ſeruando ſer-
46 uari † non poſſe, quando in ſua naturali bonitate vltra trienuium ſeruari nequeunt, vt ſunt fructus exiſtentes in vino, frumento, oleo, & his ſimilibus, vt ſunt etiā veſtimenta, quæ vltra trienium ſecundum eiuſdem rei naturam non conſeruantur, vt eſt etiam pecu-
47 nia, quæ licèt † conſeruari poſſit per mille annos, nec temporis diuturnitate immutatur, nihilominus, dum expendendo, & ſic vtendo conſumitur, connumeratur inter res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt eſt communis opinio, ✱ de qua præclarè *Iaſon in l.* 1. *§. fuit quæſitum num.* 29. *& ſequent. & à num.* 32. *verſic. Item etiam de facili vſque ad num.* 37. vbi etiam ſupradicta declarat. *ff. ad Trebellian.* de qua etiam communi ✱ teſtatur *Guttier. de tut. & cur. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 42. *verſic. Licèt enim. folio mihi* 140. *comm. opin. ſintag. in verbo, Pecunia, vbi Eman. Suar. com. dicit vol.* 2. *folio mihi* 190. *Alber. in l. lex quæ tutores* 22. *ſub num.* 1. *C. de admin. tutor.*

Subdeclara tamen, quod diximus in pecunia, non habere locum quando
48 eſt deſtinata † ad emptionem prædiorum pro ipſo pupillo, quia hoc caſu immobilis reputatur *l.* 2. *§. quid ergo ff. de contrar. & vtil. tut. actione*, & ſine Iudicis decreto non permittitur eius alienatio latè *Iaſon. in dicto §. fuit quæſitum nu.* 37. *verſic. Limita concluſionem, & in l. cætera §. ſed ſi parauerit nu.* 21. *de legat.* 1. *Eman. Suar. vbi ſupra verſic. Sed non idcircò*, vbi communem ✱ dicit *Guttier. vbi ſupra num.* 43. *verſic. Attamen. Ceual. comm. contr. comm. quæſt.* 312. *in princip. folio* 215. *Rot. Rom. diuerſ. par.* 2. *deciſ.* 89. *num.* 1. *verſic. Quo ad primam, folio* 614. *Surd. deciſ.* 287. *nu.* 13.

Contrariam ſentētiam, quod pecu-
49 nia non ſit res immobilis † in caſu ſupradicto, imò quod poſſit alienari abſque Iudicis decreto; tamquam res mobilis, & quæ ſeruando ſeruari non poteſt, ex pluribus fundamentis ✱ magis communiter tenet *Guttier. vbi ſupra d. par.* 2. *cap.* 5. *nu.* 45. *& ſeq. verſic. Verum his omnibus*, hanc vti magis ✱ communem ſequitur *Ceual. comm. contr. comm. dicta quæſt.* 312. *num.* 1. *verſic. Sed contrariam, Rot. Rom. in d. deciſ.* 89. *num.* 2. *Surd. latè in deciſ.* 287. *num.* 12. *&* 13. *folio mihi* 665.

Septimus caſus offertur, quando pu-
50 pillus cū tutoris † authoritate, & abſque Iudicis decreto transfert poſſeſſionem in alium, quod cum ſit de iure permiſſum *l. poſſeſſionem pupillum* 29. *à contrario ſenſu ff. de acquir. poſſeſſ.* quem tex. ad hoc allegat *Iaſon in l.* 1. *§. ſi vir vxori num.* 14. *verſic. Ad idem, ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. in d. l. poſſeſſionem pupillus num.* 3. *verſic. Vnde Licèt*, vbi hanc ſententiam appellat ✱ veriorem, *Neguſ. in tract. de pignor.* 4. *par. principal. num.* 18. *verſic. Sed in hoc vltimo*, hanc eandem ſequitur *Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remedio* 5. *num.* 20. *verſic. Verum ab hac*, plenè *Rot. Rom. infertus allegandæ* ſequitur dicendum eſſe permiſſum eidem pupillo cum tutoris authoritate
51 per pactum † executiuum poſſeſſionem, tam naturalem, quàm ciuilem in alium transferre, & hanc ✱ communem appellat *Coler. infra citandus verſic. Adeo quod*, & hæc eſt magis ✱ communis opinio, & ſic ſecūdum hanc fuit

decisum *per Rot. Roman. diuerſ. par. 2. deciſ. 93.* vbi hanc firmat, & reſpondet ad contraria per totam *folio mihi 618.*

Contrariam partem, quod pupillus
52 † etiam cum tutoris authoritate non poſſit poſſeſſionem ſine Iudicis decreto transferre, tenet *Bartol. in l. creditores 3. nu. 5. ad finem verſ. Sed quantum, C. de pignor.* eundem Bartol. fortiter defendendo ſequitur *Coler. de proceſſ. exequutiu. parte 2. cap. 3. ſub num. 220. verſic. Verum quicquid,* cum alijs Doctoribus allegatis, & licèt prima ſententia vti magis communis * verior, & probabilior ſit, & ab ea in iudicando non recedendum, tamen diſputãdo hæc contraria facillimè ſuſtineri poteſt, vt ex fundamentis ab eodem *Coler. relatis,*
53 nec obſtare videtur tex. † in d. l. poſſeſſionem; quem à contrario ſenſu Scribentes adducunt, quia præter alias reſponſiones per *Coler. ibidem* relatas, loquitur de amiſſione poſſeſſionis, non autem de tranſlatione, quæ ſatis diuerſa apparent inter ſe, vnde ex diuerſis
54 † non debet fieri illatio *l. Papinianus exuli ff. de minor. cum ſimil.* & ex diuerſitate rerum, diuerſitas rationum conſequitur *l. cum in fundo 81. §. ſi fundus ff. de iur. dotium, Iaſ. in l. 4. §. Cato num. 17. verſic. Circa primam oppoſitionem ff. de verbor. obligat.*

Octauus eſt caſus quando pater, aut
55 teſtator † teſtamento iuſſiſſet, vt res immobiles pupilli, vel minoris abſque Iudicis decreto alienarentur, vel venderentur, quia cum hoc caſu res ſint vendendæ ex iudicio teſtatoris, rectè illas pupillus cum tutoris authoritate alienare poteſt *l. 1. verſic. Præterea, ff. de rebus eorum, & l. 1. & l. 3. vbi Bald. hoc notat C. de præd. minor. Decius in capit. præſenti numero 35. de probation.* cum alijs relatis *per Guttier. de tut. & cur. dicta parte 2. cap. 5. verſic. Secundò principaliter,* quibus addo cumulata per *Fab. de Mont. in tractat. de emption. & vendit. 5. quæſt. principal. prope num. 99. verſic. Item quintò, folio mihi 219. Iodoc. Domhoud. de ſubhaſtat. capitulo ſecundo ſub num. 19. verſic. Quarta exceptio.*

Declara omnes ſupradictos caſus in pupillo exemplificatos locum habere etiam in minore, nam pupillus
56 † & minor in iure parificantur; prout omnes alij, qui alieno reguntur patrocinio, adeo quod diſpoſitum in vno ipſorum vendere, vel alienare prohibito, debet habere locum etiam in alio *l. Fulcinius §. Adeo; vbi Alex. ff quib. ex cauſ. l. properandum §. final. C. de iudic.* cum alijs allegatis per *Iodoc. Domhoud. in Enchirid. parium, ſeu ſimil. in verbo, minor. & in verbo, Pupillus, inter comm. opin. ſintag. tomo 4. folio mihi 207. & folio 217.*

Nonus eſt caſus, quando minor in
57 patria poteſtate † conſtitutus cum patris præſentia authoritate & conſenſu acceſſit in inſtrumento ſecundum formam Ritus huius Regni ſtipulato, & ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ de Senatuſconſult. Macedon. etenim hoc caſu rectè viuente patre citari poteſt, & demum ex contumacia, & periurio in carceribus poni, vt diximus ſupra *in decima ampliat. principal. numero 38. limitatione ſeptima, & Galter. in praxi inſtrumentar. in 2. 2. part. principal. rubr. vnica numero 63. verſic. Idem quoque.*

Declara hunc caſum procedere patre tantum viuente, vt latius diximus ibidem, vbi videas quomodo procedere poſſit.

Amplia hũc caſum multò magis pro-
58 cedere, qñ filiusfamilias † minor pro patre excarcerãdo intercederet, quia ẽt ſi præſentia, & cõſenſus patris deficeret vali-

validè, & efficaciter obligari poteſt, opus enim pium fouere videtur patrem excarcerando, vt concludit *Philip. Paſchal. & Anton. Hering.* in locis commemoratis à nobis in *dicta decima ampliatione principal. num. 27. verſ. Amplia ſupradictam primam limitationem,* nec aliqua reſtitutio in integrum competit
59 † cum lex faciat eundem obligatum minorem ætate maiorem, *Guttier. de tutel. & cur. par. 2. cap. 5. num. 68. & num. 69. verſic. Quartò limitatur.*

Decimus caſus eſt, quando minor decem, & octo annis aſſerendo cum iu-
60 ramẽto † maiorum obligationi ſe ſubmiſit, & promiſit nunquam contrauenire, hoc enim caſu validè, & efficaciter obligatur, vt ex communi * ſententia firmat *Philip. Paſchal. de vir. patr. poteſt. par. 2. cap. 1. num. 108. verſic. Verum ſi ſciens, fol. m. 155. Andr. Gail. practic. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 65. num. 1. folio mihi* 182. & ibi limita, vt per eum, vt diximus etiam *ſupra num.* 19. & hoc caſu carcerari poſſe firmat *Grammat. deciſ. 12. & Canar. de execut. inſtr. quæſt. 16. relati per Galter. in prax. inſtrumentar. 2. 2. par. princip. nu. 23. in fin.* alios * citat ſic firmando ex magis * communi *Tuſc. pract. concluſ. concluſ. 522. num. 7. verſic. Contrariam in verbo, Iuramentum.*

Amplia hunc caſum huic minori
61 † reſtitutionem in integrum non concedi, *Rouit. in pragm. 1. de minor. citat Minſing. obſer. cent. 4. obſeruat. 20.* vbi hoc declarat, & magis explicitè *per Odd. in tract. de reſtit. in integr. q. 24. per totam.*

Declara hũc decimum caſum, quòd licèt non detur eidem minori reſtitutio
62 in integrum, non tamen † denegatur, quin opponere poſſit contractus nullitatem ob non ſeruatas ſolemnitates à iure requiſitas, *vt per Odd. dicta quæſt. 24. art. 4. num. 26. verſic. In contrarium;* vbi de communi, * quem cum alijs refert *Mareſcott. Var. reſolut. lib. 2. cap. 63. num. 1. verſic. Nihilominus folio mihi* 125. addo *Mancin. de iuram. ead. quæſt. 14 prim. effect. num. 1. & 2. verſic. Romanus, folio mihi* 204.

Vndecimus caſus eſt, quando minor
63 cum iuramento † bona alienat, nam cum hoc caſu iuramentum firmet contractum etiam deficiẽte Iudicis decreto, & curatoris authoritate, ipſe contractus ſuſtinetur, & ex iuramento conualidatur *tex. in authent. ſacramenta puberum C. ſi aduerſus venditionem,* quæ ſecundum Doctores multos diuites ad paupertatem reduxit, vt refert *Bertazz. de clauſ. clauſ. 8. gloſ. 1. num. 1. verſic. Refert tamen, Guttier. de tutel. & cur. parte 2. cap. 5. num. 72. verſic. Septimò, folio mihi* 145. *Rouit. in d. Regia pragmatica 1. de minor. num. 32. in poſtrem. editione folio mihi* 401. vbi refert triginta-quatuor Doctores hanc partem ſuſtinentes, & ſeptem alios repugnantes, *Philip. Paſchal. vbi ſupra num. 109. verſic. An autem, Mancin. de iuram. p. 4. effect. 1. quæſt. 15. num. 2. verſic. Cinus autem cum allegat. Caual. de tutor. & curator. num. 168. verſic. Quæ autem fol. m. 96.*

Declara hunc caſum, vt nec certio-
64 ratione minoris † opus ſit, ex qua inſtruatur de dicto beneficio, vt per eundem *Philip. Paſchal. vbi ſupra num. 107. verſic. Sed re vera* cum allegatis, quibus addo *Ceual. comm. contr. comm. q. 723. nu. 5. verſic. Sed contrariam vſque ad finem,* vbi ſic teſtatur *nu.* 12. practicari & non eſſe de hoc dubitandum affirmauit *fol. m. 98. Gab. comm. concluſ. in tit. de iureiurand. concluſ. 3. verſ. Cõtrarium, Kirchou. comm. opin. concluſ. 68. folio mihi 106. in verbo, Minor. Mancin. de iurament. par. 4. d. effect. 1. quæſtione 13. num. 21. verſic. Contrariam, folio mihi* 203. & ſic

 teſta-

teſtatur fuiſſe decisum *per Rot. Roma-*
* *nam*, & ab hac vti magis cõmunis * in
iudicãdo non eſſe recedendum affir-
mat, cum alijs ab eo cumulatis, addo
etiam *Corn. in tract. de abſolut. iuram. par.4.caſu 8.num.10.verſic.Contrariam, folio mihi 508.*

Amplia hunc caſum etiam proce-
65 dere in minore, † qui iurauit non con-
trauenire ratione minoris ætatis, aut
alia quauis cauſa, & multò magis ſi
renunciauit omni legũ auxilio eſt ma-
* gis communis opinio, * de qua *Pariſ. conſil.96.num.62.& num.66.* quem
cum alijs ſequendo citat *Mancin. dicta quæſt.13.num.3.verſic. In ſecundò,*
vbi moderat non procedere, ſi minor
enormiter lædatur, *vt ibi num.5.verſic. Limitatur,* adeo vt in hoc caſu non ſit
66 concedenda † abſolutio à iuramento,
cum per iuramentum prꝭſtitum ſit prę-
cluſa via ad obtinendam dictam abſo-
lutionem, *Corneus in tract. de abſolut. iuram. parte 4.caſu 8. num.5. verſic.Sed bene,* licèt in caſu ſimpliciter propoſi-
to non eſſe, nec etiam neceſſariam ab-
ſolutionem ab eo affirmatur *ibidem nu. 2.verſic.Et hoc caſu, folio mihi 506.*

Duodecimus caſus diſcutiendus eſt,
67 quando minor † etiam ad ſui vtilita-
tem rem immobilem abſque Iudicis
decreto, & alijs ſolemnitatibus vult
alienare, quia, quamuis aliqui non
contemnendæ authoritatis ſuſtineant
hoc de iure eſſe permiſſum, *vt per Tiraquell. gloſ.8.quæſt.8. de leg.connub.*
Tamen contrariam ſententiam ſuſti-
68 net † *Simoncell. de decret.par.2.inſpect. 17.* vbi falſam aſſerit contrariam opi-
nionem,& firmat hoc non eſſe in iure
permiſſum ex claro *tex. in l.magis puto §.ſi æs alienum ff.de reb. eorum,* quos om-
nes commemorat *Fachin.controuerſ.iur. lib.3.cap.3. folio 289.* vbi ad contraria
argumenta reſpondet.

Decimustertius caſus inſpiciendus
69 eſt, quando tutor † pupilli nomine de-
bita contraxit, & tam tutorio, quàm
etiam proprio nomine in contractu ac-
ceſſit, etenim hoc caſu, nõ ſolum duran-
te, ſed etiam finito tutelæ officio contra
tutorem,& eius bona parata exequutio
relaxatur *l. cum quædam verſic. Inuenimus,& verſic.Damus igitur,& l.ſi non ſulſcripſiſti C de adminiſtrat. tutor. Rebuff.de liter.obligat.art.2.gloſ.1.num.96. & num.97.relatus per Coler. de proceſſ. exequut. par.2.cap.3.num.246.folio mihi 508.*& diximus etiam latè *ſupra ampliat.4.princip. in fine.*

Decimusquartus caſus eſt, quando
70 minor veniam † ætatis impetrauit,
quia licèt hoc caſu poſſit rectè in in-
ſtrumento accedere,& contra eumdem
impetrantem executio parata dicatur,
Chartar.deciſ.Genuæ 64.num.2.& plenè Guttier.de tutel.& iur.par.2.c.5.nu.71. verſic. Sextò fallit, ſol.mihi 144. tamen
eius bona idem minor obligatus non
poteſt hipothecæ ſubmittere, etiam im-
71 petrata † venia abſque Iudicis decreto
l.3.C.de his qui veniam ætat.vbi Bald.Salic.Caſtr.& alij Scribentes hoc notant,&
propterea quamuis dictus minor te-
72 neatur quo ad actionem † perſonalem,
non tamen teneri poteſt quo ad actio-
nem realem, *Tiraquell. de nobil. cap.20. num.42. Simoncell.de decret. lib.3.tit.8. num.23.cum alijs allegat. per Chartar.dicta deciſ.Genuæ 64.num.1 & 2.folio mihi 174.Guttier.vbi ſupra d.num.71.*vbi
communem * eſſe affirmat *Felic. de cenſ. par.2. cap.2. num.10.verſic.Pubes, circa medium.*

Decimusquintus caſus eſt, qñ mi-
73 nor vult vendere † annuum cenſum,in
quo licèt ſimpliciter loquendo, debeãt
interuenire omnes ſolemnitates requi-
ſitę in alienatione bonorũ immobilium
eiuſdem minoris, *Tiraquell. de retract.*

Lignag.

Lignag. §. 1. *gloſ.* 6. *ſub num.* 6. cum alijs allegatis per *Intrigliol. de cenſib. quæſt.* 81. *nu.* 1. 2. & 3. *fol.m.* 254. vbi etiam *Conuerſ. Felician. de cenſib. lib.* 2. *capit.* 2. *num.* 10. *verſic. Pubes.*

Tamen quando ſortem, & pretium receptum in venditione eiuſdem cen-
74 ſus, vult conuertere † in redẽptionem alterius cenſus, & maiores vſuras euitare, hoc caſu poteſt minor abſque Iudicis decreto redimere annuum cẽſum, & in eius obligatione ſe ſubmittere abſque Iudicis decreto, vt firmat *Gaſpar. Roder. de ann. reddit quæſt.* 14. *nu.* 14. & hanc opinionem referendo eundem Roder. ſuſtinet *Conuerſ. ad Intrigliol. d. quæſt.* 81. *in lit. B. in fine.*

Amplia hunc caſum procedere etiam in minore, qui cum tutoris authoritate vigore pacti de retrouendendo per eumdem minorem appoſiti, ſiue eius patris, aut teſtatoris, à quibus cauſam habet, vult retrouendere cenſum impoſitum cum tutoris, vel curatoris authoritate, hoc inquam caſu poteſt eundem cenſum retrouendere, abſque aliqua iuris ſolemnitate, vel decreto, adeo quod in futurum nec pro cenſibus decurſis, nec pro fructibus, neque pro ſorte principali moleſtia aliqua affici poteſt, vt firmat *Gaſpar. Roder. in tract. de ann. redditibus lib.* 2. *quæſt.* 15. *nu* 80. & *ſeq.* quem ſecutus eſt nouiſſimè *Cenc. in tract. de cenſibus part.* 1. *cap* 1. *quæſt.* 3. *artic.* 7. *nu.* 6. *verſic. Sed dubitari,* & reſoluit *nu.* 10. *verſic. Attamen, poſt Rot. Roman. in deciſ.* 294. *num.* 1. & *deciſ.* 186. *num.* 5. ab eodem poſt dictum tract. impreſſis.

Moti ea ratione, quia retrouenditio ſupradicta eſt neceſſaria ex parte creditoris, & vti talem non requirere Iudicis decretum *l.* 1. §. 1. *l. magis puto* §. *ſi pupillus ff. de reb. eorum. Simonc. de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *inſpect.* 16. *num.* 119.

Sed huiuſmodi opinionem in praxi nõ exiſtimo tutam, quia licèt retrouenditio ſit neceſſaria ex parte creditoris, & voluntaria ex parte debitoris, nihilominus dum ex qualibet læſione minor in integrum reſtitutione potitur, & ne tutor, vel curator teneatur de proprio, Iudicis decretum in ſupradicta retrouenditione interponere, à qua non videtur diſſentire idem *Cenc. vbi ſupra num.* 13. *verſ. Bene verum,* & *vide caſum ſequentem verſ. Et in duobus.*

Decimusſextus caſus occurit in mi-
75 nore, qui fideiuſſioni acceſſit † medio iuramento, in hac re, cum ſalus animæ ſit præferenda cęteris rebus, efficaciter ex vi iuramẽti obligationi vti fideiuſſor ſupponitur. *Iaſon in l.* 1. *num.* 6. *ff. ſi quis in ius vocat. non ierit, relatus per Anton. Hering in tract. de fideiuſſor. cap.* 7. *num.* 103. *verſic. Secundò fol. m.* 142. & pro hac determinatione videas quę ſupra retulimus *num.* 63. & *infra num.* 84. *hac ead. limit.* 11. & quando poſſit obligari cum interuentu, & abſque interuentu curatoris videas *eundem Hering. ibid. num.* 86. & *num.* 87. *folio mihi* 140.

Et in duobus caſibus ſuperius enarratis competit eidem minori reſtitutio in integrum, quando vel eſt læſus, vel dolo, & metu circumuentus, vt fuit deciſum per *Sacr. Conſil. referente Afflicto in deciſ.* 322. *num.* 10. *verſ. Hoc etiam, vbi Vrſill. num.* 1. *verſic. Quintò,* & ibi quicquid in contrarium ſuadeat communis opinio, in ſupradictis caſibus minoribus reſtitutio in integrum eſt concedenda, *vt ex Mancin. de iuramen. part.* 4. *effect.* 3. *Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.* 96. *num.* 11. *Odd. de reſtit. in integr. part.* 1. *quæſt.* 24. *artic.* 2. & *ſequent. refert Flau. Tort. ad Stat. Pap.* 24. *num.* 7. *verſic. Et communis fol. m.* 299.

Decimusſeptimus caſus proponitur,

76 tur, quando minor † eſt debitor ex cauſa fiſcali, ſiquidem in hac facti ſpecie abſque dubio poteſt capi, & carcerari, *Feſtaſ. in tract. de æſtim. par. 2. cap... num. 19. Graſſ. in tract. de except. in prælud. num. 161. verſ. Quod dictum.*

Declara omnes ſupradictos caſus, & alios inferius proponendos, in quibus concluſum eſt minores poſſe car-
77 cerari, reſidere † in Iudicis arbitrio, qui conſideratis, aſpectu, negotio, debito, cauſa, fragilitate, & qualitate, *iuxta cap. ſicut dignum 6. de homicid. & l. ſacrilegij pœna ff. ad leg. iul. pecul.* poterit arbitrari, an carceribus tradendum, vel non tradendum ſit, vt ex *Caualc. Soar. & Brun. concludit Graſſ. in d. prælud. numero 150.*

Decimusoctauus caſus eſt, quando
78 minor cõduxit domũ, etenim † quamuis inuecta, & illata liceat locatori retinere, tamen non licet bona minoris retinere, niſi ea quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt latè per *Caroc. de locat. quæſt. 8. num 12. verſic. Negatiua in tit. de inuect.* vbi limitat in ſcolari minore, vt latius per eumdem.

Decimusnonus caſus eſt in furioſo,
79 & mentecapto, † qui ſi tempore ſanæ mentis fuit condemnatus, non ſit executio contra eos, vel mẽte captos euaſos, vel furioſos repertos, quicquid enim vident ignorant, & pati non intelligunt, *Bertrand. d. conſ. 462. vol. 4. Duen. regul. 259. num. 3. Coler. de proceſſ. execut. part. 3. cap. 3. nu. 194.* quos allegat hoc firmando *Monach. in d. deciſ. 58. Rot. Bonon. num. 23. verſ. In furioſis.*

Vigeſimus caſus erit vidẽdus in pro-
80 digo, † quià foro, & iudicio arcetur quando bonis interdictum eſt, nec hoc caſu conueniri poſſe firmat *text. in l. Fulcinus §. adeo in fine ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur l. 1. C. de curator. furioſ. cum ſimilib. allegat. per Schenchium primo iudicior. tit. 8. relatum ad verbum per Gothofred. in prax. ciuil. lib. 2. tit. 4. de in ius vocand. fol. m. 406. col. 2.* vbi fu-
81 rioſo † ſtatim furore ſequuto agnati ipſo iure curatores efficiuntur, Prodi-
82 go autem non eſt dandus † curator, niſi bonis interdictum ſit, *Angel. Aretin. relat. in §. furioſi inſtitut. de curator. vbi etiam Oinotom. num. 6. verſic. Secundò, vt alij.*

Declara ſupradictos caſus 18. & 19. in quibus verba fecimus de furioſo mentecapto & prodigo, hi enim
83 omnes cum pupillis † & minoribus æquiparantur, *vt d. l. Fulcinus §. adeo, vbi Alex. cæterique Scribentes* de qua re latè ſcripſit *Dambhoud. in d. Enchirid. parium, aut ſimil. in verbo, furioſus, relatus in commun. opin. ſintag. vol. 4. fol. m. 119.*

Vigeſimusprimus caſus inſpiciẽdus
84 eſt, quando famulus † librarij minor, ad nundinas pro emendis libris miſſus fuit, ſiquidem hac in re, nedum nequit obligari, verum etiam nec vti ſuſpectus ratione dictæ emptionis carcerari, ſiue detineri. Minor enim non poteſt nec ſe obligare, nec pro alio intercedere, *Gram. conſil. ciuil. 17. per totum, relatus per Gothofred. prax. ciuil. lib. 1. tit. 6. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. quæſt. 224. fol. m. 401. col. 1.*

Vigeſimusſecũdus caſus eſt, quãdo
85 minor conuenitur vigore apocę † eius manu, & cum authoritate, & conſenſu eius curatoris conſcriptæ, etenim hoc caſu poſſe carcerari fuit deciſum in Sacr. Reg. Conſ. vt refert *Rouita in Reg. Prag. 63. nu. 2. in fine de offic. procur. Cæſar. quem Thorus* poſt hæc ſcripta viſus allegat, ita firmando *in compend. deciſion. in verbo, Minor conuentus, fol. m. 336. in 2. impreſſione.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM

LIMIT. XII.

1 *Alimenta largè, & ſtrictè intelliguntur.*
2 *Pauper petens creditori alimenta ſingulo die duos panes ſaltim debet habere.*
3 *Creditor requiſitus ad præſtandum alimenta debitori pauperi carcerato, recuſans præſtare, non poteſt impedire liberationem eiuſdem debitoris.*
Contrariam partem tenent multi num. 4.
Sed prima opinio verior eſt num. 5.
6 *Afflicti authoritas in Regno maxima eſt.*
7 *Carceratus de iure debet alere ſe ipſum, ſi fieri poteſt.*
8 *Pauper quis dicatur.*
9 *Paupertas, quando dicatur probari.*
10 *Debitori, cui denegatum eſt beneficium ceſſionis, non ſunt præſtanda alimenta.*
11 *Pauper, qui eleemoſinis ſuſtinetur, non debet habere alimenta à creditoribus.*
Nec etiam quando conſuetudo eſt in contrarium num. 12.

LIMITATIO XII.

An Pauper debitor carceratus, cui alimenta per creditorem denegantur poſſit impunè à carceribus dimitti?

1 ALIMENTA duplici modo ſumuntur, † aut ſunt vitæ humanæ neceſſaria, & intelliguntur de victu, veſtitu, & habitatione *l. legatis*, 6. *& l. vlt. ff. de alim. legat.* aut ſunt adeo neceſſaria, vt ſine illis, quis fame perire poteſt, cum non habeat vnde viuere poſſit, & hæc ſtrictè ſunt intelligenda, non ad decentiam ſtatus, vt in primo caſu, ſed ad paupertatis exigentiam, vt latè per *Ioann. Azor. inſtit. moral. lib.* 2. *capit.* 12. *part.* 2.

Et ideo debitor pauper carceratus, ſi petat alimenta à creditore debet ha-
2 bere † ſaltim duos partes ſingulo die *l. Iudices vbi Doctores C. de epiſcop. audient. Tuſcus in verb. carceratus, concluſ.* 90. *num.* 3. cum qua concordat Reg. Pragmatica 3. de officio mag. iuſtit. *vbi Rouit.* hoc notat *Tap. de iur. Regni in tit. de cuſtod. reorum*, vbi ex diſpoſitione Bannorum Magnæ Cur. Vic. Vnciæ viginti ſeptem, quæ præſtabantur vigore dictæ Reg. Prag. ſunt redactæ ad libras duas panis pro ſingulo die carcerato debitori præſtandas.

3 Creditor autem ſi fuerit citatus, † & requiſitus ad præſtandum aliméta debitori pauperi carcerato, ſi ea præſtare renuerit, Iudex poteſt abſque fideiuſſoribus dictum debitorem à carceribus liberare, nec tenebitur hoc caſu idem Iudex ad aliquod intereſſe per creditorem prætenſum, *Gloſ. ſingular. in l. fin. in verb. agnoſcere C. de erogat. milit. ann. lib.* 12. *Farinac. de carcer. quæſt.* 27. *num.* 149. *verſ. Limita hanc*, vbi plures adducit, quibus addo *Caualcan. de Bracch. Reg. part.* 2. *num.* 291. *verſ. Reſtat, fol. m.* 88. *Coler. de proceſſ. execut. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 93. *verſ. Fallit ſecundo, Ranchin. ad Pap. in deciſ.* 48. *fol. mihi* 629. *Gramm. deciſ. Luſit.* 261. *num.* 1. *& num.* 3. *fol. m.* 216. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 71. *num.* 1. *fol. m.* 61. *Carau. ad Afflict. in d. deciſ.* 71. *Graff de except. in prælud. num.* 179. *verſic. Et nota, & num.* 180. *Franc. Scagl. in prag.* 3. *num.* 1. *verſ. Ad quæ, in tit. de ceſſion. bonor. Franc. Anton. de Iudice in prax. de liquid. inſtr.* 4. *conſid. nu.* 72. *verſ. Sed hic, vbi etiam Addentes.*

4 Contrariam partem, † quod creditor hoc caſu non debeat alimenta præſtare inopi debitori, & propterea Iudex non poſſit illum abſque fideiuſſione relaxare, ſi tamen pro alimentis non poteſt executio fieri in eius bonis, carce-

carceratus eſt relaxandus, ſed cum beneficio ceſſionis bonorum, tenet *Afflict. deciſ.71. num.4. verſic. Et propterea*, vbi teſtatur ſic fuiſſe de voto omnium deciſum, eum etiam refert *Farinacc. vbi ſupra d. num.149. verſic. Et licèt Afflictus*, eumdem etiam Afflict. impugnando refert *Surd. vbi ſupra nu. 3 verſ. Et verum* hanc eandem Afflicti opinionem videtur defendere *Gamm. d.deciſ.261. ſub num.3. verſ. Aduertebam*, vbi alios pro hac ſententia allegat, *Capiblanc. in tract. de Baron. in prag. 19. num.12. verſ. Sicque, fol.305. & nouiſſimè, Thor. in compend. deciſ. in verbo, carcerati quamuis, fol. mihi 75. in 2. editione*.

5 Communis tamen opinio † eſt contra ✶ Afflictum, & licèt Gloſ. ſuperius allegata hoc nõ dicat, tamen communi ✶ calculo eſt approbata, vt inquiunt præfati Doctores omnes vno ore, & præcipuè *Farinacc.* vbi diſtinguit eſſe diuerſum beneficium paupertatis à beneficio ceſſionis bonorum, & *Coler. vbi ſupra*, ibique ſubdens, quod carceratus ſi hoc caſu non relaxetur, poteſt agere contra detinentem actione iniuriarum, vt inquit etiam *Curauit. ad Afflict. Surd. Gamm. & alij ſupra relati* ✶ communiter.

Et licèt Afflicti authoritas in Regno
6 † ſit magna, & deciſ. Sacr. Reg. Conſ. faciat ius apud nos, vt diximus ſupra paſſim; tamen opinio communis videtur magis pia, & creditores debẽt cautius agere cum debitoribus contrahendo, adhibendo omnia poſſibilia remedia, vt inquit *Coler. vbi ſupra ſub num. 97. verſ. Ideoque cauti ſint*.

Hanc tamen opinionem ſupra firmatam declara procedere, quando de-
7 bitor † eſt pauper, & non habet vnde poſſit alimoniã quærere, de iure enim debet carceratus ſe ipſum alere, *l. quemadmodum §. magiſtratus ff. ad leg. Aquil. cum pluribus alijs iuribus, & authoritatibus relatis per Surd. vbi ſupra num. 1. Gamm. d. deciſ.261. ſub num.2. verſ. Sed nimis*.

8 Pauper autem dicitur ille, † cuius bona nec ad ſolutionem debiti, nec ad impenſas neceſſarias ſufficiunt, vt poſt *Maſcard. Menoch.* & alios firmat *Giurb. deciſ.118. num.6. verſ. Si abſolutè, vbi num.5.* arbitrarium Iudicis eſſe affirmat.

Et ſatis de paupertate conſtare di-
9 citur, † quando debitor non habet aliunde alimenta, niſi ex eleemoſinis, & ideo in hoc etiam caſu creditorem obnoxium eſſe ad præſtationem alimentorum, ſcriptum reliquit *Gamm. d. deciſ.261. num.2. verſ. In ſecundò*.

Limita, & declara modò ſupradictam communem opinionem ſupra fir-
10 matam, quando debitori † ex delicto, vel alia culpa, fuit per ſententiam denegatum ceſſionis beneficium, quia hoc caſu, non debet, nec poteſt creditor compelli ad præſtationem alimentorũ, vt teſtatur fuiſſe deciſum, *Gamm. d. deciſ.261. num.3. verſ. Limita*.

Limita, & declara, quando carcere
11 deuictus † eleemoſinis alicuius confraternitatis victum haberet, vt in quamplurimis Ciuitatibus Italiæ piè ſeruatur, etenim hoc caſu dummodo carceratus ſuſtineatur, donec à carceribus liberetur, creditor eximitur à præſtatione alimentorum, vt concludit ſupradictus *Gamm. eadem deciſ.261. nu. 2. verſic. Quod ſi obijciatur*.

Limita, & declara non procedere
12 quando de conſuetudine † alicuius loci eſſet introductum, quod carcerati viuerent eleemoſinis tranſeuntium, prout in aliquibus locis teſtatur ſeruari *Coler. de proceſſ. execut. d. part.1. cap. 6. num.98. verſic. Quod tamen,* ſiquidem

dem in hac facti ſpecie creditores rele-
uantur à præſtatione alimentorum, vt
per eumdem *Coler. ibidem*.

SVMMARIVM

LIMIT. XIII.

1 *Senectus ſexta hominis ætas appellatur, & in tres partes diuiditur.*
Dicitur terminus ætatis num. 2.
Ab anno ſexageſimo dicitur incipere numero 3.
4 *Senilis ætas ab annis ſeptuaginta dicitur incipere.*
Non poteſt in ea quis pro debito ciuili carcerari num. 5. Sed vide num. 7.
Veneranda eſt num. 6.
Datur tamen de iure detentio contra dictam ætatem num. 7.
8 *Prudentia hominum eſt canities.*
9 *Senectutis merita recenſentur.*
10 *Senibus debetur reuerentia, vt fœminis.*
Non poſſunt compelli ad teſtificandum num. 11.
Connumerantur inter miſerabiles perſonas num. 12.
In viſitationibus carceratorum à carceribus dimittuntur num. 13.
Reſtitutione in integrum potiuntur n. 14.
Poteſt obligari in ſenectute medio iuramento num. 15.
In criminalibus arctius detineri nequeunt num. 16.
Septuagenarij non poſſunt compelli ad teſtificandum num. 17.
Poſſunt tamen in eorum domibus conſtringi ad examinandum num. 18.

LIMITATIO XIII.

An ſenex poſſit pro debito carcerari?

1 SENECTVS ſexta † hominum æ-
tas nuncupatur, Primaque pars
ab anno quinquageſimo ad ſeptuage-
ſimum protenditur, ſecunda pars à ſe- Ricciu. col. lect. 2215 p. 6 fol. 85
xageſimo ad ſeptuageſimum extendi-
tur, tertia verò reliquum ætatis confi-
cit, vt per *Scard. Lexic. iuris in verbo, ſe-*
2 *nectus*, & ætatis terminum, † & ſe-
nium appellamus, *vt per Gothofred.*
prax. ciuil. tit. 5. de ſtat. hominum lib. 1.
tit. 3. fol. m. 285. Caſſan. in conſuetud.
Burgund. rubr. 6. §. 4. in text. An aage
num. 20. verſic. Sexta, fol. m. 859.
In iure verò, licèt ſenectus, vel ſe-
3 nium ab anno † ſexageſimo videatur
incipere, *Abb. in cap. fin. numero 18.*
& 19. verſic. Ego puto cum addition.
ad eum extra vt lit. non conteſt. & in
capit. ſi qui teſtium de teſtib. & Iudi-
cis arbitrio hoc ſit remiſſum, vt inquit
Menoch. de arbitrar. Iudic. caſu 59. in
fin. & Thom. Actius in tract. de infirmit.
par. 1. cap 19. nu. 7. & 8. fol. 40. Andr.
Gail. pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 92.
num. 7. verſ. Qui autem, Baiard. ad Clar.
quæſt. 60. num. 27. & 28. Nouar. in
Prax. elect. fori quæſt. 19. num. 3. verſic.
Alia fuit opinio, Farinac. de teſtib. quæſt.
78. cap. 2. num. 60. verſic. Secus in fine,
tamen communis Doctorum opinio eſt
4 quod † ſenilis ætas ſit annorum ſeptua-
ginta, vt per *Farinacc. in prax. crimin.*
quæſt. 41. de indic. & tortur. num. 26.
verſ. Et licèt, fol. m. 148. licet arbitra-
rium Iudicis eſſe affirmat *Ricc. deciſ.*
234. num. 3. part. 2. relat. per Nouar. vbi
ſupra, & propriè in hac ætate ſenes vo-
cantur *Thom. Act. vbi ſupra nu. 7. ver-*
ſic. Et tales. Carauit. in Rit. 156. in princ.
Hi enim pro debito ciuili carcerari
5 † non poſſunt, *Anchar. conſ. 336. nu. 2.*
verſ. Et ſicut, Intrigliol. in conſ. 18. num.
1. relati per Graſſ. in tract. de except. in
prælud. num 177. verſic. Idem eſt, fol. m.
75. Baez. in tract. de inop. debitor. cap.
7. relatus per Philip. Paſchal. de virib.
patr. poteſt. part. 2. cap. 9. num. 83. ver-
ſic. Item debitor. Thor. in compend. deciſ.
in

Digitized by Google

in verbo, ſenex ſeptuagenarius, fol. m. 497. in 2. edit. quia venerandi ſunt ſenes † *l. ſemper ff. ad municipal.* & ſenectus infirmitati æquiparatur *cap. 1. verſic. 1. de cleric. egrotant. in 6. Domboud. in Enchirid. par. & ſimil. in verbo, ſenectus, & ſterilitas, verſic. Et textus,* licèt inter infirmos non ſint connumerandi, *Doctores in d. cap. final. Thom. Act. d. cap. 19. nu. 2. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 26. num. 6. verſic. Cæterum,* & eorum ſtatus eſt afflictionis, vt in Eccleſiaſt. *cap. 13.* dum ibi dicitur, *Memento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ antequam veniat tempus afflictionis tuæ.*

Contrariam partem, quod ſenes
7 † etiam ſeptuagenarij poſſint carcerari, vel ſaltim detineri per palatium, vel in aliqua camera ſuperiori, tenet *Oſaſ. deciſ. 123. num. 4. verſic. Quibus rationibus,* vbi ſic teſtatur fuiſſe deciſum, *Menoch. de arbitr. iudic. caſu 305. nu. 8. Monach. deciſ. Bonon. 68. nu. 33. verſic. Ita ſeptuagenarius, Thom. Act. d. cap. 19. num. 13. verſic. Et idem, Philipp. Paſchal. de virib. patr. poteſt. d. part. 2. cap. 9. d. num. 83. verſic. Idem debitor, Becc. in conſ. 10. in fin. allegat. per eum-
8 dem Paſchal. ibidem,* quia canities † hominum eſt prudentia, *cap. vlt. 84. diſtinct.* & corona dignitatis canities dicitur, quando in vijs Iuſtitiæ reperitur, *Prouerb. 16. in fin. & Luc. de Penn. in l. vnicuique 7. ſub num. 18. verſic. Sic, de prox. ſacror. ſcrin. lib. 12.*

Sed ego non recederem à prima opinione, quæ magis pia, & æquior videtur: Non eſt enim ſpernẽdus homo, vt inquit *Eccleſ. 8.* in ſua ſenectute, etenim ex nobis ſeneſcunt, & corona dignitatis eſt ſenectus, vt *Prouerb. 16. & Macrob. lib. 3. Saturnal. inquit,* Vetuſtas
9 quidem † nobis, ſi ſemper ſapimus, adoranda eſt, *& Valer. Max. lib. 2.* ſcriptum reliquit ſenectutem excellenti ſſimis iuuamentis decoratam in altiſſimo Maieſtatis faſtigio apud Romanos fuiſſe,
10 quia eis debetur reuerentia † peculiaris, vt fæminis, & minorum priuilegijs potiuntur *Monach. deciſ. Bonon. 88. num. 30. verſ. Vti.*

Et fori electionem habere dicuntur, *Ricc. in collect. deciſ. 1623. par. 5. Afflict. deciſ. 25. num. 1. Thor. in compend. deciſ. in verbo, ſene decrepito, fol. m. 498. in vltim. impreſſione, Vinc. de Franc. deciſ. 508. Nouar. in prax. elect. fori quæſt. 18. num. 1. vbi alios adducit,* Quia inter miſerabiles perſonas connumerantur, vt ex multis alijs firmat *idem Nouar. vbi ſupra.*

11 Et hac ratione non poteſt † cogi ſenex ad teſtificandum, quod etiam introductum eſt ad eorum fauorem, vt latè per *Odofred. in l. inuiti la 1. ff. de teſtib.* relatum cum alijs per *Farinacc. de teſtib. d. quæſt. 78. num. 59. verſic. Limita 1.* vt latius etiam infra dicemus, &
12 eorum ſtatus † inter miſerabiles perſonas connumeratur, & earum priuilegium à iure conceditur, *Viu. deciſ. 65. num. 4. verſic. Et hæc omnia part. 1.* &
13 ideo in viſitationibus † carceratorum à carceribus dimittũtur, vt inquit *Stephan. Gratian. in 2. lib. diſcept. forenſ. cap. 328. num. 14.* relatus cum alijs *per Philip. Paſchal. in d. tract. de virib. patr. poteſt. d. cap. 19. num. 83. verſic. Imò,* vbi hanc opinionem æquiorem * appellat, & quemadmodum minores carcerari nequeunt, vt diximus ſupra, ita etiam ſenes, qui minoribus ęquiparan-
14 tur, † & reſtitutione in integrum potiuntur, vt per *Odd. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 3. num. 11. & 12. verſic. Quantum verò, fol. m. 22.* carceribus non ſunt coercendi.

Declara tamen ſupradictam concluſionem ſupra firmatam non pro-
15 cedere, quando ſenex † in ſupradicta

ætate

ætate ſe obligauit medio iuramento, quia quemadmodum pupillus, & minor iuramenti vinculo deuinciuntur, vt latè diximus ſupra *in limit*. 11. ita etiam ſenes minoribus æquiparati, vt diximus, validè,& efficaciter obligantur, & vigore obligationis contractæ carcerantur, *Anchar. in quæſt*.8. *num*.9. *parte* 2. *Carpan. ſuper Statut. Mediolan. cap*.24?. *num*.8. *num*.4. *Gratian. dicto cap*.328. *num*.20. *& ſeq*. quos refert *Philipp. Paſchal. in dicto tract. dicto cap*.9. *ſub dicto num*.83. *verſic. Verum, folio* 297. *Thor. in compend. deciſ. in dicto verbo, ſenex ſeptuagenarius*, vbi etiam in inſtrumento obligationis in ſenectute confecto licèt poſſe carcerari, affirmet tamen debet aſſignari ciuitas loco carceris,& ita pluries fuiſſe deciſum teſtatur, vbi alios adducit.

Primò amplia,vt nec pro cauſa cri-
16 minali † poſſint ſtrictius detineri, imò ſi ſenes carcerati aufugerint carcerum cuſtodes excuſantur, quia non tenentur circa eos, tantam cuſtodiam adhibere, *Boer. deciſ*.217. *num*.16. *verſic. Et ſic etiam, Paris de Put. in tract. de ſindic. in verbo, Carcer, cap*.3. *An ſi num*. 15. *verſic. Etiam debebit, Farinac. quæſt*. 31. *nu*. 148. *verſic. Ampl. quintò, fol. mihi* 59. quos refert *Polid. Rip. in tract. de noctur. temp. cap*.74. *num*. 18. *verſic. Fallunt, folio mihi* 216.

Amplia ſecundò,vt nec poſſint ſe-
17 ptuagenarij † ad teſtificandum compelli,ne dum propter venerationem ipſis debitam, ſed etiam propter defectum mentis eorundem,cum eorũ ætas mater obliuionis appelletur, *Farinac. d. q*.78. *cap*.2. *num*.59. *verſic. Limita primò*, etiam iure canonico inſpecto *cap. ſi teſtes* §. *inuiti* 4. *q*.3. *Rouit. in prag*.8. *nu*. 35. *verſic. Quicquid de ord. iudicior. folio mihi* 502. *in poſtrem. edition*.

Et ſenes à ſenſus diminutione appellantur, *Archidiacon. in canon. tantæ* 26. *diſtinct. Odd. in d. tract. de reſtitut. in integr. d. par*. 1. *quæſt*. 3. *num*. 3. *verſic. Et ſcripſit, & Scard. Lex. iur. vbi ſupra*.

Declara primò, hanc ſecundam ampliationem, vt quamuis non poſſint ad
18 teſtificandum † compelli,& carcerari, tamen benè poſſunt compelli ad ſe ipſos examinandum in eorum domibus, ad quas Iudex tranſmittere tenetur Notarium, vt eorum depoſitiones recipiat, vt ita concordando hinc inde opiniones firmat *Farinac. vbi ſupra dicta quæſt*.78. *num*.63. *verſic. Pro concordia*.

SVMMARIVM

LIMIT. XIV.

1 *Debitor qui tempore contractus non erat ſoluendo, ſi fugitiuus euadit carcerari poteſt.*
2 *Electio mala,eſt in culpa, ſi debitor tempore contractus erat ſuſpectus num*.3.
4 *Noua cauſa ſuperueniens pro capiendo debitore probari debet per creditorem, ſed vide num*.17.
Procedit quando ſuſpicio tempore contractus erat modica nu. 5. *Sed vide nu*. 17.
Vel quando ſuſpicio tempore contractus extabat, ſed creditor eam ignorabat n.6.
7 *Creditor debet eſſe certus de conditione debitoris.*
8 *Quando de damno euitando agitur ignorantia præſumitur.*
Et excuſat in facto proprio num.9.
10 *Ignorantia præſumitur, niſi ſcientia probetur.*
Eſt actus priuatiuus num. 11.
Scientia ponit & affirmat num. 12.
Eo ipſo probatur, donec ſcientia probetur num. 13.
In creditore ſcientia præſumitur nu. 14.
15 *Onus probandi incumbit actori.*
16 *Debitor tempore contractus aſſerens ſe*

 eſſe

eſſe idoneum, poteſt carcerari ſi ſuſpectus euadat,

17 *Debitor ſiue mutauerit, ſiue non mutauerit conditionem in praxi carceratur, ſi ſuſpectus euadat,*

Difficilimum eſt agnoſcere debitorem idoneum, vel non idoneum num. 18.

LIMITATIO XIV.

An debitor, qui erat ſuſpectus tempore celebrati contractus, poſſit etiam ſi noua cauſa non ſuperuenit in carceribus detrudi?

CReditor poteſt proponere contra eius de-
1 bitorem † perſonalem prehenſionem quando idem debitor tempore contractus erat nõ ſoluendo,& fugitiuus,nec eidem creditori permittitur cõpellere debitorem ad præſtãdum cautionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo,ſed mala electio
2 † eſt ex ſua culpa, quàm commiſit acceptando debitorem pauperem pro diuite, *Bart. in l. mulier per illum tex. nu.2. C. de Sponſalib. & in l. Creditores ff. de priuileg. creditorũ, et in l. is à quo in fi. ff. vt in poſſ. ſſ. legator. et in l. quęſitũ ff. de pignorib.*

Et ideo etiam ſi dictus debitor tem-
3 pore † contractus erat de fuga ſuſpectus, non poteſt carcerari, *Regnicolæ in rit. noſtr. in ordine* 170. *vbi Cauenſ. nu.*1. *& Carauit. nu.*5. hoc notant, cum concordantibus allegatis per eos, ſed poſt
4 contractum † debet noua cauſa ſuperuenire,& noua ſuſpicio probari, vt per eoſdem vbi ſupra,& ſecũdum communem ſententiam, ✻ de qua *Paul. de Caſtr. in l. etiam §. licèt nu.3. ff. ſolut. matrim.* de qua etiam ex eodem Caſtr. teſtatur *Guttier. de iuram. confirmat. par.1. cap.16. nu.22. verſ. Sextò pro hac, Graſſ. de except. in prælud. nu.*140. *verſic. Quæ omnia, Roman. conſ.*130. *nu.*3. *verſic. Secundò,* vt probetur *Alex. conſil.*19. *Viſo proceſſu nu.2. lib.3. Dec. conſ.75. Et pro tenui, verſ. Et ideo, Angel. Menoch. de arbitrar. iudic. caſu* 87. *nu:*16. *verſic. Nam mutatio,* hanc etiam opinionem ſequitur *Galter. in prax. crimin. inſtrumentar. rubr.2. 3. par. princip. num.*23, vbi mo-
5 derat quando ſuſpicio † tempore contractus erat modica, & ex-poſt facto creuit,& concludit, quod hoc caſu ſit permiſſa captura, vel creditor per quinquennium, vel per multum temporis ſpacium capturam dicti debitoris non propoſuit,& hoc caſu non poſſe arreſtari dictum debitorem vti ſuſpectum, affirmat, hanc etiam opinionem ſequitur *Aloiſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol.*61. *nu.*7. vbi concludit quod ſi cauſa ſuſpicionis poſt contractũ ſuperuenit, capta informatione per duos teſtes ẽt nõ citata parte examinãdos, qui deponant de ſuſpicione fugæ poſt dictũ contractum, ſi debitũ eſt liquidum debitor arreſtatur, ſecus verò cõcludit, qñ debitor tẽpore cõtractus erat ſuſpectus,& nõ idoneus, hãc ẽt praxim probãdi dictam nouam cauſam refert *Guttier. vbi ſupra d. nu.22. verſic. Et ponunt.*

Limita ſupradictam cõmunem opinionem nõ procedere ſuppoſito, quod
6 dicta ſuſpicio tempore † contractus extabat, ſed illam prorſus creditor ignorabat, tunc enim exiſtimandum eſt, ac ſi ipſa ſuſpicio non adeſſet, argumento *l. mulier, quæ eſt finalis C. de Sponſalib.* allegata in propoſito *per Bartol. in l. quæſitum* 14. *ff. de procurator.* Præſumitur tamen in dubio ignorantia, niſi debitor contrarium probauerit, *Cauenſ. vbi ſupra ſub num.1. verſic. In dubio allegat, Alex. in l.2. num.23. ff. ſolut. matrim. Bald. in l. final. C. de Sponſal. Roder. Suar. in l.2. num.32. tit. de los*

empla-

implazamientos quos refert *Carauit. vbi
ſupra num.6.*
Contra Cauenſem & Rodericum
ſuſtinet idem *Carauit. ibidem verſic. Sed
vtrumque*, motus ex ratione, quod cre-
7 ditor debet eſſe certus † de conditione
debitoris, cum quo contraxit *per l. qui
cum alio ff. de regul. iur.* & ideo approbat
diſtinctionem relatam per ſupradictum
Roder. vbi ſupra num.38. vbi ſi debitor
erat notorius ribaldus, vt eius referam
verba, & ſibi debet imputari, aut erat
mercator ab omnibus idoneus reputa-
tus, & tunc non tenetur creditor pro-
bare dictam ſtatus mutationem, ſed
poterit indiſtinctè carcerari.

In hac contrarietate non puto eſſe
recedendum ab opinione Bartoli *in di-
cta l. quæſitum & Cauenſ. vbi ſupra*, ſiue
enim creditor ſciat, ſiue ignoret, nulli
8 dubium eſt, quod quando agitur † de
damno euitando, ignorantia præſu-
9 mitur, & excuſat etiam in facto † pro-
prio *l. ſed etſi me præſentem in principio,
ff. de condict. indeb. & l. ſi poſt diuiſionem
C. de iur. & fact. ignor.* & ſic ex *Bartol.
Bald. Socin. Dec. Marant. Franc. Marc.*
& alijs, firmat *Menoch. de præſumpt.
lib.6. præſumpt.23. num.37.* Et igno-
10 rantia ſemper præſumitur, † niſi ſcien-
tia probetur *l. verius in principio, vbi
Gloſ. ſuper verbo, Obligatam, ff. de pro-
bat. cap. præſumitur de regul. iur.* plenè
*per Maſcard. de probat. concluſ.599. nu.
1. volum.2.* quia ignorantia eſt actus
11 priuatiuus, † qui negatiuam annexam
habere dicitur *l. actor C. de probat.* ſcien-
12 tia autem ponit, † & affirmat, ideo
probari debet *l. ei, qui dicit ff. de pro-
bat. Maſcard. vbi ſupra num.2.*

Et eo ipſo probatur ignorantia,
13 † donec non probetur ſcientia *l.1. C.
ad Macedon. & in l. ſi tutor petitus in
verſic. Oſtenderis, C. de peric. tutor. Bar-
tol. in l. ſi cui §. iiſdem numero 2. verſic.
Quæro quomodo poterit docere, ff. de ac-
cuſat. Marc. à Cala in tract. de modo ar-
tic. & prob. gloſ. vnica §.2. num.1328.
verſic. Item generaliter.*

Contrariam partem, quod in credi-
14 tore præſumatur † ſcientia in caſu, de
quo agitur, & ideo quod ſit ei impu-
tandum, qui debebat notitiam perqui-
rere, & cognitionem habere de eo,
cum quo contraxit, & propterea quod
15 onus probandi † incumbat actori, vt
ex multis firmat *Coler. de proceſſ. exe-
cut. par.1. cap.2. nu.107. & num.108.
verſic. Iudicia autem.*

Limita ſecundò, quando debitor
tempore, quo contraxit ſciens ſe non
16 eſſe ſoluendo, dolo aſſeruit † ſe eſſe
idoneum, induxitque creditorem ad
contrahendum ſecum, hoc enim caſu
poterit capi, etiam ſi conditionem
ſuam non mutauerit, ſic interpretan-
do, *Bartol. & Paul. de Caſtro, Iaſ.
Suar. & alios ex Boer. deciſ.349. nume-
ro decimo, verſic. Et pro deciſione quæ-
ſtionis noſtræ facit*, & ibi ſic refert fuiſ-
ſe iudicatum, *Guttier. de Iuramen. con-
firmator. dicto cap.16. num.23. verſic.
Nec tamen procedunt.*

Sed quicquid alibi in praxi ſit re-
17 ceptum, † in his partibus noſtris nul-
la habita conſideratione, ſi debitor
tempore contractus erat habilis, vel
ſi ſuſpicio fugæ ſuperuenit, debito-
res contrahentes arreſtantur, & in
vinculis detinentur, donec ſoluant,
vel beneficium ceſſionis petant, diffi-
18 cillimum † enim eſt dignoſcere, an
debitor ſit, vel non ſit idoneus tem-
pore contractus, quia quotidie vide-
mus mercatores etiam probatiſſimos
exiſtimatos effici non ſoluendo, &
ideo ſiue realiter, ſiue perſonaliter
agatur, & ſiue debitor ſit ſuſpectus,
ſiue non, Iudices hodierni concedunt
prehenſionem perſonalem contra de-

hircres deuictos vt prædixi, & ſic etiam ſeruari in praxi dixit *Iacobus de Aren. in tractat. ſequeſtr. num. 8.* quem refert *Coler. in dicto tract. de proceſſ. execut. par. 1. num. 106. verſic. Et ſcriptum reliquit, & nu. 176. verſic. Vigeſimoquintò fallit.*

LIMITATIO XV.

An boues, aliaque agriculturæ inſtrumenta neceſſaria poſſint detineri?

Vide in *Ampliat. 15. princip.*

SVMMARIVM

LIMIT. XVI.

1 *Pater non poteſt carcerari ad filij inſtantiam, nec inſtrumentum contra eumdem liquidari.*

Non tenetur niſi in quantum facere poteſt num. 2. Procedit etiam in matre nu. 3.

4 *Socer non poteſt carcerari ad inſtantiam Generi.*

Procedit, dummodo à Iuramento obtineat abſolutionem num. 5.

Non habet locum dolo interueniente nu. 6.

Contrarium in Socero fuit decifum in Regno num. 7.

8 *Frater non poteſt carcerari ad inſtantiam fratris.*

Non tenetur, niſi in quantum facere poteſt num. 9.

Contrarium tenet Hering. num. 10.

Author pertranſit cum ſupradicta prima opinione, & reddit rationem num. 11.

12 *Socius contrahendo cum ſocio præſumitur inſtructus.*

13 *Coniunctus præſumitur inſtructus circa diuitias, vel paupertates coniuncti.*

14 *Electio mala eſt in culpa.*

15 *Filiusfamilias, & frater pro dote carcerari poſſunt.*

16 *Exceptio ne quis cõueniatur, niſi inquantum facere poteſt opponitur etiam contra inſtrumentum guarentigiatum.*

An ſit anomala peremptoria, vel dilatoria, vide num. 17.

Anomala quæ dicitur ibid. num. 18.

LIMITATIO XVI.

An Pater ad inſtantiam Filij, Socer ad inſtantiam Generi, & Frater ad inſtantiam Fratris poſſit carcerari?

1 PATER non poteſt carcerari † ad filij inſtantiam ex debito cũ eodem filio contracto, nec inſtrumentum poteſt contra Patrem per filium liquidari, quia pater non tenetur, niſi in
2 quantum facere † poteſt *l. ſunt qui in id ff. de re iud. Vinc. de Franc.* plures pro hac parte adducit rationes *in deciſ. 162. per totam. Ricc. in deciſ. Archiepiſc. Cur. Neap. 168. n. 1. verſic. Et videbatur.*

Quod etiam puto procedere in ma-
3 tre, † ex his, quæ nouiter collegit, *Thor. in compend. deciſ. in verbo, Inſtrumentum, an poſſit, fol. m. 277. in ſecunda impreſſione,* licèt contrarium teſtetur *Vinc. de Franch. in deciſ. 366. in fine. Aſin. de execut. §. 2. cap. 8. num. 2.*

Et in ſocero eſſe hoc idem ſeruan-
4 dum, † quia cum vt alteri patri debeatur reuerentia, nec teneatur in plus, quàm facere poſſit, nõ debet pro debito carcerari, *Capell. Tholoſ. in deciſ. 259.* dummodo abſolutionem à iuramento
5 † obtineat, *vt ibidem, Minad. deciſ. 2.* vt per Theſaur. filium in deciſ. 119. vbi ſic teſtatur deciſum in quadam cauſa de Piuarolio ipſo referente in anno 1600. *Aſin. in tract. de execut. §. 2. cap. 8. nu. 1.* vbi alios recenſet.

6 Niſi doloſè fecerit, ne minus † dos ſolueretur *l. penult. ff. de iur. dot. Giurb. plures concordantes allegat deciſ. 43. num. 5. verſic. Idem in ſocero, Capell. Tholoſ. vbi ſupra, vbi Aufrer.*

Con-

Contrarium in ſocero fuit deciſum
7 † in ſacr. Reg. Conſ. vt apparet ex deductis *per Vinc.de Franc.deciſ.366. per totam*, licèt aliquando ex pietate idem ſacr.Conſ.contrarium iudicauerit, *Minad. d.deciſ.2. per tot.* vt inquit *Thor. in compend.deciſ.in verbo, ſocer, fol.m.513.* vbi alios allegat.

8 Sed dubitatur an frater ad inſtantiam fratris poſſit carcerari, & ſecundum *deciſ.Ant. Theſaur. in d.deciſ.119. per totam*, vbi frater alterum fratrem inſolidum teneri, non tamen carcerari poſſe affirmat ex rationibus ab eodem perpenſis, & propterea Senatus cenſuit
9 fratrem non teneri, † niſi in quantum facere poteſt, *Bernard.Grenenſ in prac. concluſ.concluſ.25. num.9. allegatus per Ant.Hering.proximè citandum.*

10 Contra dictam deciſionem † nouiſſimè ſuſtinet *Ant. Hering. in tract. de fideiuſſor.part.4.cap.27. num.95. verſic. Nihil enim, fol.m.632.* vbi reiectis rationibus *ſupra d. Theſaur.* firmat fratrem ad inſtantiam fratris poſſe carcerari, dummodò obligatio non deſcendat ex ſocietate eorumdem fratruum ſimul in communione poſt mortem Patris permanentium, ſiquidem hoc caſu non teneri, niſi in quantum facere poſſunt affirmat, non ex fraternitate, ſed ex ſocietate, vt *idem aſſerit ibidem num.98. verſic. Non tamen.*

Sed ab opinione dicti Theſauri non
11 recederem † quādoquidem ſocius non tenetur pro ſocio, niſi in quātum facere poteſt ex duabus, vt opinor, rationibus prima ex illa præcipua ratione ex text. *in l.verum ff.pro ſocio*, quæ ſocietas ius quodammodo fraternitatis in ſe habet; Secunda, quia ſocius contrahendo
12 † cū ſocio præſumitur plenè inſtructus de qualitate, & viribus ſui ſocij. Sic etiam in fratre, cum quo dum cōtraxit alter frater plenè præſumitur inſtructus de facultate eiuſdem fratris *arg.l.octaui ff.vnde cogn.* verſamur enim circa diui-
13 tias vel paupertates, quarum † ſcientia præſumitur in coniuncto, vt exemplificat *Menoch.de præſumpt.lib.2.præſumpt. 51.num.43. verſic. Qua, & lib.6. præſumpt.29.nu.11. verſ. Hinc cum allegat.*
14 Vnde mala electio eſt † in culpa *l.videamus ff.locati l.vlt.ff.de cuſtod.reor.cum concordantibus*, & propterea ex hac alia ratione exiſtimarem, fratrem ad inſtantiam fratris non teneri, niſi in quantum facere poteſt, & ideo eius carcerationem non eſſe permiſſam.

Quod limitarem, niſi pro dote obnoxius eſſet, ſiquidem quemadmodum filiusfam. qui etiam habet idem beneficium, ne conueniatur, niſi in quantum
15 facere poteſt, tenetur † pro dote promiſſa, vt diximus ſupra *in ampliat.10. princip. num.31.* ita etiam exiſtimarem procedere in fratre, vt ibidem.

Amplia ſupradictam principalem limitationem procedere etiam in quolibet inſtrumento guarentigiato, con-
16 tra quod opponi † poteſt exceptio ne quis conueniatur, niſi in quantū facere poteſt, *Iaſ.in l.1.nu.18.C.de iur.& fact. ignorant.& ibid. Padill.nu.39. Canar. de execut.inſtrum.quæſt.28.* quos cum alijs ſic firmando allegat *Giurba deciſ.44. num.5. verſic. Quo fit.*
17 Declara hāc exceptionem † ne quis conueniatur, niſi inquantum facere poteſt, eſſe regulariter anomalam ſecundum *Zaſium, in l.Neſennius §. inſolidum ff.de re iudicata.*

Cotrarium, quod ſit dilatoria ſuſtinet *Pohd,Rip. ſingul.obſeruat. obſeru. 375.nu.4. verſic.Corrigo*, vbi corrigēdo *Zaſium, vbi ſupra*, hāc ſuſtinet ſnīam, qa differtur hæc exceptio ſi ad pinguiorē fortunā peruenerit, vt inquit ibidem Ripa, vbi declarat in dote eſſe anomalam, in inuentario eſſe peremptoriam.

Digitized by Google

18 Et anomala dicitur, † quia aliarum exceptionum naturam non ſequitur, ſed poteſt ſemper hæc opponi tam ante, quam poſt litem conteſtatam, vt per *Doctor. in* §. *appellantur inſtitut. de exception.*

SVMMARIVM

LIMIT. XVII.

§. amplis n. 9. fol. in cap. 2. ... de treg. et pace

1 *Ruſticus quis dicatur.*
Natus in Ciuitate ex patre ruſtico, ruſticus dicitur num. 2.
Subuenitur in caſibus à iure expreſſis numero 3.
Non carcerantur pro debito, quando agricultura præſunt num. 4. *Sed contra numero* 11.
Creditores contrafacientes puniuntur nu. 5. *& num.* 7.
Non poſſunt in Villis carcerari, & in Ciuitatem duci num. 6.
Fauorabiliores ſunt mulieribus numero 8.
9 *Textus in Authent. Agricultores C. quæ res pignor. oblig. poſſit declaratur.*
10 *Inuadere dicitur ille, qui non iure aliquid facit.*
12 *Ruſticorum qualitas recenſetur.*
Poſſunt compelli ad vehendum victualia in ciuitatem num. 13.
Pro cauſa ciuili non ſunt extra Ciuitatem extrahendi num. 14.
15 *Iudices antiquitus portæ Ciuitatis aſtabant, vt ius redderent ruſticis.*
16 *Ruſtici debent immunes eſſe ab officijs publicis.*
Sunt exempti ab onere perſonali numero 17.
Non procedit ſi publica vtilitas id expoſcat num. 18.
Excuſantur à tutela, niſi ſint ſagaces numero 19.

LIMITATIO XVII.

An Ruſtici pro debito poſſint in carceribus mancipari?

1 RVSTICVS dicitur ille, † qui ruri præeſt, & habitat §. *ſi quis igitur authent. quib. mod. natur. efficiant. ſui, Boer. deciſione* 272. *in princip.* allegatus per *Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſin.* 34. *num.* 1. *verſic. Et ruſticus, Iaſ. in l. & ab antiquis de teſtam. & plenius Lucas de Penn. in l.* 1. *num.* 1. *in princip. C. ne ruſtic. ad vllum obſeq. deuoc. lib.* 11. Et natus in Ciuita-
2 te † ex patre ruſtico dicitur ruſticus, *vt per Iaſon. ibidem dicto num.* 2.

Et in caſibus à iure expreſſis ſubue-
3 nitur † *l. fin. C. de iur. & fact. ignor. Ioſeph. Lud. vbi ſupra, Coſt. de port. rat. quæſt.* 104. *num.* 4. *verſic. Vlterius.*

Inter quos caſus extat ille præci-
4 puus, quod ruſtici † non poſſunt pro debito carcerari, dum in actu agriculturæ reperiuntur, quod procedit tam in ſeruis, quàm etiam in liberis, & cre-
5 ditores cõtrafacientes † puniuntur caſu temerario, vt eſt *tex. in Auth. Agricultores, vbi præcipuè Bald. C. quæ res pignori obligari poſſunt,* vbi dicit eſſe notabile
6 pro ruſticis, qui non poſſunt capi perſonaliter in Villis, & duci in Ciuitatem, licèt id malè ſeruari, teſtetur, *eumdem Bald.* refert, & ſequitur *Ioan. Ant. de Nigr. in cap. quidem num.* 16. *verſic. Secundum ſpeciale, in tit. de bob. arator. non pignor. Latè Lucas de Penn. in l.* 1. *in princip.* vbi etiam de ratione *C. de agricol. & cenſit. tit.* 47. *lib.* 11. *Ariſm. Tepat. variar. ſentent. tit.* 280. *cap.* 2. *verſ. Ruſticus, Gothofred. in prax. ciuil. lib.* 1. *tit.* 3. *de ruſtic. priuileg. verſic. Item,* qui perſonas, vbi
7 vltra dictam pœnam † quadrupli puniendos eſſe creditores, ait *volum.* 58.

Et

Digitized by Google

8 Et in hoc videntur fauorabiliores eſſe ruſtici, quàm mulieres, vt per *Odd. de reſtit. in integr. part. 1. quæſt. 9 art. 1. num. 2. verſic. In contrarium*, quia mulieres carcerari abſque pœnæ irrogatione eſt permiſſum, In ruſtico verò infligitur à iure dicta determinata pœna.

Sed contra dictam opinionem facit 9 *text. in d. auth.* † quandoquidem inquit ibi textus, *Nullus inueniatur tam audax, vt perſonas, boues, & agrorum inſtrumenta, aut ſi quid aliud ſit, quod ad agrorum operam ruſticam pertineat, inuadere, aut capere, aut violenter auferre præſumat*, ex quo text. apparet Imperatorem Federicum illius authët. compilatorem prohibuiſſe inuadere, aut violenter auferre perſonam agricolę in actu agriculturæ exiſtentem; Inuade-10 re † autem propriè dicitur ille, qui non iure aliquid facit, vt *in l. 4. §. neque enim in fine, ibi qui inuaſiſſet negotia eius nullo iure agere poſſet ff. de act. & obligat.* & inuaſor dicitur ille, qui vi aliquid occupat, vt in *l. 5. inuaſor C. vnde vi*, vbi propriè inuaſor, & inuadere dicitur quando cum vi occupatur, prout etiam inquit *text. in l. ſi quis in tantam ibi violenter inuaſerit, & ibi poſſeſſionem inuaſit, & in l. ſi quando vis 9. & l. ſeq.* 11 *C. eod. tit.* vnde videtur eſſe permiſſum creditori prehendere agricolam, ſeu Ruſticum in actu agriculturæ exiſtentem, ſeruatis de iure ſeruandis, prout etiam ponderando dictum text. ſuſtinet *Andr. de Iſern. in §. Agricultura de ſtatut. & conſuetud. contra libert. eccleſ. in vſibus fœudorum, vbi etiam Afflict.* & quamuis contraria opinio in iure ſit verior, hæc tamen in praxi ſeruatur.

12 Et hodie Ruſticorum qualitas † eſt adeo deprauata, quod nihil aliud habere dicuntur, niſi rationem propriè vtilitatis, immemores Dei timoris, Iuſtitiæ, & boni proximi, etiam reliquerunt illam bonitatem à natura antiquitus eiſdem tributa, ſed ferè omnes ſunt voraces, immunes, ſæui, aſperi, & quaſi Barbarei, vt inquit *Tiraquell. in tract. de nobilit. cap. 2. nu. 57. & Guttier. practic. quæſt. lib. 3. quæſt. 13. nu. 56. verſ. Nihilominus*; vnde non mirum, ſi omnia priuilegia ferè amiſerunt.

Limita tamen ſupradictam concluſionem, quod licèt in puncto iuris permiſſa non ſit ruſticorum detentio, & Agricultores dum agriculturæ præ-13 ſunt carcerari nequeāt, tamen † compelli ad vehendum victualia, & annonam in Ciuitate *in l. 2. ff. de nundin. Capell. Tholoſ. deciſ. 147. vbi Stephan. Aufrer. num. 2. verſ. An quis, Franc. Marc. deciſ. 539. nu. 46. verſ. Vide de materia*, quibus addo *Luc. de Penn. in l. 1. ſub num. 2. verſ. An autem cogantur. C. ne ruſtic. ad vll. obſq. deuocent. tit. 55. lib. 11. fol m. 538. Petr. de Rauenn. ſingul. 607. inter ſing. DD. vol. 2. fol. m. 152.*

Amplia, vt pro cauſa ciuili extra ci-14 uitatem † non ſint trahendi, cum ex peculiari priuilegio habeant fori electionem, & coram defenſoribus Ciuitatum, ſi id elegerint, ſint conueniendi *l. 3. de defenſ. ciuit. lib. 10. Luc. de Penn. in d. l. 1. nu. 2. verſic. Et ideo, C. de agricol. & cenſit. d. lib. 11.* vbi ex *D. Hieron. ſupra Zacc.* refert antiquitus, Iudi-15 ces aſtitiſſe in portis † Ciuitatum, vt Ruſticis ius redderent ne ab agricultura diſtraherentur, & porta Iudicij dicebatur, *Deuter. 21.*

Amplia ſecundò, vt debeant eſſe 16 immunes ab officijs † publicis gerendis *d. l. 1. C. ne ruſtic. lib. 11. Gothofred. in d. prax. ciuil. d. tit. 3. de ruſticor. priuileg. verſic. Sunt & Ruſtici, fol. m. 56. Lucas de Penn. in d. l. 1. num. 8. verſ Super hoc* dic melius, *& num. 10. verſic. Iuxta ergo, C. de agricol. & cenſit. lib. 11.*

17 maximè ſi honores habeāt † onus annexum,

nexum, à quo vti perſonali, exempti dicuntur, *vt d. l. 1. C. ne ruſtic. Lucas de Penn. vbi ſupra eodem num. 8. verſ. Merè perſonalia*.

Declara hoc non procedere ſi in de-
18 fectum aliorum † eligantur, & publica vtilitas hoc expoſcat, quandoquidem hoc caſu non eximuntur ab onere perſonali *arg. l. vt gradatim §. quoties ff. de muner. & honor.* vt explicat *Luc. de Penn. in d. l. 1. d. num. 8. d. verſ. Merè perſonalia*, prout etiam hodierna praxis obſeruat.

Amplia tertiò, vt non poſſint com-
19 pelli † ad ſuſcipiendum tutelam; imò ab ea omninò excuſantur, niſi ſint ſagaces *l. athletæ §. de ruſticis, vbi Gl. ſing. ff. de excuſat. tut. & §. ſimiliter, vbi Gloſ. inſtit. de excuſ. tut. Aloiſ. de Albert. ſingul. 53. inter ſing. DD. tom. 2. fol. m. 168.* & nos latius annuente Deo dicemus in *tertio libr. huius tract.*

SVMMARIVM

LIMIT. XVIII.

1 *Idoneus dicitur, qui ſoluendo eſt.*
Tria concurrere debent, vt idoneus dicatur num. 2.
Quiſque præſumitur non autem quoad facultates num. 3.
Poteſt conueniri, ſed non carcerari nu. 4.
5 *Fideiuſſio non requiritur, vbi principalis eſt ſoluendo.*
6 *Moram incurrit debitor non ſoluens tempore præfixo.*
7 *Dies interpellat pro homine.*
8 *Debitor obligatus vigore pacti de capiendo, carcerari poteſt.*

LIMITATIO XVIII.

An debitor idoneus carcerari poſſit?

1 IDONEVS dicitur † is, qui locuples ſoluendo eſt, *l. 14. & l. 27. §. penult. ff. de minor. l. ſi mandauero 42. ff. mand. & l. 1. ff. de fund. dotal.* quæ iura allegat *Scard. Theſaur. iur. in verbo, Idoneus*, ſed dicta & alia iura adducta parum, aut nihil ad rem faciunt, & ideo dicas melius, quod idoneus ad hoc vt quis dici poſſit tria concurrere
2 debent. † Primò facultas conueniendi, Secũdò bonorum opulẽtia. Tertiò eiuſdem legalitas, & fides, vt eſt text. melior de iure *in l. ſi quis ſtipulatus fuerit Stichum, aut Pamphilum 112. in fine ff. de verbor. obligat.* ibi. *Niſi quod plerumque idonei non tantum patrimonio, quam fide quoque æſtimaretur, & l. 2. in princ.* ibi. *Non tãtum facultatibus, quã etiam ex conueniendi facilitate ff. qui ſatiſdar. cogant.* & idoneus quiſque præſumitur,
3 † non autem quoad facultates, *Bartol. in l. ſi verò §. qui pro rei ff. qui ſatiſdar. cogant.* Et ideo debitor idoneus, & val-
4 de locuples, licèt conueniri poſſit, non tamen carcerari, & ad cauendum de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo compelli poteſt, *Bald. in l. mulier ſub num. 1. verſic. Pone Petrus C. de iur. do-*
5 *tium*, non eſt enim neceſſe fideiuſſorem præſtare, vbi principalis per ſe ſufficiens exiſtit *l. de creationibus C. de epiſcop. audient. l. quicumque, la 2. & ibi Bartol. C. de fund. patrimonial. lib. 11. l. 1. & l. 2. vbi etiam Caſtrenſ. ff. qui ſatiſdar. cogant. Cumia in ritu Sicil. cap. 29. num. 16. verſic. Quod eſt verum.*

Contrarium ſuſtinet *Cum. in præcitat. cap. 29. d. num. 16.* ſecundum ritum in terminis, in quibus loquitur.

Declara non procedere in eo, qui
6 in tempore præfixo non ſoluit, † etenim cum ob ſolutionem non factam moram incurrere dicatur, vt diximus ſupra *in prælud. 2. num. 32.* & fusè tradit *Gabriel. commun. concluſ. in tit. de ſolution. concluſ. 9.*

7 Dies interpellat pro homine, † ideo

idoneus

idoneus tunc non dicitur, quia facultas conueniendi deficere videtur, & ſic vnum ex requiſitis à nobis ſuperius relatis.

Declara ſecundò non procedere,
8 quando † quis reperitur obligatus vigore inſtrumenti guarentigiati, vel ritus noſtri, cum pacto de capiendo, quia vigore dicti pacti, & moræ incurſæ, vt proximè diximus carcerari poteſt pro iudicij aſſecuratione, vt latius tradidimus ſupra *ampliat.* 13. *principal. nu.* 33.

Subdeclara procedere in debitore extero, qui non ſit iuriſdictioni Iudicis permittentis capturam ſubiectus, quia ob rationem ſuſpicionis carcerari poterit, vt declarauimus *ſupra in prelud.* 2. *in fine, & quæſt.* 1. vbi vide.

SVMMARIVM.

LIMIT. XIX.

1 *Officiales Ciuitatum hodie loco decurionum ſucceſſerunt.*

2 *Magiſtratus Antiani Priores, & cæteri durante officio conueniri non poſſunt.*

Procedit in maioribus magiſtratibus, non autem in minoribus num. 3.

Maiores magiſtratus qui ſint, & qui minores num. 4.

Iudicis arbitrio hoc relinquitur num. 5.

Obligati nomine magiſtratus durante officio conueniuntur num. 6. *ſed vide nu.* 9.

Obligati nomine Magiſtratus, & nomine proprio etiam finito officio conueniuntur num. 7.

8 *Officiales, ſeu Maſſarij oppidorum ſemper conueniri poſſunt.*

9 *Magiſtratus etiam finito officio conueniuntur.*

10 *Ciuis non agit in iudicio contra eius ciuitatem, niſi venia petita.*

11 *Magiſtratibus Ciuitatum reuerentia debetur.*

12 *Venia non petita reddit acta nulla, ſi id oppoſitum ſit, aliàs ſecus.*

Procedit in iudicio ordinario, & in executiuo num. 13.

14 *Magiſtratus Minores, & ſi conueniri poſſint durante officio, non tamen conijci in carceres.*

LIMITATIO XIX.

An Decuriones, Officiales, Magiſtratus, Conſules, Electi, Conſeruatores, & alij Adminiſtratores Ciuitatum, & Terrarum poſſint pro debito carcerari?

1 HODIE huiuſmodi dignitatis genus † ſucceſſit loco Decurionum, *Gloſ. in rub. de Decurionibus lib.* 10. *vbi etiam Luc. de Penna num.* 2. *verſic. Hi quoque, Capic. deciſ.* 27. *num.* 22. & ſic teſtatur communiter eſſe receptum, *Farinac. pract. crimin. quæſt.* 41. *num.* 58. *verſic. Amplia primò. Borell. de Magiſtratib. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 34. *cum allegatis.*

Hi enim ex iuris diſpoſitione pen-
2 dente eorum officio † carceribus mancipari, vel aliter conueniri nequeunt, *Duen. in reg.* 190. allegat id affirmando *l. milites ff. de re iudic. Bald. in l.* 1. *C. qui bonis cedere poſſunt, & Gloſ. in l. medicos C. de profeſſorib. & medic. lib.* 19. *Tiraquell. de nobilit. cap.* 20. *num.* 136. ſed neque dicta iura, neque Doctores per Duen. allegati hoc annuunt, *Oldendorp. relatus per Gothofred. prax. ciuil. de in ius vocand. lib.* 2. *tit.* 4. *fol. m* 524. *Iaſon* hoc firmat *in l.* 2. *nu.* 1. *verſic. Nota primò per illum textum ff. de in ius voc. l. pars literarum, vbi hoc notat Gloſ. ff. de iudiciis*, eſt optimus *text. in cap. prohibentur* 14. 2. *quæſt.* 1.

Declara hanc concluſionem proce-
3 dere in magiſtratibus maioribus, † qui non permittuntur conueniri durante officio

in verbo, ſenex ſeptuagenarius, fol.m.497. in 2. edit. quia venerandi ſunt ſenes † *l. ſemper ff. ad municipal.* & ſenectus infirmitati æquiparatur *cap. 1. verſic. 1. de cleric. egrotant. in 6. Domboud. in Enchirid. par. & ſimil. in verbo, ſenectus, & ſterilitas, verſic. Et textus,* licèt inter infirmos non ſint connumerandi, *Doctores in d. cap. final. Thom. Act. d. cap. 19. nu. 2. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 26. num. 6. verſic. Cæterum,* & eorum ſtatus eſt afflictionis, vt in Eccleſiaſt. *cap. 13.* dum ibi dicitur, *Memento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ antequam veniat tempus afflictionis tuæ.*

Contrariam partem, quod ſenes
7 † etiam ſeptuagenarij poſſint carcerari, vel ſaltim detineri per palatium, vel in aliqua camera ſuperiori, tenet *Oſaſ. deciſ. 123. num. 4. verſic. Quibus rationibus,* vbi ſic teſtatur fuiſſe deciſum, *Menoch. de arbitr. iudic. caſu 305. nu. 8. Monach. deciſ. Bonon. 68. nu. 33. verſic. Ita ſeptuagenarius, Thom. Act. d. cap. 19. num. 13. verſic. Et idem, Philipp. Paſchal. de virib. patr. poteſt. d. part. 2. cap. 9. d. num. 83. verſic. Idem debitor, Becc. in conſ. 10. in fin. allegat. per eundem*
8 *dem Paſchal. ibidem,* quia canities † hominum eſt prudentia, *cap. vlt. 84. diſtinct.* & corona dignitatis canities dicitur, quando in vijs Iuſtitiæ reperitur, *Prouerb. 16. in fin. & Luc. de Penn. in l. vnicuique 7. ſub num. 18. verſic. Sic, de prox. ſacror. ſcrin. lib. 12.*

Sed ego non recederem à prima opinione, quæ magis pia, & æquior videtur: Non eſt enim ſpernẽdus homo, vt inquit *Eccleſ. 8.* in ſua ſenectute, etenim ex nobis ſeneſcunt, & corona dignitatis eſt ſenectus, vt *Prouerb. 16. & Macrob. lib. 3. Saturnal. inquit,* Vetuſtas
9 quidem † nobis, ſi ſemper ſapimus, adoranda eſt, *& Valer. Max. lib. 2.* ſcriptum reliquit ſenectutem excellenti ſi-
mis iuuamentis decoratam in altiſſimo Maieſtatis faſtigio apud Romanos fuiſ
10 xiſſe, quia eis debetur reuerentia † peculiaris, vt fæminis, & minorum priuilegijs potiuntur *Monach. deciſ. Bonon. 88. num. 30. verſ. Vti.*

Et fori electionem habere dicuntur, *Ricc. in collect. deciſ. 1623. par. 5. Afflict. deciſ. 25. num. 1. Thor. in compend. deciſ. in verbo, ſene decrepito, fol. m. 498. in vltim. impreſſione, Vinc. de Franc. deciſ. 108. Nouar. in prax. elect. fori quæſt. 18. num. 1. vbi alios adducit,* Quia inter miſerabiles perſonas connumerantur, vt ex multis alijs firmat *idem Nouar. vbi ſupra.*

11 Et hac ratione non poteſt † cogi ſenex ad teſtificandum, quod etiam introductum eſt ad eorum fauorem, vt latè per *Odofred. in l. in ueti la 1. ff. de teſtib.* relatum cum alijs per *Farinacc. de teſtib. d. quæſt. 78. num. 59. verſic. Limita 1.* vt latius etiam infra dicemus, &
12 eorum ſtatus † inter miſerabiles perſonas connumeratur, & earum priuilegium à iure conceditur, *Viu. deciſ. 65. num. 4. verſic. Et hæc omnia part. 1.* &
13 ideo in viſitationibus † carceratorum à carceribus dimittũtur, vt inquit *Stephan. Gratian. in 2. lib. diſcept. forenſ. cap. 328. num. 14.* relatus cum alijs *per Philip. Paſchal. in d. tract. de virib. patr. poteſt. d. cap. 19. num. 83. verſic. Imò,* vbi hanc opinionem æquiorem * appellat, & quemadmodum minores carcerari nequeunt, vt diximus ſupra, ita etiam ſenes, qui minoribus ęquiparan-
14 tur, † & reſtitutione in integrum potiuntur, vt per *Odd. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 3. num. 11. & 12. verſic. Quantum verò, fol. m. 22.* carceribus non ſunt coercendi.

Declara tamen ſupradictam concluſionem ſupra firmatam non pro-
15 cedere, quando ſenex † in ſupradicta

ætate

ætate ſe obligauit medio iuramento, quia quemadmodum pupillus, & minor iuramenti vinculo deuinciuntur, vt latè diximus ſupra *in limit*, 11. ita etiam ſenes minoribus æquiparati, vt diximus, validè,& efficaciter obligantur, & vigore obligationis contractæ carcerantur, *Auchar. in quæſt*.8, *num*.9. *parte* 2, *Carpan. ſuper Statut. Mediolan. cap*.243, *num*.8. *num*.4. *Gratian. dicto cap*.328. *num*.20. *& ſeq*. quos refert *Philipp. Paſchal. in dicto tract. dicto cap*.9. *ſub dicto num*.83. *verſic. Verum, folio* 297. *Thor. in compend. deciſ. in dicto verbo, ſenex ſeptuagenarius*, vbi etiam in inſtrumento obligationis in ſenectute confecto licèt poſſe carcerari, affirmet tamen debet aſſignari ciuitas loco carceris,& ita pluries fuiſſe deciſum teſtatur, vbi alios adducit.

Primò amplia,vt nec pro cauſa criminali † poſſint ſtrictius detineri, imò ſi ſenes carcerati aufugerint carcerum cuſtodes excuſantur, quia non tenentur circa eos, tantam cuſtodiam adhibere, *Boer. deciſ*.217. *num*.16. *verſic. Et ſic etiam, Paris de Put. in tract. de ſindic. in verbo, Carcer, cap*.3. *An ſi num*. 15. *verſic. Etiam debebit, Farinac. quæſt*. 31. *nu*. 148. *verſic. Ampl. quintò, fol. mihi* 59. quos refert *Polid. Rip. in tract. de noctur. temp. cap*.74. *num*. 18. *verſic. Fallunt, folio mihi* 216.

16

Amplia ſecundò,vt nec poſſint ſeptuagenarij † ad teſtificandum compelli,ne dum propter venerationem ipſis debitam, ſed etiam propter defectum mentis eorundem,cum eorũ ætas mater obliuionis appelletur, *Farinac. d. q*.78. *cap*.2. *num*.59. *verſic. Limita primò*, etiam iure canonico inſpecto *cap. ſi teſtes* §. *inuiti* 4. *q*.3. *Rouit. in prag*.8. *nu*. 35. *verſic. Quicquid de ord. iudicior. folio mihi* 502. *in poſtrem. edition*.

17

Et ſenes à ſenſus diminutione appellantur, *Archidiacon. in canon. tantæ* 26. *diſtinct. Odd. in d. tract. de reſtitut. in integr. d. par*.1. *quæſt*.3. *num*.3. *verſic. Et ſcripſit*, *& Scard. Lex. iur. vbi ſupra*.

Declara primò, hanc ſecundam ampliationem, vt quamuis non poſſint ad teſtificandum † compelli,& carcerari, tamen benè poſſunt compelli ad ſe ipſos examinandum in eorum domibus, ad quas Iudex tranſmittere tenetur Notarium, vt eorum depoſitiones recipiat, vt ita concordando hinc inde opiniones firmat *Farinac. vbi ſupra dicta quæſt*.78. *num*.63. *verſic. Pro concordia*.

18

SVMMARIVM
LIMIT. XIV.

1 *Debitor qui tempore contractus non erat ſoluendo, ſi fugitiuus euadit carcerari poteſt*.
2 *Electio mala, eſt in culpa, ſi debitor tempore contractus erat ſuſpectus num*.3.
4 *Noua cauſa ſuperueniens pro capiendo debitore probari debet per creditorem, ſed vide num*.17.
Procedit quando ſuſpicio tempore contractus erat modica nu.5. *Sed vide nu*.17.
Vel quando ſuſpicio tempore contractus extabat, ſed creditor eam ignorabat n.6.
7 *Creditor debet eſſe certus de conditione debitoris*.
8 *Quando de damno euitando agitur ignorantia præſumitur*.
Et excuſat in facto proprio num.9.
10 *Ignorantia præſumitur, niſi ſcientia probetur*.
Eſt actus priuatiuus num.11.
Scientia ponit & affirmat num.12.
Eo ipſo probatur, donec ſcientia probetur num.13.
In creditore ſcientia præſumitur nu.14.
15 *Onus probandi incumbit actori*.
16 *Debitor tempore contractus aſſerens ſe*

eſſe idoneum, poteſt carcerari ſi ſuſpe-ctus euadat,

17 *Debitor ſiue mutauerit, ſiue non mutauerit conditionem in praxi carceratur, ſi ſuſpectus euadat,*

Difficilimum eſt agnoſcere debitorem idoneum, vel non idoneum num. 18.

LIMITATIO XIV.

An debitor, qui erat ſuſpectus tempore celebrati contractus, poſſit etiam ſi noua cauſa non ſuperuenit in carceribus detrudi?

CREDITOR poteſt proponere contra eius debitorem

1 † perſonalem prehenſionem quando idem debitor tempore contractus erat nõ ſoluendo,& fugitiuus,nec eidem creditori permittitur cõpellere debitorem ad præſtãdum cautionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo,ſed mala electio

2 † eſt ex ſua culpa, quàm commiſit acceptando debitorem pauperem pro diuite, *Bart. in l. mulier per illum tex. nu.* 2. *C. de ſponſalib. & in l. Creditores ff. de priuileg. creditorũ, et in l. is à quo in ſi. ff. vt in poſſ. ff. legator. et in l. quæſitũ ff. de pignorib.* Et ideo etiam ſi dictus debitor tem-

3 pore † contractus erat de fuga ſuſpectus, non poteſt carcerari, *Regnicolæ in rit. noſtr. in ordine* 170. *vbi Cauenſ. nu.* 1. *& Carauit. nu.* 5. hoc notant,cum concordantibus allegatis per eos, ſed poſt

4 contractum † debet noua cauſa ſuperuenire,& noua ſuſpicio probari,vt per eoſdem vbi ſupra,& ſecũdum communem ſententiam, ✳ de qua *Paul. de Caſtr. in l. etiam §. licèt nu.* 3. *ff. ſolut. matrim.* de qua etiam ex eodem Caſtr. teſtatur *Guttier. de iuram. confirmat. par.* 1. *cap.* 16. *nu.* 22. *verſ. Sextò pro hac, Graſſ. de except. in prælud. nu.* 140. *verſic. Quæ omnia, Roman. conſ.* 130. *nu.* 3. *verſic. Secundò,* vt probetur *Alex. conſil.* 19. *Viſo proceſſu nu.* 2. *lib.* 3. *Dec. conſ.* 75. *Et pro tenui, verſ. Et ideo, Angel. Menoch. de arbitrar. iudic. caſu* 87. *nu.* 16. *verſic. Nam mutatio,* hanc etiam opinionem ſequitur *Galter. in prax. crimin. inſtrumentar. rubr.* 2. 3. *par. princip. num.* 23, vbi mo-

5 derat quando ſuſpicio † tempore contractus erat modica, & ex-poſt facto creuit,& concludit, quod hoc caſu ſit permiſſa captura,vel creditor per quinquennium, vel per multum temporis ſpacium capturam dicti debitoris non propoſuit,& hoc caſu non poſſe arreſtari dictum debitorem vti ſuſpectum, affirmat,hanc etiam opinionem ſequitur *Aloiſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol.* 61. *nu.* 7. vbi concludit quod ſi cauſa ſuſpicionis poſt contractũ ſuperuenit,capta informatione per duos teſtes ẽt nõ citata parte examinãdos,qui deponant de ſuſpicione fugæ poſt dictũ contractum, ſi debitũ eſt liquidum debitor arreſtatur,ſecus verò cõcludit, qñ debitor tẽpore cõtractus erat ſuſpectus,& nõ idoneus, hãc ẽt praxim probãdi dictam nouam cauſam refert *Guttier. vbi ſupra d. nu.* 22. *verſic. Et ponunt.*

Limita ſupradictam cõmunem opinionem nõ procedere ſuppoſito,quod

6 dicta ſuſpicio tempore † contractus extabat, ſed illam prorſus creditor ignorabat, tunc enim exiſtimandum eſt, ac ſi ipſa ſuſpicio non adeſſet, argumento *l. mulier, quæ eſt finalis C. de ſponſalib.* allegata in propoſito *per Bartol. in l. quæſitum* 14. *ff. de procurator.* Præſumitur tamen in dubio ignorantia, niſi debitor contrarium probauerit, *Cauenſ. vbi ſupra ſub num.* 1. *verſic. In dubio allegat, Alex. in l.* 2. *num.* 23. *ff. ſolut. matrim. Bald. in l. final. C. de ſponſal. Roder. Suar. in l.* 2. *num.* 32. *tit. de los*

empla-

emplazamientos quos refert *Carauit. vbi*
ſupra num.6.
Contra Cauenſem & Rodericum
ſuſtinet idem *Carauit. ibidem verſic. Sed*
vtrumque, motus ex ratione, quod cre-
7 ditor debet eſſe certus † de conditione
debitoris, cum quo contraxit *per l. qui*
cum alio ff. de regul. iur. & ideo approbat
diſtinctionem relatam per ſupradictum
Roder. vbi ſupra num. 38. vbi ſi debitor
erat notorius ribaldus, vt eius referam
verba, & ſibi debet imputari, aut erat
mercator ab omnibus idoneus reputa-
tus, & tunc non tenetur creditor pro-
bare dictam ſtatus mutationem, ſed
poterit indiſtinctè carcerari.
In hac contrarietate non puto eſſe
recedendum ab opinione Bartoli *in di-*
cta l. quæſitum & Cauenſ. vbi ſupra, ſiue
enim creditor ſciat, ſiue ignoret, nulli
8 dubium eſt, quod quando agitur † de
damno euitando, ignorantia præſu-
9 mitur, & excuſat etiam in facto † pro-
prio *l. ſed etſi me præſentem in principio,*
ff. de condict. indeb. & l. ſi poſt diuiſionem
C. de iur. & fact. ignor. & ſic ex *Bartol.*
Bald. Socin. Dec. Marant. Franc. Marc.
& alijs, firmat *Menoch. de præſumpt.*
lib. 6. præſumpt. 23. num. 37. Et igno-
10 rantia ſemper præſumitur, † niſi ſcien-
tia probetur *l. verius in principio, vbi*
Gloſ. ſuper verbo, Obligatam, ff. de pro-
bat. cap. præſumitur de regul. iur. plenè
per Maſcard. de probat. concluſ. 599. nu.
1. volum. 2. quia ignorantia eſt actus
11 priuatiuus, † qui negatiuam annexam
habere dicitur *l. actor C. de probat.* ſcien-
12 tia autem ponit, † & affirmat, ideo
probari debet *l. ei, qui dicit ff. de pro-*
bat. Maſcard. vbi ſupra num. 2.
Et eo ipſo probatur ignorantia,
13 † donec non probetur ſcientia *l. 1. C.*
ad Macedon. & in l. ſi tutor petitus in
verſic. Oſtenderis, C. de peric. tutor. Bar-
tol. in l. ſi cui §. iiſdem numero 2. verſic.
Quæro quomodo poterit docere, ff. de ac-
cuſat. Marc. à Cala in tract. de modo ar-
tic. & prob. gloſ. vnica §. 2. num. 1328.
verſic. Item generaliter.
Contrariam partem, quod in credi-
14 tore præſumatur † ſcientia in caſu, de
quo agitur, & ideo quod ſit ei impu-
tandum, qui debebat notitiam perqui-
rere, & cognitionem habere de eo,
cum quo contraxit, & propterea quod
15 onus probandi † incumbat actori, vt
ex multis firmat *Coler. de proceſſ. exe-*
cut. par. 1. cap. 2. nu. 107. & num. 108.
verſic. Iudicia autem.
Limita ſecundò, quando debitor
tempore, quo contraxit ſciens ſe non
16 eſſe ſoluendo, dolo aſſeruit † ſe eſſe
idoneum, induxitque creditorem ad
contrahendum ſecum, hoc enim caſu
poterit capi, etiam ſi conditionem
ſuam non mutauerit, ſic interpretan-
do, *Bartol. & Paul. de Caſtro, Iaſ.*
Suar. & alios ex Boer. deciſ. 349. nume-
ro decimo, verſic. Et pro deciſione quæ-
ſtionis noſtræ facit, & ibi ſic refert fuiſ-
ſe iudicatum, *Guttier. de Iuramen. con-*
firmator. dicto cap. 16. num. 23. verſic.
Nec tamen procedunt.
Sed quicquid alibi in praxi ſit re-
17 ceptum, † in his partibus noſtris nul-
la habita conſideratione, ſi debitor
tempore contractus erat habilis, vel
ſi ſuſpicio fugæ ſuperuenit, debito-
res contrahentes arreſtantur, & in
vinculis detinentur, donec ſoluant,
vel beneficium ceſſionis petant, diffi-
18 cillimum † enim eſt dignoſcere, an
debitor ſit, vel non ſit idoneus tem-
pore contractus, quia quotidie vide-
mus mercatores etiam probatiſſimos
exiſtimatos effici non ſoluendo, &
ideo ſiue realiter, ſiue perſonaliter
agatur, & ſiue debitor ſit ſuſpectus,
ſiue non, Iudices hodierni concedunt
prehenſionem perſonalem contra de-

hiſtres deuictos vt prædixi,& ſic etiam ſeruari in praxi dixit *Iacobus de Aren. in tractat. ſequeſtr. num.8,* quem refert *Coler. in dicto tract. de proceſſ. execut. par. 1. num. 106. verſic. Et ſcriptum reliquit, & nu. 176. verſic. Vigeſimoquintò fallit.*

LIMITATIO XV.

An boues, aliaque agriculturæ inſtrumenta neceſſaria poſſint detineri? Vide in *Ampliat. 15. princip.*

SVMMARIVM LIMIT. XVI.

1 *Pater non poteſt carcerari ad filij inſtantiam, nec inſtrumentum contra eumdem liquidari.*

Non tenetur niſi in quantum facere poteſt num. 2. Procedit etiam in matre nu. 3.

4 *Socer non poteſt carcerari ad inſtantiam Generi.*

Procedit, dummodo à Iuramento obtineat abſolutionem num. 5.

Non habet locum dolo interueniente nu. 6.

Contrarium in Socero fuit deciſum in Regno num. 7.

8 *Frater non poteſt carcerari ad inſtantiam fratris.*

Non tenetur, niſi in quantum facere poteſt num. 9.

Contrarium tenet Hering. num. 10.

Author pertranſit cum ſupradicta prima opinione, & reddit rationem num. 11.

12 *Socius contrahendo cum ſocio præſumitur inſtructus.*

13 *Coniunctus præſumitur inſtructus circa diuitias, vel paupertates coniuncti.*

14 *Electio mala eſt in culpa.*

15 *Filiusfamilias, & frater pro dote carcerari poſſunt.*

16 *Exceptio ne quis conueniatur, niſi inquantum facere poteſt opponitur etiam contra inſtrumentum guarentigiatum.*

An ſit anomala peremptoria, vel dilatoria, vide num. 17.

Anomala quæ dicitur ibid. num. 18.

LIMITATIO XVI.

An Pater ad inſtantiam Filij, Socer ad inſtantiam Generi, & Frater ad inſtantiam Fratris poſſit carcerari?

1 PATER non poteſt carcerari † ad filij inſtantiam ex debito cũ eodem filio contracto, nec inſtrumentum poteſt contra Patrem per filium liquidari, quia pater non tenetur, niſi in
2 quantum facere † poteſt *l. ſunt qui in id ff. de re iud. Vinc. de Franc.* plures pro hac parte adducit rationes *in deciſ. 162, per totam. Ricc. in deciſ. Archiepiſc. Cur. Neap. 168. n. 1. verſic. Et videbatur.*

Quod etiam puto procedere in ma-
3 tre, † ex his, quæ nouiter collegit, *Thor. in compend. deciſ. in verbo, Inſtrumentum, an poſſit, fol. m. 277. in ſecunda impreſſione,* licèt contrarium teſtetur *Vinc. de Franch. in deciſ. 366. in fine. Aſin. de execut. §. 2. cap. 8. num. 2.*

Et in ſocero eſſe hoc idem ſeruan-
4 dum, † quia cum vt alteri patri debeatur reuerentia, nec teneatur in plus, quàm facere poſſit, nõ debet pro debito carcerari, *Capell. Tholoſ. in deciſ. 259.* dummodo abſolutionem à iuramento
5 † obtineat, *vt ibidem, Minad. deciſ. 2.* vt per Theſaur. filium in deciſ. 119. vbi ſic teſtatur deciſum in quadam cauſa de Piuarolio ipſo referente in anno 1600. *Aſin. in tract. de execut. §. 2. cap. 8. nu. 1.* vbi alios recenſet.

6 Niſi doloſè fecerit, ne minus † dos ſolueretur *l. penult. ff. de iur. dot. Giurb.* plures concordantes allegat *deciſ. 43. num. 5. verſic. Idem in ſocero, Capell. Tholoſ. vbi ſupra, vbi Aufrer.*

Con-

Contrarium in ſocero fuit deciſum
7 † in ſacr. Reg. Conſ. vt apparet ex deductis *per Vinc. de Franc. deciſ. 366. per totam,* licèt aliquando ex pietate idem ſacr. Conſ. contrarium iudicauerit, *Minad. d. deciſ. 2. per tot.* vt inquit *Thor. in compend. deciſ. in verbo, ſocer, fol. m. 513.* vbi alios allegat.

8 Sed dubitatur an frater ad inſtantiam fratris poſſit carcerari, & ſecundum *deciſ. Ant. Theſaur. in d. deciſ. 119. per totam,* vbi frater alterum fratrem inſolidum teneri, non tamen carcerari poſſe affirmat ex rationibus ab eodem perpenſis, & propterea Senatus cenſuit
9 fratrem non teneri, † niſi in quantum facere poteſt, *Bernard. Grenenſ in prac. concluſ. concluſ. 25. num. 9. allegatus per Ant. Hering. proximè citandum.*

10 Contra dictam deciſionem † nouiſſimè ſuſtinet *Ant. Hering. in tract. de fideiuſſor. part. 4. cap. 27. num. 95. verſic. Nihil enim, fol. m. 632.* vbi reiectis rationibus *ſupra d. Theſaur.* firmat fratrem ad inſtantiam fratris poſſe carcerari, dummodò obligatio non deſcendat ex ſocietate eorumdem fratruum ſimul in communione poſt mortem Patris permanentium, ſiquidem hoc caſu non teneri, niſi in quantum facere poſſunt affirmat, non ex fraternitate, ſed ex ſocietate, vt *idem aſſerit ibidem num. 98. verſic. Non tamen.*

Sed ab opinione dicti Theſauri non
11 recederem † quādoquidem ſocius non tenetur pro ſocio, niſi in quātum facere poteſt ex duabus, vt opinor, rationibus prima ex illa præcipua ratione ex text. *in l. verum ff. pro ſocio,* quæ ſocietas ius quodammodo fraternitatis in ſe habet; Secunda, quia ſocius contrahendo
12 † cū ſocio præſumitur plenè inſtructus de qualitate, & viribus ſui ſocij. Sic etiam in fratre, cum quo dum cōtraxit alter frater plenè præſumitur inſtructus de facultate eiuſdem fratris *arg. l. octaui ff. vnde cogn.* verſamur enim circa diui-
13 tias vel paupertates, quarum † ſcientia præſumitur in coniuncto, vt exemplificat *Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 51. num. 43. verſic. Qua, & lib. 6. præſumpt. 29. nu. 11. verſ. Hinc cum allegat.*

14 Vnde mala electio eſt † in culpa *l. videamus ff. locati l. vlt. ff. de cuſtod. reor. cum concordantibus,* & propterea ex hac alia ratione exiſtimarem, fratrem ad inſtantiam fratris non teneri, niſi in quantum facere poteſt, & ideo eius carcerationem non eſſe permiſſam.

Quod limitarem, niſi pro dote obnoxius eſſet, ſiquidem quemadmodum filiusfam. qui etiam habet idem beneficium, ne conueniatur, niſi in quantum
15 facere poteſt, tenetur † pro dote promiſſa, vt diximus ſupra *in ampliat. 10. princip. num. 31.* ita etiam exiſtimarem procedere in fratre, vt ibidem.

Amplia ſupradictam principalem limitationem procedere etiam in quolibet inſtrumento guarentigiato, con-
16 tra quod opponi † poteſt exceptio ne quis conueniatur, niſi in quantū facere poteſt, *Iaſ. in l. 1. nu. 18. C. de iur. & fact. ignorant. & ibid. Padill. nu. 39. Canar. de execut. inſtrum. quæſt. 28.* quos cum alijs ſic firmando allegat *Giurba deciſ. 44. num. 5. verſic. Quo fit.*

17 Declara hāc exceptionem † ne quis conueniatur, niſi inquantum facere poteſt, eſſe regulariter anomalam ſecundum *Zaſium, in l. Neſennius §. inſolidum ff. de re iudicata.*

Cōtrarium, quod ſit dilatoria ſuſtinet *Pobd. Rip. ſingul. obſeruat. obſeru. 375. nu. 4. verſic. Corrigo,* vbi corrigēdo *Zaſium, vbi ſupra,* hāc ſuſtinet ſnīam, qa differtur hæc exceptio ſi ad pinguiorē fortunā peruenerit, vt inquit ibidem Ripa, vbi declarat in dote eſſe anomalam, in inuentario eſſe peremptoriam.

18 Et anomala dicitur, † quia aliarum exceptionum naturam non ſequitur, ſed poteſt ſemper hæc opponi tam ante, quam poſt litem conteſtatam, vt per *Doctor. in §. appellantur inſtitut. de exception.*

SVMMARIVM

LIMIT. XVII.

1 *Ruſticus quis dicatur.*
Natus in Ciuitate ex patre ruſtico, ruſticus dicitur num. 2.
Subuenitur in caſibus à iure expreſſis numero 3.
Non carcerantur pro debito, quando agriculturæ præſunt num. 4. *Sed contra numero* 11.
Creditores contrafacientes puniuntur nu. 5. *& num.* 7.
Non poſſunt in Villis carcerari, & in Ciuitatem duci num. 6.
Fauorabiliores ſunt mulieribus numero 8.
9 *Textus in Authent. Agricultores C. quæ res pignor. oblig. poſſit declaratur.*
10 *Inuadere dicitur ille, qui non iure aliquid facit.*
12 *Ruſticorum qualitas recenſetur.*
Poſſunt compelli ad vehendum victualia in ciuitatem num. 13.
Pro cauſa ciuili non ſunt extra Ciuitatem extrahendi num. 14.
15 *Iudices antiquitus portæ Ciuitatis aſtabant, vt ius redderent ruſticis.*
16 *Ruſtici debent immunes eſſe ab officijs publicis.*
Sunt exempti ab onere perſonali numero 17.
Non procedit ſi publica vtilitas id expoſcat num. 18.
Excuſantur à tutela, niſi ſint ſagaces numero 19.

LIMITATIO XVII.

An Ruſtici pro debito poſſint in carceribus mancipari?

1 RVSTICVS dicitur ille, † qui ruri præeſt, & habitat §. *ſi quis igitur authent. quib. mod. natur. effic. ſui, Boer. deciſione* 272. *in princip.* allegatus per *Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſin.* 34. *num.* 1. *verſic. Et ruſticus, Iaſ. in l. & ab antiquis de teſtam. & plenius Lucas de Penna in l.* 1. *num.* 1. *in princip. C. ne ruſtic. ad vllum obſeq. deuoc. lib.* 11. Et natus in Ciuita-
2 te † ex patre ruſtico dicitur ruſticus, *vt per Iaſon. ibidem dicto num.* 2.

Et in caſibus à iure expreſſis ſubue-
3 nitur † *l. fin. C. de iur. & fact. ignor. Ioſeph. Lud. vbi ſupra, Coſt. de port. rat. quæſt.* 104. *num.* 4. *verſic. Vlterius.*

Inter quos caſus extat ille præci-
4 puus, quod ruſtici † non poſſunt pro debito carcerari, dum in actu agriculturæ reperiuntur, quod procedit tam in ſeruis, quàm etiam in liberis, & cre-
5 ditores cõtrafacientes † puniuntur caſu temerario, vt eſt *tex. in Auth. Agricultores, vbi præcipuè Bald. C. quæ res pignori obligari poſſunt,* vbi dicit eſſe notabile
6 pro ruſticis, qui non poſſunt capi perſonaliter in Villis, & duci in Ciuitatem, licèt id malè ſeruari, teſtetur, *eumdem Bald.* refert, & ſequitur *Ioan. Ant. de Nigr. in cap. quidem num.* 16. *verſic. Secundum ſpeciale, in tit. de bob. arator. non pignor. Latè Lucas de Penn. in l.* 1. *in princip.* vbi etiam de ratione *C. de agricol. & cenſit. tit.* 47. *lib.* 11. *Ariſm. Tepat. variar. ſentent. tit.* 280. *cap.* 2. *verſ. Ruſticus, Gothofred. in prax. ciuil. lib.* 1. *tit.* 3. *de ruſtic. priuileg. verſic. Item,* qui perſonas, vbi
7 vltra dictam pœnam † quadrupli puniendos eſſe creditores, ait *volum.* 58.,

Et

8 Et in hoc videntur fauorabiliores eſſe ruſtici, quàm mulieres, vt per *Odd. de reſtit. in integr. part.* 1. *quæſt.* 9 *art.* 1. *num.* 2. *verſic. In contrarium*, quia mulieres carcerari abſque pœnæ irrogatione eſt permiſſum, In ruſtico verò infligitur à iure dicta determinata pœna.

Sed contra dictam opinionem facit
9 *text. in d. auth.* † quandoquidem inquit ibi textus, *Nullus inueniatur tam audax, vt perſonas, boues, & agrorum inſtrumenta, aut ſi quid aliud ſit, quod ad agrorum operam ruſticam pertineat, inuadere, aut capere, aut violenter auferre præſumat*, ex quo text. apparet Imperatorem Federicum illius authét. compilatorem prohibuiſſe inuadere, aut violenter auferre perſonam agricolę in actu agriculturæ exiſtentem; Inuade-
10 re † autem propriè dicitur ille, qui non iure aliquid facit, vt *in l.* 4. §. *neque enim in fine, ibi qui inuaſiſſet negotia eius nullo iure agere poſſet ff. de act. & obligat.* & inuaſor dicitur ille, qui vi aliquid occupat, vt in *l.* 5. *inuaſor C. vnde vi*, vbi propriè inuaſor, & inuadere dicitur quando cum vi occupatur, prout etiam inquit *text. in l. ſi quis in tantam ibi violenter inuaſerit, & ibi poſſeſſionem inuaſit, & in l. ſi quando vis* 9. *& l. ſeq.*
11 *C. eod. tit.* vnde videtur eſſe permiſſum creditori prehendere agricolam, ſeu Ruſticum in actu agriculturæ exiſtentem, ſeruatis de iure ſeruandis, prout etiam ponderando dictum text. ſuſtinet *Andr. de Iſern. in* §. *Agricultura de ſtatut. & conſuetud. contra libert. eccleſ. in vſibus fœudorum, vbi etiam Afflict.* & quamuis contraria opinio in iure ſit verior, hæc tamen in praxi ſeruatur.

12 Et hodie Ruſticorum qualitas † eſt adeo deprauata, quod nihil aliud habere dicuntur, niſi rationem propriè vtilitatis, immemores Dei timoris, Iuſtitiæ, & boni proximi, etiam reliquerunt illam bonitatem à natura antiquitus eiſdem tributa, ſed ferè omnes ſunt voraces, immunes, ſæui, aſperi, & quaſi Barbarei, vt inquit *Tiraquell. in tract. de nobilit. cap.* 2. *nu.* 57. *& Guttier. practic. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 13. *nu.* 56. *verſ. Nihilominus*; vnde non mirum, ſi omnia priuilegia ferè amiſerunt.

Limita tamen ſupradictam concluſionem, quod licèt in puncto iuris permiſſa non ſit ruſticorum detentio, & Agricultores dum agriculturæ præ-
13 ſunt carcerari nequeāt, tamen † compelli ad vehendum victualia, & annonam in Ciuitate *in l.* 2. *ff. de nundin. Capell. Tholoſ. deciſ.* 147. *vbi Stephan. Aufrer. num.* 2. *verſ. An quis, Franc. Marc. deciſ.* 539. *nu.* 46. *verſ. Vide de materia*, quibus addo *Luc. de Penn. in l.* 1. *ſub num.* 2. *verſ. An autem cogantur. C. ne ruſtic. ad vll. obſq. deuocent. tit.* 55. *lib.* 11. *fol m.* 538. *Petr. de Rauenn. ſingul.* 607. *inter ſing. DD. vol.* 2. *fol. m.* 152.

Amplia, vt pro cauſa ciuili extra ci-
14 uitatem † non ſint trahendi, cum ex peculiari priuilegio habeant fori electionem, & coram defenſoribus Ciuitatum, ſi id elegerint, ſint conueniendi *l.* 3. *de defenſ. ciuit. lib.* 10. *Luc. de Penn. in d. l.* 1. *nu.* 2. *verſic. Et ideo, C. de agricol. & cenſit. d. lib.* 11. vbi ex *D. Hieron. ſupra Zacc.* refert antiquitus, Iudi-
15 ces aſtitiſſe in portis † Ciuitatum, vt Ruſticis ius redderent ne ab agricultura diſtraherentur, & porta Iudicij dicebatur, *Deuter.* 21.

Amplia ſecundò, vt debeant eſſe
16 immunes ab officijs † publicis gerendis *d. l.* 1. *C. ne ruſtic. lib.* 11. *Gothofred. in d. prax. ciuil. d. tit.* 3. *de ruſticor. priuileg. verſic. Sunt & Ruſtici, fol. m.* 56. *Lucas de Penn. in d. l.* 1. *num.* 8. *verſ Super hoc* dic melius, *& num.* 10. *verſic. Iuxta ergo, C. de agricol. & cenſit. lib.* 11.
17 maximè ſi honores habeāt † onus annexum,

nexum, à quo vti perſonali, exempti dicuntur, *vt d.l.*1. *C. ne ruſtic. Lucas de Penn. vbi ſupra eodem num.*8. *verſ. Merè perſonalia*.

Declara hoc non procedere ſi in de-
18 fectum aliorum † eligantur, & publica vtilitas hoc expoſcat, quandoquidem hoc caſu non eximuntur ab onere perſonali *arg.l.vt gradatim* §.*quoties ff. de muner. & honor.* vt explicat *Luc. de Penn.in d.l.*1.*d.num.*8. *d.verſ.Merè perſonalia*, prout etiam hodierna praxis obſeruat.

Amplia tertiò, vt non poſſint com-
19 pelli † ad ſuſcipiendum tutelam; imò ab ea omninò excuſantur, niſi ſint ſagaces *l.athletæ* §.*de ruſticis, vbi Gl. ſing. ff.de excuſat.tut.&* §. *ſimiliter, vbi Gloſ. inſtit. de excuſ. tut. Aloiſ. de Albert. ſingul.*53.*inter ſing. DD.tom.*2.*fol.m.*168. & nos latius annuente Deo dicemus in *tertio libr. huius tract.*

SVMMARIVM

LIMIT. XVIII.

1 *Idoneus dicitur, qui ſoluendo eſt.*
*Tria concurrere debent, vt idoneus dicatur num.*2.
*Quiſque præſumitur non autem quoad facultates num.*3.
*Poteſt conueniri, ſed non carcerari nu.*4.
5 *Fideiuſſio non requiritur, vbi principalis eſt ſoluendo.*
6 *Moram incurrit debitor non ſoluens tempore præfixo.*
7 *Dies interpellat pro homine.*
8 *Debitor obligatus vigore pacti de capiendo, carcerari poteſt.*

LIMITATIO XVIII.

An debitor idoneus carcerari poſſit?

1 IDONEVS dicitur † is, qui locuples ſoluendo eſt, *l.*14. *& l.*27. §.*penult. ff.de minor. l.ſi mandauero* 42. *ff.mand. &* *l.*1. *ff. de fund. dotal.* quæ iura allegat *Scard. Theſaur. iur. in verbo, Idoneus*, ſed dicta & alia iura adducta parum, aut nihil ad rem faciunt, & ideo dicas melius, quod idoneus ad hoc vt quis dici poſſit tria concurrere
2 debent. † Primò facultas conueniendi, Secūdò bonorum opulētia. Tertiò eiuſdem legalitas, & fides, vt eſt text. melior de iure *in l.ſi quis ſtipulatus fuerit Stichum, aut Pamphilum* 112.*in fine ff. de verbor. obligat.* ibi. *Niſi quod plerumque idonei non tantum patrimonio, quam fide quoque æſtimaretur, & l.*2. *in princ.* ibi. *Non tātum facultatibus, quā etiam ex conueniendi facilitate ff. qui ſatiſdar. cogant.* & idoneus quiſque præſumitur,
3 † non autem quoad facultates, *Bartol. in l.ſi verò* §. *qui pro rei ff. qui ſatiſdar. cogant.* Et ideo debitor idoneus, & val-
4 de locuples, licèt conueniri poſſit, non tamen carcerari, & ad cauendum de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo compelli poteſt, *Bald. in l. mulier ſub num.*1. *verſic. Pone Petrus C.de iur. do-*
5 *tium*, non eſt enim neceſſe fideiuſſorem præſtare, vbi principalis per ſe ſufficiens exiſtit *l. de creationibus C. de epiſcop. audient. l.quicumque, la* 2. *& ibi Bartol. C.de fund.patrimonial.lib.*11.*l.*1. *& l.*2. *vbi etiam Caſtrenſ. ff. qui ſatiſdar. cogant. Cumia in ritu Sicil. cap.*29. *num.*16. *verſic. Quod eſt verum.*

Contrarium ſuſtinet *Cum. in præcitat. cap.*29. *d. num.*16. ſecundum ritum in terminis, in quibus loquitur.

Declara non procedere in eo, qui
6 in tempore præfixo non ſoluit, † etenim cum ob ſolutionem non factam moram incurrere dicatur, vt diximus ſupra *in prælud.*2. *num.*32. & fusè tradit *Gabriel. commun. concluſ.in tit. de ſolution. concluſ.*9.

7 Dies interpellat pro homine, † ideo

idoneus

idoneus tunc non dicitur, quia facultas conueniendi deficere videtur, & ſic vnum ex requiſitis à nobis ſuperius relatis.

Declara ſecundò non procedere,
8 quando † quis reperitur obligatus vigore inſtrumenti guarentigiati, vel ritus noſtri, cum pacto de capiendo, quia vigore dicti pacti, & moræ incurſæ, vt proximè diximus carcerari poteſt pro iudicij aſſecuratione, vt latius tradidimus ſupra *ampliat. 13. principal. nu. 33.*

Subdeclara procedere in debitore extero, qui non ſit iuriſdictioni Iudicis permittentis capturam ſubiectus, quia ob rationem ſuſpicionis carcerari poterit, vt declarauimus *ſupra in prælud. 2. in fine, & quæſt. 1.* vbi vide.

SVMMARIVM.

LIMIT. XIX.

1 *Officiales Ciuitatum hodie loco decurionum ſucceſſerunt.*

2 *Magiſtratus Antiani Priores, & cæteri durante officio conueniri non poſſunt.*

Procedit in maioribus magiſtratibus, non autem in minoribus num. 3.

Maiores magiſtratus qui ſint, & qui minores num. 4.

Iudicis arbitrio hoc relinquitur num. 5.

Obligati nomine magiſtratus durante officio conueniuntur num. 6. ſed vide nu. 9.

Obligati nomine Magiſtratus, & nomine proprio etiam finito officio conueniuntur num. 7.

8 *Officiales, ſeu Maſſarij oppidorum ſemper conueniri poſſunt.*

9 *Magiſtratus etiam finito officio conueniuntur.*

10 *Ciuis non agit in iudicio contra eius ciuitatem, niſi venia petita.*

11 *Magiſtratibus Ciuitatum reuerentia debetur.*

12 *Venia non petita reddit acta nulla, ſi id oppoſitum ſit, aliàs ſecus.*

Procedit in iudicio ordinario, & in executiuo num. 13.

14 *Magiſtratus Minores, & ſi conueniri poſſint durante officio, non tamen conijci in carceres.*

LIMITATIO XIX.

An Decuriones, Officiales, Magiſtratus, Conſules, Electi, Conſeruatores, & alij Adminiſtratores Ciuitatum, & Terrarum poſſint pro debito carcerari?

1 HOdie huiuſmodi dignitatis genus † ſucceſſit loco Decurionum, *Gloſ. in rub. de Decurionibus lib. 10. vbi etiam Luc. de Penna num. 2. verſic. Hi quoque, Capic. deciſ. 27. num. 22.* & ſic teſtatur communiter eſſe * receptum, *Farinac. pract. crimin. quæſt. 41. num. 58. verſic. Ampliа primò. Borell. de Magiſtratib. lib. 1. cap. 8. num. 34. cum allegatis.*

2 Hi enim ex iuris diſpoſitione pendente eorum officio † carceribus mancipari, vel aliter conueniri nequeunt, *Duen. in reg. 190.* allegat id affirmando *l. milites ff. de re iudic. Bald. in l. 1. C. qui bonis cedere poſſunt, & Gloſ. in l. medicos C. de profeſſorib. & medic. lib. 10. Tiraquell. de nobilit. cap. 20. num. 136.* ſed neque dicta iura, neque Doctores per Duen. allegati hoc annuunt, *Oldendorp. relatus per Gothofred. prax. ciuil. de in ius vocand. lib. 2. tit. 4. fol. m 524. Iaſon* hoc firmat *in l. 2. nu. 1. verſic. Nota primò per illum textum ff. de in ius voc. l. pars literarum, vbi hoc notat Gloſ. ff. de iudicijs,* eſt optimus *text. in cap. prohibentur 14. 2. quæſt. 1.*

3 Declara hanc concluſionem procedere in magiſtratibus maioribus, † qui non permittuntur conueniri durante officio

Digitized by Google

officio *l. ſed & ſi per Prætorem* §. *hæc clauſula ff ex quib. cauſ. manum.* Minores verò Magiſtratus etiam in ipſo officio conueniri poſſunt *l. nec magiſtratus 34. in fin. ff. de iniur. Gloſ. magiſtral. in d. l. 2. in verb. Imperium, ff de in ius vocand. Gothofred.* vbi *ſupra lib. 2. tit. 4. fol. m. 525. referens Schenc.* Idem *Gothofred. lib. 2. tit. 1. fol. m. 145.* Et quam-
4 uis maiores magiſtratus † dicãtur, qui merum habent imperium, & gladij poteſtatem *d. l. 2. vbi etiam Gloſ. ff. de in ius vocand.* Minores verò, qui ſine Imperio, vel poteſtate iuriſdictionem ſolam obtinent, *d. l. nec magiſtratus*, vt refert *Gothofred. d. lib. 2. tit. 1. de iuriſ-*
5 *dict. omn. iudic.* tamen Iudicis † arbitrio relinquitur, quando dicantur magiſtratus maiores, vel minores, vt firmat *Alberic. in d. l. nec magiſtratus in fine.*

Declara ſecundò non procedere, quãdo Conſules, Priores, magiſtratus,
6 † & huiuſmodi genus perſonarum, obligati reperiuntur in aliquo contractu ad fauorem earumdem Vniuerſitatum celebrato, etenim hoc caſu etiamſi ipſi Conſules, Priores, Magiſtratus, & ſimiles in inſtrumento non interuenerint, tamen quia obligati reperiuntur per eorum prædeceſſores rectè durante officio conueniri poterunt, vt firmat *Bald. in l. etiam 5. num. 11. verſ. Modò C. de execut. rei iudic.* cum alijs à nobis congeſtis *ampliat. 3. princ. num. 29.* vbi latius diximus.

7 Declara tertiò nõ procedere, quando huiuſmodi adminiſtratores obligationi acceſſerũt tam proprio, quàm Vniuerſitatis nomine, quoniam hoc caſu, nedum durante officio, verum etiam eo expleto conueniri poterunt, *argum. l. procurator qui pro euictione 62. ff. de procur.* cum à nobis deductis *in d. ampliat. 3. num. 32.* & ibi ſecundum ea quæ tradidimus declara.

Declara quartò non procedere in
8 conſulibus, † ſeu Maſſarijs oppidorum, qui indiſtinctè conueniri, & carcerari poſſunt etiam durante officio, *argum. text. in l. athleta §. iuriſgentium iuncta l. propter magiſtratum ff. de adminiſtrat. tutor.* & firmat ex dictis iuribus *Duenas in d. reg. 190. verſic. Amplia nonò,* & ſic etiam indiſtinctè ſeruamus in his partibus.

Declara quintò, quod licèt poſſint dicti Adminiſtratores conueniri etiam durante officio, quando Vniuerſitatis nomine contractui celebrato acceſſerunt, nihilominus ſi recepta pecunia, non apparet illam verſam fuiſſe in beneficium ipſius Vniuerſitatis obligatæ,
9 remanet obnoxius † adminiſtrator, ita vt etiam finita adminiſtratione, licet eumdem conuenire, *Alex. in l. Ciuitas num. 2. ff. ſi certum petatur, Hering. de fideiuſſ. cap. 20. §. 21. à num. 8. vſque ad finem,* & latius diximus *ſupra ampliat. 3. princip. num. 34.*

Declara ſextò, quod licèt in caſibus ſupra expreſſis adminiſtratores Vniuerſitatis poſſint in iudicio vocari, & conueniri, tamen ſi conueniantur ab
10 eorum ciuibus, non permittitur † id fieri, niſi venia prius impetrata, vel petita quandoquidem cum loco Patris habeantur *§. fin. in authent. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. & l. non debet ff. de*
11 *dolo,* eiſdem reuerentia debetur, † & venia prius petita, in iudicio vocari poſſunt, *ſic poſt Angel. Caſtrenſ. & Alex. concludit Iaſ. in l. generaliter num. 3. verſ. Secundò, ff. de in ius vocand. per dicta iura,* aliàs iudicium nullum eſſet, vt concludit *Bartol. in l. quamuis 11. in fine ff. de in ius vocand.* quod intellige, ſi id op-
12 poſitum fuerit, † aliàs pars aduerſa dicitur conſenſiſſe, vt concludit *ibidem Bartol.*

Amplia

21 *Simeonis Vaez merita recenſentur.*

22 *Cauſæ, in quibus poteſt procedi per inquiſitionem recenſentur.*

23 *Muſcatellus impugnatur & declaratur.*

24 *Prag. verba de extract. animal. perpenduntur, & declarantur.*

25 *Extenſio non fit in delictis quando conſtat de mente diſponentis.*

26 *Recenſentur caſus, in quibus poteſt procedi per inquiſitionem abſque fragrantia.*

27 *Caſus, in quibus non poteſt procedi ſine fragrantia.*

28 *Equi de pretio in Regno poſſunt extrahi, ſed declara num. 29.*

30 *Quæ non ſunt prohibita cenſentur permiſſa.*

31 *Prag. prima de extractione animalium interpretatur.*

32 *Vbi adeſt diuerſa ratio diuerſum ius ſtatui debet.*

33 *Extractio equi, vel equæ, qui non ſunt de ratia, vel de perſona, non poteſt probari per teſtes.*

34 *Diſpoſitio correctoria iuris communis ſtrictè debet interpretari.*

35 *Pretium equi reſidet in arbitrio Iudicis. Standum eſt de eodem peritis in arte numero 36.*

37 *Infirmitas equi bulſi probatur per medium equarium.*

38 *Periti in arte debent deponere cum iuramento.*

39 *Citatio partis non exigitur in depoſitione peritorum.*

40 *Equi, & equæ deſeruientes Regijs locatis Apuliæ non dicuntur de ratia.*

41 *Extenſio in pœnalibus non debet fieri. Etiam ex identitate rationis num. 42.*

43 *Equuli, & equulæ non poſſunt extrahi, etiam ſi non ſint de ratia.*

44 *Cautela Capſariorum huius Regni recenſetur.*

45 *Extractio equulorum permittitur per Principis reſcriptum in Regno, vel per Regiam Cameram Summariæ num. 46.*

47 *Praxis pro extractione equulorum recenſetur.*

AGVMENTVM

II. QVAEST.

An in Regno in omnibus extractionibus poſſit procedi, etiam ſi delinquentes non reperiantur in fragranti?

PER Reg. Prag. in tit. de extract. animalium diuerſæ pœnæ irrogantur. † In
1 extractione auri, argenti, equorum, equulorum, & equarum, quæ non ſunt (vt aiunt) de ratia, vel de perſona, ne dum infligitur pœna extrahentibus in fragranti, vt in prag. 2. & 3. verum etiam ſi huiuſmodi delictum per teſtes ex poſt facto veritate comprobatum ſit, vt de equis oratio eſt in prag. 7. & 9. ibi. *Tanto ſe ſaranno preſi in fragranti, quanto che verificandoſi hauerli eſtratti*, & de extractione auri, & argenti commemoratio fit in Prag. 8. in fine ibi: Poſt datum. *Volemo, che non oſtante, che non ſiano trouati in fragranti li delinquenti ſiano puniti ogni volta ſi trouerà hauer contrauenuto al Bando*. & iterum in Prag. 11. ibi:

Digitized by Google

ibi: *Ma volemò, che baſti proua legitima di eſſere eſtratti.*

In extractione verò aliorum anima-
2 lium † ſolum prohibetur extractio ſub pœna amiſſionis eorūdem animalium, & ducatorum mille, vt in prag. 1. eod. titulo, & in extractione lini, vt in pragmat. 6. & in extractione ſalnitri, ſeu ſulphuris, vt in prag. 12. & in extractione pulueris, vt in pragmat. 14. In quibus omnibus mulcta irrogatur, ſi extrahantur, nec in ſupradictis delictis ſpecificè prouiſum eſt, quod poſſit per legitimas probationes procedi, etiā poſt delictū conſumatum, ſicut in alijs duobus ſupra à nobis relatis, & ideo dubitatur an in extractione aliorum animalium, prout ſunt equi, & equæ, quæ non ſunt de perſona, neque de ratia, vt etiam in extractione Bouum, Vaccarum, Iuuencarum, & aliarum rerum, in quibus non eſt determinatum poſſe etiam poſt delictum procedi, ſit permiſſum proceſſus formare, ne dum ſi in fragranti delinquentes deprehenſi fuerint, ſed etiam ſi per teſtes poſt extractionem de delicto conſtet?

3 Pro affirmatiua † fas eſſe proceſſus formare poſt delictū commiſſum, etiamſi in fragranti delinquentes non reperiantur, videtur expreſsè ſuſtinere *Rip. in tract. de remed. ad conſeruand. vbert. quæſt. 9. verſic. Nono quæro num. 103. & num. 104.* vbi ſtatuto dictante, quod inuentus portare frumentum, &c. puniatur, &c. poteſt pœna ſtatuti puniri, etiam ſi in fragranti non
4 reperiatur, dummodo † per teſtes probetur, ex illa præcipua ratione, quia verbum inuenire ſecundum *Angel. & Imol. in l. 3. §. Neratius ff. de acquir. poſſeſſ. & Roman. in l. 1. in princip. eod. tit.* de ſui propria ſignificatione corporalem prehenſionem non requirit *tex. in l. 1. C. de rapt. virgin.* ibi: *Si in rapina non inuematur, & in cap. 1. de dilat.* ibi:
Si Iudex inuenit rem ita ſe habere, vbi
5 verbum, inuenire, intelligitur † ſi per probationes de delicto conſtet, & ſi ſecus diceretur de facili fraus contra ſtatutum committeretur, ex potētia enim extrahentis impoſſibilis daretur perſonalis prehenſio in fragranti, vt per *eundem Rip. vbi ſupra num. 104. verſic. Item retorquetur,* cum alijs rationibus ab eodem adductis, quibus accedat *Cumia in Rit. Regni Sicil. capit. 60. numero 4. 5. & 6. verſic. Quarto nota.*

Hanc eandem opinionem ample-
6 ctitur, † *Muſcatell. in prax. criminal. in tit. de extract. extra regnum numero 16. & numero 17. folio mihi 52.* vbi in facti ſpecie præſuppoſita affirmat in Regno vigore *Reg. Pragmat. 8. & 11. dicto tit. de extract. animal.* hoc ſpecialiter præcipientium, etiam ſi extrahentes in fragranti nō fuerint deprehenſi, eſſe permiſſum procedere contra delinquentes, ſi per teſtes conſtet de extractione nummorum, aliarumque rerum per dictas pragm. vetitarum, quia delictum iam dicitur commiſſum, & niſi eſſet ita diſpoſitum ex dicto iure noſtro municipali, contrariam opinionem vti communem ſequeretur, vt annuit præcisè *Muſcat. vbi ſupra dicto num. 17.*

Contrariam verò partem etiam at-
7 tenta diſpoſitione † huius noſtri iuris municipalis ſuſtinemus vti veriorem communem, & probabiliorem ex infraſcriptis iuribus, & rationibus.

Primò, niſi per ſtatutum induca-
8 tur, extractio † ſine inuentione in fragranti, non eſt delictum, *Barthol. Veron. in l. ſi fugitiui, columna penultima C. de ſeru. fugitiu.* eum refert *Rip. in dicto tract. de remed. ad conſeruand. vbertat. num. 104. verſic. Sic dicendum, Boer.*

Digitized by Google

Boer. deciſione 178. *Et primo numero* 22. *verſic. Sed ceſſante*, ſed per dictum
9 ius municipale, † & ſic per ſtatutum, *vt infra quaeſt.*8. *num.*2. non reperitur determinatum eſſe procedẽdum, etiam ſi delinquentes non reperiantur in fragranti, vt probabimus ergo, dicta extractio ſine fragranti non eſt delictum,
10 ſed remanet in diſpoſitione † iuris communis *vulg. l. Gallus* §. *& quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.* vbi ex magiſtrali Bartoli diſtinctione *ſub num.*3. colligitur, quod prouiſio facta in vno caſu, quando eſt facta per modum diſpoſitionis, ex qua non poteſt conſtare de mente diſponentis voluiſſe extenſio-
11 nem fieri, non extenditur ad alium caſum, maximè in materia non fauorabili *l. vim paſſam* 39. §. *praeſcriptione ff. ad leg. iul. de adulter.* facit quod in ſimili dixit *Muſcat. in prax. ſacr. Reg. Conſil. parte prima Gloſ. ſententia numero* 177. *& ſequenti*.

Minor probatur, ſi quidem ſolum in
12 extractione † auri, & argenti, equorum, ſeu equarum, & equulorum de ratia, ſiue de perſona eſt determinatum, quod poſſit procedi per teſtes, etiam ſi delictum in fragranti non reperiatur, *vt per Reg. Pragmat.* 7. 8. 9. *&* 11. *in tit. de extract. animal.* ergo in alijs extractionibus aliorum animalium aliarumuè rerum, de quibus in *pragm.* 1. 6. 12. *&* 14. *eodem tit.* non cenſetur permiſſum, procedere in delictis in fragranti non repertis, & poſt haec ſcripta fuit promulgata Regia Pragmatica Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Zappatae ſub die 7. Martij 1622. 17. in ordine in fine huius Opu-
13 ſculi collocanda, qua prohibetur † extractio monetarum, auri, & argenti cuſarum in Regia Sicla ſub poena mortis naturalis, vbi declaratur, delictum pro conſumato haberi, quando extrahentes eamdem monetam, deprehenſi ſunt in locis, vicinis confinibus Regni, vbi veriſimiliter dicta moneta extrahi poterat; Vnde prouiſio facta per *dictas Regias Pragmaticas* 7. 8. *&* 9. quod poſſit procedi in extractione auri, argenti, & equorum, equarum, & equulorum de ratia, ſiue de perſona, etiamſi non deprehendantur in fragranti, non debet extendi ad extractionem equorum, qui non ſunt de perſona, nec de ratia, nec in alijs extractionibus bouum, iuuencarum, agnorum, veruicum, croci, lanae, ſulphuris, pulueris, & ſimilium; ſed in iſtis procedi tantum poteſt, quando cum fragrantia comprehenduntur.

Secundò facit quod inquit *Farinac. in ſua prax. quaeſt.* 108. *num.* 142. *verſic. Alia ſuccedit*, an quis in delatione
14 armorum † debeat puniri, diſtinguendo, quando ſtatutum factum de iure non punibile punit, & quando factum de iure punibile punit. In primo caſu non poteſt procedi contra arma deferentem, niſi is cum ijſdem armis fuerit deprehenſus. *Cum. in dicto rit. Regni Sicil. capit.* 60. *numero* 4. *&* 5. Sic in propoſito, aſportare aurum, & argentum, & dictos equos de ratia, ſiue de perſona extra Regnum, de iu-
15 re communi non eſt delictum, † & per conſequens non punibile, & nihilominus de iure noſtro municipali eſt inductum poſſe procedi in eorum extractione per inquiſitionem poſt delictum commiſſum, etiam ſi in fragranti non comprehendantur, vt in ſimili de armorum delatione affirmat *Farinac. vbi ſupra, numero* 133. *verſicul. Vbi idem ſtatutum*; ergo in dictis alijs extractionibus, quae de iure communi delictum non continent,
16 † vt ex Rip. diximus ſupra, non poteſt per inquiſitionem procedi, niſi

in

in fragranti reperiantur, prout conclu-
dit Farinac. vbi ſupra, & quamuis in-
ter DD. controuerſa ſit quæſtio, An
deferens arma debeat puniri, ſi in fra-
granti non fuerit cum armis inuentus;
17 tamen † pro ſola delatione armorum
nõ proceditur per inquiſitionem, pro-
ut etiam ſic in his partibus abſque vl-
la dubitatione obſeruamus.

Tertiò facit, quod præcipit eadem
Regia Pragmatica 8.eod.tit. per quam
18 prohibetur extractio † auri, & argenti
etiam immiſſi per tranſitũ, & ſi poſtea
ſuperuenit Reg. Pragmat. qua permit-
titur extractio monetarũ auri cuſarum
extra regnum, & nihilominus in alijs
rebus extra regnum immiſſis, & in hũc
Regnum aſportatis contrarium ſerua-
tur, quia ſi ſunt equi, vel equæ extra
Regnũ immiſſi non adhærentes, neque
tãgẽtes Regios paſſus, nec apparet eſſe
de ratia equorũ Regni, poſſunt extra-
hi abſque aliqua ſolutione, neque ob-
tenta licentia extrahendi, vt quotidie
abſque controuerſia in praxi ſeruatur.

Sic etiam obſeruatum vidimus in
pannis laneis per tranſitum immiſſis in
19 Regnum; ſi enim non adhærent † ad
Regios paſſus, ſeu Regias capſas, ne-
queunt detineri, vt occurrit in dies in
pannis laneis Nurſinis, qui immittun-
tur per tranſitum in Terram Leoniſſæ,
& ab ea, & à Regno exeunt abſque alia
exituræ ſolutione, & in facti cõtingen-
tia, aliquando per Generales Cõmiſſa-
rios Contrabandorum, parũ edoctos,
dicti panni lanei deprehenſi tanquam
intercepti fuerunt, prout occurrit tem-
pore D. Alueris de Riuanigra Genera-
lis Cõmiſſarij Contrabãdorum, & poſt
ea Regentis Magnæ Curiæ Vicariæ, &
nihilominus trãſmiſſo proceſſu ad Re-
giam Camerã Summariæ, fuerũt reſti-
tuti abſque aliqua ſolutione de ordine
eiuſdẽ Reg. Cameræ; Vnde dicta Terra
Leoniſſæ reperitur in pacifica poſſeſ-
ſione permittendi dictam extractionem
20 † per tranſitum, nedum in pannis, ve-
rũ etiam in lanis, equis, mulis, alijſque
rebus immiſſis per tranſitũ per dictam
Terram Leoniſſæ, adeo quod, & ſi ali-
qui Cõmiſſarij deſtinati per Generales
Cõmiſſarios Cõtrabandorũ apprehen-
derunt dictas res immiſſas per tranſitũ;
fuerũt nihilominus omnia reſtituta de
ordine Generalis Commiſſarij Cõtra-
bandorum abſque aliqua exituræ ſolu-
tione, & ſic obtinui vti Patronus in cau
ſis, quæ agitatæ fuerũt coram Domino
Simeone Vaez Præſidẽte Regiæ Cam.
21 Summ. tũc † Generali Cõmiſſario Con
trabãdorũ Viro integerrimo, Religio-
ſiſſimo, Doctiſſimo, & omni laude di-
gniſſimo, & ad præſens Comite Molæ,
qui fuit moderator dicti Tribunalis, &
clariſſimis monumẽtis ſucceſſores edo-
cuit, quæ ſi ſeruarentur, non eſſet locus
improbis hominibus cũ maxima pau-
perum pernicie. Deus Optimus Ma-
ximus omnia cernit, videmus enim, pa-
ce iuſtorum, hoc genus hominum vitijs
elapſum, omnibus euertere fortunis.

Vnde ex his, quæ ſupra in mediũ ob-
tulimus remanet firma concluſio, ꝙ in
alijs extractionibus nõ poteſt procedi,
22 niſi delinquẽtes † reperiatur in fragrã-
ti, exceptis tñ extractionibus auri, ar-
gẽti, & equorũ, equarũ, ac equulorũ de
perſona, ſiue de ratia, vt diximus, & hęc
eſt cõis opinio, * de qua teſtatur *Rip.*
vbi ſup. d. nu. 204. verſ. Et pro iſta opinio-
ne, quã vti cõmunem ſequitur *Muſcat.*
vbi ſup. in d. tit. de extract. extra Regn. d.
23 *nu. 17.* licèt cõtra † communem in fa-
cto nõ informatus ſuſtineat, neque hæc
communis in caſu noſtro abſque ratio-
ne eſſe videtur, quandoquidem, ſi ver-
ba Regiarũ Pragmaticarũ perpẽdimus
loquuntur per verba præſentis tempo-
ris, prout in Pragm. 1. ibi, *Si comanda*

ad ogni perſona, &c. che da quà auanti non eſtraba fuori del Regno, &c. & in Prag.6. de extractione lini eodem tit. ibi, *Non ſi poſſano, ne debbano eſtrahere, &c.* & in pragmatica duodecima ibi. *Che debbano extrahere*. In extra-
24 ctione † verò equorum, equarum, ſeu equulorum de perſona, ſiue de ratia,& in extractione auri,& argenti prohibetur extractio nedum per verba præſentis, ſed etiam per verba præteriti temporis, vt videre licet in pragmaticis ſuperius allegatis, & præcipuè in pragmatica vndecima ibi, *E tutta la quantità di denari & argento etiam di Spagna, che foſſe ſtata eſtratta, &c.* ex quibus apparet Legiſlatorem permiſiſſe pro-
25 ceſſus formare † per inquiſitionem, quando ſumus in caſu extractionis auri, argenti,& dictorum equorum,etiam ſi in fragranti non reperiantur, *argum. legis Titius* §.1. *ff. de liber. & poſthum. & l. fin. C. eodem titulo*, quia conſtat de mente diſponentis extenſionem fieri debere, *Bart. in dicto* §. *& quid ſi tantum ſub num.*3.

Ex ſupradictis duas colligimus concluſiones.

PRIMA CONCLVSIO.

26 In extractione auri,argenti,† equorum,equarum,& equulorum de perſona,ſiue de ratia poteſt procedi,nedum contra in fragranti repertos,ſed etiam ſi per teſtes conſtet delictum commiſſum fuiſſe.

SECVNDA CONCLVSIO.

27 In extractione equorũ, ſeu vt † vulgariter fertur,ronzinorum,bouum,iuuencarum, veruicum, agnorum croci, lanarum, ſulfuris, pulueris, rerum ſericarum,& ſimilium non poteſt procedi per inquiſitionem, ſed ita demũ delinquentes puniri poſſunt,ſi deprehendantur in fragranti cum rebus aſportare prohibitis,non obtentis pro earum aſportatione debitis expeditionibus, ſeu, vt aiunt, reſponſalibus.

Ex hac ſecũda quæſtione,& ex duabus concluſionibus ſupra firmatis plures veniunt faciendæ illationes.

Infertur primò,in extractione equo-
28 rum,equarũ,& equulorum, † qui non ſunt,nec de perſona,nec de ratia,contrabandum non committi, & propterea ſi in fragranti delinquentes deprehenſi fuerint cum equis de prætio,nec pœna corporis afflictiua,nec pecuniaria irrogatur, ſed ſolum intercipiuntur equi ad beneficium Regij Fiſci, prout in praxi pluries obſeruauimus,ex duabus potiſſimũ rationibus, prima, dum ex Regijs pragmaticis prohibetur extractio equorũ, & equarũ de perſona, ſiue de ratia, extractio equorum, ſeu equarum de pretio, dummodo nõ ſint
29 † de ratia, videtur permiſſa, quia in correctorijs non fit extẽſio de re ad diuerſam rem,& de caſu ad diuerſum caſum. *l. ſi præſes, & l. de interpretatione ff. de pen, vt infra latius hac ead. quæſt. n.*41. alia ratio eſt, quia iure cõmuni,& mu-
30 nicipali † huius Regni inſpecto, nulla adeſt prohibitio in extractione equorum,vel equarum de pretio; Vnde hæc cenſetur permiſſa, *argum. l.*1. *ff. de teſtib. l. mutus* §. *cum quæritur ff. de procuratoribus l. nec non* §. *quod eis ff. ex quibus cauſis Maiores, & l. ab ea parte, ff. de probation. Bart. quæſt.*19. *num.*1. *Boer. deciſ.*178. *num.*22. *verſic. Sed ceſſante*.

Neque huic illationi obſtare videtur Regia Pragmatica 1. de extractione
31 † animalium,qua prohibetur quorumcumque animalium extractio,ſub pena ducatorum mille,&c. & per conſequẽs extractorem equi dicta pœna afficiendum eſſe, quia reſpõdetur quod extractiones equorum, ſeu equarum, quæ non ſunt de perſona,neque de ratia de iure municipali permittuntur, & per

Capſa-

Capſarios fiunt ſolitæ expeditiones, in alijs verò animalibus, prout ſunt Bones, Iuuencæ, Sues, & huiuſmodi prohibētur per inſtructiones iiſdem capſarijs aſſignatas, Vnde ceteræ videntur permiſſæ *argum. text. in l. cum prætor in princip. ff. de iudic. cum ſimilibus*, maxi-
32 mè † ſi eadem ratio non concurrat *Gloſ. ſing. in d. l. cum prætor in verbo, videtur*; ratio verò ſatis diuerſa colligitur, prohibitio enim extractionis equorum, ſeu equarum de perſona, ſiue de ratia duplicem continet rationem, deſeruire etenim primò videntur ad hoſtes expellendos; ſecundò extractio equorum, ſeu equarum de ratia, vt plurimum ſunt de perſona, pro quibus faciunt tradita per *Boer. deciſ. 78. nu. 11.* vbi cōmemorat hanc noſtram Regiam Pragmaticam, & verba facit de alia prohibitione in Hiſpania, in qua eſt vetita extractio equorum, qui vulgariter ibi nuncupantur *Giannetti*.

Secundò infertur, quod in extractio-
33 ne equi, vel equæ de pretio, † dūmodo nō ſint de perſona, neque de ratia, non poteſt procedi per inquiſitionem, nec delictum poteſt probari per teſtes, niſi delinquentes reperiantur in fragranti, & ſi probatur delictum poſt extractionem cōmiſſam, non licet relaxare citationem ad informandum, ſiue aliam, quia dum nō eſt prohibita dicta extractio, neque de iure municipali huius Regni, neque de iure cōmuni, ſed pro extractione fiāt per Capſarios, & alios deputatos ſolitę expeditiones, ſiue bullettæ, in quibus æſtimantur equi pretio ducatorū viginti, vel minoris, ſed non pluris, ſeruata forma inſtructionum iiſdem Capſariis per Reg. Cameram Summariæ aſſignatarum, quamuis equi, vel equæ pluris valeant, dummodo nō ſint de perſona neque de ratia, vt diximus, nō intercipiuntur, quia in ſtatutis pro-
34 prietati † ſermonis ſtādum eſt, & omnis diſpoſitio correctoria iuris communis ſtrictè debet intelligi, vt minus corrigat, vel deroget iuri communi *vulg. l. ſi quando C. de inoff. teſtam.* & ad certos, & determinatos caſus reduci debet, latè *Alex. in conſil. 107. Perſpectis num. 6. & num. 7. verſic. Confirmantur lib. 5.*

35 Et licèt de pretio ſtandum † ſit arbitrio Iudicis *l. ſi duo §. Marcellus de iureiurand. l. ſi quod ex Pamphila in fine de leg. 2.* vbi Doctores, *Menoch. de arbitrar. caſu 143. per tot.* tamen de pretio
36 equi in caſu, de quo † agitur, ſtandum eſt peritis in arte, & ſic etiam an ſit equus de ſtatura, ſiue de perſona, *argum. tex. in l. 2. §. final. vbi Bartol. & alij Scribentes ff. de ventr. inſpiciendo. l. ſemel C. de re militar. lib. 12. l. ſeptimo menſe de ſtat. homin. & in cap. ſignificauit, il terzo de homicid. Ceual. commun. contr. comm. quæſt. 1. num. 24.* prout dicit *Alex. in conſ. 148. Excellentiſſime per*
37 *tot. volum. 2.* de equo † bulſo, de cuius infirmitate creditur medico equario;

Qui periti debent deponere cum iu-
38 ramento, † *Bartol. plenè in 1. conſtitut. Digeſtorum in §. omnem, Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 88. num. 4. verſic. Non quoque, Ceual. vbi ſupra num. 26. verſic. Secundo*.

39 Et citatio partis † in hoc non exigitur, *Alex. in l. 1. ff. de ſeruit. poſt Bartol. in l. Theopompus in fin. ff. de dot. prælegat.*

Tertiò infertur, quod equi, & equæ
40 Regnicolis locatis † in acceſſu, & receſſu Apuliæ deſeruientes, non dicūtur de ratia, quia ratiæ appellātur quæ ad procreandos tantum equulos, & equulas conſtitutæ ſunt, & propterea equæ, quæ ad triticum tempore meſſium terendum, & ad conducendum pecudes clitellis, ſeu baſtis oneratæ deſignatæ ſunt, nequeunt nuncupari de

Digitized by Google

ratia, quia hæ ad propagandum tantum ſoboles, & non ad alium vſum deſtinantur, vt propè diximus, & ſi ſecus diceretur fieret extenſio in pœ-
41 nalibus, quod de † iure omninò prohibetur *l. ſi præſes, & l. ſi de interpretatione ff. de pœn. Cin. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo Bald. in l. 1. C. de interd. moder. Alex. in l. cum mulier, in quinto notand. ff. ſolut. matrim.* quos commemorat *Campagn. in capit. ad hoc quod noſtrum, alias 10. ſub nu. 144. verſ. Et primo capiendo*, vbi
42 multò magis hoc obtinere † reſpectu pœnæ affirmat, ad quam non ſe extendit lex ex identitate rationis, *Ioan. And. in cap. diſpendia de reſcript. in 6.* & dicit hoc eſſe perpetuò menti tenendum *ex Gemin. in eod. cap. diſpendia col. 4. Abbas in proœm. decret. nu. 10. & idem Campagn. fuſius in eod. cap. 10. num. 152. verſ. Nona*, vbi alios adducit concordantes.

Addo Cuman. in conſil. 130. num. 3. & 4. verſ. Ad ſecundum, vbi de communi *Simon de Pret. conſ. 119. num. 31. Plene Tuſcus pract. concluſ. in verbo, Extenſio, concluſ. 663*, vbi alios allegat.

Quartò infertur quod equuli, ſeu
43 equulę, † etiã ſi non ſint de ratia, nullo modo poſſunt extrahi, quoniam de illis non poteſt iudicium fieri, an exoleſcere, & de perſona euenire poſſint, & per Reg. Prag. omninò eorum extractio vetita videtur; Vnde per Reg. Capſarios nequeunt fieri expeditiones, etiam cùm fideiuſſione eos intus Regnum remittẽdi, quod ſi fiant puniri poſſunt, & ideo inoleuit praxis, quia
44 ijdem Capſarij conficere ſolent † bullettas, ſub nomine, vt fertur, Ronzinorum, qui ſi non ſunt de perſona, vel de ratia extra regnum vehi poſſunt, preuio appretio confecto per eoſdem Capſarios, & in ijſdem expeditionibus, ſeu bullettis appoſito ad ſummam ducatorũ viginti, & non vltra, vt permittitur in inſtructionibus eiſdem per Reg. Cameram Summariam præſcriptis, & à nobis inferius eorũ exemplar in fine huius Opuſculi deſcriben-
45 dum, Extractio verò equulorum, † ſeu equularum non venit concedenda abſque licentia in ſcriptis obtenta à Prorege huius Regni, qua vt plurimùm mandari conſueuit, vel generali Commiſſario Contrabandorum, vel Capitaneo Reg. Graſciæ, qui poſtea præcipiunt Regijs Capſarijs, vt ſolitas conficiant expeditiones; Et nonnunquam eadem extractio mãdatur dictis Capſa-
46 rijs per Reg. Cam. ſummarię † mediantibus literis prouiſionalibus expeditis, memoriali porrecto Proregi huius Regni, quibus præcipitur, vt permittant extractionem equorum, ſeu equarum valoris ducatorũ quadraginta, præſtita
47 cautione † eoſdem equos remittendi intus Regnum in præfixo termino, vt apparet ex regijs prouiſionibus per eandem Reg. Cam. Summariæ relaxatis, quarum exemplum in fine huius Opuſculi reperies.

SVMMARIVM III. QVAEST.

1 *Deprehenſus in fragranti in Regno quando dicatur.*
2 *Exteri huius Regni quando dicantur reperti in fragranti.*
3 *Voluntas attenditur in delictis. Colligitur ex facto num. 4.*
5 *Animus ex facto declaratur.*
6 *Habitantes in hoc regno, vel negociantes in eo, quando dicantur reperti in fragranti.*
7 *Animus colligitur ex facti euidentia.*
8 *Commercium non debet impediri.*
9 *Regnicolæ incolatum habentes trans Regias cuſtodias non poſſunt detineri etiam in fragranti reperti.*
10 *Dolus non præſumitur, niſi probetur.*

Pro-

Probatur ex coniecturis num. 11.
12 *Ex ſolitis non reſultat dolus, & num.* 16.
13 *Ex inſolitis fraudis argumentum colligitur.*
14 *Incolæ huius Regni introeuntes cum mercibus poſſunt redire cum pecunia retracta ex mercibus.*
15 *Iudex ex coniecturis poteſt extendere eius arbitrium.*
17 *Habitātes trans Regias cuſtodias poſſunt ire, & redire cum equis in eorum patria procreatis ex priuilegio Carol. V.*
18 *Decreta Reg. Cameræ Summariæ ad fauorem incolarum confinium Regni.*
19 *Priuilegia conceſſa Vniuerſitatibus confinium regni.*
20 *Decreta prolata per Tribunal contrabandorum ad fauorem Vniuerſitatum confinium Regni.*
21 *Vniuerſitates, quæ potiuntur priuilegio extrahendi res natas, & procreatas in earum territorijs recenſentur.*
Cautela qua vtuntur conducentes equos num. 22.

ARGVMENTVM III. QVÆST.

Delinquentes in fragranti comprehenſi, quando dicantur terga dediſſe Regijs Capſis?

DIXIMVS ſupra in ſecunda quæſtione huiuſmet Opuſculi in fragranti repertos appella-
1 ri, † quando auertūtur terga Regiis Capſis vltimæ exituræ, & vt vulgariter inquiunt, *Voltato le ſpalle alla Regia Caſſa* abſque regiis reſponſalibus, vel aliter non obtento reſcripto à Prorege huius Regni, prout dictat, & interpretari debet Reg. Prag. 8. de extract. animalium ibi. *Dichiarando per il preſente bando, che s'intenda cacciata detta moneta d'oro, e d'argento, eo ipſo che ſarà caricata per cacciarſi tanto per mare quanto per terra*, cui etiam concordat alia regia pragmatica edita per Illuſtriſſimum Cardinalem Zappatam ſub die 7. Martij 1622. qua appellatur in fragranti inuentus in cōfinibus Regni in loco, vbi veriſimiliter pecunia per eandem Regiam Pragm. prohibita extrahenda erat, vt diximus etiam *ſupra in 2. quæſt. huius Opuſculi.*

Et quoniam hæc propoſitio nunc à nobis in medium poſita non ita ſimpliciter interpretanda eſt, ideo infraſcriptos caſus ſunt diſtinguendi, vt protinus ad facti contingentiam adaptari valeant.

Primus enim caſus euenire ſolet, quando delinquentes incolatum habēt
2 extra Regnū, vel exterarum † ſunt nationum, nec aliquam negociationem, vel mercaturam in hoc conferunt Regnum; hac in re ſi deprehēdantur cum rebus de iure huius regni prohibitis tergis datis poſtremis capſis harū Prouinciarum, vel huius Regni, carceribus delinquentes mancipantur, & ſi datis defenſionibus, nihil deduxerint res inuentæ declarantur interceptæ, & ad pœnam in Regiis pragmaticis contentam condemnantur. Etenim in delictis at-
3 tenditur voluntas, † & non exitus *l. qui iniuriæ ff. de furtis l. diuus ff. de ſicar. Lucas de Pen. in l. 1. nu. 25. verſ. In maleficijs, C. vt nem. ad ſuum patrocin. lib.* 11.
4 Voluntas verò colligitur † ex facto, hoc enim valde potens eſt ad animum ipſius facientis declarandum *l. Paulus ff. rem ratam haberi*, & animus magis facto, quàm verbis declāratur *c. dilecti filij, il* 2. *de appellat. vbi Decius in* 2. *notando, Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 35. *n.* 20. & *n.* 21. *verſ. Dicamus.*

Animus verò dictorū extrahentium
5 ex facto ipſo † ſubſequuto declaratur, quandoquidem dum delinquētes ſunt

exteri, & aſportant res vetitas, etiam ſi
non perueniant ad locum ſuſpectum,
animus eorundem declaratur, & videtur
tur interpretandum ad delictum, quia
nec errorem commiſſum deteſtari poſ-
ſunt, nec à proprio facto recedere, &
ſic non eſſe locum pœnitentiæ, vt in ſi-
mili dixit idem *Menoch. de præſumpt.*
lib. 3. præſumpt. 37. num. 24. verſic. Nam
verius, & ſic etiam eſſe intelligendum
Farinac. à nobis allegatum ſuperius
quæſt. 1. num. 7. verſic. Contrarium.

Declara hunc caſum non habere lo-
6 cum in ijs, qui domicilium, † ſeu inco-
latum habent in hoc Regno, vel in eo
aliquam exercent mercaturam, vel ne-
gociationem conferunt, hi enim ſi cum
aliqua pecuniarum ſumma in fragran-
ti, & cum mercibus deprehenſi fuerint,
etiam tergis datis Regijs Cuſtodibus,
ſeu capſis, nequeunt detineri, vt occur-
rit pluries in Goſſipilarijs, ſeu bam-
bacilaribus vulgariter appellatis *Velit-*
tari, qui aliquando prehenſi cum ali-
qua pecuniarum quantitate in locis
prohibitis datis defenſionibus, & pro-
bato eandem pecuniæ ſummam eue-
niſſe ex mercium venditione, fuerunt
liberati, & abſoluti cum reſtitutione
pecuniæ inuentæ, quia ex ipſo facto
non colligitur animus extrahendi, imò
7 contrarium per facti † euidentiam de-
claratur *§. pauonum inſtit. de rer. diuiſio-*
ne l. ſed Iulianus §. proinde ff. ad Mace-
don. Menoch. dicta præſumpt. 35. num.
23. verſic. Quo circa poſt Tiraquell. in l.
ſi vnquam in verbo, Donatione, nu. 157.
C. de reuoc. donat.

Et ſi aliter diceretur commercium
8 † interuerteretur, & negociatio licita
prohiberetur, contra *text. in l. 3. §. ne*
potentiores ff. de offic. præſid. Stracc. de
mercatur. parte 4. num. 52. verſic. De-
nique.

Secundus eſt caſus, quādo tranſeun-
9 tes ſunt Regnicolæ, † ſed habitant, &
incolatum habent trans Regias cuſto-
dias, ſiue paſſus, hi enim, ſi deferant
aurum, & argentū, ſiue equos & equas,
quæ non ſunt de perſona, nec de ratia,
nō poſſunt detineri, vel arreſtari, etiam
ſi inueniantur abſque debitis expedi-
tionibus, ſeu bullettis, prout occurrit
in dies cū incolis Vallis Ciuitatis Du-
calis, & omnium ibi habitantiū, & cum
Ciuibus Terræ Leoniſſæ, eiuſque comi-
tatus, & cum omnibus ciuibus comi-
tatus equicolarum, hi enim omnes, &
plures alij incolatum habent trans di-
ctos Regios paſſus, vt apparebit in de-
ſcriptione harum Prouinciarum in fi-
ne huius Opuſculi collocanda, & dum
adeunt hanc noſtram Ciuitatem, &
veniunt intus Regnum cum diuerſis
mercibus, & alijs rebus ad victum per-
tinentibus eas vendunt, & nundinan-
tur, & pretium in pecunia percipiunt,
& poſtmodum redeundo ad eorum in-
colatum eandem pecuniam deferunt,
& ne commercium intercipiatur non
aliter interpellantur ex rationibus à
nobis ſuperius relatis.

Declara tamen hunc ſecundum ca-
10 ſum ita procedere, dummodo † omnis
ſuſpicio doli, vel fraudis deficiat, Dolus
verò, aut fraus non præſumitur, niſi
probetur *l. dolum C. de dolo cum ſimili-*
bus, Menochi. de præſumpt. lib. 4. præ-
ſumpt. 12. in princip.

Probatur autem ex coniecturis, &
11 præſumptionibus † interuenientibus,
Menoch. vbi ſupra num. 2. verſic. Rece-
ditur, Decian. in reſponſ. 65. nu. 10. lib. 2.
12 Et quemadmodum ex ſolitis † nulla
reſultat doli coniectura, ita etiam ex in-
ſolitis fraudis, & doli argumentum
13 † colligitur *cap. ſuper his de fid. inſtrum.*
Obſ. in l. ſi quis ſub conditione ff. de condit.
inſtit. vbi Bal. Menoc. in d. præſumpt. 12.
nu. 5. verſ. Secūda, vbi alios cōmemorat.

Vnde

14. Vnde rectè diximus incolis † confinium huius Regni introeuntibus intra Regnum, eſſe permiſſum redire ad eorum incolatum cum pecunia retracta ex mercibus aſportatis, & venditis, quia ex ſolitis nulla prouenit doli coniectura, & propterea pecuniæ ex mercibus, & alijs rebus ad victum ſpectantibus venditis intra regnũ immiſſis, licito iure vehi poſſunt per eoſdem rerum venditores abſque aliquo pœnæ incurſu, dummodo ipſa pecunia æquiualeat ad merces vẽditas, Coniecturę verò prouenientes in hoc ſecundo caſu illæ, inter alias, videntur eſſe præcipuæ. Prima coniectura erit ſi vehentes pecuniam aliàs fuerunt deprehenſi & inquiſiti pro extractione aliqua, prout ſunt illi, quos vocamus contrabanderios publicos, hi enim ſi comprehendantur cum pecunia aſportari prohibita, maximè in partibus & confinibus regni, & tranſitis regijs Cuſtodijs, ſeu Paſſis, & in ea parte confinium, in qua veriſimiliter extrahenda erit pecunia, tunc quia ſemel malus in eodem genere mali ſemper præſumitur malus, *vulg. l. non omnes §. à Barbaris ff. de re milit. cum ſimilibus*, niſi probetur contrarium eumdem fuiſſe bonæ exiſtimationis, & conuerſationis per annos tres continuos, eſt ſingulare dictum *Antonij Corſet. in ſuis ſingular. in verbo, Præſumptio*, vbi multa allegat præſumptio vrgentiſſima erit, pecuniam fuiſſe aſportatam (maximè ſi quantitas non erit æquiualens ad merces, & res venditas) animo eam extrahendi, & hæc veriſimilitudo totã ex Iudicis dependet arbitrio, qui ex circumſtantijs, & alijs adminiculis ſuum poterit

15 † extẽdere arbitrium circa dictam veriſimilitudinem, de qua in Reg. Prag. vltima Cardinalis Zappatæ ſuperius paſſim commemorata, de quo Iudicis arbitrio poſt *Cardinalem in clementin. cauſam verſic. Verum, in primo notabili de electíon. & Ripa in tract. peſtis in tit. de priuileg. contract. num. 107. & in l. admonendi num. 120. de iureiurand. & Tiraquell. in l. ſi vnquam in præfat. num. 35. de reuocand. donat.* verba facit more ſolito *Menoch. de arbitrar. caſu 85. num. 3. & 4. verſic. Contingit.*

Secunda erit coniectura, ſi pecunia aſportata eſt ſuſpecta ad extrahẽdum, puta ſi erit electa inter alias; vel ſi aſportans fuit inuentus in loco nõ conſueto, & extra ſolitam viam, vel cum eadem pecunia abſcondita, aut confuſa, dummodo ſuſpicio incurſus latrunculorum ceſſet, & in hoc Iudicis arbitrium verſari affirmarem, ex his quæ proximè retulimus, quia ex inſolitis

16 fraudis, † & doli argumentum aſſumitur; *cap. ſuper his de fid. inſtrum.* cum alijs à nobis ſuperius allegatis in hac eadem *quæſt. num. 12. & ſeq.*

Sic etiam ex ſolitis euitatur doli, aut fraudis ſuſpicio, prout occurrere ſolet

17 in incolis habitantibus † trans Regios paſſus, & Cuſtodias, enim verò hi poſſunt ire, & redire cum equis, & equulis in eorum patria, & incolatu genitis, & procreatis, abſque aliqua expeditione, & bullettarum confectione, imò omnes equos equas, & equulos, & omne aliud animalium genus, omneſque fruges egerminatas ab hoc Regno eximere valent, ex priuilegio infraſcriptis Vniuerſitatibus conceſſo ab inuictiſſimo, & inſuperabiliſſimo Imperatore Carolo V. & à memoriæ nominis ſempiternæ Philippo II. confirmato, & ex antiquiſſima poſſeſſione omnia ſupradicta extrahendi abſque aliqua ſolutione, Et quamuis ſupradicta non fuerint executioni demandata, & apud Iudicem, prout eſt Reg. Cam. Summariæ circa eorumdem priuilegiorum obſeruatio-

ſeruationem adhuc lis pendeat, quam Regius fiſcus impugnare nititur; Verumtamen ead. Reg. Cam. diuerſas li-
18 teras prouiſionales † ad inſtantiam earumdem vniuerſitatum cõceſſit, quibus præcepit ſupradictis generalibus Commiſſarijs contrabandorum, ne per quatuor menſes faſtidio afficerent dictas Vniuerſitates. Imò per conſimiles literas prouiſionales cuſtodibus, ſeu paſſagerijs horum confinium mandatur ciuibus infraſcriptorum locorum ſoliras cõficiant expeditiones, ſeu bullettas abſque aliqua ſolutione, & inſpectis dictis prouiſionibus, & antiquiſſima poſſeſſione, in qua dictæ Vniuerſitates reperiuntur, generales Commiſſarij Contrabandorum cum voto eorum Conſultoris, teſtes receperunt, ac in medium diuerſa decreta protulerunt, quibus fuit prouiſum, infraſcriptas Vniuerſitates, & eorum ciues pro extractione animalium, aliarumque rerum in eorum territorijs genitarum, non eſſe moleſtia afficiendos, & cum inſerta forma ſupradictorum decretorũ, fuerunt expeditæ prouiſiones commiſſarijs ſubſtitutis directas, quibus omnibus mediantibus, Vniuerſitates infraſcriptæ impunè, & abſque aliqua ſolutione aſportauerũt extra Regnum equos, equas, & equulos, frumentum, ordeũ, oleum, caſeum, lanas, agnos, veruices, legumina, omneſque alias fruges, & animalia quæcunque in eorum territorijs procreata.

Tenor verò priuilegiorum inter alia hæc continet.

19 *Et vt dicta Vniuerſitas † zelum, & paternam charitatem experiantur cognoſcentes, quod retroſcriptis temporibus multa incommoda ſupportarunt homines, & patroni pecudum, & animalium Groſſorum pro illis ducendis ad paſcua ſumendum in partibus Apuliæ, & quod eis commodiſſimum eſt ducere eas, & ea extra hoc Regnum noſtrum, licèt nobis, & noſtræ Curiæ damnoſum exiſtat exigentibus meritis eorumdem, qui vberiori noſtra gratia digni, & benemeriti exiſtunt, eiſdem ex nunc in antea in perpetuum liberam licentiam, & omnimodam poteſtatem impartimur, quod poſſint, & valeant liberè, & impunè abſque aliqua ſolutione, & pœna incurſu eorum animalia quæcunque, groſſa, & minuta conducere per ſe, vel per alios ad quæcunque paſcua extra Regnum noſtrum, eaſque & ea, reportare, vendere, & alienare, & de illis facere, & diſpenſare ad eorum libitum, & voluntatem, omni dubio quieſcente, &c.*

Et dum hæc ſcriberem idem priuilegium fuit confirmatum ad fauorem Terræ Leoniſſæ ſub die 27. Aprilis 1624. per Catholicum Regem Philippum IV. quem Deus pro defenſione fidei incolumem reddat, eiuſque obſeruantia iniuncta Eccellentiſſimo Duci de Alba huius Regni Proregi, cuius tenor talis eſt,

Il Rey.

ILLVSTRE *Duque de Alua primo nueſtro Viſorey Lugarteniente y Capitan General. El reſidente que eſta aquì del Duque de Parma me hà dado vn memorial de parte del dicho Duque ſobre coſas tocantes al lugar de Leoneſſa en eſſe Reyno que es del tenor ſiguiente. Señor. El Duque de Parma. Dize que el Lugar de Leoneſſa eſtà ſituado en vn Angulo y poſtrer confin del Reyno de Napoles, y a la raya del Eſtado Eccleſiaſtico, y por eſto fuera del Puerto que dizen Stanza, y por hauer ſido ſiempre los del dicho lugar deuotos y fieles Vaſallos a la Real Corona de V. Mageſtad, y por otros muchos y ſeñalados ſeruicios que han hecho en diuerſos*

uerſos tiempos, en las guerras y pazes del Reyno, y por ſerles forzoſo eſtar ſiempre con las armas en las manos, le concedieron y confirmaron los Reyes anteceſſores de V. Mageſtad, y V. Mageſtad miſma Priuilegios en muy ampla forma, y entre ellos que puedan lleuar apazer ſu ganado fuera del Reyno ſin ningun genero de pagamento ni derecho que pudiera pertenezier à los Reyes ni aſus Cortes ni Camara, como ſe bey entiende por eſtas palabras inſertas e nel dicho Priuilegio; Eiſdemque Vniuerſitati, & hominibus, ſingularibuſque perſonis dictæ terræ conceſſimus, prout præſentium tenore concedimus, & impartimus, quòd in perpetuum ſine incurſu pœnæ alicuius, bandi, edicti, ſeu ordinationis cuiuſcumque per Nos, ſeu Noſtram Cameram, ſeu alios officiales noſtros poſſint, & valeant mittere eorum animalia, cuiuſcumque ſpeciei fuerint ad paſculandum, ſeu paſcula ſumendum extra hoc Regnum, Vbicumque eis benè videbitur, & placebit, ſine alicuius iuris exituræ nobis, & noſtrę Curiæ pertinentis ſolutione. *Y hauiendo el dicho Lugar eſtado ſiempre en poſſeſion como ſe ve tam bien, por los papeles que preſenta, y porque de los Comiſſarios de Contrabandos, de la graſſa, y Aduana, notan ſolamente les Viene hecha moleſtia mas à VIba fuerza en el ingreſſo de ſu officio les hazan pagar lo que quieren no embargante las proteſtaciones que la Vniuerſidad haze de no ſer obligada, y las ordines del Virey, y no ſiendo ni Iuſticia, ni conſciencia, que los del dicho lugar paguen ſino lleuan apazer ſugando en Pulla, tan lexos del dicho lugar como los demas que tienen obligacion. Supplica à V. Mageſtad, que apiadandoſe dellos, y hazerles mr̄d, ſea ſerbida como tubieron intencion los Reyes paſſados, ſea ſerbida dar orden, y ordenes tales, y tan apretadas al Virey, a la Camara, y Aduanas que conforme à alas dichas conceſſiones y priuilegios y poſſeſſion no ſe les haga moleſtia, ni por fuerza a premiados à pagar la dicha Aduana y aduanella, ni adar en nota ſus ganados conforme alas dichas conceſſiones y priuilegios, y aſſimiſma ſupplica à V. Mageſtad que conforme à las ſuſo dichas conceſſiones y priuilegios y prouiſiones del Virey, los Comiſſarios de Contrabandos noles haga moleſtia, ni alos del dicho lugar, ni alos que eſtrahen del dicho lugar de Leoneſſa Trigo, lana, queſſos y otras coſas que nacen en el dicho lugar, y aſſimiſmo ſupplica à V. Mageſtad que conforme à los dichos priuilegios no ſean obligados alojar ſoldados, ni Comiſſarios de ningun genero, que ſon los que deſtruien, quictan el dinero y aueces la honrra, y ſi los del dicho luger ſe quieren defender, luego ſe les embia campānias, y Comiſſarios de manera que à vezes ſe hallan en eſtrema des eſperacion de yrſe à vibir en otras partes, por no ſufrir tantas y tan grandes moleſtias, y aſſimiſmo ſupplica à V. Mageſtad que conforme à los priuilegios que tiene el ſuſo dicho lugar concedidos y confirmados, ſueceſſiuamente de Vn Rey al otro, y de V. Mageſtad miſma (que Dioſguarde) de poder hazer quatro dias antes, y quatro dias deſpues de la fieſta del Señor San Pedro ferias en el dicho lugar frania à todo genero de perſonas, ſaluo que à rebelldes de V. Mageſtad y del dicho lugar que no puedan Comiſſario ningun, ni ſoldado de ningun genero durante la franqueza de las dichas ferias en àquel lugar de Leoneſſa, ni ſu territorio, pues acude el Gouernador, y Iuſticia della de otra manera ſerà forzoſo que dexen de hazer la dichas ferias, ò que ſucceda muy gran inconueniente como hà ſuccedido otras Vezes, lo qual todo recibirà por merced de la poderoſa mano de V. Mageſtad, &c. Y viſto lo que en el dicho memorial ſe reffiere,*

re,

re, y que eſte lugar hà acudido à qui muchas vezes, quezãdoſe de los agrauios, quæ ſe le hazen, aque no es bien dar lugar, y reconocidoſe ſus Priuilegios, y papeles. Hà pareſcido encargaros, y mandaros (come lo hago) proueays, y deys orden para que ſe le guarden, y cumplan los dichos Priuilegios de manera que contra ellos no reciba el dicho lugar moleſtia alguna, ni tenga occaſſion de venir mas à qui ſubreſto, quo por ſus ſeruicios, y la inſtancia que hà hecho ſubreſto el Duque de Parma, y las cauſas que ay de complazerle, holgare mucho de que lo diſpongais de manera que tenga effetto, la preſente reſte al præſentante. Dat. En Madrid à XXVII. de Abril de mil ſei ſcientos, y Veinte y quatro años.

Yo Il Rey.

Caſtello Secretario omiſſo ſigillo, vidit Comes Theſaurarius, vidit Caynus Regens, vidit Don Petrus Corſettus Regens, vidit Iordanus Vrſinus Regens, vidit Marchio Floreſta Regens, vidit Carolus de Tapia Regens, vidit Salamanca Regens. Soluit Car. vnum Monca Taxarum, In partitum Neapol. 4. fol. 230. Al Virrey de Napoles que ſe obſeruen ciertos Priuilegios à la Ciuidad. de Leoneſſa en a quel Reyno El Conſeglio.

LITERA REGIA.

ALIO priuilegio gaudent Vniuerſitas, & homines Ciuitellæ ad Trontum eidem conceſſo per Sereniſſimum Regem Ferdinandum ſub die 7. Aprilis 1466. ex quo eſt deſcripta infraſcripta particula..

Item ſupplica la detta Vniuerſità alla prefata Maeſtà, che atteſo queſta ſua Terra di Ciuitella è poſta, ſituata vicino alla Prouincia della Marca donde hà molt'intrata, vtilità, e commodità, e poſſeſſione dello Ferie, che ſi fanno annuatim in quella Prouincia, ſi degni Voſtra Maeſtà concedere alla detta Vniuerſità, & huomini di eſſa ſenza alcuno bollettino, ò appodiſſa poſſere andare, e prattica re in quella Prouincia della Marca; & in dette Ferie con loro denari, robbe, e Mercantie, & ſimilmente poi ritornarſene in Ciuitella, e ſuo diſtretto ſenza alcun Datio, e pagamento ogni quantità di denari, robbe, e mercantie, ſi riportaſſero dalla detta Prouincia della Marca, e ferie ſopradette, Placet Reg. Maieſtati.

Idem priuilegium fuit obſeruatum per Reg. Cam. Sũmariam, à qua fuerũt expeditæ diuerſæ literæ prouiſionales, & obſeruatoriales ſub die 9. Menſis Martij 1615. & ſub die 30. Septembris eiuſdem anni cum inſertione particulæ ſupradictæ præcipientes ſupradictis Cõmiſſarijs Contrabandorum, & Capitaneis Reg. Graſciæ Fundacherijs Fundacorum. Terami, & Iuliæ Nouę, & omnibus alijs officialibus, ne moleſtia afficerent dictam Vniuerſitatem, eiuſque Ciues, quæ non ſolum abſque aliqua controuerſia obſeruatę fuerunt, verũ etiam aliquando per alios Commiſſarios parum de hoc priuilegio ab initio edoctos, fuerunt omnia bona ablata reſtituta abſque alia ſolutione, adeo quod dicta Vniuerſiras eiuſque Ciues reperiuntur in pacifica poſſeſſione dicti priuilegij, vt in facto in illis partibus obſeruatum vidi.

Tenor verò decreti præcipuè prolati de anno 1621. per Donnum Sebaſtianum de Neyra militem Hiſpanum, & generalem Cõmiſſarium contrabandorum, virum non minus religioſum, quam pium, & integerrimum cũ voto Doctoris Hieronymi de Ruſticis prædefuncti filij perpetuæ, & recolendæ memo-

Digitized by Google

memoriæ V. I. Doctores Ioſephi de Ruſticis Magnæ Curię Vicariæ Iudicis meritiſſimi, talis eſt &c.

Per Reg. Tribunal Contrabandorum
20 † *cum voto ſubſcripti Magnifici Conſul-*
toris viſis actis ſcripturis, præſentatis, & teſtibus examinatis; fuit promiſum pariterque decretum, Vniuerſitatem Leoniſſæ, eiuſque Ciues non eſſe in futurum moleſtandos pro extractione extra Regnum animalium, & rerum in eorum territorijs naſcentium, prout præſenti decreto non moleſtari mandatur hoc ſuum, &c. & expediantur debitæ prouiſiones in forma, &c. D. Sebaſtianus de Neira, &c. Hieronimus de Ruſticis Conſultor, &c. Petrus de Maſſarijs actuarius, &c.

21 Vniuerſitates † verò quæ ſupradicto
priuilegio fruuntur, & ad quarum fauorem idem, & ſimile decretum prolatum fuit, ſupradictaque immunitate gaudent hæ ſunt, Videlicet:

Ciuitas Ducalis, & eius Comitatus.

Ciuitella ad Trontum.

Terra Leoniſſæ, eiuſque comitatus, de cuius alio priuilegio videas ea quæ ſupra diximus *quæſt. 2. num. 19.*

Terra Ciuitatis Realis, & eius Comitatus.

Terra Introduci.

Terra Lapoſtæ, & eius Comitatus.

Terra Burbonæ.

Terra Acumuli, & comitatus.

Ciues autem dictarum Vniuerſita-
22 tum † quando intus Regnum pergunt
cum equis, equulis, & mulis, pro obſeruantia eorum priuilegiorum ad euitandum moleſtias, quibus hoc Tribunal ſolet eoſdem afficere ciues, aſportant fides eiuſdem Vniuerſitatis, quibus Priores Antiani, vel ſimile genus officialium, atteſtantur, animalia, quæ deferuntur, eſſe genita, & procreata in eorum territorijs, cum atteſtatione coloris ſignorum, & contraſignorum eorumdem animalium, & hac cautela, ceſſante omni alia ſuſpicione, nulla tergiuerſatione à dictis Miniſtris vexari poſſunt, vt paſſim obſeruatur.

SVMMARIVM
IV. QVAEST.

1 *Corpus delicti debet conſtare, vt poſſit Iudex procedere contra delinquentem eo deficiente non poteſt procedi ad examen rei num. 2.*

3 *Corpus delicti debet conſtare in extractione pecuniæ, auri, vel argenti.*

Procedit eò magis ſi delinquentes deprehendantur in fragranti num. 4.

Non probatur per rei confeſſionem nu. 5.

6 *Non eſt in poteſtate delinquentis confiteri delictum.*

7 *Corpus delicti probatur per rei confeſſionem, quando concurrant alia indicia.*

Probatur etiam per coniecturas num. 8.

Habet locum in delictis facti tranſeuntis num. 9.

10 *Praxis probandi corpus delicti in extractione extra regnum.*

11 *Coniecturæ reſident in arbitrio Iudicis.*

ARGVMENTVM
IV. QVAEST.

An debeat conſtare de corpore delicti?

DIXIMVS ſupra in ſecunda quæſtione huius Opuſculi, licitum eſſe in hoc delicti genere procedere etiam quando de crimine cõſtat per teſtium depoſitiones, ſed con-
1 uenit dubitari, an debeat conſtare † de
corpore delicti ad hoc, vt poſſit licito iure proceſſus ſuſtineri, & ſecundum *text. in l. 1. §. item illud ff. ad Senatuſcon-ſult.*

ſult. Sillan. & ſecundum omnium Scri-
bentium * ſententiam, & receptiſ-
ſimam praxim, à qua nemo recedit, vt
inquit *Farinac. in prax. criminal. in tit.
de inquiſit. quæſt. 1. nu. 6. verſic. Primum
requiſitum, & quæſt. 2. ſub num. 1. verſ.
Quare conſtare*, videtur dicendum deli-
2 ctum nõ exiſtere, † niſi prius de corpo-
re, ſiue genere eiuſdem delicti conſtet,
Imò nec ad Rei, ſeu inquiſiti examen,
eo deficiente deueniendum eſt, ſecun-
dum vulgarem, & tritam cõcluſionem
relatam per Farinac. vbi ſupra cum
allegatis, quibus accedat *Baiard. ad
Clar. quæſt. 4. in princ. Caualc. de Brac.
Reg. par. 1. num. 188. verſic. Item prin-
ceps, vſque ad num. 200. Ioſeph. de Seſſe
deciſ. Arag. 111. num. 1. verſic. Quo in-
uento, Conſtant. Pap. in prax. arbitraria
cap. 4. num. 83. verſic. Quartò*, prout in
caſu, de quo agitur firmat *Muſcatell. d.
prax. criminal. in d. tit. de extract. extra
regnum num. 18.* Vnde ſi extractionis
crimen ſit commiſſum in pecunia, te-
3 ſtes † examinandi ſuper eius recogni-
tione, & qualitate, deponere debent,
an ſit aurea, vel argẽtea, & cuius valo-
ris, vel cunei, & ſi in maſſa, cuius qua-
litatis ponderis, vel operis, ſi verò deli-
ctum contineat extractionem equi, vel
equæ de perſona, ſiue de raria, teſtes
deponere debent de ſignis, de pilami-
ne, & alijs in huiuſmodi corpore deli-
cti occurrẽtibus, vt exemplificat idem
Muſcatell. vbi ſupra num. 19.

Declara primò hoc procedere quã-
do quis in caſibus ſupra relatis reper-
4 tus eſt in fragranti, † in illis enim de-
bet conſtare de corpore delicti, & te-
ſtes debent depõnere, ſi pecunia eſt au-
rea, vel argentea, ac de eius valore, &
impreſſione, & ſic ſi equus, vel equa
eſt de raria, vel de ſtatura, ſiue de per-
ſona, ac de eorum pilamine, & ſignis.

Neque ſuppletur corpus delicti per
5 † rei cõfeſſionem, ſi is aſſerat valorem,
& qualitatem pecuniæ, vel equorum,
etenim ſi aliunde de corpore, ſiue de
genere delicti non appareat, reus de-
prehenſus condemnari nequit, quo-
6 niam in eius poteſtate † non eſt facere
delictum, vbi idem delictum nomen
delicti non meretur, & hanc concluſio-
nem dixit * veram *Carthar. in tract. de
execut. ſententiæ cap. final. num. 9. & nu.
10.* & hanc vti veram claram, & indu-
bitatam ſequitur *Farinacc. d. quæſt. 2.
num 7. ampliat. 5. in tit. de inquiſit.* vbi
reiectis contrarium aſſerentibus, hanc
recenſet crebriori * calculo firmatam
cum ab eodem allegatis, quibus acce-
dant cumulata per *Conſtant. Pap. in d.
prax. arbitrar. d. cap. 4. num. 84. verſic.
Ex his.*

7 Neque hæc Rei confeſſio adiuua-
tur, ſi idem deponat, pecuniam extra-
hendam in Flumine, vel in lacu Pen-
dentiæ proieciſſe, vt occurrit aliquan-
do in facti contingentia, & in ſimili
firmat idem *Farinac. d. quæſt. 2. num. 8.
ampliat. 6. & Conſtant. Pap. in d. prax.
arbitr. d. cap. 4. d. num. 84. poſt Hippolit. de
Marſ. in conſ. 8. & 35. & alios allegatos.*

Niſi cõcurrant alia indicia, vel qua-
litates, veluti ſi inquiſitus hoc aſſerẽs,
ſit homo malæ conditionis, & famæ,
vt ſunt publici Contrabanderij ſoliti
ſimilia patrare delicta, vel qui aliquan-
do pro ſimilibus delictis ad tranſactio-
nem fuerunt admiſſi, vel ſi inquiſitus
hic Aquilæ, vel alibi viſus fuerit pecu-
niam recepiſſe, vel ſi idem inquiſitus
fuerit repertus in fragranti per vias
non rectas, vel ſi viſus per Curiam au-
fugerit, vel flumen aliquod aufugien-
do vadauerit, quandoquidem in iſtis,
& ſimilibus difficillimæ probationis,
8 ſufficit per aliquas coniecturas † de de-
licto in genere conſtare, vt exemplifi-
cat *Farinac. vbi ſupra d. quæſt. 2. nu. 12.
limit.*

*limit.*1. vel ſi adſit de huiuſmodi delicto fama publica, vt firmat *Conſtant. Pap. d.prax.arbitrar. cap.4.num.*84.*poſt Angel. & alios adductos.*

In alijs verò caſibus non repertis in fragranti,& in quibus procedi poteſt per inquiſitionẽ,prout eſt in extractione auri,argenti,& equorum,equarum, & equulorum de ratia,ſiue de perſona, non videtur ſibi locum vendicare,quia etiam ſi non conſtet de corpore delicti, inquiſitio locũ habere poteſt,verſamur enim in delictis occultis,& difficillimæ probationis, in quibus nec ſigna, nec veſtigia remanent,& rei euidentia ceſ-
9 ſat,& factum † occurrit in delictis facti tranſeuntis,& non permanentis,vt animaduertit *Farinac. in d.quæſt.*1.*nu.*6.*circa finem verſic. Et licèt Clarus, & in quæſt.*2.*nu.*12.*& num.*13.*& optimè declarat Conſt.Pap.d.cap* 4.*nu.*84.*&* 85. ſufficit conſtare de corpore delicti per cõiecturas,& indicia,& ita communiter ∗ eſſe receptum aſſeuerat, ſequitur *Caualcan. in tract. de Brac.Reg. par.*1. *num.*200. *verſic. Item de delicto,*
10 & ſic obſeruauimus, † & ſeruari in huiuſmodi Contrabandorum delictis vidimus, in quibus poſt commiſſam extractionem difficillimè,& impoſſibile delicti genus,& corpus probari poſ-
11 ſet,quæ cõiecturæ † ex iudicis arbitrio procedere poſſunt, ſecũdum *Tiraquell. in l. ſi vnquam nu.*31.*in verbo,omnia,vel partem de reuocand. donation. fol m.*129. vt etiam ſuperius annotauimus.

SVMMARIVM.

V. QVAEST.

1 *Famuli Curiæ à teſtificando repelluntur, ſed vide num.*4.

2 *Teſtis deponens in cauſa propria à teſtificando repellitur.*

3 *Deponens propter præſumptum intereſſe à teſtificando repellitur.*

4 *Famuli Curiæ admittuntur in teſtes, quando delinquens reperitur in fragrãti. Procedit etiam ſi de eorum commodo agatur num.*5.

6 *Poſitis ad cuſtodiam alicuius rei creditur.*

7 *Depoſitio famulorum Curiæ non ſufficit ad condemnandum. Habet locum cum tortura num.*8. *Non dicitur depoſitio omni exceptione maior num.*9.

10 *Teſtium viliſſimorum inhabilitas ſuppletur per depoſitionem alterius fide digni.*

ARGVMENTVM

V. QVAEST.

An famuli Curiæ, qui in fragranti delinquentes intercipiunt ſint idonei teſtes, ita vt reus pœna ſtatuti puniri poſſit?

PRo negatiua videbatur
1 dicẽdum,famulos † Curiæ omninò eſſe à teſtificando repellendos, tum quia de eorũ agitur commodo ex participatione dimidiæ, vel tertiæ partis rei interceptæ, vt eſt magis communis opinio, ∗ de qua *Farinac. de teſtib. quæſt.*56.*art.*11.*nu.*371. *& num.*373.*&* 378. *folio mibi* 54. vbi plenè, *Baiard. ad Clar. quæſt.*8.*nu.*1.*& nu.*2. tum etiam quia dicuntur in cau-
2 ſa propria deponere † *l.*1. §.*in propria cauſa ff.quand.appelland.ſit, l.nullus ff. de teſtib. Rot.Lucenſ.diuerſ.deciſ.*21. *per totam folio mibi* 26. & hanc communem, ∗ & abſque contradictore appellat *Farinac. d.tract. de teſtib. quæſt.* 60.*num.*4.*ampliat.*2. *fol.m.*74. *Decian. reſponſ.*75. *Ex teſtamento num.*2. *vol.*2. *Maſcard. de probat.concluſ.*189.*num.*1. *&* 2. *&* 3. *vol.*1. *folio mibi* 219. *Monach. deciſ.Lucenſ.*38. *num.*2. *& nu.*3.

Sic enim propter præſcriptum interesse
3 eſſe † quis à teſtificando repellitur, *Brunor. à Sole in conſ. criminal. nu.* 99. relatus per *Farinac. vbi ſupra num.* 16. *amplius* o.

Contrariam partem, quòd Famuli
4 Curię ſint idonei † teſtes contra in fragrāti crimine repertum, tenet expreſsè *Afflict. in conſtit. Regni Humanitatem nu.* 30. *verſic. Andreas hic rubric.* 10. *Baiar. ad Clar. in quaſt.* 82. *num.* 61. *verſ. Et an credatur familiæ, Farinac. de teſt. quæſt.* 56. *num.* 379. *verſ. Pro reſolutione, Monac. d. deciſ. Lucenſ.* 38. *num.* 3.

Etiam ſi de eorum proprio intereſſe,
5 † vel laude conſequēda, aut damno euitando tractaretur, *Farinac. quæſt.* 60. *nu.* 382. *limitat.* 4. *Monach. vbi ſupra.*

6 Poſitis enim ad cuſtodiam † alicuius paſſus, vt capiant, & denūcient res vetitas aſportantes, creditur, quia quo ad hoc eorum dictis ſtandum eſt, dum id ad officium eorundem pertinet *l. apparitores C. de exactor. tributor. lib.* 10. *cap. cum parati, & cap. prudentiam, vbi Gloſ. de appellat. Maſcard. de probation. concluſ.* 189. *num.* 7. *verſic. Primò limita, Farinac. dicta quæſt.* 60. *num.* 382. *verſic. Item in poſitis ad cuſtodiam,* & hæc opinio ſemper in praxi recepta fuit.

Sed non tanta fides eorum dictis adhibenda
7 hibenda eſt, † vt ipſorum depoſitio ad condemnandum in fragranti crimine repertos ſufficiat, ſecundum magis receptam ſententiam, ✻ à qua non recedit *Farinac. in d. quæſt.* 56. *art.* 11. *nu.* 396. *verſ. Non per hoc recedas, folio mi-*
8 *hi* 56. quia in atrocioribus † non admittuntur ad teſtificādum abſque tortura, *Vinc. de Franc. deciſ.* 379. *Baiard. ad Clar. quæſt.* 8. *num.* 2. & ad minus in caſu, de quo agitur, non ſunt teſtes integræ fidei, & omni exceptione maiores, ſi quidem propter eorū viliſſimam
9 † conditionem multum eorum depoſitionibus de fide detrahitur *S. ſancimus in princip. auth. de teſtib. Maſcard. d. concluſ.* 189. *nu.* 24. *verſ. Verum, Farinac. d. quæſt.* 56. *art.* 11. *nu.* 297. Et propterea inquiſiti nequeũt ex eorum depoſitionibus condemnari ad pœnam in Regijs Pragmaticis contentam, etiam ſi conuicti ex dictis depoſitionibus appareant, ex quibus inoleuit quotidie ſupradictos inquiſitos in fragrāti repertos, etiam conuictos ad tolerabilem compoſitionem ad beneficium Regij Fiſci fuiſſe admiſſos ſecundum facti contingentiam loci, & rei, ac perſonarum qualitatem, etiam ſi depoſitio ſupradictorum famulorum fuerit aliqua alia coniectura adminiculata, & alterius fide digni corroborata, Etenim dicta reorū captura, non ſemper intercipitur per famulos ipſius Tribunalis, ſed aliquando, licèt rarò accidit, interuenientibus viris probis nobilibus fide dignis, & omni exceptione maioribus;
10 in quo caſu inhabilitas † viliſſimorũ ſuppletur per depoſitionem alterius fide digni, *Farinac. dicta quæſt.* 56. *art.* 11. *num.* 39. *verſic. Niſi forſan.*

SVMMARIVM

VI. QVAEST.

1 *Licitum non venit cum illicito amittendum, ſed vide num.* 4.

2 *Statuto prohibente extractionem farinæ ſub pœna publicationis bonorum, non publicatur currus farinam aſportans.*

3 *Confiſcata ſalma non confiſcatur aſellus.*

4 *Illicitas res deferens debet perdere licitas, ſed pro concordia, vide num.* 5.

Procedit quando pœna eſt capitalis numero 6.

Dummodo deſerens reperiatur in fragranti num. 7.

Non habet locum, quando is non peruenit ad loca prohibita num. 8.

Costa de fac. scie. cont. 1. dist. 46 fol. 242

In

9 *In delictis ſpectandum eſt principium, & propoſitum licitum.*

10 *Semel malus in eodem genere mali, ſemper præſumitur malus.*

11 *Deferens res licitas per inſolitum iter, dicitur in pœnam incurriſſe.*

Non procedit, ſi id fiat metu hoſtium, vel latronum num. 12.

13 *Illicitum trahit ad ſe licitum, quando peccatum eſt formatum.*

Procedit etiam ſi res illatæ, non ſint deferentis num 14.

15 *Delinquens tenetur alterius damnum reparare.*

16 *Illicitum non trahit ad ſe licitum, quando pœna imponitur quo ad amiſſionem.*

17 *Dominus rei confiſcatæ poteſt emere res licitatas.*

18 *Licitum trahitur ex illicito in extractione monetæ.*

ARGVMENTVM
VI. QVAEST.

An licitum confiſcari debeat cum illicito, quando deferens eſt repertus in fragranti?

IN hoc dubio duas reperio Doctorũ opiniones.

Prima opinio eſt eorum, qui ſuſtinẽt delinquentes in fragranti repertos cum rebus prohibitis non amit-
1 tere res licitas, † & a iure aſportari
permiſſas, hanc opinionem poſt *Cin. & Alber. de Roſat.* ſuſtinet *Salicet. in l. cum proponas num. 2. & ſeq.* recitando hinc inde opiniones *ſub nu. 3. verſic. Quicquid tamen C. de naut. fœnor.* vbi concludit in ſtatuto prohibente farinæ extractionem ſub pœna publicationis fari-
2 næ, non publicari, † nec confiſcari currum, nauim, ſiue equum portantes farinas, vbi etiam *Bald. nu. 14. & 15. verſ. Sed pone, Felin. in c. ſignificauit poſt Petr. de Anchar. & Ioannem de Anan. de iudic. Bart. in l. Cotem ferro §. Dominus de public.* vbi etiam *Caſtrenſ. & Alberic de Roſat. Gand. in tract. maleſic. in tit. de rebus non portand. contra deuet. Alber. de Roſat. in 2. par. ſtatut. quæſt. 4.* vbi dicit * ita communiter ſeruari, & *Bart. de Firm. in tract. de gabell. 9. p. princ. q. 8. cum ſeq.* quos omnes allegat pro hac parte *Boer. in deciſ. 178 num. 24. verſic. Et circa hoc.*

Quibus addo *Rip. in tract. de remed. ad conſeruandam vbertatem nu. 130. & 131. verſ. Decimoſextò quæro,* vbi quòd
3 confiſcata ſalma † non videtur confiſcatus aſellus, quia in pœnalibus eſt facienda ſtricta interpretatio, & *Borell. in tract. de Magiſtrat. edict. lib. 3. cap. 14. num. 64. verſic. Nonò, folio mihi 129.*

Contrariam partem, quod deferens
4 res illicitas † debeat etiam licitas perdere, & fiſco applicari poſt multos relatos, tenet idem *Boer. in d. deciſ. 178. nu. 15. verſ. Tamen,* vbi hãc eſſe * communi calculo receptã affirmat *per tex. in d. l. Cotem ferro §. Dominus, & in d. l. cum proponas, & ſic ex Bald. & Salic.* affirmat ita ſeruari, hanc etiam partem ſequitur *Guid. Pap. in deciſ. 572.* vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum, * & ibi etiam addentes ad eum, & præcipuè *Ranch. Caual. de Brach. Reg. 6. par. frag. num. 21. verſ. Hinc eſt,* vbi ex *eodem Bald.* de conſuetudine teſtatur ita ſeruari.

5 Ego aũt omiſſis diſtinctionibus Doctorũ *in d. l. cum proponas, & in d. l. cotem ferro §. Dominus,* dico, dictas opiniones non eſſe inter ſe contrarias, ſed vnuſquiſque Doctorum eaſdem opiniones ſuſtinentium, optimè loqui in caſu ſuo, & propterea ſecundum facti contingentiam, & praxim, qua vtimur in his partibus plures diſtinguo caſus, in quibus dictæ Doctorum opiniones locum habere poſſunt.

Primus caſus eſt in exactione auri, vel argenti, vel extractione equorum, ſeu equulorum de perſona, ſiue de ratia, vt diximus ſupra, & in hoc plures ſubdiſtinguo facti contingentias.

Prima eſt, quando extrahentes ſunt inuenti vltra regios paſſus, & tergis datis regijs capſis, vt dicitur, *voltate le ſpalle alle vltime caſſe, ſeu vltime eſiture*, Et in hac ſi fuerint extrahentes inuenti cum pecunia extractioni permiſſa, vt puta cum moneta papali, vel alterius generis argenti, vel auri à Reg. vltima pragm. permiſſa, & cum alia prohibita, vtputa cum moneta huius
6 Regni noua, vel antiqua, illicitū † confiſcari debet cum licito, quia pœna impoſita per Reg. Pragm. eſt capitalis, & venit in conſequentiam prohibitionis, & bonorū publicationis, vt præcipiunt Reg. Pragm. tam antiquæ, quàm vltimæ, & recentiores, prout ſic concludit *Ioan. de Imol. in d. l. cotem ferro* §. *Dominus, verſ. Nota argumentū*, quem etiam adducit *Add. ad Guid. Pap. in d. deciſ. 572. ſub litera B, in fine, Bald.* hoc firmat expreſsè *in d. l. cum proponas num. 10. verſic. Sed ex conſequenti*, vbi etiam *Salicet. num. 2. in fin. verſic. Alij*, & ita puto eſſe intelligendam communem opinionem, vt ſupra relatam.

Declara hanc facti contingentiam ita procedere, quando reus in fragran-
7 ti repertus † eſt conuictus, vel confeſſus, & conſtat de corpore delicti, vt diximus *ſupra quæſt. . hoc eodem tit. num. 51.* datis enim defenſionibus ſecūdum delicti grauitatem, & perſonarum qualitatem licitum confiſcatur cum licito, *vt per Bald. in d. l. cum proponas nu. 12.* quia de facto capiuntur res, & de facto confiſcātur, vt ibidem inquit *Bald. verſic. Sed de facto*, ſecus verò quando delinquēs eſt tantum indiciatus, ſiquidem hoc caſu ſeruatis ſeruandis ſunt dandæ ei defenſiones, & expectari exitus cauſæ, in qua ſi eſt condemnatus, illicitum trahit ad ſe licitum, ſi verò abſoluendus vtraque pecunia venit reſtituenda, *Bald. in dicta l. cum proponas num. 12. verſic. Iudex autem*.

Secunda facti contingentia occurrit in illis, qui incolatum habent intra Regias cuſtodias, ſeu Regios paſſus, & ſic quando ſunt inuenti, ante-
8 quam peruenerint † ad eorū patriam cum pecunia tam permiſſa, quàm non permiſſa, hoc caſu nec licitum, nec illicitum venit confiſcandum, etenim reperti cum pecunia non peruenerunt ad locum prohibitum, quem non licebat exire, & propterea non videtur commiſſum delictum, quia eſt locus penitentiæ, vt firmat *Cin. in dicta l. cum proponas in 3. quæſt.* quem etiam ad hoc adducit *additio ad Pap. in dicta deciſ. 572. in lit. C, in verbo, fregiſſe Pedagium*, & propterea multoties indebitè, & iniuſtè arreſtantur Ciues ſupradicti incolatus, qui ſunt inuenti cum pecunia retracta ex rebus venditis in platea, vel aliquo loco Ciuitatis Aquilæ, dum redire volunt ad propriam domum; Siquidem dum non adeſt dolus, *vt per Guid. Pap. in d. deciſ. 572. ſub num. 1. verſic. Sed hoc verum*, nec hoc prohibitum ſit per Regiam Pragmaticam, non eſt etiam conceſſum intercipere pecuniam inuentam in loco non prohibi-
9 to, quia in delictis ſpectandum † eſt principium, & propoſitum licitum *l. quod ait* §. *fin. & ibi Bartol. ff. de adulter. Borell. de Magiſtr. lib. 3. cap. 14. num. 25. verſic. Quia ſumus*, & vt inquit *Bald. in dicta l. cum proponas nu. 5.* peccata debent eſſe formata *l. 1. ff. de contrahend. empt.* Et propterea ſupradicta pragm. promulgata per Illuſtriſſimum Cardinalem Zappatam ſub die 7. Martij 1622. benè diſpoſuit,

pœna

pœna eiuſdem Reg.Prag. eſſe punien-dum delinquentem quando repertus erit in locis conuicinis confinibus Regni, licet malè ſeruetur.

Amplia ſupradictam facti contingentiam procedere etiam in illis, qui vadunt ad propriam domum intra dictos Regios paſſus cum equis, ſeu mulis, porcis,& alijs animalibus,quandoquidem Cuſtodiæ in his prouincijs, ideo ſunt deputatæ in Regijs cuſtodibus, vt arreſtent res,& perſonas aſportari prohibitas,quæ ſi non perueniunt ad locum, ſcilicet ad Regios paſſus nō poſſint detineri ſub prætextu,quod velint exire locum, vbi peruenire non debent ex rationibus, & iuribus proximè deductis.

Declara ſupradictam facti contingentiam,& ampliationem ſubſequentem ita procedere,quando ij,qui incolatum habent vehentes dictas res,non ſint ſoliti delinquere,ſecus enim quando aliàs inquiſiti fuerint, vel publicè reputati ſunt Contrabanderij publici,
10 tunc ſemel malus † in eodem genere mali ſemper præſumitur malus,vulgatis iuribus, dummodo quātitas non ſit exceſſiua,& ſuſpecta,& hoc caſu quantitas magna,vel pauca declarari debet Iudicis arbitrio ſecundum perſonarum qualitatem, & caſus occurrentias, vt ſupra ſæpè diximus.

Declara ſecundò, dummodo aſportans pecuniam prohibitam in caſu ſupradicto,vel deferens equos,vel equas de ratia,ſiue de perſona trāſeat per iter
11 ſolitum,ſecus ſi per iter inſuetum, † & vt vulgariter fertur, *fuor di ſtrada*, Siquidem hoc caſu etiam ſi dixerit ad propriam domum redire dicitur in pœnam incurriſſe, *Bartol. in l.penult. C.de naut.fœnor.* quem citat *Guid.Pap.d.deciſ.572. nu.3. verſic.Iuncta, Salic.in d.l. cum proponas nu.6.verſ.Sed tunc quæro.*

Subdeclara hanc ſecūdam declarationem procedere,dummodò nō ſeruās
12 iter cōſuetum † faciat ex aliqua cauſa, puta propter aquarum inundationem, vel hoſtium, ſeu latronū metum,vt ſic cōcludit *Salic. in d.l.cum proponas in fin.* Vnde datis defenſionibus, & probata cauſa ſupradicta,excuſatur à pœna.

Tertius caſus ſe offert quādo extrahētes pecuniam,ſeu equos de ratia,ſiue de perſona habēt incolatum vltra Regios paſſus, hoc caſu ſi deferant pecuniam prohibitam illicitū trahit ad ſe li-
13 citū, † & confiſcātur omnia,quia peccatū iam eſt formatū, conſtat.n.ex incolatu, quod animo transferēdi ad loca prohibita res vetitas aſportāt, *arg.d. l.cotem ferro §.Dominus,in verbo, Impoſuerit,ff.de public.* quē tex. *Bald.ad hoc allegat in d.l.cū proponas n.5.verſ.Si cōſtat.*

Quia ſcienter,& dolosè debent peruenire ad locum prohibitum,vt inquit *Guid.Pap.in d.deciſ.572.num.2. verſic. Sed hoc verum*,& hoc caſu ſiue res illæ
14 ſint deferentis, † ſiue non,omnia confiſcantur,vt per *Ranch.ad Pap.in eadem deciſ.572.* ſi tamen res alienæ ex conſenſu eorum deferantur, aliàs non, ſecundum communem ſentētiam * ab eodem *Ranch. ibidem relatam, Bald. in d.l.cum proponas num.12. verſic. Alij diſtinguunt*, vbi etiam *Salic.num.3. verſic. Aut licita ſunt alterius*, & licèt in Tribunali Contrabādorum hoc malè ſeruetur, quia res etiam alienæ intercipiuntur,tamen contra Iuſtitiam declarantur interceptæ, ſi non conſtat de conſenſu Dominorum earumdem rerum, vt diximus, & hoc caſu delin-
15 quēs tenetur † reparare damnum paſſum, *Salicet. vbi ſupra dicto num.3. verſic. Et tunc portator.*

Quartus caſus eſt, quādo extrahentes deferunt res,quæ debent ſoluere regias impoſitiones,ſeu,vt vulgo dicitur,

li Regij diritti, prout occurrit in extractione croci,& ſimilium, hoc caſu non
16 confiſcantur, niſi res inuentæ † ſint abſque regijs reſponſalibus, quia pœna eſt legalis, & ſtatutaria, & pœna impoſita eſt amiſſionis rerum, *Bald. in eadem l.cum proponas num.*1 5.*verſ.Sed pone*. vnde licitum non venit confiſcandum cum illicito, vt determinat *Salic.in l.ſi publicanus* §.1. *ff.de public. d.l.cum proponas nu.*3.*verſ.Verum quia*.
17 Et in ſupradictis caſibus, in quibus res prohibitæ confiſcari debent, licèt Domino earumdem rerum eas emere, quando licitantur, *Salicet.* hoc firmat *in dicta l. cum proponas num.*5. *verſic. Quæro an liceat*.

Quintus caſus exiſtere videtur ex
18 diſpoſitione † Reg.Pragm. vltimo loco editæ per Illuſtriſſimum Cardinalem Zappatam Viceregem huius Regni emanatæ ſub die 7. Martij 1622. qua puniuntur pœna mortis naturalis non ſolum extrahentes extra Regnum monetam cuſam in regijs ſiclis, & aliam monetam tonſam, ſed etiam illi, qui ſunt reperti in locis vicinis in confinibus regni in illis verbis, *Et per terra s'intẽda conſumato il delitto dell'eſtrattione, quando ſia ritrouato l'eſtrahente con la moneta in luogo vicino alli confini, doue veriſimilmente ſi debbia credere, che detta moneta era per eſtraherſi, &c.* Hoc caſu illicitum venit confiſcandum cum licito ex his,quæ ſupra retulimus.

Et poſt hæc ſcripta reperio fuiſſe emanata bandimenta in fine huius Opuſculi impreſſa,quibus præcipitur eſſe permiſſum procedere in extractione ſerici, vel croci,etiam ſi delinquentes non reperiantur in fragranti,vt diſponitur in §.9. dictorum bandimẽtorum, & pro hac determinatione videas quæ tradidimus *in quæſtione penultima, & final. huius Tractatus per totam*.

SVMMARIVM
VII. QVAEST.

1 *Minores non comprehenduntur ſub ſtatuto prohibente extractionem bladi, Contra num.*3.
2 *Statutum contra ius commune non comprehendit minores.*
3 *Minores comprehenduntur ſub ſtatuto prohibente extractionem bladi. Sed vide num.*5. *&* 6.
4 *Extractio de iure communi non eſt delictum.*
5 *Minores omninò à pœna ſtatuti excluduntur.*
*Non procedit ſi ex dolo delinquat nu.*6.
7 *Dolus non præſumitur.*
*Probatur per coniecturas num.*8.
9 *Dolus probatur in minore ex qualitate delicti.*
*Procedit multò magis, ſi commodum conſequatur num.*10.
*Arbitrio Iudicis probatur ſecundum rei, & perſonarum qualitatem num.*11.

ARGVMENTVM
VII. QVAEST.

An Minores inuenti cum rebus prohibitis per Reg.Prag. vetitis poſſint puniri pœna inflicta per eaſdem Pragmaticas?

VIDEBATVR negatiuè reſpondendum per ea, quæ tradit *Ludouicus Romanus ſing.*808. affirmans mino-
1 res non comprehendi, † ſub ſtatuto quod non extrahatur bladum, *Viu.in comm.opinion.in verbo,ſtatutũ prohibens, ſub nu.*24. quos cum alijs recenſet *Borell.in tract.de Magiſtr.lib.*3.*c.*14.*Franc. Crem.ſing.*30. *Quid ſi minor nu.*71.*verſic. Duodecimò*, ſed *Rom.hoc dicit in ſing.* 816.*in fin. & non in ſing.*808.*corruptè allegatus*, *Alex.conſil.*62.*num.*17.

&

Digitized by Google

& num. 18. *verſic. Quæritur, & verſic.*
Accedit, quia ſtatutum, ſeu Reg. Prag-
mat. ſunt odioſa, & exorbitantia, &
2 in eis minores † non comprehendun-
tur, *Bart. in l. etiam ff. de minor. Bald. in*
l. 1. *C. quando imperat. Hippolit. ſing.* 481.
latè in ſtatuto generali non compre-
hendi minores, plures concordantes
adducit *Farinac. in prax. crimin. quæſt.*
92. *num.* 143. 144. 145. *&* 146. vbi
plures rationes pro hac parte adducit.
Contrariam partem, quod minor
3 † in ſtatuto comprehẽdatur tenet *Alex.*
conſil. 49. *num.* 7. *verſic. Et conſtat ſta-*
tutum lib. 1. *& conſ.* 119. *num.* 35. *verſ.*
Idem tenuit, & circa medium, & conſil.
254. *num.* 4. *verſic. Primò per rationem*
vol. 6. *Socin. conſil.* 71. *lib.* 4. *Vaſq. con-*
trouerſ. illuſtr. lib. 1. *cap.* 32. *num.* 11.
verſ. Centeſimodecimotertio, Roland. à
Valle de lucr. dot. quæſt. 44. *num.* 3. *ver-*
ſic. Secundò, Borell. vbi ſupra d. nu. 71.
vbi alios etiam allegat *Farinacc. in pra-*
xi crimin. quæſt. 11. *ſub num.* 30. *verſic.*
Iuraque loquentia, vbi referendo hanc
contrariam, licèt in caſu diuerſo, in-
quit in delictis minores vti iure maio-
rum, & eſſe in ætate, in qua poteſt ca-
dere delictum, latius *in quæſt.* 92. *num.*
148. *verſic. Contra eamdem.*
Sed prima opinio verior in caſu no-
4 ſtro videtur, ſiquidem extractio, † de
qua verba facimus, non eſt delictũ, iure
communi inſpecto, *arg. l.* 1. *C. quæ res*
aſport. non poſſ. & diximus ſupra *hoc*
eod. Opuſcul. quæſt. 2. *num.* 8. *verſic. Pri-*
mò, niſi per ſtatutum, *& num.* 14. *ver-*
ſic. Secundò facit; & per conſequens de
iure communi non eſt punibile, & mi-
nor non includitur in eius diſpoſitione
cap. 2. *de delict. puer. Iaſ. in l.* 1. *num.* 31.
C. de ſumm. Trinit. Roman. d. ſing. 816.
num. 7. *verſic. Quod autem, Vaſq. in d.*
cap. 32. *d. num.* 11. *verſic. Quod autem,*
Roland. d. quæſt. 44. *num.* 13. *verſic. Ad*
ſecundum, Farinacc. in prax. crimin. in
tit. de inquiſit. quæſt. 11. *num.* 29. *part.*
1. *fol. m.* 85. vbi etiam alios concordã-
tes allegat, *& circa medium eiuſdem nu.*
30. *verſic. In alijs verò locis*, concludit
quod quando non tractatur de homi-
cidio, hæc opinio verior eſt, & latius
inferius verſ. Et licet quando ſumus in
ſtatuto, quod de iure communi non eſt
punibile, prout ſunt omnes Reg Prag.
de quibus ſupra in princip. ſermonem
fecimus minores nullo modo includi
affirmat, & magis explicitè hunc ar-
ticulum exarat *in d. quæſt.* 92. *nu.* 153.
verſic. Si verò, vbi in totum minores
5 † à pœna ſtatutaria excluſos eſſe con-
cludit, dummodo minor ex propoſito,
& ex dolo contra determinationem
6 eiuſdem ſtatuti † non deliquerit, quia
tunc non excuſatur, licèt mitius punia-
tur, vt per *Sfortiam Odd. de reſtit. in in-*
tegr. quæſt. 80. *num.* 65. *ab eodem com-*
memoratum num. 154.
7 Dolus verò nõ præſumitur † *l. Quo-*
ties §. *qui dolo ff. de probat. latè Maſcard.*
de probat. concluſ. 531. *Graſſ. de except.*
except. 22. *num.* 25. *verſic. Quæro, Rota*
Roman. diuerſ. deciſ. 583. *num.* 4. *&* 5.
verſic. Quis dolus, par. 1. ſed per eum,
qui ſe fundat, in dolo, probari debet,
& quomodo probetur refert *dict. Ma-*
ſcar. concluſ. 530. & alios concordantes
idem Graſſ. vbi ſupra num. 26. *& num.*
27 quibus addo cumulata per *Ricc. in*
collect. deciſ. part. 4. *collect.* 1123. vbi
8 ex perſpicuis coniecturis † probari af-
firmat, & ex circumſtantijs, & conie-
cturis cauſæ colligitur, *Rota Roman. di-*
uerſ. deciſ 1169. *num.* 8. *verſic. Neque,*
part. 3. *Gurb. deciſ.* 43. *num.* 9. *verſic.*
Et quamuis.
Sed in caſu, de quo agitur, dolum
9 probari in minore † ex ipſa extractio-
ne pecuniæ, vel equi contra formam
Reg. Prag. ex qua cum ipſe minor ſen-
tiat

Digitized by Google

tiat demonſtratiuè commodum, tam in pecunia ſiue auro, & argento extrahendo, ſiue in equo carius vendendo extra Regnũ dolus probatur in mi-
10 nore † ex eadem extractione, *Rota Roman. d. deciſ. 583. num. 6. & 7. eadem part. 1.*

Et arbitrarium Iudicis eſt an con-
11 iecturis, † & præſumptionibus ſit probatus dolus, qui ſecundum facti, & perſonarum qualitatem debet arbitrari, an dolus ſit commiſſus, vt per *Giurb. d. deciſ. 43. num. 10. verſic. Quæ iuxta.*

SVMMARIVM

VIII. QVAEST.

1 *Statutum laicorum, an comprehendat eccleſiaſticas perſonas? remiſſiuè.*
2 *Lex municipalis dicitur ſtatutum.*
3 *Pragmaticæ de extractione animalium ſunt contra ius commune.*
Non poſſunt comprehendere eccleſiaſticas perſonas num. 4.
5 *Princeps Laicus non poteſt ligare eccleſiaſticas perſonas.*
6 *Lex non comprehendit non ſubditum.*
7 *Statutum præcipiendo non comprehendit Clericos.*
Puniens vini intromiſſionem non complectitur clericos num. 8.
Bona clericorum non comprehenduntur ſub ſtatuto laicorum num. 9.
10 *Coloni, & famuli clericorum, & eccleſiaſticarum perſonarum puniuntur pœna ſtatuti.*
11 *Clerici deprehenſi in Regno cum rebus aſportare prohibitis ſpoliantur dictis rebus.*
12 *Statuentes poſſunt rem eorum afficere.*
13 *Statuentibus licet rebus ſuis legem imponere.*
14 *Res ſacræ, ſeu Deo conſecratæ non ſunt comprehenſa in ſtatuto laicorum.*
15 *Mitra, quæ fuit ſublata Archidiacono C. Theatinæ, reſtituitur.*
16 *Literæ ſcriptæ per Com. de Beneuent. pro reſtitutione Mitræ recenſetur.*

ARGVMENTVM

VIII. QVAEST.

An Eccleſia res, ſeu Eccleſiaſtica perſona comprehendantur ſub hoc iure noſtro Municipali?

1 IN hac dubitatione illa quæſtio ſubingreditur, an ſtatutum laicorum ſe extendat ad eccleſiaſticas perſonas, ſiue eius bona? quam maximum pelagus exiſtimat *Tiraquell. in tract. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 2. num. 2. verſic. Sed hic plenè,* de qua etiam *Card. Tuſcus pract. quæſt. in verbo, ſtatutum, concluſion. ... per totam.*

Quibus eam relinquẽdo ad rem no-
2 ſtram remotam, dicimus ſtatutum † eſſe hand noſtram legem municipalem de extract. animalium, *l. omnes populi ff. de iuſt. & iure l. 3. verſic. Quid tamen, ſi lex municipij ff. de ſepulcr. violat. l. item eorum §. 1. quod quiſque vniuerſitatis nomin. cap. ius ciuile 1. diſtinct. Franc. in quæſt. in mater. poſſeſſor. in 4. dubio ſub num. 2. verſ. Cum ſtatutum, inter quæſt. diuerſorum.*

3 Et hanc legem municipalem † de extractione animalium eſſe contra ius commune, & odioſam, vt ſupra diximus *in quæſt. 2. num. 15. & num. 33.* &
4 vti talem non includere † Eccleſiam, ſeu eccleſiaſticas perſonas, *text. in cap. 1. de pœn. in 6. Franc. vbi ſupra eodem dubio 4. num. 15.* deficit enim pote-
5 ſtas, per quam Princeps † laicus non poteſt comprehendere clericos, & eccleſiaſticas perſonas, *Doctores in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit, Caſtrenſ. conſil.*

Digitized by Google

*fil.*157.*nu.*1.*lib.*2. vbi de * communi, quem *poſt Surd. in conſ.*301.*nu.*46. *Honded. conſ.*20.*nu.*6; *lib.*2. cum alijs ita firmando, refert *Ricc. in deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapol.*70. *nu.* 15. *par.*1.

6 Quia nulla lex poteſt † comprehendere non ſubditum *cap.*1. *iuncta Gloſ. de conſtit.* & dum requiritur poteſtas ſtatuendi ſuper illis *Bald. in d.cap. Eccleſia S.Mariæ*, quem refert *Ricc. ibid.*
7 *num.*13. & 14. præcipiendo † non cõprehendit clericos *cap. clerici, & cap. final. de immunit. Eccleſ. Alex. conſ.*210. *per tot. & nu.*12.*verſic. Roboratur* 211. *per tot. & num.*2. *verſic. Vnde Lapſus allegat.*101. *In quæſtione propoſita num.* 5. & 6. *verſic. Pro euidentia*, & *allegat.*102. *In ciuitate Florentiæ num.*14. & 15.

Et in facti ſpecie cõſimili, ſtatutum
8 † puniens vini intromiſſionem, non comprehendit clericos, *Bald. in conſil.* 198. *Statuto Ciuitatis num.*4. *lib.*2. hoc etiam expreſsè firmat *Ripa de remed. ad conſeruand. vbertat. num.*122. *verſ. Decimo quartò*, vbi concludit ſimile ſtatutum non comprehendere nec eccleſiam, nec bona eccleſiaſtica, per *text. in d.cap. Eccleſia S. Mariæ*, quem etiam nouiſſimè ſequitur *Borell. in tract. de magiſtr. lib.*3. *cap.*14. *num.*68. *verſic. Vndecimò quæro, Grammat. deciſ.* 101. *num.*15. *verſic. Adducitur.*

9 Amplia hanc concluſionem ſuperiùs firmatam eſſe extendendam non ſolum ad bona Eccleſiæ, verum etiam ad bona clericorum, quæ non comprehenduntur ſub hac noſtra municipali lege, *Bald. vbi ſupra*, & firmat expreſsè *Grammatic. d.deciſ.*101. *num.*15. deficit enim poteſtas legem promulgantis, vt ſupra diximus.

Declara primò hanc eandem con-
10 cluſionem non procedere † in colonis eccleſiæ, vel clericorum, neque etiam in eorum famulis in fragranti repertis cum rebus aſportare prohibitis, quandoquidem etiam ſi aſportent res Eccleſiæ, ſiue clericorum tenentur ad pœnam in ſtatuto comprehenſam, eſt communis * opinio, de qua *Ripa, vbi ſupra num.*127. *verſic. Sed iſtis non obſtantibus*, vbi adducit multos concordantes, & reſpondet ad contraria *Borell. vbi ſupra num* 69. *verſic. Quo verò.*

Secundò Declara hanc eãdem concluſionem, quòd licèt Eccleſiæ, ſiue eccleſiaſticæ perſonæ non arceantur ſtatuto laicorum, neque hac noſtra municipali lege, tamen res, quas aſpor-
11 tant, prout ſunt † aurum, argentum, equi, & ſimilia, rectò iure arreſtari poſſunt, & vti interceptæ fiſco applicantur, quia licèt ſtatutum non poſſit afficere perſonam propter rem, & per conſequens eccleſiaſticas perſonas ra-
12 tione rei, poteſt tamen † ſtatutum rem ipſam afficere, *Albert. Brun. in tract. de ſtatut. art.*6. *num.*6. *verſic. Licèt, per text. vbi Gloſ. in l. reſcripto diuorum §. final. ff. de muner. & honor.* quia licet
13 ſtatuentibus † rebus ſuis legem imponere, *arg. l.*1. *C. de contrahend. empt. & l.*1. & 2. *C quæ res aſport. prohib. Ripa vbi ſupra d.num.*119. *verſic. Sed deciſiuè*, & propterea ſi eccleſiaſticæ perſonæ, & clerici in fragranti deprehendãtur cum rebus aſportare prohibitis, res intercipiuntur, & fiſco applicantur, relicta perſona, & ſic quotidie obſeruat hodierna praxis.

Subdeclara hanc ſecundam declarationem non procedere in re ſacra,
14 † ſeu Deo conſecrata, vel in re merè eccleſiaſtica, quia huiuſmodi res nullo pacto ſtatuto laicorum arctari poſſunt, vt ſupra firmauimus, & in facti contingentia ſic fuit obſeruatum in Mitra Archiepiſcopali ſublata Miniſtris Illuſtriſſimi, & Reuerẽdiſſimi Car-

dinalis

Digitized by Google

dinalis Monopoli tunc Archiepiſcopi Ciuitatis Theatinæ, cui ſucceſſit Illuſtriſſimus, & Reuerẽdiſſimus Cardinalis Maffeus, qui cũ habuit recurſum ad Illuſtriſſimum, & Excellẽtiſſimum Comitem de Beneuento tunc huius Regni Proregem mediante memoriali, & ſupplicatione porrecta, obtinuit literas D. Petro de Bazan Preſidenti harum Prouinciarum Aprutij directas reſtitutionem dictæ Mitræ, præcipientes, & de-
15 mum eadem mitra reſtituta † eidem Illuſtriſſimo Archiepiſcopo, & eiuſdem ordinationis vigore fuit carceratus vnus ex Commiſſarijs Reg. Tribunalis contrabandorum, qui dictam Mitram intercepit, & ad Carceres M. C. V. ductus, ibi vitalia lumina dimiſit, Tenor verò ſupplicationis, & ordinationis dicti Proregis talis eſt, &c.

A Don Pedro Bazan Gouernador de Abruzzo.

16 PER *parte † del Cardinal Maffei me ha ſido preſentado el ſiguiente memorial. All'Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore, Il Cardinal Maffei fà intendere à V. E. come li dì paſſati all'Archidiacono di Chieti ſu leuata vna Mitra, che portaua al Cardinal Monopoli di buona memoria in Roma da vn Cõmiſſario de Contrabandi in Abruzzo nella terra di Paterno, la qual mitra era della Chieſa cathedrale di C. di Chieti donde era Arciueſcouo detto Cardinale Monopoli, & hora detto Cardinal Maffei, ſupplica V. E. à comandare ſe le reſtituiſca, che lo riceuerà à gratia da V. E.*

Viſto el dicho memorial me ha parezido encargar eſte negocio à V. M. Y ordenalle como con eſta le hago que Iuntamente con eſſa Reg. Audientia prouea, que ſe vuelua la dicha Mitra al dicho Cardenal luogo, ſin che en eſto haia dilation, y que al que la quitò ſe traygan preſo para que ſe pueda proceder contra el al deuido caſtigo que vna tal mal obra mereze, y me olgarè mucho de entender que con la buena diligenzia de V. M. Iunto con la de eſſa Reg. Audientia ſe aya a ſi eſequtado guardi N. S. la perſona d. V. M. come yo deſio. Napoles 23. Ottobre 1607. A. lo que V. M. mandar El Conde de Beneuenta. Regiſtrada.

SVMMARIVM

IX. QVAEST.

1 *Forenſis tenetur ad pœnam à ſtatuto inflictam.*

Dicitur ille, qui de foris, idest de alieno territorio eſt num. 2. Differt ab alienigena ibi num. 3.

4 *Alienigena dicitur qui alterius iuriſdictioni ſubiectus eſt.*

5 *Tria genera pœnarum, quæ in hoc Regno irrogantur pro extractione.*

6 *Sues vendentes alienigenis pœna puniuntur.*

7 *Extrahentes adipem extra regnum puniuntur.*

8 *Expeditiones, ſeu Reſponſales fiunt in Regno pro extractione aliquarum rerum.*

9 *Alienigena non punitur de iure, pœna corporis afflictiua.*

10 *Statuta contra ius commune non comprehendunt forenſes.*

11 *Forenſis delinquens in delicto de iure communi puniblle, puniri poteſt pœna ſtatuti.*

Exiſtens in ſupina ignorantia non excuſatur num. 12.

13 *Extrahere aurum, argentum, equos, & alia prohibita de iure communi non eſt delictum.*

14 *Ignorantia ſtatuti excuſat forenſem.*

15 *Forenſis non excuſatur à pœna ſtatuti, ſi diutius commoratus eſt.*

Foren-

16 *Forenſes habentes incolatum extra Regnum, & in confinibus Regni non excuſantur pœna ſtatuti.*

17 *Statuentes poſſunt rebus ſuis legem imponere.*

18 *Forenſis tenetur interrogare, ſi ſoluitur gabella.*

Debent interrogare de pœnis receptis in regno num. 19.

Non interrogando dicuntur in ſupina ignorantia num. 20.

21 *Forenſes in Regno delinquentes admittuntur ad compoſitionem.*

ARGVMENTVM IX. QVAEST.

An forenſes, & Alienigenæ ſub pœna ſtatuti comprehendantur?

IN hac quæſtione R*ipa de remed. ad conſeruand. vbert.* ex receptiſſima DD. ſententia affir-
1 mat forenſem † pœna ſtatuti obnoxium eſſe *num. 119. verſic. Decimotertio*, ſed quia nimis generaliter de hac re ſermonem habet, ideo diſtinguendo demonſtrabo facti ſpeciem cum aliquibus declarationibus in praxi occurrentibus ad hoc vt ſuo loco, & tempore adaptari poſſint.

Et antequam procedamus ad ipſius caſus enodationem in modum cuiuſdam præuiæ inſpectionis dicimus, fo-
2 renſem † illum nuncupari, qui de foris, ideſt, de alieno territorio venit §. *ſi verò aliqui, aut in hac auth. de quæſt. collat. 6. Corneus conſ. 147. Pro deciſione num. 3. vol. 3. Decian. reſponſ. 32. num. 37. verſic. Non obſtat vol. 1. Tuſcus pract. concluſ. in verbo, Forenſis, 5ō. 1. ſ. 410. per tot. Alber. Brun. remiſſ. in tract. de ſtat. artic. 6. num. 23. verſic. De qua materia.*

Et in propoſito magis alienigenæ,
3 quàm forenſes † appellari debent, ſiquidem alienigenæ ne dum, qui in alieno territorio naſcuntur, vocantur, verum etiam, propriè loquendo appel-
4 lantur ij, qui † alterius iuriſdictioni ſubiecti ſunt *l. 1. ibi Alienigenæ, vbi DD. C. de emancipat. liberor.* & ſic magis de alienigena, quam forenſe termo habendus erit in hac noſtra propoſita quæſtione.

Præmitto etiam triplicem pœnam
5 † pro extractione in hoc regno delinquentibus eſſe inflictam. Primam corporalem, & pecuniariam ſimul, vt in Prag. 7. 8. 9. 10. 11. & 13. in quibus diuerſæ pœnæ pecuniariæ, & corporales iunctæ irrogantur pro extractione auri, argenti, equorum, equulorum, & equarum de perſona, ſiue de ratia, & in extractione ſalnitri, corporali tantum pœna extrahens punitur, vt in pragm. 6.

Secunda Pœna, quę infligitur vel eſt pecuniaria, vel amiſſionis rerũ, quæ extrahuntur, vt in Prag. 12. & 14. vbi extrahentes ſulfur, & puluerem pœna pecuniaria fiſco applicanda puniri debent, & in Prag. Prima, in qua extrahentes animalia pęna ducatorum mille plectuntur, & in Prag. 5. in qua ven-
6 dentes † ſues exteris, & alienigenis extra regnum pœna ducatorum mille Fiſco applicanda affici debent.

7 Sic etiam in extrahentibus † extra regnum abdomen, ſeu adipem, ne dum obtinet pęna amiſſionis abdominis, verum etiam alia arbitraria ad ipſius Proregis beneplacitum, vt videre licet in prag. 15. *in tit. de annon.* vbi per D. Petrum Giron Vxunæ Ducem fuit etiam aucta ad pœnam triremium per biennium.

Tertia, & vltima pœna non eſt nec
8 corporalis, † nec pecuniaria, ſed extrahentes

Digitized by Google

hentes pœna amiſſionis rerum aſportatarũ puniuntur, vt accidit in omnibus illis rebus, quarum ſolui debent regij, vt aiunt *diritti*, prout occurrit in extractione croci, lanæ, agnorum, vetulorum, & ſimilium permiſſorum.

9 Redeundo modò ad rem propoſitam caſus erit proponendus in alienigena, qui repertus eſt in fragranti cum auro, argentoque, ſiue alio equo, & equa de ratia, vel de perſona, vel cum alia re prohibita, in qua vel pęna corporis afflictiua, & pecuniaria ſimul infligitur, vel alia pecuniaria tãtum fiſco applicanda, vt diximus in 1. & 2. pęna, in hoc inquam caſu alienigena non venit nec corporali, nec pecuniaria fiſco applicanda puniendus, etenim quamuis forenſis ſubiaceat pœnis ſtatutarijs illius loci, vbi commiſſum eſt delictum ſecũdum cõmunem ✳ omnium ſententiam *ex Ripa* ſuperius relatam *num.* 1. & concludit *Farinac. in prax. criminal. de delict. & pæn. quæſt.* 34. *num.* 164. *verſic. Licèt enim, poſt Marian. in cap. poſtulanti num.* 16. *de for. compet. & Felin. in cap. à nobis, il* 1. *num.* 1. *de ſentent. excomm. Abb. in cap. final. num.* 44. *& ibi etiam idem Felin. nu.* 24. vbi teſtatur ita vbique ſeruari.

Nihilominus non videtur locum obtinere in caſu dictatum Reg. Prag.
10 ex duplici ratione; Primò, quia † ſtatuta, quæ perſonam reſpiciunt, quando ſunt contra ius commune, & per conſequens odioſa, vt diximus *ſupra quæſt.* 8. *num.* 3. *&* 4.

Non comprehendũt homines alterius territorij, & ſic forenſes, *Bart. in l.* 1. *in* 6. *quæſt. C. quæ ſit longa conſuetudo, Bonacoſſ. in ſuis quæſt. criminal. verbo, Pater, in princ. relati per Farinac. vbi ſupra num.* 163.

Secunda ratio affertur, quia quan-
11 do ſtatutum † punit illud, quod de iure punibile eſt, tunc alienigena patrans delictum iure communi etiam inſpecto punibile, & prohibitum, debet etiam ſtatuti pœna puniri, cui ex iuris diſpoſitione ſubiectus eſt, ſecus autem ſi delictum commiſſum, a iure communi permittatur, à ſtatuto verò pœna aliqua afficiatur, hac in re forenſis non comprehenditur ſub pęna ſtatuti, niſi ſciens vel in ſupina ignorantia exiſtat,
12 † hãc opinionem dixit magis æquam, ✳ & magis ✳ communem, *Marſil. in l. final. nu.* 81. *ff. de iuriſd. omn. iudic. Clar. in pract. criminal.* § *final. quæſt.* 85. *verſic. Secundus eſt caſus*, quos cum alijs refert *Farinac. vbi ſupra num.* 65. *verſ. Secundò, Alex. conſ.* 86. *num.* 6. 7. *&* 8. *vol.* 4.

Tertiò, Hoc expreſsè præcipit conſtitutio huius Regni. Homines rubr. 10. *vbi Afflict. num.* 1. notat, vbi loquitur de aſportatione armorum.

Sic in propoſito extrahere aurum, argentum, equos, aliaque prohibita à Regijs Prag. relatis in 1. & 2. pœna de
13 iure † communi eſt permiſſum, & ſic non eſt (eo inſpecto) vetitum, vt diximus *ſupra quæſt.* 7. *num.* 4. *verſ. Sed prima, & quæſt.* 2. *num.* 8. *cum iuribus ibi relatis*, & ideo forenſis, ſiue alienigena non poteſt pœna ipſius iuris municipa-
14 lis puniri, quia ignorantia † ſtatuti forenſẽ excuſat à pęna, vt firmat etiam in facti ſpecie *Ripa de remed. ad conſeruand. vbertat. num.* 120. *verſ. Ignorantia, Alex. conſil.* 86. *num.* 6. & in forenſe præſumitur ignorantia ſtatuti, quia aſportare ſupradictas res vetitas non eſt de genere prohibitorum *cap.* 1. *de conſtit. in* 6. vbi hoc notatur *per Ripam ibidem*.

15 Declara primò ſupradictum caſum non obtinere, quando forenſis diutius moratus eſſet in Regno, quia hoc caſu in

in eo præſumitur ſcientia, & per conſequens venit ſtatuti pœna afficiendus, *Alex. conſil.86. num.6. verſic. Fortificatur, & num.7. eod. volum.4.* vbi pluros adducit concordantes, *Ripa vbi ſupra num.121. verſic. Niſi talis,* & firmat ex pluribus *Afflict. in dicta conſtit. Homines numero 6. verſic. Item prædicta cum alleg. rubr.* 10.

Declara ſecundò non habere locum
16 † in forenſibus,& alienigenis habentibus incolatum extra Regnum propè confines eiuſdem Regni; hoc caſu forenſes pœna ſtatuti puniri debent,quia præſumuntur ſcire ſtatuta, dum hæc prohibitio eſt publicata per alias ciuitates,& Caſtra, *Alex. d.conſ.86.num.7. verſic. Ideo non eſt puniendus, Rip. dicto num.121. verſic. Vel niſi.*

Declara tertiò, quod licèt forenſes in caſu ſuperius relato non teneantur
17 ſtatuti pœna, nihilominus † res,quas deferunt licito iure retineri poſſunt,& Fiſco applicari, quia ſtatuentes poſſunt rebus legem imponere, *arg. l.1. C. de contrahend.empt. & l.1. & per tot. C.quæ res aſport. non debeant,* & ſic puto eſſe intelligendam cõmunem opinionem per *Rip. ſuperius relatam d.nu. 119.verſ.Decimotertiò,* & ſic etiam poteſt adaptari tertia pœna,vt locum habeat contra forenſem, quando ſimpliciter defert res, quæ de iure municipali amitti debent, ſi deferantur abſque regijs expeditionibus, ſeu reſponſali-
18 bus,quia hoc caſu forenſes † tenentur interrogare, ſi de eiſdem rebus ſoluitur aliqua gabella, vt diximus *ſupra in tractat.de cauſ.execut.ampliatione 30. principal. numero 25. & 26. & in quæſtione 8. præſentis Opuſculi per tot.* & ſic expreſsè firmat *Afflict. in dicta con-*
19 *ſtit.homines,* quia forenſes † Regnum introeuntes debent interrogare, & perquirere de ſtatutis, & pœnis in Regno receptis, & non perquirendo, & interrogando dicuntur in ſupina
20 † ignorantia, quæ non excuſat, & ideo rectò iure fuit introductum forenſes pro rebus aſportatis fuiſſe in hoc tribunali admiſſos ad tolerabilem
21 compoſitionem † ad beneficium Regij Fiſci, vt firmat expreſsè *Afflict. in d.conſtitut. Homines num.7. verſic. Et dum eſſem,* vltra res declaratas interceptas ad beneficium eiuſdem fiſci, vt concludit *ibidem Afflictus.*

SVMMARIVM.

QVAEST. X.

1 *Præeminentia Magn.Cur.Vicar. procedendi ex proceſſu informatiuo, vnde ortum habuit.*
2 *Conſtantini Papæ merita recenſentur.*
3 *Arbitrium procedendi ex proceſſu informatiuo deſcribitur.*
4 *Author ponit deſcriptionem præeminentiæ Magn.Cur.Vicar.*
5 *Præeminentia Magn.Cur.Vicariæ, procedendi ex proceſſu informatiuo quæ dicatur.*
Erat hæc conceſſa Magn.Cur.Vicar. tantum, nunc verò Reg. Audientijs numero 6.
7 *Repetitio torturæ non habet locum, quando proceditur ex proceſſu informatiuo.*
Contrariam partem tenent aliqui num.8. Sed vide num.11.
Author concordat opiniones ſupradictas num.9.
10 *Copia indiciorum concedi debet in repetitione torturæ ex proceſſu informatiuo.*
11 *Tortura repeti poteſt ex proceſſu informatiuo, quando moderatè fuit irrogata.*
12 *Repetitio torturæ non dicitur noua, ſed continuatio torturæ.*

D *Iudex*

13 *Iudex non debet nouum genus tormentorum inuenire, etiam ſi arbitrium ei concedatur.*

Contrarium tenent aliqui num. 14. Sed prima opinio eſt æquior num. 15.

16 *Iudex aliquis interfecit inquiſitum in tormentis.*

Tormenta quæ poſſunt inferri in atrociſſimis num. 17.

Quibus vtantur Regnicolæ ex præeminentia Magn. Cur. num. 18.

19 *Copia indiciorum de iure communi debet concedi.*

20 *Non eſt à tortura incoandum.*

Procedit etiam ſi Princeps tollat defenſiones de plenitudine poteſtatis numero 21.

22 *Habet locum ſi ſtatutum defenſiones auferat.*

23 *Tortura in Regno infligitur nulla data copia repertorum.*

24 *Error, in quo labitur Tribunal Contrabandorum, demonſtratur.*

25 *Defenſiones in cauſis criminalibus nullo iure prohibentur.*

26 *Præeminentia Magn. Cur. Vicar. qua proceditur ad torturam quo ad teſtes, & quo ad principales eſt conceſſa Tribunali contrabandorum.*

Quomodo concedatur alijs Iudicibus numero 27.

28 *Copia capitulorum formantur ex proceſſu. Conceditur inquiſito loco libelli numero 29.*

Dummodo declaret habere teſtes pro repetitis, vel citata parte repetantur numero 30.

31 *Defenſio eſt de iure naturali.*

Diabolo non eſt deneganda num. 32.

33 *Præeminentia Magn. Cur. Vicar. dicitur odioſa.*

Conceſſa non dicitur denegata defenſio numero 34.

Permittitur per Principem habentem legis condendæ poteſtatem num. 35.

Habet locum in delictis grauibus numero 36.

37 *Delicta an ſint grauia Iudicis arbitrio remittitur.*

38 *Tortura ex proceſſu informatiuo non infligitur abſque legitimis indicijs.*

39 *Habet locum abſque alijs requiſitis in delictis grauibus.*

ARGVMENTVM
X. QVAEST.

De præeminentia Magn. Cur. Vicariæ, & an, & quando debeat locum obtinere?

HÆc facultas proceden-
1 di † ad tormenta ex proceſſu informatiuo, in hoc Regno ortũ habuit à Reg. Carolo II. deinde à Roberto eius filio, & poſtremo à Ioanne de Haia Regenti Magn. Cur. Vicariæ, vt refert *Conſtant. Pap. in prax. arbitrar. Magn. Cur. Vicar. cap. 2. à num. 1. vſque ad num. 15.* vt colligitur etiam *ex cap. tormentis, & cap. cũ ſceleratis, & alijs per Anton. de Nigr. ibidem* commemoratis, & poſt eũdem *per Conſil. Tapiam in d. cap. cum ſceleratis,* & nouiſſimè *per Carab. in tract. de preeminent. Magn. Cur. Vicar.* licèt ante eum magis enixè elegantiori, & ordinato apparatu in eadem materia fuerit verſa-
2 tus † *dictus Conſtant. Pap. in dicta prax. arbitrar.* vbi hanc præeminentiam arbitrium vocat, deſcribendo, illud eſ-
3 ſe poteſtatem † Iudici, Arbitroue conceſſam iudicandi, & exequendi aliquid ſecundum opinionem, & ſententiam animi ſui, vt *in ead. prax. cap. 1. numero 9. & numero 10. verſic. Cum omnis.*

4 Ego autem reaſſumendo exiguè eorum dicta, ponam deſcriptionem eiuſdem præeminentiæ, quæ propius ad

manus

Digitized by Google

manus ſe offert,& eandem facultatem huic Tribunali Contrabandorum conceſſa quoad teſtes, & quoad principales, vt ſupra annotauimus per verba in eadem deſcriptione propoſita enodare experiar,deinde quam breuiſſimè verba faciam de indicijs,quæ frequentius accidere ſolent in hoc Tribunali, ex quibus Iudex moueri poteſt ad torquendum reum ex proceſſu informatiuo relictis alijs ſupradictis Iuriſconſultiſſimis, & præcipuè elegantiſſimo, & ordinatiſſimo *Conſtant. Pap.* quem quilibet ſtudioſiſſimus adire poterit.

Sed redeundo ad rem noſtram ſic deſcribendam eſſe cenſeo; Præemi-
5 nentia † eſt ſpecialis facultas pro vna vice tantum aliquem torquēdi ex proceſſu informatiuo ſolitis tormentis, nullis datis inquiſito defenſionibus, ſeu copia indiciorum; ſeu repertorum; alicui Iudici contra regulas iuris communis per Principem poteſtatem legis condendæ habentem, in aliquo particulari caſu conceſſa, legitimis tamen indicijs præcedentibus.

Dixi in dicta deſcriptione præeminentiam eſſe ſpecialem facultatem,
6 quia de iure municipali † huius Regni hac tantum potiebatur poteſtate Magna Cur.Vicar. vt inquit *Vincent. de Franc. deciſione 143. Aſflict. deciſione 301.* Nunc autem omnes Reg. Aud. vt annuit *Tapia in dicto cap. ſi cum ſceleratis num.5. verſic. Hac autem, Viu. deciſione 143.num.7. verſic. Eſt bene verum, Chartar. in prax. interrog. reorum lib.4. cap.1. numero 200. verſic. Quintus, Farinac. de indic. quæſt.39.num.30. verſic. Et licèt, Baiard. ad Clar. quæſt. 64. num.88.*

Dixi, Pro vna vice tantum aliquem torquendi, equidem vigore eiuſdem
7 præeminentiæ repeti † non poteſt tortura, ſed vna tantum vice tormento chordæ, vel alio vſitato inquiſitus ſubijciendus eſt, *l. fideicommiſſa §. ſi quis decem ff. de legat.3. Grammat.* hoc firmat expreſsè *conſil.64. num.12. Ioan. Anton. de Nigr. in dicto cap. ſi cum ſceleratis num.10. verſic. Tamen, Chartar. in dicta prax. lib.4. cap.1. numero 202. verſic. Nam primò, Viu. dicta deciſione 143. numero 5. verſic. Et licèt, Carab. in dicto tract. de praem. magn. Cur. in principio, num.41. verſicul. Et præfata, Farinac. dicta quæſtione 39. numero 31. verſic. Et an, Baiard. dicta quæſtione 64. num.153.*

8 Contrariam partem † videtur ſuſtinere *Chartar. vbi ſupra num.207. verſic. Sed in caſu,* vbi quando moderatè tortura infertur etiam ex proceſſu informatiuo repeti poteſt, iuxta diſpoſitionem *tex. in l.repeti, & l.vnius §.1. ff. de quæſt.* dummodò tres vices non excedat *Paul. de Caſtr. conſ.299. in fin. lib.2. Simon de Pret. conſil. 104. num.9.* cum quibus ita firmando pertranſit *Chartar. vbi ſupra dicto num.207. per tot.* hanc etiam opinionem ſequitur *Burg. de mod. proced. ex abrupt. centuria prima, quæſtione 42. num.10. verſic. Quartò.*

Sed concordando ſupradictas opi-
9 niones, dicerem † primam procedere, quando immoderatè vel circa tempus, vel circa modum tortura irrogatur; hoc enim caſu nulla poteſt dari repetitio torturæ, niſi prius conceſſa copia indiciorum, & ſic puto eſſe intelligendos Doctores pro hac parte allegatos.

Declara concedendam eſſe copiam
10 indiciorũ † in caſu dictæ præeminentiæ quando dicta copia ante torturæ repetitionem petita fuit, quandoquidem hoc caſu eadem copia petita nullo pacto denegari poteſt, vt firmat *Chartar. dicto capitulo 1. numero 206.*

quem ſequitur *Farinac. de indic. dicta quæſt. 39. nu. 162. & 163. verſic. Tunc enim*.

Secunda verò opinio procedit, quan
11 do † moderatè, & quo ad modum, & quo ad tempus tortura fuit inquiſito irrogata, in hac enim facti ſpecie tortura repeti poteſt, etiam non conceſſa indiciorum copia, vt aliquem effectum habeat præeminentia, & hoc ca-
12 ſu non debet dici noua tortura, † ſed continuatio primæ, ſic poſt eundem *Chartar. in dicta prax. dicto cap. 1. num.* 161. & alios concludit *Farinac. dicta quæſt. 39. num. 160. verſic. Limita duodecimò*.

Dixi in deſcriptione ſolitis tormen-
13 tis, quia Iudex † etiam ex præeminentia ſibi conceſſa, non debet vti inſolitis tormentis, & inſtrumentis contra ſolitas iuris regulas, nec debet inuenire nouum genus tormentorum; quo carnes reorum ſcindantur, etiam ſi in atrociſſimis verſemur, *l. 1. C. de emend. ſeruor. cum ſimilibus, Burg. de mod. proced. ex abrupt. centur. 1. num. 8. verſic. Secundò cum allegatis*, ſed ſolitis tormentis vti, & quamuis aliqui Docto-
14 res † aſſerant licitum eſſe in atrociſſimis noua tormentorum genera inuenire, & adhibere, vt affirmat *Poller. in prax. crimin. in verbo, Rei iudicati torqueantur, num.* 11. *& in verbo, Et ſi confitebuntur, in 3. part. tertiæ partis principalis*, quem *poſt Parid. de Pup. & Bald.* allegat *Farinac. de indic. quæſtione 38. numero 57. verſic. Et aduerte*, vbi mentionem facit de tormento polledri, quo ſcinduntur carnes ipſius rei, Nihilominus reprobando opinionem
15 eiuſdem Follerij, aſſerit non eſſe † veram, & Iudicem talibus vtentem tormentis iuſtitiæ carnificem, & non Iudicem appellandum eſſe, maximè ſi proprijs manibus inquiſitum tormento afficiant, vt aliquando in Doctore
16 Paulo Laurenzano Iudice huius Ciuitatis proprijs oculis cum maxima diſplicentia reſpexi, qui ex præeminentia eiuſdem Magn. Cur. conceſſa, tormento polledri ſubiecit N. Carlutium de Cantalicio, & vt plurimum proprijs manibus eiuſdem Iudicis per duas ferè horas tortus vitalia lumina dimiſit, Et de ſolitis tormentis exornatiſſimè verba facit more ſolito, *Farinac. vbi ſupra*, & an in atrociſſimis liceat
17 † inferre tormenta cum aqua frigida, vel cum compedibus, aut baculo intra pedes appoſito *à dicto num. 57. vſque ad numerum 62*.

Et re vera ex præeminentia eiuſdem Magnæ Cur. in his partibus per Viceregem huius Regni aliquibus Iudi-
18 cibus cōceſſa † obſeruatum vidi compedes in pedibus appendere, vel baculum intra pedes accommodare, ac etiam plures percuſſiones contra delinquentem tormento chordæ cruciatum inferre, maximè ſi paruiſecerit ſolitam torturam, vt inquit in ſimilibus *Farinac. vbi ſupra num. 65*.

Dixi nulla data inquiſito copia indiciorum, ſeu repertorum, quia licèt
19 iure communi † inſpecto, ante torturæ illationē debeat copia indiciorum, ſeu repertorum cum termino ad defendendum inquiſito concedi, vt firmat *Farinac. de indic. dicta quæſt. 39. num. 2. verſic. Amplia primò*.

20 Quoniam non eſt à tortura † incoandum *l. 1. ff. de quæſtion. Ricc. in collectan. deciſ. parte quarta, collect. 1375*.

21 Etiam ſi Princeps † voluerit defenſiones tollere de plenitudine poteſtatis, vt probat *tex. in clement. paſtoralis prope finem de ſentent. & re iudicat*.

22 Etiam ſi à ſtatuto † huiuſmodi tolla-

tur

tur defenſio, *Chartar. in prax. interrog.*
reorum lib. 4. cap. 1. num. 166. & poſt
eum, Farinac. vbi ſupra num. 25. verſic.
Amplia octauò.

Tamen de conſuetudine, & inſpecto
23 † iure municipali huius Regni contra-
rium ſeruatur; nam tortura irrogatur
nullis datis reo defenſionibus, nec co-
pia indiciorum, ſeu repertorum con-
ceſſa, *Afflict. deciſ. 391. Batard. ad Clar.*
quæſt. 64. numero 88. Farinac. dicta quæ-
ſtione 39. numero 30. verſicul. Et licet;
Quamuis Tribunal Contrabandorum
24 quotidie † in hoc labatur, denegando
copiam repertorum cum nominibus, &
cognominibus teſtium, & concedendo
eandem copiam abſque nominibus ſub
prætextu non eſſe aliter concedendam
ſtante præeminentia eidem Tribunali
conceſſa maximè in delictis, in quibus
pœna corporis afflictiua irroganda ve-
nit; Et nihilominus vera ratio ineſt, &
hoc locũ ſibi vendicare videtur, quan-
do procedendum eſt ad torturam ex
proceſſu informatiuo, in hoc inquam
caſu penitus denegatur copia reperto-
rum ante torturæ illationem, nõ autem
in alijs cauſis, in quibus formiter debẽt
defenſiones, & copia repertorum con-
cedi, & ſi alias diceretur denegarentur
etiam defenſiones, quæ nullo iure re-
25 cuſari † poſſunt, vt proximè diximus,
& latius dicemus *quæſt. 15. huius Opu-*
ſculi num. 18. & ſequent.

Diximus ſupra in eadem deſcriptio-
ne, alicui Iudici, ſi quidem quãuis Ma-
gnæ Cur. Vicar. & Reg. Aud. per dicta
Capitula Regni hac potiantur poteſta-
te, vt ſupra demonſtrauimus, Nihilo-
26 minus videmus etiam † hanc faculta-
tem eſſe ſpecialiter conceſſam ſupradi-
cto Tribunali Cõtrabandorum, & paſ-
ſim etiam in delictis occurrẽtibus ean-
dem præeminẽtiam videmus eſſe con-
27 ceſſam ad alicuius † Iudicis petitio-
nem, tranſmiſſa prius copia proceſſus
iuxta facti, & perſonarum qualitatem,
ac prius etiam perpẽſo eodem proceſ-
ſu, ſi in eo ſubſint vigentia indicia, qui-
bus omnibus adimpletis, relaxatur mã-
datum Regium pro tortura inferenda,
vt meminit *Vincent. de Franc. deciſ. 143.*
Et aliquando de mandato Principis
etiam nõ præcedente trãſmiſſione pro-
ceſſus alicui ſupremo Iudici delegari
ſolet, aliàs Iudices inferiores nequeunt
procedere ad torturam ex proceſſu in-
formatiuo abſque mandato Proregis,
& procedendo puniri poſſunt, vt fir-
mat *Nig. in dicto cap. ſi cum ſceleratis*
num. 5. verſic. Quod tamen.

Dixi contra communes iuris regu-
28 las, quia de iure tortura † non poteſt,
nec debet irrogari, niſi prius conceſſa
copia proceſſus, capitulorum, ſeu in-
diciorum, quæ formari debent ex pro-
ceſſu, & informatione Curiæ, & con-
29 ceduntur inquiſito loco † libelli, & re-
pertorum, quorum copia conceditur
& concedi debet lite prius legitimè
conteſtata, teſtibuſque citata parte
30 † repetitis, vel habitis pro repetitis,
vt paſſim obſeruamus, vt firmat etiam
Conſtant. Pap. in prax. arbitr. cap. 3. nu-
mero 44. verſic. Hodie, ſed vide latius
infr. quæſt. 14. num. 6. & 7. & quæſt.
31 *15. num. 8.* quia defenſio eſt † de iure
naturali, nec vllo alio iure tolli poteſt
Clement. paſtoralis §. cæterum extra de
ſentent. & re iudicat. l. vt vim ff. de iu-
ſtit. & iure, Chartar. dicta quæſtione 4.
cap. 5. num. 203. & ſeq. Conſtant. Pap.
vbi ſupra dicto cap. 3. num. 47. verſic. In
tantum.

Et etiam diabolo non eſt denegan-
32 da † *Rot. Roman. deciſione 241. Licet in*
cauſa, de procurator. in nouis, Latè Fa-
rinac. de indic. & tort. quæſtione 39. per
totam, & numero 50. 51. & ſequent.
33 Et ideo † odioſa, & contra iuris re-

gulas hæc præeminentia dicitur induċta, *Anton. de Nigr. d. cap. ſi cum ſceleratis num.* 14. *verſic. Aduertendum à num.* 15. *verſic. Et quod talis, Carthar. dicto num.* 203. *& ſequent. Conſtant. Pap. d. cap.* 3. *num.* 32. *verſic. Quamuis*.

Dixi per Principem legis condendæ poteſtatem habentem, quia licèt defenſio à iure naturali introducta, vt prædiximus deleri non poſſit, nec à Papa, nec à Principe, vt ex *Farinac. Carthar. & alijs* comprobauimus, *Niger vbi ſupra num.* 15. *verſic. Et quod defenſio, Conſtant. Pap. d. cap.* 3. *num.* 47. tamen

34 etiam conceſſa præeminentia † non dicitur ſublatam eſſe defenſionem, potius enim eſt ordinē peruertere, quàm defenſionem tollere, quæ poſt torturæ illationem conceduntur, vt ſic quotidie in praxi ſeruamus, Et ideo bene diximus per Principem habentem po-

35 teſtatem † legis condendæ, quia Principibus inferioribus, vt ſunt Duces, Marchiones, & Barones huius Regni non eſt permiſſum hanc facultatem concedere, vt ex multis adductis firmat *Capiblanc. in tract. de Baron. pragmat.* 8. *num.* 50. *num.* 51. *& ſeq. Vincent. de Franc. deciſ.* 143. *per totam*.

Dixi etiam in deſcriptione, In aliquo particulari caſu cōceſſa, quia non in quolibet delicto hanc præeminentiam proreges impartiuntur, ſed tan-

36 tum in delictis † grauibus, vt inquit *Vincent. de Franc. d. deciſ.* 143. *nu.* 2. *verſic. Niſi. Ricc. in collect. deciſ. par.* 3. *collectan.* 641. vbi etiam *ex deciſ. Afflict.* 391. habere locum extendit contra latrones inſignes, diſrobatores ſtradarū, incendiarios, violentos, raptores, & ſimiles, & contra mutilantes membra, vt firmat *Maſtrill. in deciſ. Rot. Sicil.* 166.

37 Delicta verò, an ſint grauia Iudicis arbitrio relinquitur, vt fuſè diximus inferius *in tract. de cauſ. execut. in præl. ud.* 1. *nu.* 34. *verſ. Et cauſa cum allegatis*.

Dixi poſtremò, Præcedentibus legi-

38 timis † indicijs, quia etiam conceſſa præeminentia Magn. Cur. Vicar. debent indicia legitima, & ſufficientia præcedere, vt poſſit tortura infligi *l.* 1. *vbi Bartol. ff. de quæſt. Grammat. conſil.* 64. *num.* 2. *Ricc. in collect. deciſ. collect.* 1375. *Niger in d. cap. ſi cum ſceleratis num.* 9. *verſ. Tamen, Carab. de præem. magn. Cur. in princip. num.* 33. *verſic. Et indicia, Conſt. Pap. vbi ſupra cap.* 4. *num.* 121. *verſic. Iudexque*, adeo quod proceſſus debet eſſe optimè inſtructus, & legitimatus, *Niger in d. cap. ſi cum ſceleratis num.* 19. *& num.* 28. *Pap. ibidem*.

Declara modò ſupradictam facultatem procedere, etiam ſi non exiſtant

39 † decem, & octo requiſita prænarrata *per Nigr. in d. cap. ſi cum ſceleratis*, vel treſdecim alia relata *per Conſtant. Pap. in d. cap.* 5. quia nihilominus nulla habita conſideratione dictorum requiſitorum, ſed attenta tantum cauſæ grauitate, & indiciorum vrgentia, proceditur ad torturam ex proceſſu informatiuo, vt refert *Vincent. de Franc. d. deciſ.* 43. *nu.* 2. *& Ric. in collectan.* 641.

SVMMARIVM
XI. QVAEST.

1 *Teſtes falſi vt plurimum reperiuntur in cauſis criminalibus agitandis*.

2 *Tribunal Cōtrabandorum appellatur Tribunal vindictæ*.

3 *Teſtes in Tribunali Contrabandorum ſunt omni exceptione peſſimi*.

4 *Adagium, quod fertur in Tribunali Contrabandorum narratur*.

5 *Diſcrimen, in quo labuntur Commiſſarij, & Scribæ contrabandorum demonſtratur*.

6 *Teſtis vnicus de viſu facit indicium ad torturam*.

Indu-

Inducit ſemiplenam probationem num.7.
Procedit, dummodo ſit omni exceptione maior, & ſine vlla prorſus macula nu.8.
In dubio non præſumitur omni exceptione maior num.9.
10 Tortura non irrogatur ex dicto vnius teſtis, niſi ſit omni exceptione maior, etiam ſi procedatur ex proceſſu informatiuo.
Contrarium ſuſtinent multi num.11. Sed prima opinio æquior eſt num.12.
13 Teſtis vnicus de viſu non facit indicium ad torturam, niſi ſit cognitus.
14 Iudex tenetur ſe informare de qualitate, & conditione teſtium.
15 Citatio ad informandum non debet relaxari ex dicto vnius teſtis, niſi ſit omni exceptione maior.
Debet locum obtinere in cauſis magni momenti, & in quibus indicia ad torturam exiſtant num.16.
17 Teſtis firmās ſigno Crucis eius depoſitionem non dicitur omni exceptione maior.
18 Magiſtri actorum, & Iudices recipientes teſtes tenentur eos agnoſcere.
19 Teſtis ignotus non debet recipi.
20 Denunciator non poteſt eſſe teſtis.
21 Error actuariorum in Tribunali Contrabandorum demonſtratur.
22 Iudicum errores in Tribunali Contrabandorum explicantur.
23 Teſtis difficillimè poteſt deponere de viſu in delictis Contrabandorum.
24 Author animaduertit tria tempora in delictis extractionum.
Exempla, in quibus teſtes deponere de viſu non poſſunt, recenſentur num.25.
26 Teſtis deponens de actu proximo non appellatur teſtis de viſu.
27 Teſtes duo debent examinari ſuper vnico indicio.
28 Teſtis deponens contra vendentem aliquam rem Romæ non dicitur teſtis de viſu.
29 Confeſſio extraiudicialis ſemiplenam inducit probationem.
Proceditur ex ea ad citationem ad informandum, vel ad torturam num.30.
Habet locum dummodo probetur per duos teſtes de loco, & tempore, & perſonis contaſtes num.31.
Procedit etiam ſi non declaretur locus, & tempus num.32.
Etiam ſi ſit emiſſa ſine cauſa num.33.
34 Teſtes in confeſſione extraiudiciali debent eſſe idonei, & legales.
35 Fuga inquiſiti facit indicium ad torturam.
Differt à latitatione num.36.
Dicitur abſceſſus cum celeritate num.37.
38 Latitatio dicitur turpis occultatio.
39 Fugiens per loca inſolita facit indicium ad torturam.
40 Fragrantia inducit violentam præſumptionem, & probationem.
41 Fugiens ex metu hoſtium, vel latronum non inducit indicium ad torturam.
42 Eximens ſe à manibus Curiæ facit indicium ad torturam.
43 Fugiens propter metum Tiranni non facit indicium ad torturam.
44 Socius criminis fugiens non facit indicium contra alium ſocium.
45 Latitans ſe ante formatam accuſationem non inducit indicium contra ſe.
Non habet locum ſi ſe latitauerit poſt formatam inquiſitionem num.46.

ARGVMENTVM
XI. QVAEST.

An ex depoſitione vnius teſtis de viſu poſſit quis torqueri ex proceſſu informatiuo, & de alijs indicijs in hoc Tribunali occurrentibus?

SI in cauſis criminalibus agitandis vt plurimum pauci proceſſus reperiuntur, in
1 quo † falſi teſtes non examinentur, vt inquit *Conſtant. Pap. in prax. arbitrar. Magne*

Magnæ Cur. Vicar. cap.4. num.41. verſ. Sed vtinam, quid erit dicendum in hoc iudicio Contrabandorum, quod ap-
2 pellari † ſolet Tribunal vindictæ; in
3 quo teſtes ferè omnes ſunt omni exceptione peſſimi? & ideo peruulgatum adagium apud nos fertur: Deus me
4 incolumen † reddat à calamo huius tribunalis, prout dicebatur de quodam ſcriba Fiſcali, què tacito authore commemorat *Conſtant. Pap. in d. cap.4. nu. 137. verſic. Ita namque*, & vtinam, & iterum inquam vtinam ne omnes in
5 profundum † inferni demergantur, & omnes dixi ſiquidem nouiſſimi in laqueum incidere ſolent Magiſtri actorum, & omnes alij ſcribæ; ſecundò Conſultores, qui in proceſſibus votum proferunt: tertiò generales Commiſſarij, & omnes alij, qui huic induſtriæ operam nauant; quartò Deus faxit ne eodem periculo laborent omnes aduocati, ſeu vt melius inquam mediatores, præmiſſa ſemper in omnibus ſumma laude moratorum, & probatiſſimorum virorum; qui nec etiam deficere ſolent.

Sed redeundo ad rem, quam propoſuimus dicimus ex infraſcriptis tribus indicijs eſſe permiſſum procedere, vel ad torturam ex proceſſu informatiuo vigore præeminentiæ huic Tribunali conceſſæ, vel ad expeditionem citationis.

Primum itaque, & frequentius in-
6 ditium † reſultare ſolet ex dicto vnius teſtis de viſu, qui ne dum facit indicium ad torturam, vt concludit *Farinac.* poſt innumeros allegatos *in prax. criminal. de indic. & tortur. quæſt.37. num.54. verſic. Limita tertiò*, vbi hanc ☞ communem * veriorem, & in praxi receptam affirmat *Carthar. de interrog. reis lib.4. cap.1. nu.104. verſic. Et vnus, Menoch. de præſumpt. lib.1. quæſt.89. numero quinto, verſicul. Primò.*

Verius probationem, licet ſemiple-
7 nam, inducit *Crauett. conſil.9. num.12.* relatus per *Conſtat. Pap. cap.4. nu.127. verſic. Septimò.*

Declara hoc indicium ita procede-
8 re, dummodo † teſtis de viſu deponens ſit omni exceptione maior, ſine vlla prorſus macula etiam minima, & vndique inuulnerabili ſecundum receptam omnium * ſententiam firmatam *per Gl. in l.3. in verbo, Conuictus, C. ad leg. Iuliam Maieſtat. & in l.1. §. idem Cornelio, & in l. Maritus, vbi Gloſ. in verbo, illitè, ff de quæſt.* vbi etiam omnes Scribentes *Farinac. plenè vbi ſupra num.58. verſ. Sublimita Carthar. & Menoch. vbi ſupra.*

9 Et teſtis in dubio † non præſumitur omni exceptione maior ſecundũ communem * ſententiam, de qua *Bemten. deciſ.62. à num.16. verſ. Adde, vſque ad finem, vbi num.19.* contrarium ſuſtinentes refellit, ſed vide quæ diximus ſupra de *cauſ. execut. quæſt.5. num.54. verſic. Quia quilibet.*

Amplia etiam in delictis Cõtraban-
10 dorum † contra formam Reg. Prag. patratis, & in quibus venit imponenda pœna corporis afflictiua, in iſtis enim delictis etiam ex dicto vnius teſtis, niſi ſit omni exceptione maior, non poteſt procedi ad torturam ex proceſſu informatiuo, vt exemplificat *Farinac. vbi ſupra d. quæſt.37. nu.59. verſic. Contrariam*, quia inſpiciendum eſt, an teſtis ſit decurio, vel plebeius, & an honeſtæ, & probatæ vitæ, an locuples, vel pauper, & an odioſus, vel inimicus *l. 3. §. item diuus ff de teſtib.* vt optimè in terminis præeminentiæ Magnæ Cur. Vicar. exemplificat *Conſtant. Pap. in d. prax. arbitrar. cap.4. num.128.*

11 Contrarium ſuſtinere videtur *Gramat. deciſ.54. num.31. Menoch. de præſumpt.*

ſumpt. d. quæſt. 89. num. 13. verſic. Declaratur, Farinac. alios hanc ſuſtinentes adducit *ead. quæſt. 37. num. 8.*

12 Sed prima opinio æquior † videtur, quia dum conceditur hæc præeminentia intelligitur eſſe conceſſa ſecundum iuris diſpoſitionem, & præcedentibus legitimis indicijs, vt ex multis firmat *Gram. vot. 30. num. 20. verſ. Et ſic, Carab. de praem. magn. Cur. num. 50. & num. 54.*

13 Et ex iuris diſpoſitione teſtis de viſu non facit indicium ad torturam, niſi ſit omni exceptione maior, vt paulò ſuperius diximus. Et quamuis opinio Gramat. ſit magna apud nos, tamen in hoc delictorum genere, in quo valdè ſuſpicamur de ſuppoſitione, & falſitate teſtium, nunquam procederem ad torturam ex dicto vnius teſtis, niſi apud me eſſet cognitus, & idoneus, quia Iudex tenetur ſe informare de

14 qualitate, & conditione teſtium, *Bald. in l. 1. ff. de Magiſtr. conuen. Crot. in tract. de teſt. num. 4. Paris de Put. de ſindicat. verſ. Iudex, an ſi Iudex,* quos adducit *Carab. vbi ſupra num. 71.*

Amplia vt neque poſſit ex dicto

15 † vnius teſtis expediri citatio ad informandum, niſi is ſit omni exceptione maior, etenim dũ ex forma Reg. Prag. *39. in tit. de offic. magiſtr. iuſtit.* citatio ad informandum relaxari non poſ-

16 ſit, niſi viſa prius per Iudicem informatione, & in cauſis criminalibus magni momenti, in quibus indicia ad torturam exiſtant, vt refert etiam *Vin. in deciſ. 121. in princip. parte 1.* ſequitur etiam affirmãdum, dictum vnius teſtis non ſufficere ad expediendam dictam citationem ad informandum, & eò magis procedere videtur in caſibus à nobis propoſitis, in quibus teſtes pro parte Regij Fiſci deponentes, vt pluri-

17 mum ſunt illiterati, & firmant eorum ſubſcriptionem ſigno crucis, & Deus Optimus Maximus ſcit, ſi vera deponunt, & ſi ſunt tales, quales ſe faciũt,

18 & Iudices, ac actuarij, & † alij Commiſſarij, & Scribæ, qui eoſdem teſtes recipiunt errore capiuntur, ſiquidem de iure tenentur teſtem agnoſcere, vt firmat *Bart. in l. 3. §. Ideoque nu. 2. verſ. Item quod dicitur,* quia teſtis ignotus

19 † nõ debet recipi in teſtem, nec etiam ad denunciationem, *Anchar. conſil. 415.* Pluries ex prædictis. Imò denunciator

20 non poteſt † eſſe teſtis, vt firmat idem *Anchar. ibidem num. 1. verſic. Quarta,* &

21 in hoc errant valdè Actuarij † eiuſdem Tribunalis, qui recipiunt denunciationem ſub nomine denunciatoris ſecreti, & poſtea recipiunt in teſtem eumdem denunciatorem, nulla facta mentione de ipſa ſecreta denunciatione, quod nullo modo de iure permittitur, quia debet iſta denunciatio per teſtes probari, *Bart. in l. diuus ff. de cuſt. reorum,* & in eodem prolabuntur er-

22 rore, Iudices, qui obſceni, & flagitioſi ſubſcribũt citationem ad informãdum ad ſimplicem relationẽ Magiſtri actorum eiuſdem tribunalis cõtra formam Reg. Prag. proximè relatam, & cæcus cæcum ducit, & ambo in foueam inferni cadunt, non animaduertentes di-

23 cta teſtium, qui nullo modo † poſſunt deponere de viſu in hoc delicti genere, quod in ſe plures actus diuiſos quoad locum, & tempus habere dicuntur, qui actus nequeunt videri per teſtes, vt inferius referam.

Amplia multò magis procedere in delictis contrabandorum, in quibus

24 non poteſt † teſtis de viſu deponere concludenter, quia in illis tria tempora conſiderari debent, nempe primum medium, & vltimum. Primum itaque tempus inſpiciendum venit, quando inquiſitus diſcedit à loco, à quo rem extrahen-

25 extrahendam accepit, exemplum † in illis, qui Aquila diſcedunt vehentes rem aliquam prohibitam extrahēdam, prout eſt aurum, argentum, & huiuſmodi genus prohibitorum, ſecundum tempus adaptari poteſt in eo, qui peruenit ad loca ſuſpecta vehens rem prohibitam. Exemplum accidere ſolet in illis, qui Romani pergunt, & ſunt viſi tranſitis cuſtodijs Terræ Introduci, vel aliorum locorum. Tertium tempus euenire ſolet in illis, qui omninò peruenerunt ad loca prohibita. Exemplum recenſeri poteſt in illis, qui fuerunt viſi in confinibus Regni cum rebus prohibitis, & in parte, vbi non eſt locus pœnitentiæ, Et ideo dixi, quod teſtis non valet concludenter deponere de viſu, quandoquidem & ſi deponat de viſu in aliquo exemplo, & facto à nobis relato, nihilominus non poteſt
26 appellari teſtis de viſu, ſed teſtis † deponens de actu proximo ad delictum, & ideo non ſufficit tunc vnus teſtis de viſu, quia deponere tantum videtur de actu proximo, & valde inferēte ad delictum, vt cōcludit *Farinac. d. quaeſt. 37. num. 50. & num. 70.* vbi aliqua recen-
27 ſet exempla, & hoc caſu duo † teſtes requiruntur. quia quodlibet indicium debet per duos teſtes conteſtes probari, vt notat *Gloſ. in l. final. C. fam. erciſcund. Bald. in l. cum circa C. de iur. dot. Clar. in pract. crimin. quaeſt. 22. in princ. vbi etiam Baiard. Carab. de praem. magn. Cur. num. 24. & num. 87. in princip.*

Poteſt etiam exemplum adaptari in
28 vltimo tempore in eo, qui viſus † eſt Romæ equum vendere, vel pecunias prohibitas per Reg. Prag. numerare, Teſtis enim ſuper hoc facto deponens nō dicitur de viſu, ſed de actu inferente ad delictum, vt inquit *Farinac. d. numero 70.*

Sed pro intelligentia dictorū exemplorum videas caſus; quos ſupra retulimus *quaeſt. 2. & 3. huius Opuſculi.*

Secundum indicium, quod euenire ſolet in huiuſmodi delictis, eſt confeſ-
29 ſio extraiudicialis † eiuſdē delinquentis, qui aliquando confitetur rem aliquam, ſiue aurum, aut argentum, aut equos contra formam Reg. Prag. extraxiſſe. Hæc enim confeſſio extraiudicialis ſemiplenam inducit probationem, adeo quod quemadmodum ex eadem confeſſione conceditur citatio ad
30 informandum, ita etiam ex ea reſultat indicium ad torturam, vt habetur per *Gloſ. in l. capite quinto, verbo accuſatori, verſic. Item & quod, & ibi Bartol. ff. de adulter.* quam ab omnibus eſſe approbatam, & eſſe communiter receptam affirmat, *Farinac. in prax. criminal. quaeſt. 82. nu. 23. verſ. Reg.* vbi poſt innumeros allegatos hāc dicit * communem, quibus addo *Maur. de Aleſſ. in Breuiloq. confeſſion. cap. 27. in princ. Menoc. plenè de praeſumpt. d. quaeſt. 89. num. 14. verſic. Secundus.*

Primò declara iſtiuſmodi cōfeſſio-
31 nem † ita inducere indicium ad torturam ſi eadem confeſſio per duos teſtes de loco tempore, & perſonis conteſtes concludenter probetur, *Foller. in prax. criminal. in verbo, Et ſi confitebūtur, par. 2. num. 2. Menoch. de praeſumpt. d. quaeſt. 89. num. 21. verſic. Requiritur, Farinac. prax. criminal. quaeſt. 82. regul. 2. num. 44. & num. 45. verſic. Limita decimò,* & teſtes ſint idonei, & omni exceptione maiores, vt animaduertit *Farinac. conſ. 70. num. 43. verſic. Et certum,* vt ſupra firmauimus *de cauſ. execut. tit. de confeſſ. num. 57. & ſeq.*

Secundò declara etiam ſi eadē confeſſione non declaretur locus, & tem-
32 pus † commiſſi delicti, dummodo tamen confeſſus extraiudicialiter declaret, & exprimat perſonam, ſeu certum delictum

delictum, *Gomeſ. variar. reſolut. cap.* 13. *rubr. de probat. delict. num.* 8. *verſic. Et intellige tom.* 3. *Peguer. deciſ.* 17. *num.* 4. quos cum alijs allegat *Farinac. d. quæſt.* 82. *num.* 30. *verſic. Verum;* vbi affirmat hoc eſſe veritati conſonum, & reijcit contrarium ſuſtinentes, cuius opinio rationabilior mihi videtur, quia ſi aliàs diceretur nunquam confeſſionis extraiudicialis requiſita loci temporis, & perſonarum locum haberent.

Tertiò declara procedere, etiamſi
33 huiuſmodi † confeſſio extraiudicialis eſſet emanata ſine cauſa, quandoquidem dum non requiritur, vt confitens delictum extra iudicium exprimat cauſam, ſufficit eandem cauſam conſtare aliunde, ſic poſt *Foller. in prax. criminal. in verbo, ſi confitebuntur, par.* 2. *num.* 4. & *Maſcard. de probat. concluſ.* 345. *nu.* 2. *verſic. Contrariam tamen,* & *num.* 3. hanc firmat *Farinac. d. quæſt.* 82. *num.* 32. *verſ. Contra,* & *ibi* reijciendo contrarium aſſeuerantes affirmat ſic communiter * eſſe receptum.

Quartò declara, locũ habere, dum-
34 modo teſtes deponentes † ſuper confeſſione extraiudiciali ſint idonei, & legales, *Beroi. in cap.* & *ſi clerici num.* 137. *extra de iudic.* commemoratus per *Farinac. vbi ſupra nu.* 45. *verſ. Amplia ſecundò,* & *d. conſil.* 70. *num.* 43.

Reliqua videre poteris per *Farinac. vbi ſupra d. quæſt.* 2. *reg.* 2. *per tot.* & *per Menoch. de præſumpt. d. quæſt.* 82. *à num.* 14. *vſque ad num.* 18.

Tertium indicium reſultare videtur
35 ex fuga † inquiſiti, hæc enim abſque vlla dubitatione, ſi cum fuga concurrant fama, vel aliquod indicium, vel adminiculum, oriri indicium ad torturam, & conſequenter poſſe procedi ad citationem ad informandum, affirmauit *Farinac. de indic. quæſt.* 48. *num.* 1. 2. & *ſeq.* & *nu.* 7. *verſic. Quid dicendum Ioſ. ph. de Seſſ. deciſ. Arag.* 101. *num.* 42. & *num.* 41. *verſic. Namque, Biard. ad Clar. quæſt.* 21. *num.* 54. *verſic. Item ad de.*

Et quamuis indifferenter Doctores loquãtur tam in fugiente, quam etiam
36 in latitante, † vt inquit Farinac. vbi ſupra num. 8. verſic. Amplia primo, tamen in propoſito noſtro non omnis fuga propriè fuga nuncupari poteſt, verum alia appellatur propriè fuga, alia latitatio: Fuga enim propriè abſceſſus
37 † eſt cum celeritate, quæ diuiditur in voluntariam cauſariam, & ignominioſam, *Scard. in Theſaur. iur. in verbo fuga.*

38 Latitatio verò eſt turpis † occultatio ſui. Poteſt tamen quis ſe latitare non turpi de cauſa, veluti ſi Tiranni crudelitatem timet, aut vim hoſtium, aut domeſticas ſeditiones, vt inquit *tex. in l. Fulcinius* §. *quid ſit ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* & vt in propoſito caſus occurrentes adaptari poſſint ad inferius dicenda proponam duos tantum caſus, in quibus quis in fuga dicitur repertus, & alios duos circa ſe latitantes; ceteros autem, in quibus quis latitare ſe dicatur cum diſtinctionibus, & declarationibus ad hoc, vt ex illis reſultent, vel non reſultẽt indicia ad torturam quiſque adire poterit *Farinacium,* & *Menochium, vbi ſupra.*

Primus itaque caſus in re noſtra
39 erit, ſi quis repertus in via, viſus † fuerit aufugere per iter inſolitum, puta per nemora, hoc caſu abſque dubio reſultat contra fugientem indicium ad torturam, *Carrer. in ſua prax. in ſecundo tract. de indic.* & *tortur.* §. *tertium indicium num.* 3. *Blanc. de indic. ad l. finale num.* 280. *ff. de quæſt.* quos cum alijs ita firmando adducit *Farinac. d. quæſt.* 48. *num.* 11. *verſ. Amplia quartò.*

Sed hũc caſum declara ex huiuſmodi fuga reſultare indiciũ ad torturam, quando

quando in delicto contrabandorum, aufugiens aliquid vetitum occultaret, vt puta pecuniam extrahere prohibitam, vel equum, aut equam abſque debitis bullettis delatum aufugiendo relinqueret, hoc inquam caſu abſque dubio reſultaret indicium indubitatum, ne dum ad torturam, verum etiam ad condemnationem, quia & diceretur delinquens in fragranti repertus, &
40 fragrantia † grauaretur, & ex ea reſultaret violenta præſumptio, delictum eſſe perpetratum, nec aliud eſſe poſſit, *Baiard. ad Clar. quaſt. 20. nu. 9. & nu. 10. verſic. Adde quod indicia*.

Limita tamen, ſupradictum caſum locum non habere quando deferens rem licitam aufugeret timens vim hoſtium, vel latronum, vt aliquando occurrere ſolet in iſtis partibus, in hac enim facti ſpecie, hæc fuga nullum
41 facit indicium cōtra fugientem, † incurſum hoſtium, vel latronum timentem, vt inquit expreſsè *text. in d. §. quid ſit autem latitare*, & ideo probato dicto timore, & ſolito incurſu, omnis ſuſpicio tollitur, & deprehenſus in fuga relaxari debet, vt paſſim obſeruamus, & inquit *Baiard. ad Clar. quaſt. 21. num. 71. verſic. Niſi*.

Secūdus caſus inſpiciēdus eſt, quando captus, ab huiuſmodi genere im-
42 proborū hominum, eximit ſe † à manibus familiæ, vel alio modo fugam arripit, vt ſæpiſſimè occurrere ſolet, hoc enim caſu videtur reſultare indiciū ad torturam, vt concludit *Carrer. in prax. criminal. §. tertium indicium num. 24. Foller. in prax. crimin. in verbo, Item quod venenauit ſororem, num. 10.* quos adducit *Farinac. vbi ſupra d. quaſt. 48. num. 14. verſic. Amplia vndecimò*.

Sed contrariam partem in hoc delictorum genere affirmarem, attenta etiam captura iuſtiſſima, quia ſi licita
43 † eſt fuga, quādo quis Tyrannicrudelitatem timet, quid erit dicendum in hoc Tribunali, in quo propter reale intereſſe, quod conſequi ſperant capientes contrabanderios, ad inſtar voraciſſimorum hominum, pace tamen bonorum reſeruata, proceditur contra delinquentes magis ad implendum marſupium, quam ad puniendum delicta, ſic etiam in veriori facti ſpecie, etiam quod captura fuerit iuridica concludit *Farinac. vbi ſupra nu. 14. verſ. Contrarium*, vbi hanc veriorem appellat, & refellit contrarium aſſerentes.

Sed declara ſupradictos caſus procedere in alijs à nobis relatis *in quaſt. 2. & 3.*

Amplia hunc caſum in fuga ſocij
44 criminis, qui nec etiam facit † indiciū ad torturā contra ſocium carceratum ob delictum contrabandorum detentum, & hæc eſt magis * communis opinio, quia fuga nunquam operatur in tertij præiudicium, vt ex pluribus comprobat, & teſtatur *Farinac. vbi ſupra num. 22. verſ. Contrarium*.

Alij duo caſus accidere ſolent in eo, qui ſe latitat:
45 Primus eſt in delinquente, qui ſe latitat ante formatam accuſationem, hic enim ſi non fuerit viſus præſumitur ex latitatione deliquiſſe, *Bartol. in l. 1. num. 1. verſic. Quæro, ff. de bon. eorum Angel. in l. final. ff. de quaſt. Farinac. plene quaſt. 48. num. 27. verſ. Limita primò*, vbi teſtatur de communi, & ita dixit ſeruari per aſſeſſores, & hanc opinionem * non habere contradictorem.

Secundus caſus erit in eo, qui ſe la-
46 titat † poſt accuſationem propoſitam, ſeu inquiſitionem formatam, hoc caſu nullum reſultat indicium contra latitantem, quia iuſtè facit, ſi timet moleſtias, vexationes, quæ ex inquiſitione oriri ſolent, vt inquit *Bartol. in d. l. 1. num.*

num.1. *Farinac. vbi ſupra* plures concordantes adducit, & teſtatur * de magis ☞ communi poſt *Clarum in prax. criminal. §. fin. quæſt. 21. verſic. Fuga*, & eò magis procedere ſolet in hoc delictorum genere, in quo vexationes experiuntur in dies miſerrimi inquiſiti, quibus allegatis concordant alia adducta per *Mart. vot. 138. num. 15. verſic. Neque obſtat fuga, & per Hector. Felic. in allegat. 36. num. 12. verſic. Quinto loco.*

SVMMARIVM
XII. QVAEST.

1 *Tribunal Contrabandorum poteſt procedere ad torturam contra principales, & teſtes ex proceſſu informatiuo.*

2 *Tortura poteſt irrogari contra teſtes nullis datis defenſionibus, ſed declara nu. 4. & 5.*

3 *Teſtis varius, contrarius, mendax, vel vacillans poteſt torqueri.*

Negans fuiſſe præſentem conuictus torqueri poteſt num. 4. & 5.

6 *Præminentia Magn. Cur. Vicar. facilius conceditur quo ad teſtes.*

7 *Teſtis ex dicto alterius teſtis dicitur conuictus, & poteſt torqueri.*

Procedit dummodo alter teſtis ſit dignior num. 8. vel idoneus num. 9.

Teſtis varius, contrarius, & vacillans poſſit torqueri, remiſſiuè num. 10.

ARGVMENTVM
XII. QVAEST.

An teſtes torqueri poſſint ex proceſſu informatiuo?

ALia indicia reſultāt contra teſtes, quia etiam poterunt torqueri ex proceſſu informatiuo vigore præeminentiæ Magn. Cur. Vicar. huic Tribunali contrabandorum conceſſæ.

Sed quo ad torturam teſtibus irrogandam paruam reperio differentiam inter ius Ciuile, & præeminētiam conceſſam eidem Magn. Curiæ Reg. Aud. & huic Tribunali quo ad modum procedendi, quemadmodum enim ſupra
1 dicta Tribunalia † poſſunt procedere ad torturam teſtium ex ſolo proceſſu informatiuo nullis datis defenſionibus, ſeu copia indiciorum conceſſa, ita etiam ex iuris ciuilis diſpoſitione pro-
2 cedi poteſt ad torturam † contra teſtes ex ſolo proceſſu informatiuo nulla data indiciorum copia, & omninò defenſionibus denegatis, Hæc fuit inter antiquiores originalis doctrina *Bartoli in l. vnius 18. §. Teſtes ff. de quæſt.* vbi hæc ſunt Bartoli verba.

Quædam ſunt indicia, quæ comprehenduntur ex dictis, quæ cauſam principalem tangunt, tunc circa illa non debet adhiberi diſputatio cum Aduocatis, ſed committitur Iudici, hactenus *Bartolus, & Alex. in additionibus* ibi dicit hoc eſſe bene notandum contra teſtes torquendos, contra quos non ſeruatur forma *tex. in l. cuſtodias ff. de public. iudic.* quem etiam notat *Camaian. Fiſci Aduocatus* relatus per *Farinac. de indic. & tort. quæſt. 34. num. 137. verſic. Et hanc opinionem.*

Declara tamen hoc procedere, quan-
3 do teſtis † examinatus in eo, quod cauſam principalem non tangit iuxta *Bartol. doctrin. in d. §. Teſtes*, eſt varius, contrarius, mendax, vel vacillans, quia in iſtis caſibus torqueri poteſt ex ſolo proceſſu informatiuo nulla data copia indiciorum, ſed ſolum iudicis diſcuſſioni committitur, vt ex magis * communi poſt *Boſſ. Brun. Clar. & alios* affirmat *Farin. vbi ſupra num. 147. verſic. Quid dicendum*, vbi aſſeuerat, hanc opinionem nec habere cōtradictorem.

Limitat ſupra propoſitam conclu-
ſionem Farinacius nõ procedere, quan
4 do teſtis † negat fuiſſe præſentem; &
conuictus debet torqueri, hoc caſu af-
firmat eſſe concedendam teſti copiam
repertorum, quicquid in contrarium
ſentiant, *Boſſ. & Foller.* ab eo comme-
morati, vt ex pluribus rationibus reie-
ctis argumentis *Sigiſmundi Scacc. in
tract. de iud. cauſar. ciuil. & criminal.
cap. 100. poſt num. 10. verſic. ſi non ſu-
gillat*, firmat *Farinac. ead. quæſt. 39. nu.
148. verſic. Sublimitanda, & verſic. Et
licèt contra.*

Sed quamuis opinio Farinac. ſit ma-
5 gis æquitati cõſona, tamen † eſt etiam
periculoſa aduerſus partem offenſam,
& Fiſcum, Dum enim Curia ſtat in in-
formando, & vſque adhuc non ſunt
publicati teſtes, nec eorum dicta, con-
cedendo copiam de iure communi te-
ſti conuicto, datur etiam occaſio oc-
cultandi veritatem, teſtes enim ex par-
tium potentia, poſſunt ſe latitare, vel
aliter eorum depoſitionem debilitare,
& ideo ſuper hoc cogita, &c.

6 Et ideo facilius † per Proregem hu-
ius Regni concedi ſolet facultas pro-
cedendi ex proceſſu informatiuo quo
ad teſtes tantum, vt paſſim occurrit in
delegationibus conceſſis tam Regijs,
quàm Baronalibus Curijs, ſed redeun-
do ad rem noſtram, teſtes ex proceſſu
informatiuo in duobus caſibus ex præ-
eminentia Magn. Cur. Vicar. torqueri
ſolent. Primò, quando teſtes, vel ſunt
mendaces, vel varij, contrarij, aut va-
cillantes. Secundò, quando teſtis eſt
cõuictus fuiſſe præſentem in aliquo de-
licto, & vidiſſe occiſores percutientes,
vel vulnerantes *l. vnius §. teſtes, vbi Bar-
tol.* hoc notat *ff. de quæſt. Farinac. dicta
quæſt. 39. num. 130. & num. 131. verſic.
Et quod poſſent.*

Amplia, hũc caſum locũ ſibi vendi-
7 care etiam ſi vnicus teſtis † de viſu af-
firmet, Titium fuiſſe præſentem, & vi-
diſſe occiſorem percuſſiſſe, quia ſi ex
dicto vnius teſtis, alter deponere recu-
ſauerit, torqueri poteſt, ſic præcisè con-
cludit *Bartol. in d. l. vnius §. teſtes, & in
l. maritus 20. num. 1. verſic. Secundo op-
pono eod. tit. Farinac. d. quæſt. 39. num.
131. verſic. Et vtrobi.*

Declara hanc ampliationem proce-
8 dere, dummodo teſtis † deponens con-
tra alium recuſantem, ſit dignior, ſic
concludit *Bart. in dicto §. teſtis, Boſſius
in prax. criminal. in tit. de tortur. teſtium
num. 10. Clar. in §. falſum verſic. Conuin-
citur, Carab. de præem. Magn. Cur. Vi-
car. in princip. num. 14. verſic. Vel quan-
do*, vel ſaltem hic affirmãs contra alium
9 teſtem, ſit idoneus, † vt inquit *Bart. in
d. l. Maritus num. 1. verſic. Secundo quia*,
cui conueniunt quæ ſuperius diximus
in quæſt. 11. num. 6.

10 Quando verò teſtis † varius, contra-
rius, & vacillans torqueri poſſit, viden-
dus eſt *Farinac. in tract. de teſtib. quæſt.
66. nu. 98. & 99. & num. 124. & ſeq.*
cui lectorem remitto, cum ſat ſit ſupra-
dicta ſcripſiſſe ad ea, quæ in hac re fre-
quentius accidere ſolent.

SVMMARIVM.

XIII. QVAEST.

1 *Citationis ſpecies ſunt ſex.*
2 *Citatio per literas quæ dicatur, & numero 4.*
3 *Litera Regia in Regno Neapolitano, quæ ſit.*
5 *Iudex ordinarius præſumitur citare ex cauſa.*
6 *Cauſæ expreſſio in citatione Iudicis ordinarij non exigitur.*
Habet locum tam in cauſa ciuili, quàm criminali num. 7.

Pro-

Procedit multò magis ſi notificanda eſt in partibus propinquis num.8.

9 *Literæ Regiæ ex ſtilo conceduntur in Tribunali Contrabandorum.*

10 *Inquiſiti in grauioribus delictis non debent inſtrui ex citatione.*

11 *Iudex in cauſis magnis procedere poteſt ex præcepto.*

12 *Tortura ex proceſſu informatiuo poteſt irrogari ex Principis mandato.*

13 *Princeps, & Iudex Ordinarius poſſunt procedere ad torturam.*

14 *Literæ Regiæ non relaxantur abſque cauſa ſubſiſtentia.*

15 *Denunciator non poteſt eſſe teſtis in cauſa.*

16 *Indulgentiæ, quæ Ciuitati Aquilæ ſunt conceſſæ enumerantur.*

17 *Bullettæ quæ pro bobus expediuntur per Reg. Capſarios recenſentur.*

18 *Actuariorum machinationes enarrantur.*

19 *Literæ Regiæ non debent relaxari in re minima.*

20 *Citatio ad videndum fieri pœnæ declarationem fieri debet, quando literæ Reg. conceduntur.*

21 *Literæ Regiæ relaxari debent exiſtentibus legitimis indicijs.*

22 *Errores Conſultorum Tribunalis contrabandorum enumerantur.*

ARGVMENTVM XIII. QVAEST.

De literis Regijs, quæ ſolent relaxari in hoc Tribunali, & an ſit de iure communi, vel municipali permiſſum?

1 MARANTA *de ord. iudic. in tit. de citat. numero* 50. ſex ſpecies citationis refert, nempe vnam realem, ſeu perſonalem, aliam verbalem, tertiam per literas,
quartam per edictum, quintam per
proclama, & vltimam per campanam,
quas omnes ante eum enumerauit *Spe-
culator. lib.2. parte 1. rubr.6. de citat.*
§.4. quarum tres recenſet *Menoch. de
arbitrar. caſu 463. verbo, Literis, & edi-
cto.* Nos autem relictis alijs ad rem
non pertinentibus, verba faciemus de
citatione, quæ per literas fit, quarum
2 vna † eſt illa, quam ad informandum
vocauimus ſuperius *in quæſt.11. num.*
15. Nunc autem ſe offert alia citatio
3 nũcupata in Regno litera Regia, † ſeu
mandatum regium, de cuius citationis
forma perlegere aliquem Doctorem
de ea tractantem non valui, & propter
eius abuſum conueniens eſt, vt aliqua
in medium proponamus. Solet igitur
expediri per hoc Tribunal contraban-
dorum litera Regia alicui inquiſito
cum præcepto, quod ſe conferat infra
dies, &c. in dicto tribunali pro Regio
ſeruitio, non exprimendo in eadem li-
tera, nec cauſam, nec aliud requiſitum
in citationibus apponi ſolitum, ſub pę-
na ducatorum mille fiſco, &c.

4 De hac autem conſimili † citatione
per literas verba profert *Marant. vbi
ſupra num. 73. verſic. Tertia citatio, &
Speculator d. §.4. num. 5. & Menoch. di-
cto caſu 463. Bartol. in Extrauag. ad
reprimend. in verbo, Literas,* & de ea
habetur *tex. in l. conſentaneum* ibi, *Ter-
nis literis, vel vno pro omnibus C. quo-
mod. & quando iudex, & ibi Bald.* hoc
expreſsè notat *num.4.* ibi. *Quarto no-
ta, quod tenet iſta citatio, venies ad præ-
ſentiam noſtram,* Abſque articuli cau-
ſæ, vel actus expreſſione, *vt in eadem l.
conſentaneum,* vbi *Bald. hoc firmat dicto
numero 4. verſic. Sed nunquid,* Quia
5 † Ordinarius ſemper præſumitur citare
ex cauſa, & ideo eſſe comparendum af-
firmas, & hanc veriorem * opinionem,
reijciendo contraria, ſuſtinet *ibid. nu. 5.*

cum qua *l.conſentaneum* concordat *tex.*
in cap. prudentiam 21. ibi. *Literatoriæ*
de offic.deleg. Farinac.in prax.crim.in tit.
*de delict. & pœn.quæſt.*18.*num.*53.54.
& 55.*verſic. Limita nouò cum allegatis.*

Et quod non requiratur de iure ex-
6 preſſio † cauſæ in Iudice ordinario fir-
mat *Foller. in prax.criminal. in verbo,*
Vel eos verbaliter citari faciat, verſic. Et
rectè intuenti, Clar. in prax.crim. §.*fin.*
*quæſt.*31.*verſic. Quæro nunc quæ ſit for-*
7 *ma*, & hoc procedere tam in † cauſa
criminali, quàm ciuili firmat ex relatis
*Minſing.obſeruat.*85.*num.*3.*verſic.Con-*
*trouertunt centur.*5.

8 Maximè ſi citatio notificanda ſit † in
partibus propinquis, vt concludit *ibid.*
Foller.& Clar.& expreſſius firmat *Natt.*
*conſil.*560. *Quæſitum de me per tot. &*
*præcipuè num.*1.*& num.*8. *folio mihi* 98.
*volum.*3. *Minſing. ſing.obſeru. dicta ob-*
*ſeruat.*85.*num.*4.*verſic. Panormitanus.*

Et in Tribunali Contrabandorum
abſque aliqua dubitatione procedit,
9 quia ex eiuſdem ſtilo † expediuntur
paſſim literæ Regiæ abſque vlla cauſa-
rum, aut actus expreſſione, quod habe-
re locũ ex tribus inter alia potiſſimum
rationibus opinor. Prima ne inquiſiti
10 † in grauioribus delictis ex cauſa in ci-
tatione inſerta inſtruantur; alioquin,
eadem cauſa expreſſa, quilibet eſſet in-
ſtructus ad veritatem occultandam.

Secundò, quia in cauſis magnis, quæ
11 † ex iudicis arbitrio reſultant, vt dixi-
mus *ſupra de cauſ.execut. prælud.*1.*num.*
27. poteſt procedi per præceptũ, maxi-
mè vbi indicia ſufficientia non adſunt
ad inquiſitionem formãdam, vt inquit
Boſſ. in tract.crimin. Quand. procedatur
per præcept. cum refert *Clar. d.quæſt.*31.
verſic. Item quæro nũquid poſſit Iudex.

Tertiò, quia dum huic Tribunali eſt
conceſſum arbitrium procedendi ex
proceſſu informatiuo ad torturæ illa-
12 tionem, † tam quo ad teſtes, quàm
etiam quo ad principales inquiſitos,
quod ſolum ad Principis poteſtatem
attinere firmauimus *ſupra quæſt.*10.
*num.*35. quemadmodum Regiæ Au-
dientiæ has eaſdem literas relaxare ſo-
lent ex ead. præeminentia eiſdem Au-
dientijs conceſſa, vt *in ead. quæſt.*10.
*num.*6. ne ad imparia quis iudicetur,
vt diximus ſuperius *de cauſ.execut. q.*1.
*num.*4. ita etiam hanc eandem faculta-
tem expediendi literas Reg. ad hoc
Tribunal cõtrabandorum ſpectare de-
bet, ex idẽtitate rationis vulg. iuribus.

Quod etiam permiſſum videtur ne
13 dum ſoli Principi † verum etiam eius
Iudici Ordinario, vt diximus ſupra, &
hoc expreſsè firmat *Bald. in d.l.conſen-*
*taneum num.*4. quem etiam ſequitur
*Natt. d.conſ.*556. *per tot. volum.*3. cum
etiam refert ita ſuſtinendo *Baiard. ad*
*Clar. dicta quæſt.*31. *à num.*14. *vſque ad*
*num.*30. *Paris de Put. de ſindic. in ver-*
bo, Præceptum, per tot. vbi plenè, *&*
*cap.*2. *verſic. Tamen iſta.*

Sed quamuis in praxi, & ex iuris di-
ſpoſitione, quæ diximus ſupra receptiſ-
ſima ſint; nihilominus, quia vt pluri-
mum dictum tribunal abutitur dictis
citatorijs literis Regijs, ideo eoſdem
abuſus, vt aliquis ordo ſeruetur, non
erit extra rem proponere.

Primus itaque abuſus eſt, quia con-
ceditur de iure mãdatum Regium, ſeu
14 literas Reg. relaxare † abſque cauſæ,
vel actus expreſſione, nõ tamen eſt per-
miſſum, iure etiam communi inſpecto,
literas Regias concedere, & exhibe-
re abſque cauſæ legitimæ ſubſiſtentia,
ideo errore ductos eſſe exiſtimo eos,
qui hanc literam Regiam relaxant abſ-
que cauſæ expreſſione ad ſimplicem
denunciationem extractionis auri, ar-
genti, equorum, & ſimilium per Reg.
Pragmaticam vetitorum, quando ſci-

licet

licet fiunt denũciationes per ſecretum denunciatorem, qui denũciat huic Tribunali Titium extra Regnũ pecuniam, vel equos extraxiſſe contra formã Reg. Pragmaticæ, Enimuero dum denũciator incognitus non debet recipi ad de-
15 nũciandum, nec etiam poſſit † eſſe teſtis in cauſa, vt diximus *ſupra hoc eodem Opuſculo quæſt. 11, nu. 19. & nu. 20.* ideo quemadmodum ex denunciatione nulla poteſt contra principalem inquiſitum citatio expediri, ita etiam nec dictam literam Regiam eidem notificare, quia iſtis denunciatoribus non creditur, *Bart. in l. Diuus per illum tex. ff. de cuſt. reor.* Sed tantũ ad inquirendum fidem faciunt, vt per eundem *Bartol. in l. 1. C. de curioſ. & ſtat. lib. 12.*

Secunda abuſio circa eandem literam Regiam accidere ſolet ex infraſcripta, vel ſimili facti ſpecie. Incolæ confinium Regni hanc noſtram Ciui-
16 tatem adeuntes in feſtiuitate, † & Indulgentia Diuorum Petri Celeſtini, & Bernardini ſub die 19. & 20. menſis Maij, & in alia pleniſſima indulgentia à dicto Diuo Petro Celeſtino in Eccleſia Sanctæ Mariæ Collis Madij ſub die 29. Auguſti cuiuſlibet anni à culpa, & pœna, & à baptiſmate conceſſa, vbi oſſa eiuſdem D. Petri Celeſtini accuratè cuſtodiuntur, & venerantur ſolent emere boues, & iuuencas, aliaque animalia ad eorum vſum neceſſaria, qui poſtmodum antequam eandem Ciuitatem exeant obtinere ſolent à Regio Capſario eiuſdem Ciuitatis infraſcriptam expeditionem, ſeu bullettam.

In l'Aquila à dì 30. Agoſto, &c.

17 *Laſſarete paſſare N. de N. di Mercato di Cicoli per infra Regno, con tre boui per vſo di ſua caſa promette frà vn meſe portarne fede, & darne conto, Pregio N. de N.* & in margine dictæ licentiæ adduntur hæc verba. *Preſentò fede di detto loco, che li tiene per vſo di ſua caſa.*

Ductiſque dictis bobus ad eorum patriam, exhibent fidem ex qua Vniuerſitas eorumdem incolarum teſtatur dictos boues deſeruire vſui domus eiuſdem emptoris, ex qua Capſarius dictæ Ciuitatis delet dictam aſſignationem, & fideiuſſionem, vt apparet ſuperius.

Dicti Commiſſarij Contrabandorum, ſeu vt melius inquam, eorum actuarij, qui vt plurimum harum af-
18 flictionum ſunt † machinatores, & inueſtigatores, præcipiunt dictis Capſarijs, vt exhibeãt copiam dictarum bullettarum, quæ in regiſtro librorum deſcribuntur, eademque copia recepta expediunt literas Regias emptoribus dictorum bouum cum præcepto, quod ſe conferant pro regio ſeruitio ſub pœna ducatorum mille fiſco Reg. coram d. Commiſſarijs nulla alia facta cauſæ, vel actus expreſſione, & ſi dicti Incolæ emptores dictorum animalium parent dictis literis Regijs dicti actuarij recipiẽtes eorum depoſitionem medio iuramento contra formam iuris, vt diximus inferius *quæſt. 14. numero 1. 2. & 3.* & eadem depoſitione recepta præcipiunt eiſdem incolis, quod non diſcedant à Palatio, etiamſi dicta bulletta caſſa appareat per exhibitionem ſupradictæ atteſtationis, quibus peractis compellunt eoſdem incolas emptores ad exhibendum aliam, & conſimilem fidem eiuſdem Vniuerſitatis, qua eadem Vniuerſitas iterum teſtatur eoſdem boues reperiri pro vſu eorumdem Ciuium, vel eoſdem boues obijſſe, & cum hac ineſtimabili moleſtia itinerum, dietarum, & expenſarum, ſolent interponere decretum ſtante fide, non eſſe de cętero moleſtandos; Sin autem Incolæ ſupradicti non parent

dictis literis Règijs reputantur contumaces, & quod nequiſſimum eſt, deſcribuntur in libro contumaciarum, & ſi annuunt audiri, compelluntur purgare cōtumaciam ad carolenos trigintaduos, & eandem fidem exhibere, qua vel abſoluuntur ſi comparere volunt, vel ad compoſitionem ad beneficium Regij Fiſci admittuntur.

Ex hoc ſecundo abuſu duo reſultant abſurda, Vnum ex dictis literis
19 Regijs, quæ non debēt exhiberi † in re tam minima, in qua nec etiam ex officio poteſt procedi, quando non repeٌriuntur delinquentes in fragranti, vt ſuperius diximus in hoc *eodem Opuſculo quæſtione 2. per totam*, ſed in re magni momenti, vt ſuperius in hac eadem quæſtione annotauimus.

20 Aliud abſurdum reſultat ex dicta contumacia, quæ non contrahitur, neque contrahi poteſt ex dicta litera Regia dictis incolis notificata abſque cauſæ expreſſione, ſed quatenus eſſet legitimè eadem litera Regia expedita, debet prius eidem citato fieri præceptum, quod compareat ad videndum fieri pœnæ appoſitæ declarationem, vel ad dicendum cauſam quare dicta pœna executioni demandari non debeat, *l. ex quacunque ff. ſi quis in ius voc. non ier. l. 1. ff. ſi quis iud. non obtemperauerit*, & vtrobi *Bartol. Natr.* ſic concludunt *in conſ. 156. in fine verſic. Ex quibus eod. volum. 3.*

Tertius abuſus euenit ex eiſdem literis Regijs, quæ licèt cauſam nō continere valeant, tamen ex cauſa rela-
21 xari, & notificari † debent, præcedentibus indicijs ad informandum, ne iudicium ex poſt facto reddatur eluſorium, quia abſque legitimis indicijs confeſſio delinquentis non eſt ſufficiens, nec ad inquirendum, & multò minus ad condemnandum, vt annotauimus ſuperius *in quæſt. 4. num. 3. 4. 5. 6. & 7.* & vt plurimum deſeruire debent contra Officiales, vel alios Miniſtros, quibus ex quadam reuerentia ſolet expediri mandatum regium, ſeu litera Regia, vt obſeruauit olim Regia Aprutina Audientia, quibus omnibus adimpletis, nō debet vocatus contumax reputari, ſed iterum citari ad videndum pœnæ declarationem, vt proximè annotauimus.

Quartus abuſus eſt circa Conſulto-
22 res † eiuſdem Tribunalis, qui inconſideratè, & inuiſa informatione ſolent eaſdem literas Regias ſubſcribere, nec animaduertunt, ſe ipſos illaqueando, requiſita, quæ debent adeſſe, vt dictæ literę Regiæ expediri, & notificari poſſint, quæ quilibet lector perlegere valet in hac quæſtione.

SVMMARIVM
XIV. QVAEST.

1 *Reus non debet examinari, niſi prius præcedant indicia, & conſtet de corpore delicti.*
2 *Occaſio non eſt danda Iudicibus homines vexandi.*
3 *Reus non tenetur reſpondere ad interrogata, niſi præcedant indicia.*
Non tenetur comparere, ſi notificatur per literas Regias ibid.
4 *Conſtito de corpore delicti, & præcedentibus indicijs lis inquiſito conteſtatur, & terminus ad faciendas defenſiones aſſignatur.*
5 *Reus examinatus, in quibus caſibus ſit ponendus ad largam.*
6 *Copia proceſſus, ſiue repertorum quando eſt reo concedenda.*
7 *Teſtes debent repeti citata parte.*
8 *Defenſiones quocumque tempore petantur, concedi debent.*

Pro-

Procedit dummodo effectualiter informatio fuerit completa num. 9.

10 *Dilationes tres inſpecto iure communi concedi debent, ſi petantur.*

De iure regni Neapol. vnica dilatio eſt concedenda num. 11.

Praxis quoad dictam dilationem vnicam recenſetur num. 12.

13 *Terminus iuris eſt arbitrarius Iudicis, ſcilicet viginti dierum.*

14 *Defenſiones etiam reo confeſſo, & conuicto ſunt concedendæ.*

15 *Praxis concedendi defenſiones reo confeſſo, & conuicto recenſetur.*

16 *Terminus ad ſe defendendum conceditur, etiam ſi non petatur.*

Nec Iudex id ſeruans errare poteſt numero 17.

Procedit etiam ſi inquiſitus eſt malæ conditionis, & famæ num. 18.

19 *Antonius Amicuccius de Taleacozzo repertus prope ciuitatem Sulmonenſem fuit nullis datis defenſionibus condemnatus in amiſſione pecuniæ, & malè.*

20 *Defenſiones nequeunt auferri per Imperatorem.*

Sunt de iure Diuino, & recenſetur exemplum num. 21.

De iure Pontificio, & Cæſareo debent concedi num. 22.

Nec brutis, nec diabolo denegantur numero 23.

Nulla præſcriptione tolli poſſunt nu. 24.

Non poteſt eiſdem renunciari num. 25.

Quomodo autem renunciatum eis dicatur num. 26.

Etiam cum iuramento non renunciatur num. 27.

28 *Reus repertus in fragranti poteſt renunciare defenſionibus, vbi recenſentur alij caſus.*

29 *Defenſiones etiam reo reperto in fragranti non denegantur, quando teſtes nō ſunt integræ fidei, Procedit multò magis in delictis contrabandorum num. 30.*

Contrarium videtur tenere Farinac. num. 31. Quomodo procedat num. 32.

33 *Reus repertus in loco, in quo poteſt pænitere debet habere defenſiones.*

ARGVMENTVM XIV. QVAEST.

An Reo inquiſito debeant defenſiones concedi, si ſit conuictus, vel in fragranti repertus?

NON licet de iure procedere ad inquiſitionem ſpecialem, & multò minus ad citationem, niſi prius conſtet de corpore delicti, & dato, quod id appareat in proceſſu, nō eſt tamen permiſſum pro-
1 cedere ad Rei examen, † niſi legitima præcedant indicia, vt inquit *Boſſ. in tit. de examinat. Reor. num. 6. relat. per Chartar. in prax. interrogandor. Reor. lib. 1. cap. 2. num. 2. 3. 4. 5.* & melius *in methoda proceſſus informatiui libro 3. cap. 13. numero 118.* Chartar. meth proceſſus infor

2 Ne detur occaſio Iudicibus † homines vexandi, & extorquendi confeſſiones de ore reorū, & arma de domo Rei ſumēdi, vt inquit *Boſſ. & Chartar. vbi ſupra,* imò ſi per Iudicem ad ipſius Rei interrogationē procedatur, ipſe Reus
3 † non tenetur reſpondere, vt ex Diuo *Thom. ſecund. ſecund. quæſt. 69. artic. 2.* inquit idem *Chartar. d. cap. 2. num. 7. & num. 8.* Vnde malè per Tribunal Contrabandorum relaxantur Lteræ Regiæ abſque cauſæ ſubſiſtentia, & ad ſimplicem denunciationem, vt tradidimus ſuperius *quæſt. 13. num. 18. & ſeq.* quia ſi non licet eos examinare ex rationibus proximè relatis, multò minus concedi debet verbalis citatio, idque totum adſcriberem Magiſtris actorum eiuſdem Tribunalis, qui audent (pa-

ce

ce tamen bonorum) manus apponere in meſſem alienam.

Conſtito igitur de corpore delicti
4 † per ea, quæ in medium poſuimus *quæſt.*4. & præcedentibus legitimis indicijs, de quibus ſuperius verba tradidimus, hoc *eodem Opuſculo quæſt.*11. *&* 12. ſi Reus reperiatur in fortijs eiuſdem Tribunalis, ſolet procedi ad eius examẽ, & interrogationem, eoque plenè per plures vices interrogato, prout res ipſa expoſtulat, eidem inquiſito lis conteſtatur, & terminus aſſignatur ad faciendas eius defenſiones, & de Aduocato, & Procuratore proſpicitur, quibus peractis, reductoque reo ad car-
5 ceres publicos, † ſiue (vt inquiunt) ad Iargam, ad hoc vt valeat eius Aduocatum, & procuratorem conſulere, & cum eiſdem alloqui, vt inquit *text. in l. Vnius* §. *cognituꝛum ff. de quæſtion. Farinacc. de indic. quæſt.*39. *num.*13. dummodo cauſa non ſit ardua, vel verſemur in atrociſſimis, vt limitat *Farinac. ibid. num.*14. quod ex Iudicis arbitrio dependet, vt diximus in *prælud.*1. *nu.* 34. *de cauſ. execut. lib.*1. ſolet inquam Reus petere copiam repertorum cum nominibus, & cognominibus teſtium,
6 quæ ita demum † conceditur, ſi ipſe Reus, vel eius Procurator in ſpecie conſtitutus declarauerit formiter, vel habere teſtes pro legitimè citatis, iuratis, & repetitis, abſque illa plica, Pręter abſẽtes, & mortuos, vt diximus inferius *quæſt.*15. *num.*8. *&* 9. vel teſtes
7 prius repetantur, † citata tamen parte, & Fiſco ad videndum iuramenta teſtium poſt *Capic. deciſ.*74. *Vulpell. conſ.* 68. *num.*7. *Foller. in prax. crimin. in verbo, Detur copia capitulorum, num.*5. concludit *Baiard. ad Clar. quæſt.*49. *nu.*32. *&* *ſeq.* qua copia recepta cum nominibus, & cognominibus teſtium, vt dicemus inferius *quæſt.*15. porriguntur exceptiones, ſiue articuli, citatiſque teſtibus, & parte, ſi exiſtit, & fiſco, fiunt
8 defenſiones, quæ quocumque † tempore fuerint petitæ concedi debent, vt probat *text. in d. l. Vnius* 18. §. *Cogniturum ff. de quæſtion. ibi: Quamuis defenſionem, quocumque tempore poſtulante Reo negari non oporteat,* & ſic poſt *Alberic. Angel. & alios in d.* §. *cognituꝛum,* concludit *Farinacc. d. quæſt.*39. *num.*3. *& num.*117. *&* 118. *verſic. Nam regula, Foller. prax. crimin. in verbo. Et ſactis conteſtat. det. term. num.*1. *Clar. quæſt.*48. *in princ. verſ. Sed pone,* dum-
9 modo informatio † fuerit effectualiter completa, *vt poſt Foller. in prax. crimin. in verb. Præcipiantur defenſiones, nu.*22. *& Baiard. d. quæſt.*49. *num.*7. *& Farinacc. d. quæſt.*39. *num.*145. concludit *Tort. ad ſtat. Rep.*4. *nu.*8. *verſic. Sciendum.*

Amplia, & declara primò concluſionẽ, & praxim ſupra firmatam, quod licèt ex iuris diſpoſitione ne dum vna,
10 ſed tres dilationes † ad faciendas Reorum defenſiones ſint concedendæ, vt concludit *Farinac. d. quæſt.*39. *n.*4. *verſic. Amplia tertiò,* nihilominus in regno
11 vnica dilatio, † tã in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus eſt concedenda, vt præcipit Conſtit. Regn. lite legitimè conteſtata *rubr.*13. *lib.*2. vbi *Afflict. num.*9. *verſic. Et eſt notandum, Capic. deciſ.*81. *per tot. & deciſ.*90. *num.*2. *Carauit. in rit.*59. *nu.*5. *Baiard. ad Clar. quæſt.*48. *num.*5. *verſic. Item adde, Muſcat. in prax. part.*5. *Gloſ. defendendum num.*7. *verſ. Item quæro, & num.*14. *& ſeq. verſic. Nos autem.*

Benè verum eſt, quod inoleuit praxis, qua Iudices huius Regni ſolent ter-
12 minum † dierum decem, vel minus ad faciendam defenſionem impartiri, in quo ſi Reus proteſtatus fuerit de eius breuitate, vt fieri conſueuit, nec produxit

duxit eius iura, ad eiuſdem inquiſiti in-
ſtantiam reducitur dictus terminus ad
terminum iuris, qui eſt viginti dierum
13 † plus, vel minus arbitrio Iudicis, *Me-
noch. de arbitrar. caſu 52. Muſcat. d. gloſ.
defendendum num. 8. Scaglion. in rit. 69.
num. 5. vbi etiam Carauit. num. 4.*

Amplia ſecundò eamdem conclu-
ſionem ſupra firmatam locum ſibi ven-
14 dicare, eſto quod Reus † fuerit con-
feſſus, & conuictus, ſiquidem nulla ſua-
dente ratione poteſt eidem defenſio de-
negari *l. deſertorem §. ſi ad idem ff. de re
milit.* & ſic poſt multos allegatos con-
cludit *Farinac. d. quæſt. 39. nu. 32. verſ.
Ampliatur decimò*, vbi ſic ex *Salic. in l.
2. poſt num. 7. C. de cuſtod. reor. & Angel.
in verb. qui Iudex* in toto Mundo ſerua-
ri teſtatur, & melius, & expreſſius *nu.
35. verſic. Amplia hanc*, vbi ante con-
demnationem, ſi fuerit reus conuictus,
15 † & confeſſus, debet ei terminus ad ſe
defendendum aſſignari, etiam quod
petitus non fuerit, & ſic magis com-
muniter ∗ à Doctoribus in praxi eſſe
receptum commemorat, refellendo cõ-
trarium ſuſtinentes *num. 40. vbi in ver-
ſic. Verum*, concludit Reo confeſſo, &
conuicto etiam non petenti, terminum
16 † ad ſe defendendum eſſe conceden-
dum, & moneri ad allegandum quic-
quid aduerſus ſuam confeſſionem vo-
luerit, & valuerit, & cur non debeat
condemnari, & ita ſeruando dixit in
17 errorem † Iudicem non labi, & ex ge-
nerali praxi contra Boſſ. ſic ſeruari re-
fert *Clar. d. quæſt. 39. verſic. Eſt igitur,
ibique Farinacc. num. 47.* extendit pro-
18 cedere etiamſi inquiſitus † eſſet malæ
conditionis, & famæ cum abundè alle-
gatis reſpondendo ibidem ad contra-
ria, & ideo malè fuit condemnatus
19 per Tribunal Contrabandorum † An-
tonius Amicuccius de Taleacotio, qui
repertus propè portas Ciuitatis Sul-
monéſis diſtantis per quadraginta mi-
liaria, & vltra confinibus regni cum
ducatis centum octuaginta monetę Pa-
palis, & tribus bobus emptis in eadem
Ciuitate, ductuſque ad carceres, &
denium examinatus fuit monitus, vt
infra dies, &c. compareret ad dicen-
dum cauſam quare ſupradicta pecunia
nõ deberet declarari intercepta ad be-
neficium regij Fiſci, & dum (me patro-
cinãte) petijt terminũ ad ſe defenden-
dum fuerunt dicta pecunia, & animalia
declarata intercepta abſque alio ter-
mino defenſionis, ſub prætextu quod
dictus Antonius eſſet inquiſitus pro
cauſa extractionis bouum in eodem
proceſſu apparente, & quoad dictam
extractionem eſſet homo malæ condi-
tionis, & famæ, & (vt inquiunt) publi-
cus Contrabanderius, quæ condemna-
tio fuit facta cum voto Conſultoris, ſi
tale nomen meretur, qui ita præcipi-
tanter proceſſit, & neſcio quis ſani ca-
pitis hoc ſuadere valeat; dum defen-
20 ſiones, nec per Imperatorem † auferri
poſſunt, *Clement. paſtoral. § Cæterum de
ſent. & re iudic.* quia de iure diuino
21 † etiam debentur, vt legitur de Adam
primo noſtro parẽte, cui cũ præcepiſſet
Deus, ne de ligno vitæ aliquid come-
deret in Paradiſo terreſtri, tranſgreſſus
præceptum nõ fuit condemnatus prius
quàm vocaretur, Vocauit igitur dicẽs,
Adam vbi es? & cum nudus, & tremẽs
comparuiſſet dixit ei Deus, quis indi-
cauit tibi, quia nudus eſſes? niſi quod
ex ligno, de quo præceperam tibi, ne
comederes, comediſti? quaſi dixerit
defendas te ſuper hac tranſgreſſione,
cui, Adam ſe defendendo, dixit; Mu-
lier, quam dediſti mihi ſociam, dedit
mihi de ligno, & dum locutus fuerit
ad mulierem, dicens, quare hoc feci-
ſti? ſe defendendo reſpondit, ſerpens
decepit me, & comedi, vt refert *Con-*

ſtant.

Digitized by Google

ſtant. Pap. in d.prax. arbitrar. num. 52.
verſic. Sunt igitur,& tam de iure ponti-
22 ficio, † quàm ciuili admitti debent cap.
cum oportet 3.quaſt.9.l.Scientiam.§.Qui
cum aliter ff.ad leg.Aquil. & etiam Brutis
23 non prohibentur, † nec Diabolo (ſi in
iudicio adeſſet)denegarẽtur,neque ali-
24 qua præſcriptione † tolli poſſunt l.An-
nus ff.de requir. reis pro quibus omni-
bus adeũdus eſt Farinac. paſſim d.quaſt.
39. cum ab eo cumulatis, quorum di-
cta hic recenſere ſuperuacuum eſt, &
quod conuicto, & confeſſo conceden-
dæ ſint defenſiones, etiam ſi in fra-
granti reperiatur, nouiſſimè teſtatur
ſeruari in Ducatu Mediolani Flau.
Tort. ad ſtat.Pap.cap.4.num.6.7. verſic.
Et quod in tit.de Regim. poteſtat. fol.mi-
hi 44.

Amplia tertiò talis eſſe efficaciç hãc
Rei defenſionem, quod nec etiam per
25 eumdem Reũ eidem † renunciari poſ-
ſit, Gloſ.notabilis in l.pactum inter hære-
dem ff.de pactis, quamuis audiendus ſit,
ſi dixerit nullas habere defenſiones,
26 † vel illis non opus eſſe, vel ſi ex
eiſdem actis petierit expediri, aut ſi
tempus ad eaſdem præfixum labi fa-
ciat, de quibus omnibus Gloſ. not. in l.
longè ff. de diuerſor. tempor. præſcript.
& in l.ſed ſi inter ff.de ſeruitut.ruſticor.
prædior. Iaſ.plenè in l.1.§.ne filius num.
31.& 32.ff. de acquir. hæred. Conſtant.
Pap. in d. prax. arbitrar. d. cap.3. num.
47. verſ. In tantum, vbi ſic eſſe rece-
ptum in praxi commemorat, Viu.deciſ.
68. num.15. verſic. Et licèt, quibus ac-
* cedat ex magis * commun. Farinacc.d.
☞ quaſt.39. num.51. & num.54. vbi
27 extendit procedere,etiamſi † iuramen-
to dicta renunciatio fuerit vallata, Viu.
d. deciſ.68. circa fin. verſ. Quæ quidem,
de quibus omnibus ſigillatim,& magis
explicitè innuit Farinacc.vbi ſupra à nu.
55.vſque ad num.61. vbi limitat in de-
lictis notorijs, vel quando Reus eſt in
fragranti repertus, vel in Reo confeſ-
28 ſo, † aut in famoſo latrone, vel aſſaſſi-
no, vel quando non ſumus in pœnis
capitalibus, in quibus omnibus Reus
poteſt ſuis defenſionibus renunciare,
vt magiſtraliter concludit Farinacc. in
d.quaſt.39.à num.61.vſque ad num.68.
cum allegatis, quibus accedat Viu.d.de-
ciſ.68. num.36. Flau. Tort. in d.ſtat.4.
num.10. & ſeqq. verſic. An autem, vbi
ex Clar. & Baiard. in d.quaſt.49.num.
16. conſulit Iudicibus, vt caueant, ne
Reos inducant ad ſuis defenſionibus
renunciandum, ne ira Dei cadat ſuper
illos.

Amplia quartò etiam in Reo in fra-
granti reperto, huic enim omnimodò
29 ſunt concedendæ † defenſiones, ſiue
breuis terminus ad ſe defendendum,
maximè in delictis contrabandorum,in
quibus delinquẽtes reperti in fragran-
ti paſſim ex teſtibus eiuſdem Tribuna-
lis conuicti appellantur per Magiſtros
actorum, & dum teſtes non ſunt inte-
30 græ fidei, † & opinionis,vt prænarra-
uimus quaſt.5.huius Opuſculi defenſio-
nes petentibus non ſunt denegandæ
vt ex Monticell.reg.crimin.14.num.22.
verſic.Deinde, poſt Chartar.& Clar. con-
cludit Farinac.in prax. crimin.quaſt.21.
num. 143. cui accedat Tort.eodem ſtat.4.
num.9. verſic. An autem.

Et licèt ſecus eſſe affirmauerit Fari-
31 nacc. in Reo confeſſo † in fragranti re-
perto ex Bald.in l.vt vim nu.2.ff.de iuſt.
& iur. Grammat. deciſ.36.nu.5. Put.de
ſindic. in verbo,Condemnatio, §.An pote-
ſtas,& ex Foller. in prax.crimin. in verb.
Item quod fuit repertus in fragranti cri-
mine,num.2.8. & 12. Tamen idem Fa-
rin.nu.142.143. declarat procedere,
32 quãdo in fragranti † repertus eſt con-
feſſus, & conuictus per teſtes idoneos,
& ideo dum teſtes non ſunt tales, vel

Reus

Reus non confitetur delictum, omninò eſſe concedendas defenſiones affirmarem, maximè quando delictum patratum poteſt aliquas habere defenſiones, vt perpendit idem *Farinacc. ibidem nu.* 144. quod multò fortius concederem, in huiuſmodi extractionum delictis, in
33 quibus † vt plurimum Rei comprehenduntur in partibus, in quibus poteſt eſſe locus pœnitentiæ.

SVMMARIVM
XV. QVAEST.

1 *Copia repertorum eſt concedenda Reo, procedit etiam ſi per viam inquiſitionis formetur proceſſus num. 2.*

3 *Teſtium copia eſt tradenda reo inquiſito eam petenti.*

4 *Copia repertorum eſt concedenda Reo petenti, etiam ſi ad torturam fuerit alligatus.*

Habet locum non ſolum in ruſtico, ſiue idiota petente, ſed etiam in iuriſperito num. 5.

Etiam ſi Reus ſit confeſſus, & conuictus num. 6. Sed vide num. 10.

Concedi debet etiam ex officio num. 7.

Ad hoc vt concedatur debet Reus prius declarare habere teſtes pro repetitis abſque aliqua plica num. 8.

Clauſula illa, præter abſentes, & mortuos, reijcitur num. 9.

Procedit, ne dum ſi reus fuerit conuictus, vel confeſſus, ſed etiam repertus ſit in fragranti num. 10.

11 *Copia repertorum non debet concedi quando proceditur ex praem. Mag. Cur. Vic.*

Non debet concedi, ſi dubitatur de periculo teſtium num. 12.

Procedit multò magis in hereſi numero 13.

Si tractatur de præiudicio catholicæ fidei non conceditur num. 14.

15 *Tribunal contrabandorum non concedit copiam repertorum. Sed vide nu. 21. vbi contrarium.*

16 *Copia repertorum non conceditur, ſi Reus inquiſitus eſt petens, ſed vide nu. 25.*

17 *Teſtes examinati in Tribunali contrabandorum diuerſa diſcrimina incurrunt.*

18 *Pœnæ inflictæ per Reg. Prag. de extract. animal. recenſentur?*

19 *Pœnæ omnes corporales reducuntur ad pecuniarias in Tribunali contrabandorum.*

20 *Copiæ denegandæ ratio aſſignatur.*

21 *Copia repertorum non eſt deneganda in tribunali contrabandorum. ſed vide numero 30.*

22 *Teſtes in tribunali contrabandorum vt plurimum ſunt ſuppoſiti, vel ſimulati.*

23 *Veritas non debet per Iudicem occultari.*

24 *Via iniquitati aperiri non debet.*

25 *Teſtes facilius falsò deponunt ſcientes eſſe tutos.*

26 *Veritati omnia iura fauent.*

27 *Copia repertorum in omnibus cauſis eſt concedenda, exceptis delictis hæreticæ prauitatis.*

28 *Simeonis Vaez Præſidentis ſacr. Reg. Conſ. merita recenſentur.*

29 *Index debet moueri magis ex veritate, quam ex cupiditate.*

30 *Copia repertorum denegatur per Tribunal contrabandorum, quando proceditur ad torturam ex preceſſu informatiuo.*

ARGVMENTVM
XV. QVAEST.

An debeat concedi copia repertorum cum nominibus, & cognominibus teſtium?

1 EX iuris diſpoſitione copia repertorum † omninò reo inquiſito eſt concedenda, dato prius termino ad ſe defendendum, vt ſupra diximus quæſt. præced. eſt commun. omnium * ſententia,

Digitized by Google

tentia, de qua *Ripa in l.2. num.8. C. de edendo, Clar. in pract. crimin. §. fin. quæſt. 49. verſic. Primò,* alios refert *Chartar. in prax. interrogandor. Reor. lib.3. cap.3. nu. 48. verſic. Et Reo.*

Ampliatur, hanc communem opinionem locum obtinere, etiamſi con-
2 tra inquiſitum procedatur per † viam inquiſitionis, etenim non ſolum concedenda eſt copia proceſſus, verum etiam dicta teſtiũ eidem publicari de-
3 bent, vt ſuas valeat facere defenſiones, ac exceptiones, tam contra dicta, quàm contra perſonas proponere *text. in cap. qualiter & quando il ſecondo §. debet de accuſationibus* & ita communiter eſſe receptum, ✱ firmat *Clar. d. quæſt. 49. verſic. Et hæc, poſt Cepoll. conſ. crimin. 65. circa fin. & conſil. 66. verſic. Quinto probatur, adducti per Chartar. vbi ſupra num. 50. verſic. Nam regulariter Farinacc. latè de indic. quæſt. 39. nu. 71. verſic. Ampliа decimoſextò, & num. 85. verſic. Ampliа vigeſimoprimò.*

Amplia ſecundò dictam copiam repertorum eſſe concedendam, etiamſi
4 Reus † ad chordæ tormentum fuerit alligatus, & ſub tondulo poſitus, quãdoquidem ſi tunc eam petierit nedum concedi, ſed etiam in tortura ſuperſederi debet, *Vulpell. conſ. crimin. 21. num. 20. & conſ. 24. num. 8.* vbi ſic teſtatur ſeruari Piceni, & Romæ, & ſic eum refert *Chartar. vbi ſupra nu.49. verſ. Quod nullam, Clar. d. quæſt. 49. verſic. Si verò, vbi Baiard. Farinacc. d. quæſt. 39. num. 2. circa medium* referens eumdem Vulpell. & alios innumeros.

Amplia tertiò adeo eſſe concedendam dictam copiam, & per conſequens defenſiones, quæ prius concedi ſolent, vt prædiximus quod ſiue petantur, ſiue non petantur, ſiue inquiſitus
5 † fuerit ruſticus, ſimplex, idiota, vel Iuriſperitus, prout controuertunt *Boſſ. in tract. crimin. in tit. de indic. num. 68. in fin. Chartar. d. nu. 49. & num. 51. verſic. Et ſi non petatur, Clar. d. quæſt. 49. verſ. Sed nunquid, vbi etiam Baiard.* & ſiue ante condemnationem vel ante,
6 vel poſt torturam, ſemper † etiam Reo conuicto, & confeſſo concedi debent, ſic poſt hinc inde relatis concludit *Farinac. d. quæſt. 39. à num. 32. vſque ad num. 41. & in ead. quæſt. à nu. 90. vſque ad num. 102.* & ſic dixit in praxi ſeruari ex officio, & parte non petente dãdas eſſe defenſiones, & copiam con-
7 cedi, & ita teſtatur ſub num. 98. vnanimiter, & communiter eſſe receptum cum ab eodem adductis, & cumulatis, & ſic etiam in his partibus abſque vlla dubitatione ſeruamus.

Declara hanc ampliationem quoad copiam repertorum ita eſſe conceden-
8 dam copiam † datis prius defenſionibus, ſi reus declarauerit per ſe, vel per eius procuratorem in ſpecie conſtitutum habere teſtes regij fiſci, pro legitimè citatis, iuratis, & repetitis ſaluo iure repulſo in forma, abſque tamen illa reſeruatione præter abſentes, & mortuos, iuxta tradita per *Baiard. ad Clar. dicta quæſt. 49. num. 34. & 35. vbi ſub num. 36. ſeq.* dicit dictam plicam,
9 ſeu reſeruationem tamquam † præiudicialem eſſe reijciendam & ita dixit ſeruari, prout etiam apud nos obſeruatur, & ſic poſt *Follet.* concludit *Chart. in d. prax. interrogandor. Reor. lib. 3. cap. 3. num. 56. verſic. Et decernit.*

Amplia quartò procedere etiam ſi
10 reus fuerit † confeſſus, & conuictus, vel in fragranti repertus, vt diximus ſuperius *quæſt. 14. num. 14. & num. 29.*

Limita modò ſupradictam eandem communem opinionem, qua firmauimus eſſe concedendam copiam repertorum non procedere in hoc tribunali
11 cõtrabandorum, quãdo in caſibus † à iure

iure permiſſis vult vti præeminentia
Magn.Cur.Vicar. quo ad principales
inquiſitos, In hoc enim caſu etiam ſi
copia petatur ante torturæ illationem,
non debet concedi, vt firmat *Baiard.*
d.q.49.n.24. & latius diximus ſupra in
hoc *eod.Opuſculo q.10.nu.32.verſic. Tamen*,& ſic etiã abſque dubio ſeruamus.

Limita ſecundò, non eſſe dandam
copiam repertorum cum nominibus &
cognominibus teſtium imminente pe-
12 riculo teſtium, † qui ſi publicantur in
hoc delictorum genere ſolẽt multa pe-
ricula,& ſæpè mortem incurrere, vt ali-
quando occurrit, & videtur ſuadere
tex. in cap.vltimo §.ceſſante de hæretic.
13 *lib.6.* & hoc in hæreſi † eſt communi-
ter receptum, *Pariſ. conſil.2.num.164.*
lib.4. Clarus in prax.crimin. d.quæſt.49.
in princip. verſic. Habetque locum,& ſic
etiam in hæreſi firmat *Farinac.in prax.*
criminal. in dicta quæſt.39.num.88. verſic. Limita ſecundò, vbi adducit ratio-
nem, quia tractatur de graui præiudi-
14 cio † Catholicæ fidei,& ita ex conſue-
tudine receptum eſſe, affirmat.

Et hac eadem ratione videtur poſſe
moueri dictũ tribunal, denegando co-
15 piam † cum nominibus,& cognomini-
bus teſtium,quando inquiſitus,& pro-
16 ceſſatus eſſet potens,ex cuius potentia
teſtes aliquo modo offendi poſſent,hoc
etiam caſu eſſe concedendam copiam
repertorum abſque nominibus, & co-
gnominibus ex identitate rationis fir-
mãt dicti *Chartar.& Farinac. ead.quæſt.*
39. num.86. verſic.Limita primò, Tuſc.
pract.concluſ. in verbo, Proceſſus,concluſ.
800.num.4. verſic. Declara.

Accedẽtibus maximè diuerſis pericu-
17 lis, † quæ teſtes verberati,vulnerati, &
aliquando cũ morte incurrerũt,& ideo
dicendũ videbatur recto iure eſſe dene-
gandã copiã repertorũ, ſiue proceſſus,
cũ nominibus,& cognominibus teſtiũ.

Antequam procedamus ad ſolutio-
nẽ iſtius limitationis animaduertẽdum
eſſe cenſeo,in hoc delictorũ genere eſſe
18 diuerſas inflictas pœnas; † ſiquidem in
extractione auri, argenti, equorum, &
equarũ de ratiã, ſiue de perſona,impo-
nitur pœna corporalis,& pecuniaria ſi-
mul, in alijs verò extractionibus pœna
pecuniaria tñ, quis rei veritate oẽs ẽt
19 ſupradictæ pęnæ corporales † reducã-
tur ẽt ad pecuniarias nullus.n.inquiſit',
& dictorũ extractionum reus, fuit meis
tẽporibus ad pęnã corporalẽ cõdemna-
tus,ſed vel abſolutus,vel ẽt vt plurimũ
ad beneficium Regij Fiſci cõpoſitus,&
Deus ſcit,ſi hmõi compoſitiones, pace
bonorũ,cõuertãtur ad beneficiũ Regij
Fiſci, vel ad cõmodum officialium,Vn-
de ſi cõcedimus eſſe denegãdã copiam
20 repertorũ † cũ nominibus,& cognomi-
nibus teſtiũ in crimine hæreticæ praui-
tatis,vel qñ agitur cum potẽtibus, hoc
pcedere vr̃ ſuadẽte,vel graui præiudi-
cio,& periculo Catholicæ fidei quo ad
hæreſim, vel quia tractatur de graui ẽt
præiudicio potẽtum,vt diximus ſupra.

Sed in caſu ſupradictarũ extractionũ
21 nunquã denegarẽ † copiã repertorũ cũ
nominibus,& cognominibus teſtiũ,qa
22 vel vt plurimũ teſtes † ſunt ſuppoſiti,
vel ſimulati,& aliquãdo mortui,loquũ-
tur,ꝙ nequiſſimũ eſt,vt in facti ſpecie
porprijs oculis reſpexi,& manibus te-
tigi,vel teſtes falſo depoſuerũt,vnde ſi
denegatur copia cũ nominibus nõ de-
fendũtur teſtes, ſed occultatur veritas
23 ꝙ per iudicem fieri non dẽt, † vt inquit
Speculator in tit. de teſte §.qualiter aũt n.
*2.verſ.Deinde petat,lib.1.fol.m.465.*vbi
allegat multa iura,& in propoſito mul-
ta dicit notatu digna, q̃ breuitatis ſtu-
24 dio omittũtur,& via iniq̃tatibus pate-
fit cõtra *l.1.C.de his qui ven.ætat. l.2. de*
iur.deliber.l.meminerint cũ ſimilib.C.vnde
*vi, Bart.q.19. ſub n.1.*quia teſtes ſcien-

25 tes eſſe tutos † abſque timore falsò deponunt contra inquiſitos.

Vnde concludo nullo iure ſuadente

26 eſſe denegandam copiam † repertorum cum nominibus,& cognominibus teſtium,quia ſi verè reus dolo verſatus eſt,delicta,& extractiones committendo, ſibi imputari debet, quia veritati omnia iura fauent *l.1.C.quando Imperat. inter pupill. & vid.* & ſic etiam ſeruari teſtatur *Farinac.d.quæſt.19.nu.87. verſic. Sed certè,* vbi copia repertorum

27 † cum nominibus,non denegatur, niſi in cauſa hæreticæ prauitatis *poſt Clarum in d.quæſt.49.in princip. verſic. Habetque,* & ſic fuit obſeruatum tempore

28 Domini Simeonis † Vaez Præſidentis Reg.Cam.Sũmariæ,& generalis Commiſſarij contrabandorum, & reformatoris eiuſdem Tribunalis, vt diximus

29 *ſupra quæſt.2.num 21.* & ſic ſeruari debet apud probos,& Chriſtianos viros, ſi mouentur,prout moueri debet magis ex veritate, & ad releuandos aliquos innocentes, quàm ex voracitate implendi crumenas.

Declara hanc concluſionem proxi-

30 mè firmatam procedere,dũmodo † dictum Tribunal contrabandorum non verſetur in delictis, in quibus reus poteſt poni ad torturam ex proceſſu informatiuo, quandoquidem hac in re poteſt ex authoritate ſibi conceſſa, nedum defenſiones,ſed etiam copiam repertorum denegare, vt diximus *ſupra hac ead.quæſt.nu.11.& ſuperius in quæſt.10.nu.26.* dummodo legitima præcedant indicia,vt ibi fuſius tradidimus *nu.38.& 39.* Licet dictum Tribunal abutatur dicta præeminentia,ſub cuius prætextu denegat copiã repertorũ cum nominibus, & cognominibus teſtium in omnibus ferè cauſis ex quadam eius fallacia, quam ſupra *quæſt.10. nu.24. verſic. Quamuis,* prænarrauimus.

SVMMARIVM.

XVI. QVAEST.

1 *Inquiſiti in delictis Contrabandorum admittuntur ad tranſactionem.*

2 *Tranſactio accipitur pro quolibet actu, quo concordia inducitur.*

Eſt de re dubia non gratuita pactio numero 3.

4 *Compoſitio eſt quædam ſpontanea conuentio.*

Propriè eſt pecunia pro patrato crimine oblata num.5.

Differt quo ad nomen à tranſactione numero 6.

7 *Tranſactionis,& compoſitionis nomen inter ſe confunduntur.*

8 *Compoſitio eſt idem quod tranſactio.*

9 *Tranſactio fit cum parte. Compoſitio cum Fiſco.*

10 *Praxis pro tranſactione in delictis recenſetur, & num.11.*

11 *Componens videtur delictum fateri.*

12 *Iudices ſolent admittere Reos ad tranſactionem, vt infamiam delicti euadant.*

13 *Compoſitio non eſt permiſſa, quando plenè conſtat de delicto.*

14 *Iudex non poteſt pœnas remittere.*

15 *Priores Ciuitatum non poſſunt pœnas remittere, abſque Populi Conſilio.*

16 *Pœna fiſco acquiſita non poteſt à Iudice condonari.*

17 *Iudex non poteſt partes tranſigere, ſi de delicto non conſtat.*

18 *Delictum contrabandorum eſt difficillimæ probationis.*

19 *Reus non poteſt ex præſumptionibus condemnari.*

20 *Salarium, quod ſoluitur generali Commiſſario, & actuario recenſetur.*

21 *Officialis poteſt tranſigere quando compoſitionem in beneficium Regij Fiſci conuertit.*

22 *Officiales Baronales ex quatuor literis arbitrarijs admittũt reos ad cõpoſitionem.*

Offi-

23 *Officiales contrabandorum poſſunt commutare pœnas ex poteſtate conceſſa.*
Et ex conſuetudine etiam hoc eſt receptum num.24.
25 *Iudex in pœnis arbitrarijs loco legis ſuccedit.*
26 *Conſuetudine introducente habet locum pœna commutatio.*
27 *Compoſitio facta non praecedente legitima citatione eſt nulla.*
Debet conſtare de corpore delicti, vt ſubſiſtat num.28.
Et exiguntur etiam legitima indicia ad torturam num.29.
30 *Teſtes vt plurimum ſunt ſuppoſiti in tribunali Contrabandorum.*
31 *Compoſitio non eſt perficienda, niſi prius conceſſa copia repertorum.*
32 *Denunciator, & teſtis debent eſſe diuerſi.*
33 *Denunciatio ſola non eſt ſufficiens, vt reus poſſit citari.*
34 *Reus non poteſt ex propria ſola confeſſione damnari.*
35 *Non poteſt iniuſtè terreri abſque legitimis indicijs.*
36 *Compoſitio habet locum, etiam ſi reus ad torturam fuerit alligatus.*
37 *Torturæ repetitio conceditur, quando primo loco non fuit ea ſufficienter irrogata.*
38 *Compoſitio fieri poteſt, etiam reo in carceribus exiſtente.*
Procedit ſi carceratio eſt iuſta num.39.
40 *Iudex poteſt ſuadere partibus, vt veniant ad compoſitionem.*
Et poteſt etiam partes ex iuſta cauſa terrere ibid. num.41.
Procedit ſi conſtat de corpore delicti numero 42.
43 *Compoſitio facta non exiſtentibus legitimis indicijs, dicitur extorſio.*
44 *Simeonis Vaez Molæ Comitis laudes prædicantur.*
45 *D. Sebaſtiani de Neira merita recenſentur.*
46 *D. Ioannis Beltran de Ozeta Secretarij Illuſtriſſimi Cardinalis Zappatæ virtutes, & mores exornantur.*
47 *Compoſitio fieri poteſt, etiam ſi plenè conſtet de delicto.*
48 *Iudices poſſunt alterare, & minuere pœnas.*
Inſpecta perſonarum qualitate pœnas imponere debent num.49.
Procedit dummodò fiat ante ſententiam num.50.
51 *Compoſitus poteſt iterum componi. Contrarium tenent aliqui num.52.*
Conciliantur dictæ contrariæ opiniones num.53.
54 *Compoſitus ex dicto vnius teſtis poteſt iterum componi.*
55 *Iura Regni in compoſitionibus referuntur.*
56 *Stilus ſeruatus in decretis compoſitionum in delictis Contrabandorum recitatur.*

ARGVMENTVM
XVI. QVAEST.

De compoſitionibus, & transactionibus, quæ fiunt in delictis contrabandorum.

REI criminum in hoc delictorum genere ad ſe ſubleuandos à carcerum moleſtijs dictis, & alijs impenſis ſolent
1 vt plurimum † petere tranſactionem, & aliquid offerre ad beneficium Regij Fiſci, & hoc medio euadere vexationes, atque moleſtias potius facti, quàm iuris, quæ inferri ſolent ab aliquibus Miniſtris, & facta oblatione, cum qua ſolent includere portionem, ſeu directus actuarij, dictum Tribunal admittit eoſdem reos ad oblatam tranſactionem, quam deſcribunt in libro prouentuum ad beneficium Regij Fiſci.

F 2 Et

Et pro explicatione eorum, quæ inferius in medium ponenda ſunt, non erit abſonum explicare quid ſit tranſactio, & compoſitio,

2 Tranſactio enim generaliter † accipitur pro quolibet actu, quo concordia inducitur, vel ab obligatione receditur *l.1.cum vulg. ff. de pactis*, propriè
3 autem, & particulariter † eſt de re dubia, & lite ancipiti non dum finita non gratuita pactio *l.1. ff. de tranſact. Connan. in comment. iur. ciuil. lib. 5. cap. 6. in princip. & Scard. in theſaur. iur. in verbo, Tranſactio*,

Compoſitio verò eſt quædam ſpon-
4 tanea † conuentio per Reum ex cauſa cum Præſide facta lite pendente de dubio criminis ſtatu, ac de ſoluendo Fiſco certam pecuniarum ſummam ad effectum vexationis litis redimendi, parte legitimè concordata, *l. ab accuſatore, & l. teſiſtit cum ſeq. ff. ad Turpillian. & §. quia verò auth. de defenſ. ciuitat. & cap. fin. de tranſact. Griland. de relax. carcer. 3. par. relatus per Capiblanc. in tract. de Baron. pragm. 6. num. 10. verſic. Compoſitio, Scard. vbi ſupra in verbo, Compoſitio, Farinac. in prax. crim. quæſt. 5. ſub num. 3. in fine verſic. Quæ quidem*, per diſcurſum *idem Capiblanc. vbi ſupra* explicat ſupradictæ diffinitionis, ſeu potius deſcriptionis verba, quæ hic referre operæpretium non eſt,

5 Et compoſitio propriè eſt illa † pecunia per delinquentem pro patrato crimine oblata, vt inquit *Paris de Put. de ſindic. in verbo, Compoſitio, cap. 1. nu. 6. verſic. Et compoſitio*.

Et licèt quo ad nomen tranſactio, &
6 cõpoſitio † inter ſe differãt, quia compoſitio fit in crimine liquido probato, ſed tranſactio ſuper dubio criminis ſtatu, Compoſitio inducat criminis infamiam, tranſactio verò nequaquam, & prohibita tranſactione nõ eſt prohibita compoſitio, ſecus è contra, vt poſt *Carauit. in rit. 276. nu. 8. & Bald. in l. quid ergo §. pœna grauior ff. de infamib. & Lucam de Pen. in l. 1. C. de deſert.* firmat *Capiblanc. vbi ſupra num. 25. & Campagn. in cap. Regni 221. nu. fin. verſ. An ſuper*.

7 Tamen quia iſta nomina † confunduntur inter ſe, vt inquit *Capiblanc. vbi ſupra num. 26. verſic. Dic, & Farinac. dicta quæſt. 5. num. 24.* & compoſitio eſt
8 idem † quod tranſactio, vt inquit *Rouit. in Rubr. reg. Pragm. de compoſition. num. 1. Farinac. vbi ſupra num. 2. verſic. Nulla, Paris de Put. dicto cap. 1. num. 6. verſic. Compoſitio*, tranſactio fit cum
9 † parte, compoſitio autem cum Fiſco, vt per multos allegatos concludit *Farinac. d. verſ. Nulla*, ideo vnum pro alio quàm facillimè vſurpantur.

Bene verũ eſt, quod cauti Aduocati
10 † in hoc delictorũ genere, faciunt oblationẽ pro inquiſitis per viam tranſactionis, non autem per viam compoſitionis, quandoquidem componẽs vi-
11 detur delictum confiteri, † non autem tranſigens; & vt rei inquiſiti infamiam
12 delicti euadãt, Iudices admittũt † eoſdem reos ad tranſactionem, vt poſt *Parid. de Put. in d. verbo, Compoſitio, dicto cap. 1. & Carauit. in d. rit. 271.* affirmat in praxi ſeruari *Capiblanc. vbi ſupra num. 27. verſic. Nec impedimento*, & ſic etiam nos ſeruari vidimus in Curijs Baronũ, & in dicto Tribunali contrabandorum, Præmiſſa tamen illa ſolita cantilena opponenda in trãſactionibus. Nõ animo confitendi delictum, ſed ad ſe releuandum à moleſtiis carcerum ab expenſis, & damnis, & ab omnibus aliis incommodis, quæ euenire ſolent, &c.

His breuiter præmiſſis videbatur primo aſpectu affirmãdum, officialibus
13 non eſſe permiſſum † compoſitiones, ſiue tranſactiones admittere, equidem aut proceſſus eſt compilatus, & plenè conſtat

conſtat de delicto extractionis, in quo pœna corporis afflictiua venit imponenda, & hoc caſu non eſt permiſſa tranſactio, ſiue alia compoſitio, nec Iu-
14 dex poteſt facere compoſitionem † de pœnis fiſcalibus, & eaſdem pœnas remittere, vt poſt *Guid. de Suzzar. in l. præſes C. de tranſaction. per text. in l. prohibere* §. *planè ff. quod vi, aut clam,* concludit *Campagn. in cap. huius Regni* 221. *num.* 12. *verſic. Et propterea,* vbi etiam hoc extendit procedere in Prio-
15 ribus † Ciuitatum, qui non poſſunt pœnas remittere, vel eaſdem pœnas condonare abſque Populi cõſilio, niſi conſuetudo, vel ſtatutum aliud ſuadeat, Et ratio in promptu apparet, quia dum
16 pœna † eſt Fiſco quæſita, non habet Officialis poteſtatem eaſdem pœnas remittendi, vt inquit *Paris de Put. de ſindicat. in dicto verbo, Compoſitio, nu.* 2. poſt *Andr. de Iſern. in conſtitut. Regni ſi quis in poſterum verſ. Vt autem in fin. de d. ſinſ. &* *Campagn. in d. cap.* 221. *nu.* 14.

Si autem non conſtat, neque in hac
17 † alia facti ſpecie Iudex valet partes tranſigere, vel componere, quia & partibus, & Fiſco præiudicium affert. Fiſco enim præcluditur via proceſſus impinguandi, & procedendi ad torturam, à qua poteſt complices, & fautores habere, Partibus, quæ ſi innocentes ſunt, nequeunt eorum innocentiam oſtendere, vt ex multis affirmant *Paris de Put. & Campagn. in locis proximè commemoratis, & Farinac. in prax. criminal. quæſt.* 5. *num.* 5. *verſic. Limita eandem.*

Secundò ex his, quæ ſupra retulimus *quæſt.* 11. *num.* 24. 25. *&* 26. & alibi
18 paſſim hoc delictorum genus † eſt difficilliſſimæ probationis, & teſtes nunquam ferè concludũt, perpenſis tribus temporibus à nobis ibidem relatis, vnde quamuis ibidem affirmauerimus teſtium dicta aliquam inducere probationem, tamen ex præſumptionibus vr-
19 gentibus, & vehementibus reus † criminis nequit condemnari, vt firmat *Farinac. vbi ſupra dicto num.* 5. *verſic. Sublimita primò,* poſt *Grammat. deciſ.* 8. *num.* 8. *Cagnol. in l.* 1. *nu.* 122. *ff. ſi cert. petat. Alex. conſ.* 118. *n.* 11. *lib.* 3. & alios concordantes ibidem commemoratos.

Ergo ſi non eſt licita condemnatio, neque eſt licita compoſitio, ſiue tranſactio exiſtentibus præſumptionibus, etiam vehementiſſimis, vt perpendit ibidem *Farinac.* ſtantibus præcipuè iuribus huius Regni relatis *inferius numero* 55.

Accedat ſupradictis rationibus præſumptum intereſſe eiuſdem Tribunalis & generalis Commiſſarij Contrabãdo-
20 rum eiuſque Actuarij, quibus † nempe dicto generali Commiſſario de dictis compoſitionibus ſoluitur ſalarium ad rationem ducatorum trium pro quolibet die, & Actuario ad rationem carolenorum duodecim, & quamuis officialis poſſit in aliquibus caſibus, & componere, & tranſigere, vt inferius explicabimus, tamen hoc eſt intelligendum quando eaſdem compoſitiones in be-
21 neficium Regij Fiſci, nõ autem in eius commodum, vel vſum conuertit, vt poſt *Doctores in l. ſi pro fure ff. de condit. furtiu.* id concludit *Paris de Put. in d. verbo, compoſitio, d. cap.* 1. *ſub nu.* 6. *verſic. Et dixerunt aliqui.*

Et poſtremò obſtat determinatio earundem Reg. Pragm. prohibentium officialibus Regijs commutare pœnam corporalem in pecuniariam & è cõtra, hoc enim tantum permittitur officiali-
22 bus † Baronum ex quatuor literis arbitrarijs; Regijs autem in conſulto Prorege, eiuſque Collaterali Conſilio nequaquam, vt *per Prag.* 5. *in tit. de compoſit.* vbi etiam *Lucius Foller. nu.* 95. *verſ. Aduerti debet, & Campagna in cap. ad*

peruerſorum nu. 10. *& d.cap.*221.*nu.*28. & latius de hac re verba faciemus Deo annuente in noſtris *Curialibus obſeruat.* & faciunt alia iura, & rationes in medium ad propoſitum adducta per *Paridem de Put. in d.cap.*1.*nu.*2.*&* 3.*& per Campagn. in d.cap.*221.*num.*12.13.14. *& ſeq.* quæ recollegit *Farinat. d.quaſt.* 5.*num.*5.*& ſeq.* & ante omnes ea perpendit *Archidiacon. in c. ſi quis diaconus* 50.*diſtinct. & Lucas de Pen. vbi ſupra.*

Et quamuis dicto Generali Commiſſario in ſuis Commiſſionibus à nobis in fine huius Opuſculi exemplatis, videatur conceſſum arbitrium commutandi
23 † corporales pœnas in pecuniarias, & è contra, vt colligitur ad literam, hoc tamen procedit certiorata prius Reg. Cam. Summariæ, vt ibi expreſsè legitur, & ſic ſaltim tenetur eandem Reg. Cam. informare de meritis cauſæ, & ſecundum eius determinationem procedere ad compoſitionem delictorum.

Contrarium verò in praxi ſeruatur,
24 † in qua dictum Tribunal cum voto conſultoris tam in proceſſibus compilatis, quàm etiam in alijs non compilatis, procedit ad compoſitionem, & tranſactionem in pœnis per eaſdem Reg. Prag. inflictis, & ſic ex ſtilo & conſuetudine temporibus noſtris abſque controuerſia receptum eſt; Iudex enim in
25 pœnis † arbitrarijs loco legis ſuccedit, & Princeps nuncupatur, & mirabilem poteſtatem à lege ſibi eſſe conceſſam exiſtimamus, vt inquit *Campagn. in d. cap.*221. *num.*37. *verſic. Et Iudex.*

Et quod ex conſuetudine hoc ſit
26 † permiſſum, firmat in propoſito *Paris de Put. d.cap.*1. *num.*4. *in fine, Farinac. dicta quaſt.*5. *num.*3. *verſic. Natura, & Campagn. vbi ſupra num.*16. *verſic. Limita primò, & ibi alios referunt.*

Et firma remanente hac contraria opinione poſtremò relata, ne erres in praxi, declara hanc eandem cōtrariam procedere cum infraſcriptis requiſitis.

Primò debet præcedere legitima ci-
27 tatio, † quæ prouenit ex infraſcriptis alijs requiſitis, aliàs ſi reus citatur, vel abſque legitimis indicijs, vel proceſſu exiſtente defectiuo, & timore citationis, & carcerationis per medias perſonas offert aliquam pecuniæ ſummam pro tranſactione ex metu iniuſtè illato, ſe componēdo, vt inferius dicemus *nu.* 35.*& ſeqq.* eadem tranſactio tanquam metu extorta in foro cōſcientiæ nō tenet, & in foro exteriori pōt retractari.

Secundum requiſitū ad conualidandam tranſactionem debet conſtare de
28 † corpore delicti, & ſi id fieri nequit, ſaltim debet conſtare de corpore delicti per famam, ſiue per coniecturas, vt ſuperius diximus *quaſt.*4. *per totam.* fol.19.

Tertiò debent contra eundem in-
29 quiſitum adeſſe indicia † ad torturam ſufficientia, vt diximus ſupra *hoc eod. Opuſculo quaſt.*11. *à num.*6. *vſque ad finem,* vbi inter alia retulimus Iudicem, ſiue actuarium teneri ad habendam informationem de qualitate teſtiū contra inquiſitos examinatorum; quia vt plurimum in hoc delictorum genere, teſtes vel ſunt ſuppoſiti, vel incogniti, & aliquādo, quod ſuper omnia obſcœnum & flagitioſum eſt, teſtes qui mortui
30 ſunt † ſupponuntur, & recipiuntur, vnde admittere Reos ad trāſactionem ex dicto prædictorum teſtium non eſt tranſigere, ſed animam perdere.

Quartum requiſitū omninò neceſſarium illud exiſtimo, quod non procedatur ad tranſactionem, niſi prius con-
31 ceſſa copia † repertoriū, etiam abſque nominibus, & cognominibus, ſi qualitas perſonarum, & cauſæ hoc ſuadeat, vt ſupra enarrauimus *hoc eod. Opuſculo quaſt.*15. *num.*15. *&* 16. ad hoc vt valeat Aduocatus conſulere inquiſitum,

tum, & is deliberare, an velit cedere, vel contendere, alioquin non conceſſa copia repertorum, & deficientibus aliquo requiſito proximè relato compoſitiones, & tranſactiones ſemper corruere, & impugnari poſſunt licèt hoc requiſitum malè ſeruetur in praxi.

Nec erit extra rem recenſere errores, qui ſolent occurrere in compoſitionibus, & tranſactionibus, quæ fieri ſolent in hoc Tribunali contrabādorum.

Primus itaque error euenit ex defectu proceſſuum, in quibus ſolet fieri denunciatio extractionis per ſecretum denunciatorem, & dum aſſerta extra-
32 ctio † debeat probari per alium teſtem, non autem per metipſum denunciantem, Aliqui actuarij, & ſcribæ, immemores propriæ ſalutis recipiunt denunciationem, & depoſitionem extractionis ab eadem perſona, & ſic denunciator, & teſtis eſt vnica perſona, & de iure denunciator non poteſt eſſe teſtis, vt ſupra enarrauimus *quæſt.* 11. *num.* 20. *&* *quæſt.* 13. *num.* 13. & per conſequens tranſactio in hoc caſu facta eſt iniuſtiſſima.

Secundus error occurrit circa cita-
33 tiones, † literas Regias nuncupatas, de quibus ſuperius *in quæſt.* 13. verba fecimūs, ipſiſque ad ſolam denunciationem relaxatis, & notificātis, & Reo in termino præfixo comparente Actuarij ſolent eius depoſitionem recipere, & ſi confitetur delictum, extorquere ſolent non exiguam tranſactionem ad beneficium Regij Fiſci, & potius ad eorum commodum, & pro eorum ſalario, vt ſuperius annotauimus *num.* 20. ſin autem negat ad minus interponunt decretum eumdem reum abſoluendo, & ab eodem extorquendo ſportulas ad minus ducatorum quatuor pro quolibet inquiſito, & neſcio quo iure poſſint ſportulas recipere, dum ha-
34 bent ſalarium quolibet die ab eodem Regio fiſco taxatum, vt retulimus *ſupra hac ead. quæſt. d. nu.* 20. nec animaduertunt non eſſe permiſſum innocentem abſoluere, & innocentem tranſigere, dū nequit etiam ex propria confeſſione damnari, niſi prius conſtet de corpore delicti, vt diximus *in quæſt.* 4. *num.* 5.

35 Tertius error euenire ſolet ex terrore, qui ſolet per dictum Tribunal eiuſque miniſtros miſerrimis inquiſitis, inferri, quibus vt plurimum falſa proponuntur, aſſerendo delictum extractionis conſtare per duos teſtes de viſu, vel proponendo eumdem eſſe conuictum, vel quid ſimile, quod ſi abeſt ab actis, ipſa compoſitio non debet ſubſiſtere, quia & ſi Iudex, vel officialis poſſit de iure partes terrere, vt ſe componant, vt inferius annotabimus *num.* 38. tamen hoc debet locum habere præuia veritate, & ſeruatis de iure ſeruandis.

His ſuppoſitis requiſitis, & ſemotis erroribus enarratis.

Primò amplia concluſionem ſuperius firmatam, in qua diximus eſſe permiſſum de iure, & de conſuetudine huius tribunalis procedere ad compoſi-
36 tionem † pro criminibus, & extractionibus verè patratis, habere locū etiamſi Reus tormento chordæ fuerit ſubiectus, quia nihilominus ſi is petat eſſe admittendum ad compoſitionem, poteſt in ea procedi, & offerens alligatus ad eam admitti ad euadendam torturæ repetitionem, cui locus eſt, ſi prima vi-
37 ce non fuit † Reus ſufficienter tortus, vt *firmat Farinac. d. quæſt.* 5. *nu.* 5. *verſ. Quod tamen poſt Fab. à Monteleon. in prax. arbitrar. in vlt. part.* 5. *part. principal. num.* 31. *& ſeq. & in* 3. *quæſt. in* 2. *limitat. num.* 76. *& ſeq. cum alijs allegatis.*

Secundò amplia eandem compoſitionem

38 tionem ſubſiſtere etiam ſi fuerit † fa-
cta, dum inquiſitus in vinculis reperie-
batur detentus, etenim non obſtante
metu carceris ipſa compoſitio valet, &
tenet, nec poteſt infringi prætextu me-
tus ipſius carceris *iuxta tex. in l. ſi quis
in carcerem, & l. metum §. ſed licet. ff. de
eo quod met. cauſ.* quandoquidem ſi car-
39 ceratio eſt iuſta compoſitio † etiam
iuſtiſſima exiſtimari debet, nec poteſt
contra eam obijci actio, quod metus
cauſa *l. ſi mulier in princ. vbi hoc notat
Bald. ff. quod met. cauſ.* & hoc non ab-
eſſe à veritate teſtatur *Farinac. vbi ſu-
pra num. 17. verſic. Limita ſecundò*, vbi
reſpondit iura ſupradicta in cõtrarium
adducta procedere in Reo iniuſtè car-
ceribus mancipato.

Et hoc idem procedit, ſi inquiſitus
40 † à Iudice, vel officiali ſuaſus ſe com-
ponat, quandò ſcilicet aliquis officia-
lis dixerit inquiſito ſoluas pœnam, vel
te componas, quia delictum conſtat
contra te, vt fieri conſuetum eſt in hoc
Tribunali, hoc inquam caſu, non dici-
41 tur iniuſtum metum illatum, quia Iu-
dex, vel officialis poteſt partes terrere,
vt ad compoſitionem veniant, *ſecun-
dum Speculatorem tit. de teſt. §. 11. verſ.
final. Ghirland. tit. de pœn. compoſit. quæſt.
4. nu. 3. in fine*, & hanc opinionem *poſt
Parid. de Put. de ſindicat. in verbo, com-
poſitio, cap. 6. per tot. & Fab. à Monte-
leon. in prax. arbitrar. 5. part. princ. in eius
vlt. part. 8.* ſuſtinet *Farinac. d. quæſt. 5.
d. num. 17. verſic. Si enim Iudex*.

Declara ſupradictas duas amplia-
tiones procedere, dummodo conſtet
de corpore delicti, & in proceſſu ad-
42 ſint † legitima indicia ſecundum re-
quiſita à nobis proximè relata *ſub nu.
27.* aliàs etiam ſi Reus confitens deli-
ctum, ſiue per viam compoſitionis, ſiue
per viam tranſactionis pecuniam ad
beneficium Regij Fiſci offerat, & ea
recipiatur potius debet appellari illici-
43 ta † extorſio, & concuſſio, quam com-
poſitio, & officialem talem compoſitio-
nem recipientem teneri in ſindicatu,
concludit *Farinac. d. num. 17. & num.
22. verſic. Limita quartò*.

A qua declaratione vnuſquiſque in
hoc tribunali, & in alijs curijs Barona-
libus verſatus poteſt colligere quo iure
fiant compoſitiones ab officialibus, &
actuarijs, qui habent in illis formale
intereſſe.

Non tamen hac oportunitate præ-
termittam excipere ab his, quæ prope
iam tradidimus tres inter alios benè
inſtitutos viros mea tẽpeſtate in huius
tribunalis regimine præpoſitos, nimirũ
44 † D. Simeonem Vaez Reg. Cam. Sum.
Præſidentem, & in præſentiarum Mo-
læ Comitem, illius Tipum normam, &
moderatorem, vt aliàs prædiximus, &
45 D. Sebaſtianum † de Neira, nunc Ca-
ſtri Noui Neapolitani Locumtenentẽ,
virum pium, & omni virtute præditũ,
& ad pręſens cum vniuerſa harum Pro-
46 uinciarũ aura † D. Ioannem Beltran,
de Ozeta Illuſtriſſimi, & Reuerẽdiſſi-
mi Cardinalis Zappatæ huius Regni
Vicarij, ſecretarium, qui ob eius mo-
deſtiam, & prudentiam, non iniqua
iudicia, non vim, non contumelias in
quatuor adhuc annorum memoria, in
quibus præfuit, in aliquem contulit,
ſed vnicuique ius ſuum abſque aliqua
querimonia tribuens Chriſtianæ pie-
tatis monumenta demonſtrat.

Et redeundo ad materiam noſtram,
Amplia tertiò procedere cõcluſionem
ſupra num. 24. firmatam etiamſi plenè
47 de delicto † conſtet, ſiquidem nullo
iure contradicente, ex cauſa, fieri po-
teſt compoſitio ad beneficium Regij
Fiſci, ſic poſt *Paridem de Puteo in d. ver-
bo, compoſitio, & Grãmatic. vot. 35. nu. 3.
& 6. & Fab. à Monteleon. vbi ſupra
par. 5.*

Digitized by Google

part. 5. concludit *Farinac. vbi ſupra ead. quæſt. 5. num. 8. verſ. Sublimita quartò,*
48 vbi aſſerit Iudici † conceſſum eſſe arbitrium alterandi, & minuendi omnes pœnas, & Reum mitius puniendi.

Et in cauſis occurrentibus in dicto Tribunali non deſunt cauſæ eaſdem pœnas minuendi, & admittendi reos ad compoſitionem, prout occurrit in Minore, Forenſt, & alijs relatis in *hoc eod. Opuſcul. quæſt. 7, 8, & 9. per tot,* & alibi paſſim, quæ omnia reſident in Iu-
49 dicis arbitrio, qui inſpecta † qualitate perſonæ, loci, temporis, ætatis, & delicti poteſt, vel reum abſoluere, vel condemnare, vel ad compoſitionem admittere *iuxta text. in l. ſacrilegij pœna ff. ad leg. Iul. peculat, & in cap. ſicut dignum 6. de homicid,* vt in themate ſimili inquit *Paris de Put. de ſindicat. in verbo, compoſitio, cap. 1. nu. 4. verſic. Quia ante, & campagn. in dicto cap. 221. num. 14. verſ. Quod tamen, & num. 19. verſ. Limita quartò,*

Dummodo id ante ſententiæ pro-
50 lationem † executioni demandetur, aliàs lata ſententia non eſt locus compoſitioni, quia Iudex functus eſt officio ſuo, nec poteſt pœnas in ſententia expreſſas commutare, vel minuere, *Farin. d. quæſt. 5. num. 9. verſ. Limita, Paris de Put. d. cap. 1. num. 4. & 5. & Campagn. d. cap. 221. num. 14. & nu. 41. verſ. Tertiò, & alibi ibidem per diſcurſum.*

Quartò amplia procedere etiam in
51 eo, qui aliàs fuit † compoſitus pro eadem cauſa, quoniam etiamſi prò conſimili, vel eadem cauſa fuerit inquiſitus, poteſt idem ad aliam compoſitionem admitti, vt ex pluribus adductis firmat *Farinac. vbi ſupra num. 10.*

52 Contrariam partem † ſuſtinent *Paris de Put. vbi ſupra in d. verbo, Compoſitio, cap. 1. ſub num. 5.* & apertius hoc firmat *Campagn. in d. cap. 221. nu. 25. verſ. Et an conſuetus,* vbi aſſerit, quod Iudex cum huiuſmodi hominibus malæ conditionis, & famæ, & ſolitis delinquere, non debet deuenire ad compoſitionem, quia delictum non capitale per reiterationem capitale euadit, cum alijs rationibus ab eodem perpenſis.

53 Declara primam opinionem † procedere in delictis, in quibus fuit facta compoſitio quando rei criminum non erant, nec conuicti, nec in fragranti reperti, ſecunda verò quando primò reus compoſitus erat conuictus, vel in fragranti deprehenſus, hic enim obſeruatis requiſitis à nobis ſuperius relatis *num. 27.* ne detur occaſio delinquendi, & anſa ad committendas alias extractiones, & præcipuè auri argenti, & equorum de ratia, non admitterem primo loco compoſitum ad nouam compoſitionem.

Quod intelligo locum obtinere ex ijs, qui verè ſunt inquiſiti, & præce-
54 dentibus † legitimis indicijs, & alijs requiſitis, fuerunt ad compoſitionem admiſſi, vt ſunt notorij contrabanderij, non autem in illis, qui ex dicto vnius teſtis fuerunt compoſiti; Et in hoc moneri volo conſultores, vt animaduertant, ſi adſunt legitima indicia, ſe ipſos inſtruendo de qualitate, & veritate teſtium, nec debent firmare compoſitiones inuiſo proceſſu, vt fieri ſolet, illaqueando eorum animas, quia non poteſt fieri compoſitio criminum, ſi nihil conſtat ex accuſatione facta, vel inquiſitione, vt determinat cap. huius Regni *per Parid. relatum* proximè ci-
55 tandum, & ex obſeruãtia † Magn. Cur. Vicar. nemo admittitur ad compoſitionem, niſi probato crimine per teſtes, vel confeſſionem, vt firmat *Paris de Puteo in d. cap. 1. num. 6. verſic.* Tamen eſt aliud, & per cap. regni, quo præcipitur non eſſe deueniendum ad com-

poſitio-

Digitized by Google

poſitionem, niſi conſtet de delicto per dictum vnius teſtis, vt firmat *Paris de Put. ibidem*. Et vtinam ſeruarentur leges Regni, quia vnicuique ius ſuum tribueretur.

Nec obſtant in contrarium adducta,
56 quia † ad ea, quę habentur in commiſſionibus eiuſdem Reg. Tribunalis, vt ſupra demonſtrauimus *num.23*. reſpondetur in prolatione compoſitionum, quæ fiunt per dictos Generales Cõmiſſarios admittunt miſerrimos inquiſitos ad oblatam tranſactionem ducatorum centum incluſa mercede, ſeu drictis, vt inquiunt actuariæ, ſeu banchæ, reſeruato tamen beneplacito Proregis huius Regni, & Reg. Cam. Summariæ, & cum hac cautela obſeruant eorum commiſſiones.

Et ſtante etiam conſuetudine, ſeu potius abuſu componendi, vt diximus *ſupra num.26*. compoſitiones, & tranſactiones factæ, ſeruatis tamen de iure ſeruandis valent, & ſubſiſtunt.

SVMMARIVM

XVII. QVAEST.

1 *Bandimenta pro nota animalium emanata recenſentur.*

2 *Clauſula appoſita in decretis pro nota animalium, Quod ſeruetur reg. Prag. quo ad equos, & equas ratiæ, vel de perſona quare apponatur.*

3 *Nota animalium non exhibetur in Prouincijs Aprutij.*

Non procedit in ſuibus trium annorum, qui annotantur in Regijs capſis numero 4.

Nec in habentibus incolatum citra regias Cuſtodias num. 5.

Neque etiam in ſuibus duorum annorum num. 6.

7 *Prohibitum quod non eſt cenſetur permiſſum.*

8 *Aſſignatio animalium ab incolis conſinium Regni non obſeruatur.*

9 *Conceſſum intelligitur quod non eſt prohibitum.*

10 *Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt.*

11 *Equi, & equæ de ratia, ſiue de perſona annotantur.*

ARGVMENTVM

XVII. QVAEST.

De animalium annotatione, & quomodo in ea procedatur.

IN aduentu officialium Contrabandorum, & Reg. Graſciæ aliqua ſolent bandimenta publicari, cuius exemplum in fine huius Opuſculi reperies, & inter
1 alia continẽt, † quod vnaquęque Vniuerſitas ſub certa pœna, & infra ſtatutum tempus, notam omnium animalium quomodolibet, in eorum Ciuium dominio exiſtentium eiſdem officialibus aſſignare debeant, illiſque bandimentis per ciuitates, & Caſtra harum Prouinciarum publicatis, quælibet Vniuerſitas decreta prolata per alios dictorum officialium prædeceſſores producendo, interponitur decretum, quod dictæ Vniuerſitates pro dictorum animalium nota non moleſtentur, addita illa ſolita clauſula: Quo verò ad equas, & equos de ratia, & de perſona obſeruetur Regia pragmatica, quæ clau-
2 ſula interponitur, † ne Incolæ, earumdem Prouinciarum dictos equos, equulos, & equas de ratia, vel de perſona vltra Piſcariæ flumen, & populi Terram, traducere valeant ſub pœna in Pragmatica ſeptima contenta, & in fine huius Opuſculi collocãda, prout ſuperius *ſub num.8. & 9. præludij* annotauimus;

tauimus; licèt eidem Regiæ Pragmaticæ per ſuperioris tolerantiam; & per contrarium vſum ſit derogatum, vt ibidem enarrauimus, & nihilominus
3 † nulla Ciuitas, Vniuerſitas, vel Caſtrum dictorum animalium annotationem exhibent, etiamſi in confinibus regni, & tranſactis Regijs paſſibus, & caſſijs domicilium, & incolatũ habeāt: Benè verum eſt quod dictæ confinium Vniuerſitates, & eorum Ciues, quamuis dictam notam edere non teneantur, vt ſic in praxi, & in facto extat notoria obſeruantia; attamen omnes † ſues
4 trium annorum, vulgariter nuncupatos, Porci terzigni, deſcribi facere in Regijs caſſijs deuincuntur, ſub pœna amiſſionis eorumdem animalium, & ad omnem diſputationem ſedandam debent, & ſolent dicti officiales in eorum bandimentis hoc præcipere, prout obſeruat hodierna praxis.

Limita, & declara dictam annotationem non procedere in illis Vniuerſitatibus, & ciuibus, qui colunt citra Re-
5 gios † paſſus, hi enim dictos ſues trium annorum aſſignare non tenentur, quia cuſtodes poſſunt, & debent prohibere ne dicti ſues trium annorum ab hoc regno extrahantur.

Secundò limita non procedere in
6 ſuibus † duorum annorum, qui etiam reſpectu habitantium vltra regias cuſtodias, & in confinibus regni, non deſcribuntur in regijs caſſijs, dicti enim ſues vulgariter nuncupati (porci d'Alleuo) pro victu, & ſuſtentatione familiæ educantur, & quia territorium confinium eſt habilius ad ſues nutriendos; ideo quodlibet foculare, ſeu domus enititur aliquem Porcorum numerum cuſtodire, prout qualitas, quantitas, & vires familiæ exigunt, & dũ hoc
7 non eſt prohibitum, † nec à iure municipali, nec à iure communi, cenſetur de iure permiſſum *l. nec non* §. *ſed quod eis de probat. l. 1. ff. de teſtib. & l. Statuas C. de religioſis Bart. in quaſt. 19. num. 1.*

Tertiò limita, & declara non procedere in equis, & equulis, mulis, bobus, & alijs animalibus, quæ etiam re-
8 ſpectu degentium † in confinibus regni in dictis caſſijs regiis non annotantur, nec deſcribuntur; dũ enim dictæ Vniuerſitates ab aſſignatione animalium eximuntur, debent etiam eximi ab eorum deſcriptione, quia conceſſum in-
9 telligitur, † quod non eſt probibitum *d. l. 1. ff. de teſtib. cap. ſunt nonnulli 16. quaſt. 1. cum ſimilibus.*

Et ſi ſecus diceretur dictæ Vniuerſitates, & eorum ciues per indirectum moleſtia afficerentur argum. *text. in c. cum Quid, de regul. iur.* Dum enim per decreta à dicta animalium annotatione excluduntur, vt eſt notorium, debent etiam excludi, & immunes euadere à deſcriptione eorumdem animaliũ, aliàs idem eſſet deſcribere, quam notam aſſignare, & per conſequens quod
10 primo loco † approbatum fuit, reprobaretur *contr. text. in l. Pomponius. ff. de negoci geſt. cum ſimilib.* & de iure non eſt permiſſa variatio *l. vni. ff. de ſeruitutib. & l. ſin. ff. de aqua Quotid. & aſt.* nec vlla lex municipalis, ſeu cõmunis præcipit dictis incolis dictorum animaliũ deſcriptionem, nec vſque adhuc extat bandum, ſeu aliquod ſuperioris præceptum, & ideo Ciuibus infraſcriptorum locorum permiſſum eſt ire, & redire abſque aliqua animalium aſſignatione, & bullettarũ confectione, ne commercium interuertatur, vt aliàs diximus, & ſic quotidie obſeruamus, Benè verum eſt, quod ad tollendas diſputationes Ciues vltra regias cuſtodias colentes, fides, ſeu atteſtationes publico ſigillo munitas aſportare ſolent, quibus priores Maſſarij, ſindici, & id ge-

nus

nus officialium atteſtantur equos eductos in eorum ciuium dominio, & proprietate exiſtere, cum expreſſione coloris, ſeu pilaminis ſignorum, & contraſignorum, vt diximus etiam *ſupra quæſt. 3. num. 22.*

Non tamen dicti incolę vltra regios Paſſus, & in confinibus Regni degentes eximuntur à dicta deſcriptione, ſi in
11 eorum dominio reperiuntur † equi de perſona, vel de ratia, quia in illis militat diuerſa ratio, & ne detur occaſio delinquendi, & extrahendi, Ciues eorumdem locorum confinium Regni ad ſedãdas diſputationes, & moleſtias debent deſcribere dictos equos in regijs caſſijs, dummodo non fuerint immiſſi extra regnum, & conſtet de immiſſione, vt fieri ſolet, aliàs dicti equi de ratia, ſiue de perſona, intercipiuntur ad beneficium Regij fiſci.

A dicta tamen notula, ſeu nota animalium eximuntur infraſcriptæ Vniuerſitates, & Caſtra Comitatuum Talleacotij, & Albi ſtatus Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Magni Comitis ſtabilis D. Filippi Colũnæ in Prouincijs Aprutij, quibus Vniuerſitatibus inſtantibus per Reg. Collaterale Conſ. fuerunt obtentæ, & expeditæ prouiſiones præcipientes eaſdem Vniuerſitates, & caſtra, & eorum ciues non eſſe moleſtia afficiẽdas pro notula, ſeu nota animalium, ipſiſque prouiſionibus notificatis generali Cõmiſſario Contrabandorum & Capitaneo Reg. Graſciæ fuerunt executioni demãdatæ, & earum vigore dicta loca non ſolum euadunt conſignationem dictæ notulæ, ſed eximuntur etiam à ſolito decreto, quod alijs Vniuerſitatibus ſolent dicti officiales impartiri, quo præcipiunt alias Vniuerſitates non eſſe moleſtandas pro dicta notula, inducto potius ex quodã abuſu, quam ex iuris diſpoſitione. Vniuerſitates, & Caſtra exempta à notula animalium, & à decreti interpoſitione ſunt, Videlicet.

Albi	Caſtel à fiume	Rocca de Botti
Androſciano	Corcumello	Rocca di Cerro
Arcricola	La Forma	Rocca de Viui
Auezzano	Luco	Ritriolo
Coruaro	Le Pagliara	Scurcola
Cæſe	Magliano	Scanſano
Caſtel vecchio	Morino	Santo Donato
Capodocia	Marano	Sfedino
Caniſtro	Maſſa ſuperiore	Santa Maria
Capelle	Maſſa inferiore	Santa Natolia
Capiſtrello	Paterno	Tagliacozzo
Ciuitella di Rouito	Poggio Filippo	Traſucco
Collo	Perito	Verecchia, & altri &c.
Ciuità d'Antima	Rendeuara	

SVMMARIVM

XVIII. QVAEST.

1 *Pœnitentiæ diffinitio recenſetur.*
Pœnam ciuilem non tollit num. 2.
Eſt in priſtinum ſtatum repoſitio num. 3.
Hæc tripliciter conſiderari poteſt ſecundum Authorem num. 4.
5 *Pœna tripliciter conſideratur quoad delicta commiſſa.*

Incipiens

6 *Incipiens actum & non perficiens non punitur.*

7 *Euidentia rei omnem ſuperat probationem.*

8 *Identitas rei eſt probanda.*

Non præſumitur vt delictum euitari poſſit num.9.

10 *Equi identitas quomodo probetur.*

11 *Propria confeſſio omnem ſuperat probationem.*

12 *Incipiens delictum, & illud perficiens venit ſtatuti pœna puniendus.*

Probans contrarium per defenſiones leuiter puniendus num.13.

14 *Identitas abſque alia demonſtratione probatur.*

Et probata qualitate, dicitur probata identitas ibidem.

Eſt difficilis probationis num.15.

16 *Extrahens aurum, vel argentum non euadit pœnam propter pœnitentiam, & quare.*

17 *Nullum ſimile eſt idem.*

18 *Ex ſimilitudine non reſultat identitas.*

19 *Extrahens deprehenſus in itinere reuertens mitius punitur.*

20 *Extrahens rem permiſſam, per demonſtrationem eiuſdem rei euitat pœnam.*

21 *Actio quæ non eſt pœnalis ab origine, non competit Fiſco.*

22 *Repertus in hoſpitio cum re prohibita non euadit pœnam.*

23 *Monachus animo damnum inferendi ingrediens Monaſterium, punitur etiam ſi damnum non inferat.*

24 *Repertus in via cum re prohibita quando puniatur.*

25 *Pœnitentiæ eſt locus, ſi non peruenit delinquens ad locum prohibitum.*

26 *Illicitum quando trahat ad ſe licitum.*

Iudex in hoc debet eſſe circumſpectus num.27.

28 *Confiſcato mulo, an debeat confiſcari Sarcina.*

ARGVMENTVM XVIII. QVAEST.

An delinquens pœnitentia ductus poſſit pœna legali, vel ſtatuti puniri?

HÆc quæſtio duo complectitur capita, vnum in foro poli, alterũ in foro fori. Quo ad primum pœni-
1 tentia † eſt quædam dolentis vindicta, puniens in ſe quod dolet commiſiſſe, vel eſt mala præterita plangere, & agenda iterum non committere, *cap.1. & cap.4. & cap.6. diſtinct.3. de pœnit.*

2 Et hæc penitentia pœnam † ciuilem non aufert, *vt inquit Gloſ. in cap.quamuis 89. in verbo, Pro quibus, diſtinct.2. de pœnit.* de qua per *Canoniſtas de pœnit. diſtinct.1.2.3. & ſequentibus per totum,* quæ ad nos non pertinet, vt inquit *Bartol. inferius proximè citandus.*

Quo ad ſecundum. Pœnitentia eſt in
3 priſtinum † ſtatum repoſitio, vt accidit quando quis deliquit, & re integra pœnitentia ductus hoc non perficit, *Bartol. in l.qui ea mente 67. num.2. verſic. Præterea, ff. de furtis.*

Hoc ſecũdum caput tripliciter cõſi-
4 derari poteſt. † Primò in eo, qui cogitauit actum perficere & re integra incępit, ſed nõ perfecit, pœnitentia tamen ductus rem repoſuit in priſtinũ ſtatum.

Secundò, quãdo perfecit actum, ſed re integra ſuperuenit pœnitentia, & executioni demandata fuit.

Tertio modo, quando reus peruenit ad perfectionẽ actus, ſed re non integra pęnitẽtia ductus, ex actibus extrinſecis vult pœnitẽtiam peragere, ſed nõ valet eã executioni demãdare ex defectu integritatis eiuſdem rei, vel quia non valet identitatem eiuſdem rei probare.

Quo ad delicta commiſſa triplex pęna † animaduerti poteſt. Vna corpora-
5

lis tantum, Altera corporalis,& pecuniaria. Tertia pecuniaria tantum, de quibus explicitè exemplum occurrit in Regijs Pragm. in fine huius Opuſculi impreſſis, Et quia Doctores de hac re non explicitè loquuntur, ideo vt veritas clarior appareat,& in praxi melius adaptari poſſit, ſunt diſtinguenda infraſcripta exempla in materia contrabandorum.

Primum exemplum accidere ſolet in delictis, in quibus irrogatur pœna corporalis,& pecuniaria, prout occur-
6 rit in extractione † equorum de ratia, ſiue de ſtatura,vt diximus paſſim ſuperius, & re integra quis incępit actum, ſed non perfecit, prout euenit in conducentibus dictos equos vltra Regios paſſus,& tranſitis Regiis cuſtodiis,pœnitentia tamen delinquẽtes ducti antequam ad fines Regni, & extra regnum peruenerint, reuerſi ſunt cum eodem equo,& eundem equum in priſtinũ ſtatum repoſuerũt, In hoc exemplo ſi plenè non conſtat de dicta extractione, puta per vnicum teſtem deponentem
7 ſuper ea, quia adeſt rei euidẽtia, † quæ omnem ſuperat probationem. *cap. tua 8. §.ſi verò publicum eſt de cohabit. cleric. & mulier. & gloſ.1. in cap.1. in verbo, Nos in quemquam, & cap.manifeſta 15. & ſequent. 2.quæſt.1.* ſi hæc euidentia in promptu deducitur, & reus negat delictum,& conſtat de identitate rei, ſcilicet eiuſdem equi cõcludenter pro-
8 banda, † per ea, quæ Doctores omnes tradunt,& præcipuè *Bartol.in l.demonſtratio 17.ff.de condit.& demonſtr.Corn. conſ.157. Viſo libello num.6. verſic. Et quando, volum.3.* eſt reus omninò abſoluendus; identitas enim non præſu-
9 mitur, † vt delictum euitari poſſit poſt *Corn. conſil.233. circa finem in tertio. Ruin. conſ 12.n.5.lib.5.& Crauet.conſ. 244.nu.2.* firmat *Menoch. de præſumpt. lib.6.præſumpt.15.n.17.verſ.Itē etiam,* & probari debet ab eo,qui in ea ſe fundat *l.ſi in rem in fine ff.de rei vend. Bart. in l.1.n.3,C.ſi vnus ex plurib. appell. Menoch. ibid.poſt alios allegatus nu.25.verſ. Diſſeramus,*& præcipuè ille debet equi
10 identitatem † in pilo albo,vel nigro, vel in frõte ſtella ſignati,& in omnibus eius partibus in medium deducere, vt optimè declarat *Menoch. ibidem in equo num.27.28.verſic.Et hinc.*

Si verò idem reus delictum confitetur hoc caſu ſi conſtat perueniſſe ad locum prohibitum,& re integra repoſuit pœnitentia ductus eandem rem in priſtinum ſtatum,& ex propria confeſſio-
11 ne,quę omnem † aliam ſuperat probationem,vt diximus *in 1.lib.de cauſ.execut. tit.de confeſſis,* collidit euidentiam facti,arbitrio iudicis mitius eſt puniendus,vel pœna pecuniaria,vel debet admitti ad tenuem compoſitionem per ea,quæ firmat *Bartol. in l.qui ea mente 67.num.3. verſic.Reaſſume,* vbi affert bonam diſtinctionem *ff. de furt. Clar. in prax.crimin.quæſt.60.verſic.Fui quandoque,* & in propriis terminis hoc aſſeuerat *Ioan.Andr.ad Speculat.in rubr.de conſtit. in litera I, in verbo,Meditatem, in principio, par.3. folio mihi 124.*

Secundum exemplum euenire ſolet
12 in eo, qui aſportauit † equum extra Regnum contra formam Regiæ Prag. & iuris Municipalis huius Regni, & ſic ne dum peruenit ad locum prohibitum,verum etiam delictum omninò conſumauit, hoc caſu ſi verè conſtat de extractione per legitimas probationes, quamuis pœnitentia ductus eundem equum in priſtinum ſtatum repoſuerit, quoniam ad perfectionem actus egreſſus eſt, & incidit in pœnam, quæ de iure per pœnitentiam non eliditur,vt prædiximus in principio huius quæſtionis,ideo ſi inquiſitus deli-

Digitized by Google

delictum confitetur locus eſt pœnæ, vt inquit *Guid. de Suzzaria in l. ſi fugitiui C. de ſeru. fugit.* relatus per eundem *Ioannem Andream ad Speculatorem in verbo, Medietatem*, in principio, & maior pœna veniret irroganda, quàm in primo exemplo, ſi verò negauerit & incontinenti per rei euidentiam, & per defenſiones contrarium proba-
13 uerit, † excuſandus venit à pœna ſtatuti, vel leuiter componendus, vt inquit *Alexand. ad Bartol. in dicta l. qui ea mente in verbo, Qui cogitauit, in litera C.*

Declara ſupradictos duos caſus, dummodo conſtet de identitate rei per eiuſdem equi oſtenſionem, quæ ſi eidem equo conueniat, identitas abſque
14 alia demonſtratione † probatur, vt inquit *Corneus conſilio 123. Viſo proceſſu num. 3. verſic. Secundò eſt aduertendum, & Bart. in dicta l. demonſtratio, Tuſc. in ſuis concluſ. in verbo, Identitas, concluſ. 4. num. 30.*

Et probata qualitate, quæ conuenit eidem equo, dicitur probata identitas, vt inquit *idem Tuſc. ibidem numero 31. & conſil. Crauett. 198. numero 2.*

Dummodo dicta demonſtratio in medio deducatur omni fraude ceſſante, tam reſpectu temporis, quàm etiam eiuſdem identitatis, ne deducatur in medium ſimilis equus, vt aliquando occurrit, quia identitas eſt difficilis
15 † probationis, poteſt enim adeſſe equus ſimilis, non autem idem, per ea, quæ in ſimili tradit *Farinac. in prax. criminal. quæſtione 11. num. 24. verſic. Amplia tertiò, & Tuſc. pract. concluſ. in verbo, Recognitio, quæſtione 52. numero 8.*

Tertium exemplum accidit in eo,
16 qui extraxit † aurum, vel argentum in opere, vel in maſſa, vt Regiæ Pragmaticæ præcipiunt, hoc caſu, ſi conſtat de extractione non videtur eſſe locus pœnitẽtiæ, non enim probari poteſt identitas, & rei euidentia, ſed pœna ſtatuti irroganda venit, ex iudicis tamen arbitrio per ea, quæ tradit *Bartol. in dicta l. qui ea mente num. 3.*

17 Quia nullum † ſimile eſt idem *l. quod Nerua ff. depoſiti*, vbi notat Bartol. cæterique Scribentes, & faciunt ea, quæ ſuperius retulimus *in tractat. de cauſ. executiu. libro primo, ampliatione 29. numero 58. & numero 88.* & ex ſi-
18 militudine non reſultat † identitas, quæ debet per demonſtrationem identicè probari, vt ſupra firmauimus, & ſequitur *Menoch. de præſumpt. dicto libro 6. præſumpt. 15. dicto num. 27. & 28.*

Declara hunc caſum, quando extrahens, & deferens aurũ extra Regnum ante quam perueniret ad loca prohibita pœnitentia ductus in itinere reuertens, eſt deprehenſus, & repertus
19 † cum dictis rebus aſportatis, ſi enim conſtat verè de pœnitentia, mitius eſſe quo ad pœnam puniendum, affirmarem, ſecundum ea, quæ tradit *Ioannes Andreas vbi ſupra in dicto verbo, Medietatem*, vbi videtur eſſe caſus in terminis, licet omni dubio ceſſante perdat aurum, & argentum delatum, vt præcipit *Reg. pragmat. 8. de extract. animalium* in illis verbis, *Declarando s'intenda cacciata la moneta d'oro, e d'argento eo ipſo, che ſarà caricata per cauarſi, tanto per mare, quanto per terra, ò quella che la porterà, altrimente ipſo facto, che la porterà, e ponerà in camino.*

Quartum exemplum euenit in eo,
20 qui extrahit † rem permiſſam cũ ſolutione Datij, ſeu vt inquiũt Regij diritti, prout ſunt equi, & equæ valoris ducatorũ viginti, agni, veruices, & his ſimilia, eorum enim extractio cum non

Digitized by Google

recipiat, niſi pœnam amiſſionis rerum aſportatarum, ſi non conſtat de perfecta,& conſumata extractione,& per rei euidentiam adeſt identitas equi, vel equæ, hoc caſu reus omninò eſt abſoluendus, vt ſuperius firmauimus,
21 quia actio, quæ † competit Fiſco non eſt pœnalis ab origine,& ideo nimirum ſi locus eſt pœnitentiæ *l.1. §.dixerit verſic. Quod ſi fecerit, ff.de publican. l.ſi cum exceptione §.ſatu clementer ff.quod met.cauſ.* quæ iura in propoſito adducit, *Bartol. in dicta l.qui ea mente verſic. Aut actio non erit pœnalis ab origine,* quia in iſtis delictis de iure non poteſt procedi, niſi quando reus reperitur in fragranti, vt diximus *ſupra in ſecunda quæſtione huius Opuſculi.*

Sextus caſus in medium proponi-
22 tur in eo,qui repertus † eſt in hoſpitio cum re extrahere prohibita,allegat tamen velle redire ad domum; In hac facti contingentia,dum non adſunt coniecturæ,vel veriſimilitudines pœnitentiæ, ideo videtur eſſe locus pœnæ à ſtatuto inflictæ, vt firmat *Ioannes Andreas, vbi ſupra in verbo, Medietatem, circa finem, verſic. Aut repertus eſt,* & ibi affert exemplum in Monacho, qui
23 † animo damni inferendi intrat monaſterium, puniri tamen debet de damno illato, etiam ſi damnum non inferat,ſecundum *Clement.ne in agro,de ſtat. regular.* ab eodem commemoratam.

Sextum exemplum accidit in eo,
24 qui eſt repertus † in via verſus loca prohibita, ſed ad ea non peruenit, ſcilicet vltra Regias Cuſtodias, hoc caſu poteſt excuſationem p oponere,& delictum negare, maximè ſi propriam pergat domum, vt aliquando euenire ſolet, Vnde recto iure videtur eſſe locus pœnitentiæ, dum non peruenit
25 ad locum prohibitum, † neque ad actum proximum *argumento tex. in l. qui ſententiam 16. C. de pœnis adducti per Ioannem Andream, vbi ſupra in principio, verſic. Si verò;* Statutum,ſeu Reg. Pragmat. de extraction. anim. exigunt actum perfectum, & ideo nimirum ſi ceſſat pœna,vt aliàs ſupra diximus.

Septimus caſus reſultat,quãdo quis
26 aſportat † certam quantitatem ſerici, vel croci, vel alterius rei ſimilis, puta libras centum, quarum pro medietate tantum ſoluit datium, ſeu regios directus, & obtinuit debitas expeditiones, ſeu Regios reſponſales, aliarum verò quinquaginta nequaquam, hoc caſu, quia datur commixtio & confuſio, & qui dolo confundit tenetur, ac ſi dolo non poſſideret, vt inquit *tex. l.4. §.Pomponius ff.de rei vendicatione,* vbi hoc notat *Bartol.* ideo non eſt locus pœnitentiæ, ſi peruenit ad locum prohibitum, ſed tota quantitas fiſco applicatur, quia dolus, & culpa nõ debet doloſo commodum afferre, vt inquit *tex. in cap.2. circa finem de dol. & contumac. Lapus allegat.88. num.4. verſic.Nam ſcire,* & fruſtra legis auxilium implorat,qui in legem committit *cap.quia fruſtra de vſur. & l.auxilium ff. de minoribus cum ſimil.* quia in dicta extractione duplicatur pœna, vt diximus,& licitum propter illicitum confiſcantur potius ratione ſtatuti,vel legis municipalis imponentis pœnam, quam ratione commixtionis,& confuſionis, vt inquit *Bald. in l.3. num.12. verſic, Sed eſt potius.*

Primò declara hũc caſum procedere quãdo cõtrouerſia eſt de aliqua quantitate notabili, ſecus autem ſi de minima, quæ ex errore poteſt quandoque accidere, ſiquidem hoc caſu ob confuſionem illicitũ non trahit ad ſe licitum, vt diximus ſuperius *in hoc eodem Opuſculo in quæſt. An illicitum trahat ad ſe licitum per totam.*

Se-

Digitized by Google

Secundò declara omnes ſupradictos,& conſimiles caſus, in quibus iu-
27 dex † debet eſſe circumſpectus *l.reſpiciendum* 11.*ff.de pœnis*, vt inquit etiam *Ioan.Andr.vbi ſupra*, & ſeruata qualitate loci, temporis, & perſonarũ *iuxta tex.in l.aut facta* 16.*ff.de pœnis* debet, vel reos abſoluere, vel ad tolerabilem compoſitionem admittere ſecundũ ea, quæ tradit *Martian.in d.l.*11. vbi *Reſpiciendum eſſe iudicanti*, inquit, *ne quid durius, aut remiſſius conſtituatur, quam cauſa depoſcit, nec enim aut ſeueritatis, aut clementiæ gloria affectanda eſt*, & ſic ex pluribus adductis firmat *Ludouic. deciſ.Peruſin.*80. *Quidam de Caſtro, verſic. Vera tamen*, vbi firmat, repertum in via non eſſe pœna ſtatuti puniendũ, ſed extra ordinem Iudicis arbitrio, quia poteſt delinquentem pœnitere, vbi innuit contra officiales, quia auaritia ducti non habentes Deũ, & iuſtitiam præ oculis à recta via aberrant pecuniam per fas, & nefas extorquendo, vt in facti contingentia exemplificat in fine, & in dies etiam nos obſeruamus.

Tertiò declara eumdem caſum locum non habere in alijs rebus ſeparatis prout in deferente aliam rem prohibitam, prout in eo, qui obtinuit reſponſales pro extrahenda, ſeu aſportanda lana, ſeu lino, defert tamen pannos laneos, ſeu ſericos abſque apodixa communi, vt vtar verbis Bald. proximè citandi, hoc caſu illicitum tantum confiſcatur, vt etiam in deferente expeditionem, ſeu apodixam pro mulo, nõ autem
28 pro lana, † qua mulus eſt oneratus, etenim ſolum lana incidit in commiſſum, non autem mulus, quia ſufficit pœnas legales locum obtinere, *l.ſi ita ſtipulatus ff.de verbor.obligat.* vt firmat *Bald.in l.*3.*num.*15.*verſic.Sed pone.& num.*19.*verſic.Vltimò*, niſi lex, vel ſtatutum aliud ſuadeat, vt inquit ibidem *Bald.*& diſſeruimus latè ſuprà in queſt. An illicitum trahat ad ſe licitum.

SVMMARIVM XIX. QVAEST.

1 *Deferens rem abſque debitis reſponſalibus eam amittit.*
*Tenetur etiam ad duplum nu.*2.*& nu.*3.
4 *Fraudans Fiſcum tenetur in fiſco quæſitis ad quadruplum, in quærẽdis ad duplum.*
5 *Extrahens, ſeu aſportans ſericum, vel crocum infra regnum abſque debitis expeditionibus, punitur pœna dupli.*
6 *Simplum continetur in duplo.*
7 *Extrahens veruices, agnos, lanas, & ſimilia, tenetur ad duplum.*
8 *In extractione croci, vel ſerici proceditur in regno etiam ſi reus non reperiatur in fragranti.*
9 *Extrahens ſericum, vel croceum extra Regnum tenetur ad pœnam ducatorum centum pro qualibet libra.*
10 *Qualibet pœna pecuniaria non poteſt quadruplum excedere.*
11 *Solutio Datij in ſerico fit tempore, quo idem ſericum texitur.*
12 *Extrahens ſericum, ſeu crocum incidit in commiſſum, ſi eſt repertus in fragrãti.*
13 *In duplo ineſt ſimplum, quando duplum totum non eſt pœnale.*
14 *Procedit quando lex, vel ſtatutum aliud non ſuadet.*
15 *Pœna quadrupli in furto manifeſto eſt totum pœna.*
*Non continetur in ea ſimplum num.*16.
17 *Quadruplum, vel duplum in dubio continent ſimplum.*
*Non procedit quando lex, vel ſtatutum loquitur per verba multiplicatiua n.*18.
*Procedit quando ſtatutum, ſiue lex loquuntur per verba ſimplicia num.*19.
20 *Nauis deferens ſericum an amittatur.*
21 *Ignorantia facti excuſat.*
22 *Debemus eſſe contenti pœnis legalibus.*

ARGVMENTVM XIX. QVAEST.

Fraudans Fiſcum, qua pœna veniat puniendus?

FVIT pluries in his partibus exhitatum, qua pœna puniantur fraudantes, & deferẽtes res, quæ ſunt ſubmiſſæ Datijs, ſeu Regijs ſolutionibus, ſiue vt inquiunt dirictis, prout ſunt Crocum, ſericum, agni, veruices, lanæ, & his ſimiles, abſque regijs inſcriptis, ſeu bullettis.

Huiuſmodi extractio ad tria refertur capita, Vnum ad eos, qui deferunt res abſque aliqua expeditione, ſeu reſponſalibus, ſecundũ ad eos, qui aſportant eaſdem res partim obtentis debitis reſponſalibus, & partim abſque reſponſalibus, Tertium ad eos, qui non ſunt in fragranti reperti, ſed cõtra eoſdem eſt formata inquiſitio extractionis croci, ſerici, agnorum, veruicum, lanarum, & ſimilium.

Ad faciliorem intelligentiam per ea, quæ paſſim euenire ſolent, diſtinguemus infraſcriptos caſus cum infraſcriptis declarationibus.

Primus itaque caſus occurrit in eo,
1 qui defert † res abſque vlla expeditione, ſeu reſponſalibus, prout accidit in deferente crocum, ſericum, agnos, veruices, & ſimilia extra Regnum, hic enim, ſi reperiatur in fragranti tergis datis, vt inquiunt, Regijs Capſis, arreſtantur cum iiſdem rebus, ſed dubitari ſolet, an amittant res tantum delatas, an verò teneãtur etiam ad pœnam dupli, vel quadrupli.

Quod res interceptæ nedum applicentur Fiſco, ſed deprehenſus de iure
2 teneatur † ad duplum, videtur eſſe *text. in terminis in l. aufertur 46. §. qui aliquid ff. de iure fiſci*, vbi Hermogenianus ait, *Qui aliquid ſciens in fraudem Fiſci ſuſcipit, non ſolum rem, in qua fraudis miniſterium ſuſcipit, ſed alterum tantum reſtituere cogitur*.

Et quod fraudans Fiſcum teneatur
3 † ad duplum firmat etiã expreſsè *Bartol. in l. defenſionis facultas num. 11. verſic. Tertiò nota, C. de iure fiſci, Peregrin. de iur. fiſci lib. 4. tit. 7. num. 18. verſic. Sexto modo, fol. m. 88.*

Quia in dicto caſu verſamur in quærendis fiſco, in quibus fraudans tenetur ad duplum, vt in dictis iuribus, non autem ad quadruplum, hoc enim habet locum in Fiſco quæſitis, in quibus quadrupli pœna infligitur, Fiſco au-
4 tem quæſita † dicuntur, quæ incorporata eidem Fiſco reperiuntur, vt inquit *Bartol. in l. qui in contractibus. 8. in princ. C. de iure fiſci lib. 10.* vbi de hac quadrupli pœna habetur *text. clarus*, & firmat etiam *Peregrin. d. lib. 4. tit. 7. dicto num. 18.*

5 Declara eandem pœnam † eſſe irrogatam per Bandimenta emanata pro extractione ſerici, & croci, vt habetur *in §. 5.* eorundem bandimentorum in fine huius Opuſculi impreſſorum; quorum vigore nedum res delatæ incidunt in cõmiſſum, ſed extrahẽtes ad pœnam dupli fiſco applicandam condemnari debent; vt habetur in illis verbis inter alia *in d. §. contentis*. Videlicet *ſotto pena non ſolo di perder la ſeta, coculli, e Malafri, & ſporlatore, & di pagare il prezzo di eſſe alla Regia corte*.

Subdeclara hanc pœnam habere locum in aſportantibus crocum, & ſericum infra Regnum abſque debitis Reſponſalibus, maior enim pœna irrogatur deferenti ſericum, vel crocum extra Regnum, vt dicemus infra.

6 Subdeclara ſecundò in dicto † duplo

ſimplum

Digitized by Google

ſimplum contineri, quia vnica eſt pœna amiſſionis ſerici per ea, quæ inferius ſunt proponenda *numero* 13. 14. *&* 15.

7 Tertiò ſubdeclara eandem dupli pœnam locū habere in alijs extractionibus, ſcilicet agnorum, veruicum, lanarum, & ſimilium in fragranti repertarum, vt diſponit *tex.in d.l. auſertur* §. *qui aliquid*, ſed vide quæ inferius ſubnectimus.

Secundus caſus occurrit in eo, qui cum ſerico, vel croco nō eſt in fragranti deprehenſus, ſed in cauſa fuit formatus proceſſus per inquiſitionem, vt diximus in alia facti contingentia *in* 2. *quæſt. huius Opuſculi*. In hoc in quam caſu ſi agitur de extractione ſerici, vel croci, poteſt in eadem extractione pro-

8 cedi per inquiſitionem, etiam † ſi reus in fragrāti non ſit deprehenſus, vt præcipitur in §.9. bandimentorum ſerici in fine huius Opuſculi impreſſorum in illis verbis, *Incorrano nella pena come ſe foſſero ritrouati in fragranti*.

Declara hunc caſum, in quo proceditur per inquiſitionem pœnam extractionis ſerici, vel croci infra Regnum eſſe dupli, vt habetur in d.§.5. & ſimplum in hac facti ſpecie contineri in duplo, vt dicemus, in extractione ve-

9 rò extra Regnū vltra pœnam † amiſſionis ſerici, vel croci reus eſt cōdemnandus ad pœnam ducatorum centum pro qualibet libra, vt præcipitur in d.§.9.

Sed dictæ pœnæ impoſitio non videtur locum habere, quia de iure quæli-

10 bet pœna pecuniaria † nō poteſt quadruplum excedere vltra ſinplum, vt exemplificari poteſt in actione furti manifeſti, quæ quadrupli pœnā, & rei reſtitutionē recipit §. *pœna manifeſti inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delicto naſcuntur*.

Et quod pœna non poſſit excedere quadruplum firmat ex pluribus adductis *Caball. variar. reſolut. crim. caſu* 56. *num.* 132. *&* 133. *folio mihi* 106.

Vnde dictam quadrupli pœnam videtur eſſe admittēdam, verſamur enim in Fiſco quæſitis, quia ſolutio pro ex-

11 tractione † ſerici fit tēpore, quo idem ſericum netur, ſiue texitur, vt patet in bandimentis impreſſis in fine huius tractatus in §.1. & diximus *ſuperius nu.*4. etiam de iure hoc eſſe receptum.

Ideo inoleuit praxis, qua in extractione ſerici, vel croci; fit compoſitio tenuiſſima ad volūtatem inquiſiti nulla habita conſideratione de dicta pœna per bandimenta, vel de iure ciuili irrogata, & præcipuè in delictis, in quibus proceditur per inquiſitionem, quæ vt plurimum ſunt vana & falſa, & propterea in his partibus quando crocum

12 & ſericum intercipitur † incidunt vehentes in commiſſum abſque alia pœna, & ita obſeruat hodierna praxis, pro qua praxi optimè conueniunt, quæ determinat *Bald. in l.*3. *nu.*16. *& num.* 19. *C. de naut. fænor.* vbi deferens apodixam pro vno onere, non amittit alia delata, neque deferens mulum cum debitis inſcriptis, ſeu bullettis amittit mulum oneratū cum ſarcina prohibita.

Difficultas tamen ex prædictis reſultat, an in quadruplo, vel duplo inſit ſimplum, adeo quod in pœnalibus quadruplum tantum, vel duplum debeatur, an verò debeatur quadruplum, vel duplum, & ſimplum vnica pœna; In facto de quo agitur prout in caſu *dictæ legis auſertur* §. *qui aliquid* in duplo

13 † ineſt ſimplum, quia ex verbis eiuſdem legis apparet vnum eſſe rei perſecutorium, & aliud pœnale, dum inquit ibi tex. *Non ſolum rem cum qua fraudis miniſterium ſuſcipit, ſed alterum tantum reſtituere cogitur*, & ſic totum duplum non eſt pœnale, ſed ſimplum, vt firmat in ſimili, *Bart. in l. hoc edicto*

§.1.

§. 1. *per illum text. ff. de public. Iaſon plenè in §. ſic itaque nu. 7. verſic. Ad vnum inſtit. de action. fol. m. 62.*

14 Declara hoc procedere quando lex, vel ſtatutum aliud non ſuadet, prout in actione vi bonorum raptorum, in qua rapiens punitur in quadruplo, & in quadruplo ineſt ſimplum, quia quadruplum non totum ſuccedit loco pœnæ, ſed triplum tantum, ſecus autem quãdo ex verbis legis aliud colligitur,
15 prout in furto manifeſto, in quo † quadruplum eſt totum pœna, & ſic quadruplum, & ſimplum ſuccedit loco pœnæ, & in quadruplo non ineſt ſimplũ,
16 vt optimè diſtinguit *Iaſon in §. ex maleficijs num. 17. verſic. Tertiò nota*, vbi adducit rationem diuerſitatis, *& in §. ſic itaque num. 5. & ſequent. verſic. Quartò nota.*

17 Et in dubio † in duplo, triplo, vel quadruplo ineſt ſimplũ, quia duplum triplum, vel quadruplum nõn eſt totum pœna, niſi aliud ſtatutum, vel lex ſuadeat, vt firmat *Bartol. in l. hoc edicto d. §. 1. & in l. ſi in exceptione §. quadruplicabitur ff. quod met. cauſ.* & ſic etiam firmat *Peregrin. de iur. fiſci d. libr. 4. tit. 7. nu. 19. verſic. Intellige, fol. mihi* 88. cum iuribus ab eodem adductis, & bene declarat *Iaſon in d. §. ex maleficijs, & in d. §. ſic itaque, Caball. in ſuis reſolution. crimin. caſu 56. num. 132. verſic. Tertiò preſuppone, fol. mihi* 106. vbi alios allegat.

Secundò declara non procedere
18 quando † lex, vel ſtatutum loquitur per verba, & nomina multiplicatiua, quia in duplo, vel quadruplo ineſt ſimplum, vt firmat *Bald. in cap. §. ſi duo ſub num. 6. poſt verſic. Quæro ſecundum Gloſam, tit. de pace tenend. & eius violat. in vſibus feudor.* quem refert, & ſequitur *Caball. in d. caſu 56. num. 133. verſic. Dicens tamen.*

Declara tertiò quando lex, vel ſta-
19 tutum † loquitur per nomina ſimplicia, etenim tunc ſimplum non ineſt in duplo, vel quadruplo, *Bald. vbi ſupra ab eodem Caball. commemoratus ibidem & Auguſtin. ad Angel. de maleficijs in verbo, In platea, num. 11. in fine, ſeu melius nu. 14. verſic. Secundo dicas*, vbi loquitur de delictis & pœnis multiplicandis ratione, loci, & perſonarum; non autem ratione eiuſdem pœnæ, & quia ad rem noſtram nõ attinent, ideo circa id non immoror.

Tertius caſus euenit in eo, qui deſert ſericum, vel crocum, ſeu argentum, & aurum in maſſa, vel in opere, in naui, vel mulo, in hoc caſu deferens
20 † nedum amittit ſericum, crocum, argẽtum, & aurum, verum etiam nauem, vel mulum vltra alias pœnas in Reg. Prag. contentas, hoc determinat *Bald. expreſsè in d. l. 3. num. 9. verſic. Tertiò nota C. de naut. fœnor.* quia vbi confiſcatur cõtinens confiſcatur & cõtentum, vt ibidem inquit Bald. cum qua determinatione concordant Reg. Bandimenta in §. 14. impreſſa in fine huius tractatus, quod procedit ſi dominus nauis, vel muli ſcienter geſtet rem prohibitam, aliàs ſecus, quoniam ignoran-
21 tia facti excuſat † à pœna, vulg. iuribus, quod etiam limitarem non habere locum, ſi mulio deferat regium inſcriptum, ſeu bullettas, ſiquidem hoc ca-
22 ſu illicitum † non trahit ad ſe licitum, quia vt inquit *Bald. vbi ſupra num. 15.* debemus eſſe contenti pœnis legalibus, & vide quæ ſupra diximus *quæſt. præcedenti num. 28.*

SVMMARIVM.

XX. QVAEST.

1 *Capſarij ſunt deputati in quampluribus locis Prouinciarum: Aprutij eorum officium recenſetur num. 2.*

Cuſtodes

3 *Cuſtodes, ſeu Paſſagerij, & eorum officium recenſentur.*
4 *Indulgentiæ Ciuitatis Aquilæ enumerantur.*
5 *Similium idem eſt iudicium.*
6 *Aſportantes pannos laneos, ſericos, Crocum, & ſimilia, tenentur ſoluere ius fundaci, & ius Dohanæ, & deferre Reſponſale.*
7 *Prouiſio facta in vno caſu extenditur ad alium.*
8 *Diſpoſitum in vno cenſetur etiam diſpoſitum in alio.*
9 *Fraudibus non eſt aperienda via.*
10 *Perſona ſuppoſita fraudem arguit.*
11 *Habitantes in loco Regiæ Capſæ adeuntes, & redeuntes non tenentur conficere Regium inſcriptum.*
12 *Animalia, quæ ſint de genere prohibitorum.*
13 *Permiſſum cenſetur, quod prohibitum non eſt.*
14 *Conſuetudo locorum vbique eſt ſeruanda.*
15 *Fraus non præſumitur, niſi probetur.*
16 *Forenſes ſoluere debent ius Fundaci, & ius Dohanæ.*
17 *Actus delationis quando non apparet ad fraudem ordinatus, non arguit fraudem.*
18 *Praxis, qua vtimur in his partibus proponitur.*
19 *Equi, & Equæ de Ratia, ſiue de perſona non deferuntur, niſi obtentis Regijs Bullettis.*
20 *Incolæ citra Regias Capſas, & Regias cuſtodias vehunt equos, & equas vſque ad Regias cuſtodias.*

ARGVMENTVM XX. QVAEST.

De Regijs Capſarijs, & Regijs Cuſtodibus.

1 IN his Prouincijs Aprutij † deputãtur in infraſcriptis Ciuitatibus, & Terris Regij Capſarij cum inſtructionibus obſeruandis in inſcriptorum, ſeu Bollettarum expeditione in fine huius opuſculi impreſſis.

Loca ſunt, Videlicet.
Aquilana Ciuitas.
Ciuitas Terami.
Terra Amatricis.
Terra Caſſioli, ſeu Talleacotij.
Terrra Iuliæ Nouæ.
Terra Petrellæ Æquicolarum.

2 Qui Capſarij deſignantur per Regiam Cameram † Summariæ, excepto Capſario Petrellæ per Capitaneum Regiæ Graſciæ conſtituto ad cõficienda debita inſcripta, ſeu bullettas, vt trãſeuntes poſſint extra Regnum cum equis, & equulis vulgariter nũcupatis, Ronzini, ac etiam cum agnis, veruicibus, & alijs rebus in ſupradictis inſtructionibus comprehenſis pergere, & ſi animalia ſupradicta deprehenſa fuerint abſque dictis bullettis intercipiũtur, & fiſco applicantur; Cuſtodes verò vulgariter nuncupati, Paſſageri,
3 † deputati ſunt in infraſcriptis Terris, vt tranſeuntes cum dictis animalibus abſque dictis bullettis in fragranti deprehendant, & animalia intercipiant ea aſſignando, vt plurimum Capitaneo Regiæ Graſciæ.

Terræ ſunt, Videlicet.
Terra Acumuli.
Ciuitæ Realis.
Ciuitellæ ad Trontum.
Carſoli.
Capeſtrelli.
Columnellæ.
Introduci.
Lapoſtæ.
Sancti Ægidij;
Et Turris Martini ſecuri.

Dubitari tamen ſolet an Ciues, & incolæ dictarum Ciuitatum, & Terrarum, in quibus dicti Capſarij morantur, introeuntes Regnum cum equis, equulis,

equulis, Ronzini vocatis, mulis, bobus, iuuencis, aſellis, & alijs huiuſmodi generis, teneantur deferre inſcripta, ſeu bullettas per dictos capſarios expediendas, vt occurrit in Ciuibus Montis Realis, Amatricis, Talleacotii, Terami, Petrellæ, & Iuliæ Nouæ adeuntibus hanc Aquilanam Ciuitatem in in-
4 dulgentiis † Sanctorũ Petri Celeſtini, & Bernardini ſub die 19. & 20. menſis Maii, & in plenariiſſimis indulgentiis ad formam Iubilæi ſub die 28. 29. & 30. menſis Auguſti in Eccleſia Sanctæ Mariæ Collis Madij extra mœnia eiuſdem Ciuitatis: Dubium facere videtur fraudis, & extractionis ſuſpicio, quæ licet deficiat quando ſupradicti Ciues pergunt Aquilã, & ſic introeunt Regnum, nihilominus, quia exeundo à dicta Ciuitate, vbi adeſt Regius Capſarius terga præbent Regiis Capſis, dicendum eſt omninò obnoxios eſſe ad obtinendum Regium inſcriptum, ſeu bullettas, aliàs ſi abſque illis comprehenduntur extra mœnia eiuſdem Ciuitatis, dicuntur incidere in commiſſum,
5 & amittere animalia, ſimilium † enim idem eſt iudicium, *l. final. vbi etiam ſcribentes C. de conſtit. pecun.* & quemadmodum aſporãtdo pannos laneos, ſericum, crocum, & alia ſimilia non exi-
6 muntur † à ſolutione iuris Dohanæ, & iuris Fundici, & obtinere Regium inſcriptum, ſeu vt vocant Regium Reſponſalem, ſine quo res delatæ intercipiuntur; ſi vehentes reperiuntur extra mœnia eiuſdem Ciuitatis, ita etiam ſi deferant animalia ſupradicta dictis bullettis à Regio Capſario, Regio Credenſerio, & Regio Arrendatori non obtentis & ſubſcriptis, quia prouiſio
7 † facta in vno caſu extenditur ad caſum ſimilem *vulg. l. Gallus §. & quid ſi tantum de liber. & poſth. cum concordan-*
8 *tibus,* & diſpoſitum † in vno cenſetur etiam diſpoſitum in altero *inſtit. quod cum eo, qui in alien. poteſt. in princ. & §. proinde, & §. quoties ff. de in rem verſo, & l. non poſſunt ff. de legib. cum alijs.* quãobrem, ſi concederetur regreſſus dictis Ciuibus Mõtis Realis, Amatricis, Talleacotij, Terami, Petrellæ, & Iuliæ Nouæ eorum patriam verſus cum dictis animalibus, aperiretur locus fraudibus, quas vnuſquiſque regrediens cõmittere valeret, ſimulando equos, & alia animalia eſſe propria, & ea ab exteris exeuntibus è Regno recipere, & Regium Fiſcum poſtea deludere &
9 fraudis † viam aperire contra *l. in fundo vbi Gl. in verbo, Indulgendum, C. de rei vendicat. l. 2. in princ. ff. ſolut. matrim. l. ſi cui & ibi Gloſ. in verbo, Detrimento, ff. de ſeruitut. Magon. deciſ. Lucenſ. 88. ſub num. 16. Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. part. 4. de ſucceſſion. ab inteſtat. quæſt. 6. num. 16.* & ex perſonæ ſuppoſitione
